

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

# C. JULII CAESARIS

DE

BELLIS GALLICO ET CIVILI POMPEJANO

NEC NON

A. HIRTII ALIORUMQUE

DE

BELLIS ALEXANDRINO AFRICANO

ET

HISPANIENSI

# COMMENTARII

AD MSSTORUM FIDEM EXPRESSI

CUM INTEGRIS NOTIS

DIONYSII VOSSII JOANNIS DAVISII

ET

SAMUELIS CLARKII

CURA ET STUDIO

FRANCISCI OUDENDORPII

QUI SUAS ANIMADVERSIONES AC VARIAS LECTIONES

ADJECIT.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

---

TOMUS PRIMUS.

---

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE, IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXII.

*ERUDITO ET AEQUO*

# L E C T O R I

**S. P. D.**

## FRANCISCUS OUDENDORPIUS.

Post tot, tam varias, totiesque repetitas, ut centenarium numerum multo excedant, editiones Commentariorum, quos Imperator C. Julius Caesar de Bello a se in Gallia et contra Cn. Pompejum gesto, ceterique (quiqui demum illi fuerunt; [a] tres, ut ex stili diversitate opinor, certe plures uno) scriptores de Alexandrino, Africano, Hispaniensi bellis, per Caesarem confectis, conscripserunt, ego quoque, Benevole Lector, hoc opus suscipere ausus fui. Istud vero quo successu, quantosque in usus tuos praestiterim, tu judicabis. Mei igitur instituti paucis accipe rationem.

Ex quo animum ad hosce Commentarios mea cura divulgandos adpuli, nihil prius agendum esse existimavi, quam antiquissimos codices, manu exa-

a Consule G. J. Vossium de Lat. Hist. J. A. Fabricium in Bibl, Lat. Infra comment. ad init. L. 8. de B. G. item L. Afric. et Hispan. atque H. Dodwell. in Dissert. huic Editioni subjuncta, qui tamen perperam censet, omnes ejusdem quidem Hirtii esse libros, sed a recentiore interpolatos Afric. et Hispan.

ratos, consulere; ut hinc, et exactissima auctorum genii, consuetique stili, cum MSS. lectionibus collati, consideratione contextum, ut vocant, emendatissimum, ipsamque, quantum fieri posset, Caesaris et reliquorum manum tibi exhiberem. Qua in re summorum praeceptorum meorum, quos pia veneratione colo et admiror, Jacobi Perizonii, Jacobi Gronovii, et in primis Petri Burmanni, maximi elegantiorum litterarum doctoris, acerrimique vindicis, vestigia, quae principes in arte Critica viri, et celeberrimi veterum librorum instauratores semper [a] presserunt, et adhuc premunt, disparibus licet passibus, atque e longinquo sequi enitor. In MSStorum etiam adquisitione contigit mihi tam felici esse, ut meam ipsius spem superarint illorum librorum copia, vetustas, et integritas. Oculis enim perlustrare licuit venerandae antiquitatis et bonitatis membranas Jacobi Bongarsii, in folio, nongentorum, vel circa, annorum, belli Gallici libros octo complexas. Hunc thesaurum possederat ante Bongarsium Petrus Daniel, ut e libri fronte patet; dein [b] Sixtinus, mox Sixius, quum maxime publica Amstelaedamensis Bibliotheca. Soleo hunc codicem nominare *Bongarsianum primum*.

Proximus ejus aetati et fidei est liber, qui fuit olim S. Petri Bellovacensis, deinde Isaacii Vossii, nunc in Leidensi Batavae Academiae [c] Bibliotheca, scriptus in quadratae formae membranis. Deest illi abrupta

a Vide Cel. Burmanni praefationem egregiam ad Phaedrum.
b Vide N. Heinsii Epist. Corp. a Cl. Burm. editi T. III. p. 267.
c Num. 53. in Catalogo.

prima pagina, et desinit quoque Belli Gallici fine. Hunc voco *Vossianum primum.*

Post illos recensendus venit codex, aliquanto quidem recentioris, quam praecedentes, aevi, seu characteris; sed integritatis mirae, et bonitatis egregiae, optimas plerumque aliorum librorum lectiones confirmans, vel singulares eximiasque praebens. Pretiosissimus sane hic codex continet omnia Caesaris, Hirtii etc. opera. Exaratus est in membranis Fol. distinctaeque sunt paginae in duas, ut ajunt, columnas, characteris rotundi litteris. Olim illius possessor fuit Nicolaus Josephus Foucaltius, non ita pridem Samuel Hulsius, ex cujus amplissimi viri inmensa supellectile libraria, per Celeberrimum P. Burmannum, vigilantissimum Bibliothecae praefectum, cum multis aliis libris emtus devenit quoque in eamdem [a] Bibliothecam. Adpellatur mihi *Leidensis primus.*

Usus praeterea sum quatuor aliis codicibus, qui eadem servantur sede, sed junioribus. [b] Eorum unus itidem est ex libris Isaaci Vossii, in magnis quadratae formae membranis scriptus, divisis etiam in columnas paginis, seculi XIV. In hoc comparent quoque cuncta Caesaris, Hirtii etc. Deficit tamen in c. 34. B. Hispan. Cetera manu recentissima post exercitam jam typographiam erant adtexta. Inter suos libros eum numeravit olim Melch. Thevenotus: cui *Vossiani secundi* dedi nomen.

---

a Num. 917. in Cat.
b Num. 90. in Cat.

Alter [a] membranaceus in folio elegantissimis characteribus in principis viri usum exaratus, auroque ornatus, continet omnia etiam opera, *Leidensem secundum* adpello.

Tertius [b] descriptus in charta in fol. A. CH. MCDLVIII, emtus quoque ex Hulsiana bibliotheca. Dicitur mihi *Leidensis tertius.*

Quartus autem fuit itidem [c] Isaaci Vossii, in parvo folio pergameno conscriptus, qui recentior quidem Vossiano secundo, sed emendatior est. *Vossiani tertii* nota hunc designo. Hi duo posteriores non habent, nisi bellum Gallicum.

Ceterum hos sex codices adtenta mente consulendi copiam mihi fecit Amplissimorum paternae mihi urbis eo tempore Consulum benignitas; quorum pars fato jam functi, pars etiamnunc maxima cum laude, omniumque bonorum adplausu summam Leidensium rem administrant, diuque ut administrent, precor ac foveo: iisque pro hoc, similibusque saepius in me collatis beneficiis sinceram grati devotique animi declarationem, quam suo sibi jure a me deposcere videntur, lubens praesto.

Praeter eos summi amici et praestantissimi viri, *Jacobi Philippi Dorvillii*, benevolentia excussi membranaceum ipsius codicem, bonae, sed recentis notae, et eleganter in folio descriptum, cunctosque libros complexum; nec non alium chartaceum belli

a Num. 27. in Cat.
b Num. 4918. in Cat.
c Num. 1. in Cat.

Gallici codicem, forma, ut ajunt, octava exaratum, quem insignis celeberrimi et singulari eruditione exactissimoque judicio praediti viri, *Caroli Andreae Dukeri*, humanitas meis usibus ultro obtulit. Uterque sui domini nomen gerit. Ultimus recens etiam, sed ex vetusto libro descriptus, plerumque congruit cum Carrariensi, quem adeo jactat Michael Brutus: cujus tamen vera mihi vehementer suspecta est antiquitas.

Hos omnes, et praesertim priores, summa, qua potui, cura diligentissime ad Joannis Davisii editionem exegi. Nunc ad illos transeo codices, in quibus aliorum fidei me committere debui.

Hic autem nequaquam mihi praetereunda est plurimum reverendi et egregium in modum docti viri, Josephi Wasse, opera, saepius jam prae ardentissimo humaniores litteras promovendi studio benigne mihi praestita. Is enim sponte ad me transmisit, simul cum nonnullis suis conjecturis, luculentissimam variantium lectionum congeriem, factam a sese e MS. Merton. Collegii *Oxoniensi*, quingentorum annorum aetatem habente, nec ultra bellum Gallicum pergente, et cuncta fere locorum virorumque nomina omittente. Quanti tamen hic liber aestimandus sit, facile intelliges, lector, si dixero, eum semper, vel saltem plurimis in locis, consentire membranis Menardianis, seu Andinis, quas passim summis laudibus effert, quibusque vix meliores esse visas [a] adfirmat magnus J. Fr. Gronovius.

a Observ. 4, 8.

Illius vero *Andini* codicis excerpta eruditissimi ejus nepotis, Abrahami Gronovii, liberalitati debeo, qui sua manu descriptas ex avitis schedis varias lectiones mecum communicavit. Desinunt etiam in Belli Gallici fine. Hi duo libri, non raro a reliqua MSStorum turba discrepantes, adeo conspirant, ut unum esse codicem, vel potius, quoniam aetas videtur differre, ex uno eodemque descriptum, vel alterum alterius esse traducem suspiceris.

Post hos praecipue memorandus est codex, a Dionysio Vossio cum Ed. [a] Plantiniana collatus, quem *Josephi Scaligeri* olim fuisse, ex Vossii notis animadverti non difficile est. Hic plerumque facit cum Leidensi primo; ejusque excerpta in eadem custodiuntur bibliotheca; ut et illa, quae olim collegerat Criticae artis peritissimus vir, Janus Gruterus, ex membranis Petavianis, Bongarsianis tribus, quorum primum jam nominavi, Palatino, et optimo sane Cujaciano. De illis autem sequentia suo exemplari adleverat Gruterus:

„Ego Janus Gruterus meis oculis diligenter contuli totum Caesarem cum codice *Petri Petavii*, qui omnium erat emendatissimus, variantesque lectiones diligenter ad marginem adscripsi mea manu, usui futuras ei, qui adhuc Caesari admoturus manus salutares. Contuli item pluribus etiam locis *Palatino*, et *Bongarsianis* duobus, quorum melior atque antiquior fuerat aliquando Petri Danielis. Itaque ipsum signo voce 1. hoc est, *primi*.

---

a Antverp. A. MDLXXIV.

Alterum vero 2. i. e. *secundi.* Hi duo Codd. Bongarsiani nihil habebant ultra l. 8. B. Gall. Contuli postea tertium *Bongarsii*, scriptum elegantissimis characteribus, sed admodum recenter, in quo et bella Gallica, et alia omnia. Hunc voco 3. id est, *tertium Bongarsianum*, eumque, ubi ceteri Bongarsiani deficiunt, simpliciter nomino *B.* Praeterea notavi e *Cujacii* codice varias lectiones, quas e MSto ad oram sui enotarat, item emendationes aliquas ipsius, nec non expositiones. Erat autem idem liber Bongarsii quoque, mihique reliquit. VII Julii MDCVI."

Ipsum J. Gruteri exemplar postea Hagae Comitum Amplissimus vir, Gulielmus Goesius, communicaverat cum celeberrimo viro, Marquardo Gudio, qui hinc transscripsit, pluresque collationes suo exemplari addidit, de quibus mox agam. Ex illius rursus exemplari easdem excerpsit alius vir doctus, adlevitque editioni Davisianae, quod exemplar possidet ditissima viri, solida variae doctrinae gloria maximisque in rem litterariam meritis nobilissimi, Joannis Alberti Fabricii, τῦ μακαρίτυ, bibliotheca, brevi distrahenda; qui dum in vivis esset, illud Cl. Davisio, et deinceps mihi utendum concessit. Easdem lectiones ad Editionem [a] Gryphianam quoque transfudit adcuratissimae industriae interiorisque eruditionis laude conspicuus vir, Arnoldus Drakenborchius, qui et ipse me illarum participem fecit.

Verum quum haec excerpta a tam variis ad varias Editiones adtexta sunt, valde discrepare solent:

a A. MDXLVI. in 12mo.

quod aliter fieri nequit; ita ut non adtento, vel simplici lectori facile inponere possent. Id quod Cl. Davisio non raro accidissè, deinceps deprehendi. Mihi quoque crassas saepe obfuderunt nebulas, donec tandem, caligine dispulsa, clara mihi lux adfulsit. Scias igitur, benevole Lector, ipsum Gruterum istas lectiones enotasse ad [a] editionem Sebastiani Gryphii A. MDXXXVIII. quae inmensum quantum differt ab [b] altera, ejusdem typographi nomen praeferente, sed octo annos post excusa, et e [c] Vascosana editione ad apicem, non secus ac Stradae nomen habens Ed. MDLXXV. expressa. Gryphianae editionis annum bene quoque adnotarat Gudius. Verum ea observatione mihi deinceps non opus fuit. Namque Cl. Dorvillii mei opera nactus sum ipsas τȣ πάνυ Gruteri notulas, quas edere prius constituerat, quibusque jam praefationem addiderat; immo quas missurum se Cl. Gothofredo Jungermanno promiserat, uti non obscure liquere videtur ex illius viri praefatione, suae Editioni [d] praefixa. In his Gruterus id praecipue egit, ut vulgaria Caesaris exemplaria magna sui parte detruncaret, et multas voces, immo totas sententias et periodos, quasi spurias ac Celsi aliorumve interpolationes et vibices, ut ait J. Lipsius, resecaret: cujus judicii quaedam a se exhibita scripsit specimina in [e] Suspicionum li-

a Eadem illi, quam ipse habeo, A. MDXXXVI. per J. Jucundum Veronenfem in 8vo.
b A. MDXLVI. in 12mo.
c Paris. A. MDXLIII.
d Francof. A. MDCVI.
e Ad hos provocat etiam aliquoties in notis suis, ut suo loco adnotavi. Verum hi libelli adhuc latent. Nam in illis, qui lucem vident, nihil de Caesare legitur.

bellis, quos tum locupletare volebat, ibique de aliquot locis plenius se egisse. „[a] Verum post quindecim annos ab hoc incepto deterritus, et ab adfectibus, quibus transversim raptus erat, ad se reversus, deveneratusque magnos Caesaris manes etc. universa una litura involvere paraverat. Nihilominus amicorum precibus exoratus foetum istum e manibus exire passus est, ut [b] Lector cognosceret, homines animo non vivere uno, non una mente, nihilque adeo fallacius esse collegio Criticorum, Andabatarum more digladiantium, non cum adversario aliquo, sed cum propria umbra.“

Tale quum judicium de hisce notulis suis jam tunc temporis habuerit, etsi edi quidem permiserat, Gruterus, sanctos venerandi senis manes me violaturum esse credidi, si nunc illas in hominum ora oculosque protruderem. Praesertim cum persuasum mihi sit, Lectorum neminem hodie istas, nullo nisi fallacis ingenii, et hic illic MSti alicujus fundamento substructas, sed Caesaris genio, cjusque stilo, nusquam abrupto, sed pleno semper, copioso et perspicuo, adversantes, adprobaturum: licet non negem, hic illic adspersas esse Glossas aliquas. Quapropter illa solum inde excerpsi, meisque curis intexui, quae vel mihi placebant, vel alicui adridere posse opinabar. Nonnumquam tamen verissimas inde hausi emendationes, quas optima fide a me, nihil ex iis meo nomini adscribente, prolatas esse, testari possunt ipsa

a Sunt ipſa Gruteri verba usque ad, *umbra*.
b Quae cauſſae tunc earum inpreſſionem inpediverint, cum ignariſſimis nescio.

laboriosissimi viri monumenta, quae una cum codice, quem supra dixi, et Ed. Tarvisina A. MCDLXXX, a Grutero quoque consulta, in Amstelaedamensi conservantur bibliotheca. Non tamen Bongarsianos codices et Palatinum perlegit totos, ut ab ipso monitum supra vidimus: sed et a l. 6. B. G. c. 2. usque ad l. 8. desunt notae, ubi in Apographo vacabat multa charta pura, finiuntque in B. Alexandrino. Plures quoque lacunae in excerptis, quae ex Ed. Gryphiana hauserunt viri docti, adparent. Sed ad aliorum Codicum recensionem transeundi jam tempus est.

In his primus se obfert *Lovaniensis*, e societate Jesu, qui olim Laevini Torrentii fuerat, et a Cl. J. Lipsio, qui *Torrentianum* vocat, collatus ad Ed. [a] Plantinianam: unde varias lectiones descripsit Marquardus Gudius. Dein ejusdem codicis collationem instituit Illustrissimus Nicolaus Heinsius ad Ed. [b] Parisinam; et ex eo Celeberrimus Jacobus Perizonius ad Ed. [c] Elzevirianam una cum *Heinsianis* emendationibus, et alii docti viri ad Edd. alias. Hic codex est sexcentorum, vel plurium, ut putant, annorum. Peritissimus tamen harum elegantiarum spectator et judex, Heinsius, Gronovio [d] scribit, vix credi posse, quam pauca bonae notae inde deprompserit. Deficit in c. 33. B. Africani.

Insuper variantes Codicis *Egmondani* lectiones compilavi, qui a Marq. Gudio etiam cum editis com-

a Antverp. MDLXX.
b In 12mo A. MDLXI.
c In 12mo A. MDCXXXV.
d Tom. III. Corp. Epist. p. 137.

missus fuit. Hujus notam Cl. Drakenborchius in sui exemplaris margine exposuit sequentibus verbis. „Est in membranis in 4to. Folio primo legebantur hi versus barbari:

*Abbas Gerardus Poelgeest venerandus in Egmont*
*Istum cum multis librum reparavit honeste.*
*Inspicis hic, lector, quo tempore rupta refecit.*

Sed aetatem, qua scriptus fuit hic codex, indicat alter versus in margine libri septimi,

*Qui me scribebat, Florens, hoc nomen habebat.*
*Anno Domini* CIↃCCCCXLV. *Feria IIII post translationem B. Benedicti.*"

Huic etiam classi adscribendus codex *Gottorpiensis*, itidem a Gudio collatus, ex Ducis Holsatiae bibliotheca; scriptus in charta in Fol. satis accurate, sed recentior. Hic in omnibus fere convenit cum Leidensi tertio, et antiqua incerti loci editione.

Aderant etiam Fabricii exemplari excerpta, ut creditur, e Codd. [a] *Buslidiano*, et *Abrahami Ortelii*, nec non duobus Vossianis codicibus, (quae excerpta etiam habet Cl. Drakenborchius) supra memoratis, et Ed. Romana principe. Quin adscriptae erant multae *Lipsii* conjecturae ineditae, et *Gudii* nonnullae. Ea omnia sub illorum virorum nomine, uti et nonnulla ex anecdotis *Theodori Pulmanni* Schedis, a Cl. Dukero communicatis, nec non codicibus per alios jam excussis, meos in usus converti. Inserui etiam hic illic variantes lectiones vel emendationes, a Paulo Aicardo Ed. P. Manutii Ven. MDLXI, calamo adlitas:

a Vide tamen ad Auct. B. Hisp. c. 8. init.

quod exemplar emi curavi Hafniae in auctione librorum Ill. Comitis, Christiani Daneschiold, et ante possederat Nob. vir, Fredericus Rostgaard, sibi a Nob. G. Scherardo Romae a. d. VIII. Febr. MDCXCIX. donatum. Nobilissimus quoque Joannes Bouhierius, generis splendore non magis, quam summa doctrinae et virtutis laude spectatissimus, specimen duorum, qui penes ipsum sunt, codicum mihi e Francia misit. Sed quum vulgaribus MSS. qui inmenso sunt numero, eos plurimum congruere viderem, inpendendi in eos laboris humanissimo viro gratiam feci, oblati muneris, non secus ac percepti, debitor.

Praeter hos codices manu exaratos evolvi quoque, et singula ad verba diligenter post alios expendi [a] Graecum B. Gallici Metaphrasten, eumque, qui [b] Julii Celsi nomen [c] mentitur, scriptorem. Quorum collatio, etsi tanti mihi non visi sunt, qui rursus inprimerentur, et suo cumulo hanc onerarent editionem, magnum saepe ad verae scripturae indagationem emolumentum adtulit.

a De illo vide praefationes Jungermanni ac Davisii, qui excudi curaverunt.

b Adi G. J. Voff. de Hift. Lat. J. G. Graevium in praef. J. A. Fabr. in Bibl. Latin. H. Dodwell. Diff. de Celfo. Editus A. MCDLXXIII. f. et dein cum Graevii notulis Amft. MDCXCVII. Lugd. Batav. MDCCXIII. et separatim Londini MDCXCVII.

c Cave vero, ftatuas cum Erud. Bernardo Moneta, cujus sententiam memorat Cl. J. A. Fabricius in Bib. Lat. Suppl. p. 192. [Tom. I. p. 259. ed. Erneft.] libros hos effe *Francisci Petrarchae*. Qua opinione illi viro gravem faciunt injuriam. Petrarcham enim qui norunt, tam barbare scribere non potuiffe eum sciunt, quam agit Caesaris vitae auctor. Quid? quod Gualterus Burleus Anglus, qui aequalis ei, vel potius prior fuit (nam XXX fere annos ante Petrarcham natus eft: confer Voff. de Hift. Lat. p. 515. 524.) in libro de vita ac moribus Philosophorum Poëtarumque veterum (ut titulum concipit MS. Harlemensis) jam multa ex Celfo ifto citet, eumque nominet *Ju-*

Non raro etiam ad partes voco Ed. Romanam A. MCDLXIX, et incerti loci Ed. A. MCDLXXIII, eamdem, ex qua Celeb. Graevius J. Celsum reparavit. Harum editionum excerpta, et alia descripta a [a] Perizonio doctissimus cognatus meus, Henricus Snakenburgius, mihi donavit. Cum ipso autem illa, nec non Heinsianam Lovaniensis Codicis collationem communicaverat eruditissimus et politissimus Hoffius, Bernas. Posterioris etiam excerpta mihi dederat Cl. Dukerus; at ipsum exemplar meo usui concessit celeberrimus Sigebertus Haverkampus. Complectitur vero solum B. Gallicum, estque corruptissima, ac longe diversa a reliquis Edd. antiquissimis, quales sunt Edd. Mediolanensis A. MCDLXXVII. et Veneta A. MCDXCIV. pluresque, quarum seriem infra adtexui. Plerumque illae consonant, ac primus ab iis majorem discessionem fecit, suos codices vel ingenium secutus, Philippus Beroaldus, dein J. Jucundus Veronensis, ejusque vestigia premens Sebastianus Gryphius; tum Vascosanus, Robertus Stephanus, Paullus Manutius, J. Rossetus Au-

---

*lium Celsum historiographum, qui scripsit diligenter de bello Caesaris librum, quem in quinque libros distinxit, in quibus multa doctrinalia notabilia continentur.* Immo Petrarchae foetum esse non potuisse, evincit Vincentius Bellovacensis, utpote qui mortuus est LV annos ante natum Petrarcham. V. Voss. p. 477. 524. Is tamen in speculo Historiali ab O. C. ad A. CH. MCCXLIV Celsi meminit, et ex eo dicta quaedam moralia excerpsit, quae nunc quoque ibi inveniuntur. Nec obstat, quod sub Petrarchae nomine (v. Jungerm. praef.) exstat fragmentum Celsi, cujus mentionem feci ad finem B. Hispan. Credi potius fas est, codicis illius Petaviani, cui adnectitur, Petrarcham olim fuisse possessorem.

a Cujus exemplari etiam adlitae erant variae lectiones, quasi ex *V. C.* quas deinceps deprehendi marginales esse lectiones Ed. Vascosanae.

rimontanus, Fulvius Ursinus, [a] Justus Lipsius, Josephus Scaliger, et alii; qui viri praestantissimi egregiam his commentariis operam, praesertim Stephanus, Ursinus, et Criticorum ille Princeps, Scaliger, navarunt, multosque naevos sustulerunt. Non raro tamen vel depravatis, aut vulgaribus codicibus addicti, vel nimis ingenio indulgentes, aut meras aliorum conjecturas recipientes, hallucinati sunt, et alter alteri adversantes lectorem verae scripturae incertissimum reddiderunt. Id quod tamen praecipue animadvertendum est in illos, qui suis notis haec scripta inlustrare adgressi sunt.

Nam ad interpretes sponte me praefationis deducit filum. Magno hi sunt numero, suis quisque meritis insignes, nec debita laude fraudandi, ut Joannes Rhellicanus, Henricus Glareanus, Joannes Glandorpius, Joachimus Camerarius, Joannes Michael Brutus, Aldus P. F. A. N. Manutius, Joannes Sambucus, Fulvius Ursinus, Petrus Ciacconius, Franciscus Hotomannus, Joannes Brantius. Quorum omnium integrae animadversiones, notae, schólia, spicilegia, adnotationes etc. in privatos meos usus suo ordine a me digestae et conglutinatae, ac grande complexae volumen, recudi hic debuissent, si hodiernorum librariorum consuetudini morem gerere, animum mihi induxissem. Verum ab hoc instituto, suis commodis

saepe

a Ejus esse Epistolam, Christophoro Plantino inscriptam, non vero Jos. Scaligeri, ut Edd. Janzonianae jactant, evidentissime patet ex Raphelengii praefatione, Scaligeranis curis, a se editis, praemissa A. MDCVI, cum Jungermanni praefatione ejusdem anni comparata.

saepe non carente, ut nunc recederem, multae me permoverunt caussae. Nam repetitis toties, et conjunctis aliorum operis obrui potius auctores, et ex oculis atque adtentione amitti, quam inlustrari, vel intellectu faciliores reddi, multos crebro querentes audivi; qui sibi etiam taedium oboriri, et fastidium creari dictitant, quoties eadem, aut in eamdem scripta sententiam bis terque (ut tum fieri necesse est) vel saepius sese subsequuntur. Et sane hoc omnino negari non potest. Adhaec insunt iis adnotationibus, jam ante congestis, multa a meo proposito aliena. In primis autem sumtuum rationem esse habendam, judicavi: quippe multo minore pretio bona et facillima paratu Editio Jungermanniana, in qua illae notae simul, nec non aliae de Caesaris ponte etc. conspiciuntur, adquiri potest, quam nunc denuo impressae venirent. Quid? quod et ista verborum mole omissa, adfirmare ausim, nihil fere solidae rei, ad veram auctorum scripturam spectantis, et in illis commentationibus occurrentis, in hac Editione nostra desiderari: quoniam viri docti, quorum animadversiones meis praefixi, diligenter mecum curarunt, ut praecedentium interpretum sententiam passim commemorarent, expenderent, confirmarent, aut refellerent. Hisce de caussis illam farraginem non iteravi; sed et omnia, quae ex ea in posteriores editiones transscripta erant, ad antiquas sedes relegavi; nisi ubi quaedam notulae Davisii notis sic adplicitae erant, ut sine sensus detrimento rursus divelli nequirent. Quare vero praeteriverim quoque Arnoldi Montani,

Joannis Goduini, Christophori Cellarii, et aliorum animadversiones, multis referre quid adtinet? Prolatae jam caussae sufficere possunt. Illis tamen accedit, quod istae vel levioris sunt curae et momenti, vel ex aliorum commentariis haustae, ac furtim sublectae. Nihilo minus quidquid istae memoria dignum habent, hic frustra non quaeres. Dissertationes illas, Editionesque, quarum mentionem facit [a] Cl. Fabricius, mihi numquam videre contigit, [b] excepto, quod Editio Jungermanniana, ad quam Henricus van der Borcht, Arundel. Comitis antiquarius, ex nummaria et inscriptionum supellectile, calamo, elegantissime mehercules, depicta, hos commentarios inlustravit, jam penes me sit. Verum hi nummi et inscriptiones, maxima saltem ex parte, neminem nunc paullo doctiorem latent, et Caesari intelligendo parum vel nihil conducunt. Superfuerunt igitur solae Dionysii Vossii, magni Gerardi F. J. N. et Joannis Davisii ac Samuelis Clarkii notae. Has, ut maxime utiles, integras exhibui; ita tamen, ut a S. Clarkii notis illa verba saepe resecuerim, quae ex Vossii et Davisii notis in suas, separatim editas, transtulerat. D. Vossii observationes, ad MSS. Gruteri collectaneorum, Scaligerani et sui codicis, a fratris codicibus diversi,

a In supplem. Bibl. Lat. ad l. 1. c. 10. p. 196. [Tom. I. p. 254. 261. 265. (296.) ed. Ern.]

b Toto hoc opere jam inpresso, sed et typis mandata mea praefatione, nactus tandem sum ineditas Cel. Viri, Roberti Titii, quarum ibidem meminit Fabricius, in Caesarem Animadversiones. Eae notis brevibus, explicationis verborum aut historiae gratia, vel ad excusas olim lectiones a Faerni, Ursini, Hotomanni etc. emendationibus vindicandas, passim conceptae, quamvis sine MSStorum ope, praeter unicum C. Pichenae, quem tamen perraro ad partes vocat, procedunt usque ad c.

fidem confectas, plerumque eximias, et quamvis juveniles (primo enim et vicesimo aetatis anno supremum obiit diem) et postumas, ac non ultra B. Civile procedentes, multis etiam locis raras nec elaboratas, primus excudi Amstelaedami A. MDCXCVII. curavit Cel. J. G. Graevius, acceptas ab Amplissimo Vossii patruo, Gerardo Johanne Vossio, supremae Flandriae curiae Senatore. Davisius suas notas emisit Cantabrigiae A. MDCCVI. Sed quum deinde S. Clarkius, in editione a se procurata, quaedam a Davisio omissa, nonnulla perperam commissa et errata, humanissime et leniter, laudabili sane more, admonuisset; Davisius, adjutus variis lectionibus, ex Fabricii exemplari, saepius jam nominato, haustis, ea in secundis curis correxit, aliaque addidit, suaeque editioni adsui jussit A. MDCCXXVII. S. Clarkius ediderat scilicet splendidissimam illam, et luculentis aeneis tabulis exornatam, atque Actis Eruditorum celebratissimam editionem, Heroi Marlborouchio dicatam, Londini A. MDCCXII, una cum notis suis. Haec vero a me visa non est; sed altera, quae in minore forma sine tabellis exiit Londini A. MDCCXX. unde notas in meam editionem transscripsi. Quibus subsidiis docti illi Britanni, qui non ita pridem rem

37. l. 2. B. Civ. Mendosissime autem sunt descriptae, et crebro lacunis deformatae, Graecis semper omissis, ut pateat, exaratas esse ab homine, qui Graece nesciverit. Quam plurimae etiam, et melioris quidem commatis, per alios jam sunt occupatae: quare tanti mihi non visae sunt, ut meam retardare deberent editionem, aut idcirco instituti mei rationem in praesentia mutarem, alia fortassis occasione illas illarumve excerpta publico donaturus. Meis vero usibus has quoque plene concessit Cl. Dorvillius noster, a se una cum ἀνεκδότοις Controversorum R. Titii voluminibus in libraria doctissimi et meliore fato dignissimi Viri, H. Brenkmanni, auctione nuperrime emtas.

litterariam morte destituerunt, súbnixi laborem his Commentariis inpenderint, ipsi in praefationibus, quae meam sequuntur, declararunt. Horum adnotationes, suis nominibus insignitas et distinctas, excipiunt tandem meae, quas nullo lenocinio fucatas, et in tam breve spatium, quam fieri potuit, contractas, tui arbitrii facio. Textum ipsum ad membranarum fidem, etiam in locis mendosissimis, quae magno numero emaculare non valui, ceteris interpretibus haud ingeniosior, sanctissime constitui, nullique Editioni adhaesi; at, ubicumque quid inmutavi, benevole Lector, te semper in notis admonui, vel etiam, quando res erat liquidissima, cujusque, ut levioris, rationem reddi non oportebat, brevitatis caussa, taediique vitandi ergo in variantibus lectionibus, cuique paginae subnexis, adnotavi. Orthographiam in plurimis secutus sum, quam vetustissimi et integerrimi codices satis constanter mihi suggesserunt. In nonnullis tamen vulgarem scribendi modum, quamvis ipse aliud sentiam, locum suum adhuc obtinere passus sum. Librorum argumenta Lipsiana rursus addidi, praeter unicum B. Hispaniensis, ubi Clarkianum praetuli. Fragmenta distinctius edi, et notha melius discerni curavi, parvulasque Scaligeri, ut existimant [a] vulgo, notulas Davisianis adjunxi. Geographicos Nomenclatores etc. Ortelii, Scaligeri et S. Clarkii etiam admisi, ut et Dissertatiunculam Cl. V. Henrici Dodwelli de

a Vide tamen Raphelengii praefationem A. MDCVI. [ubi *Fragmentorum accessionem non quidem ab eodem* (qui Caesarem recognoverat, Scaligero,) *esse, ab erudito nihilominus et diligenti viro concinnatam* scribit.]

Hirtio, ex ejus Annalibus Vellej. etc. A. MDCXCVIII. descriptam. Veterem rerum indicem iterari jussi: novos verborum et rerum, Auctorumque in notis memoratorum confeci. Scripturae compendiorum, quibus in designando codices, editiones, alia, usus sum, tabellam pagina sequenti subjunxi. His fruere, Lector, ac vale; et si in tam operoso labore nonnumquam dormiens erravi, vel humani quid passus sum, aequam a te veniam peto; nec non, ut grande aeris alieni pondus, quod contraxisse me audivisti, quodque, dum exsolvendo non sum, gratus agnosco, tuo mihi favore levius reddas, etiam atque etiam precor. Dabam Harlemi. Ipsis Kal. Septemb. A. MDCCXXXVI.

# NOTAE

*Manu exaratorum et typis inpressorum J. Caesaris etc. exemplarium, aliorumque, quorum mentio in observationibus et variis lectionibus occurrit. Arabici numeri quantitatem designant.*

| | |
|---|---|
| **MSS. O. a m. pr. sec.** | **Manuſcripti libri omnes, a manu prima, secunda.** |
| **VV. LL.** | **Variantes lectiones.** |
| **B. Bong. pr.** | **Bongarsianus primus.** |
| **L. Leid. pr. sec. tert.** | **Leidensis primus, secundus, tertius.** |
| **V. Voſſ. pr. sec. tert.** | **Voſſianus primus, secundus, tertius.** |
| **D. Duk.** | **Dukeranus.** |
| **D. Dorv.** | **Dorvillianus.** |

*Hos nominatos ipse oculis lustravi. Ceterorum, qui sequuntur, excerpta tantum nancisci mihi contigit.*

| | |
|---|---|
| **A. And.** | **Andinus.** |
| **B. Bong. sec. tert.** | **Bongarsianus secundus, tertius.** |
| **C. Cuj.** | **Cujacianus.** |
| **D. Voſſ.** | **D. Voſſii collatio.** |
| **E. Egm.** | **Egmondanus.** |
| **G. Gott.** | **Gottorpiensis.** |
| **L. Lov.** | **Lovaniensis.** |
| **O. Ox. Oxon.** | **Oxoniensis.** |
| **P. Pal.** | **Palatinus.** |
| **Sc. Scal.** | **Scaligeranus.** |
| **Aic.** | **Aicardi.** |

| | |
|---|---|
| Bouh. pr. sec. | Bouherianus primus, secundus. |
| Busl. | Buslidianus. |
| Ort. | Ortelii. |
| Pulm. | Pulmanni Schedae. |

*Qui sequuntur, eorum praeter alios in notis suis passim faciunt mentionem viri docti, et a me citantur.*

| | |
|---|---|
| Br. | Brantii. |
| C. Carr. | Carrariensis. |
| Ciacc. | Ciacconii. |
| El. Norv. | J. Mori codex, Norv. et dein Eliens. Episc. |
| Gall. | Gallicani Codd. |
| Hot. | Hotomanni. |
| Reg. | Regius Anglicanus. |
| Samb. | Sambuci. |
| Steph. | Stephanicus. |
| Th. | Thuanaei Codd. |
| Urs. | Ursini Codd. |

---

| | |
|---|---|
| Edd. qdd. pp. o. | Editiones quaedam, primae, omnes. |
| R. Rom. | Romana MCDLXIX, MCDLXXII. |
| Inc. | Incerti loci MCDLXXIII. |
| M. Med. | Mediolanensis MCDLXXVII. |
| Tarv. | Tarvisina. MCDLXXX. |
| V. Ven. | Venetae MCDLXXXII, MCDXCIV, MDXVII. etc. |
| Ber. | Beroaldi MDVIII. |
| Aldi. | Aldina, curante Jo. Jucundo, MDXIII, MDXIX, etc. et P. Manut. MDLXI. |
| Fl. Flor. | Florentina, *a M. Bruto adhibita*, MDXIV. apud Juntas. |
| Bas. | Basileenses MDXXXI etc. |

| | |
|---|---|
| S. Gr. Gryph. pr. | Seb. Gryphii prima 8*vo* MDXXXVI. *vel* MDXXXVIII. |
| S. Gr. post. | Seb. Gryphii posterior 12*mo* MDXLVI. |
| Vasc. | Vascosana MDXLIII. |
| R. St. Steph. | Rob. Stephani MDXLIV. |
| Man. | Manutii P. F. A. N. MDLXXI. |
| Ros. | Rosseti MDLXXI. |
| Urs. *sive* Plant. | Ursini *sive* Plantiniana MDLXXIV. |
| Str. | Stradae MDLXXV. |
| Raph. *sive* Lips. | Raphelengiana *sive* Lipsii MDXCIII. |
| Scal. | Scaligeri MDCVI. |
| Jung. | Jungermanni MDCVI. |
| Elz. | Elzevirii MDCXXXV. |
| Mont. | Montani MDCLXX. |
| God. | Goduini *in usum Delphini* MDCLXXVIII. |
| Amst. | Amstelaedamensis MDCXCVII. |
| Cell. | Cellarii MDCCV. |
| Dav. | Davisii MDCCVI. |
| Lugd. | Lugdunensis MDCCXIII. |
| Cl. | Clarkii MDCCXX. |
| Al. | Alii *vel* aliae. |
| Aim. | Aimoinus. |
| Cels.* | Celsus. |
| Glar. | Glareanus. |
| Gland. | Glandorpius. |
| Gr. *vel* Met. | Graecus Metaphrastes. |
| Or. | Orosius. |
| Rhell. | Rhellicanus. |

## J. DAVISII

# PRAEFATIO

### AD ED. PRIMAM.

*Nemini latet, permultos esse, qui moleste ferunt et indignantur, doctorum virorum labores truncatos exhiberi: integrae autem variorum animadversiones, sine modo cumulatae, aliis non arrident, iisdemque saepius repetitis codicum molem, solo Librariorum commodo, auctam queruntur. Ut horum utrisque, quantum in me erat, facerem satis, nihil equidem lubens omisi, quod CAESARI illustrando aut emendando posset inservire: politicas tantum et inanes observationes resecui, diligenter interim invigilans, ne recocta crambe Lectorum nauseam moverem.*

*Cum vero intelligendo scriptori nobilisimo priorum interpretum curae non sufficerent, meas quoque notas adjeci, in quibus non modo Historiam et locutiones illustravi, sed et, nisi fallor, veram lectionem saepius vindicatam, compluresque mendas ope Codicum, aut ex ingenio, sublatas invenies.*

*Huic praestando subsidia non levia ministrarunt MS. et impressus Romae A. D.* MCCCCLXXII. *quorum utrumque pro summa sua ac singulari humanitate*

*mecum communicare dignatus est vir praestantissimus, JOANNES MORUS, Episcopus Norvicensis. Haud parum etiam profuerunt editt. Veneta anni* MCCCCLXXXII. Beroaldina MDVIII *aliaeque veteres, quas amici mihi suppeditarunt. Illis propterea gratias quam maximas habeo atque ago.*

*Binos indices praecedit Metaphrasis Graeca librorum* VII. *de Bello Gallico, quam MAXIMO PLANUDI, aut THEODORO GAZAE, adscribunt viri eruditi. Quicumque demum sit auctor, vitiosis sane codicibus est usus, et Linguam Latinam minus calluit; unde factum, ut a CAESARIS mente passim aberrarit, et ineptum sensum procuderit: ideoque non meae voluntati, sed aliorum votis sum obsecutus, cum eam interpretationem hic repraesentandam jusserim. Utrum vero emendate recudatur, nescio; oculorum enim imbecillitas fecit, ut tum temporis ei corrigendae non essem.*

*Fieri vix potest, quin in tanta rerum varietate interdum somnus obrepserit: quod si me dormitantem Lector deprehendat, eandem benignitatem, quam ipse aliis praestiti, mihi, si aequus est, non denegabit; acerborum autem et iniquorum hominum iram placare non aggrediar: inanes enim preces fundere non fert animus.*

Dabam Cantabrigiae a. d. IX.
Kalendas Martias MIↃCCVI.

## S. CLARKII

# P R A E F A T I O.

### LECTORI.

*Quoniam in Caesaris Hirtiique libris quam emendatissime emittendis tot praeclara hominum eruditissimorum nomina impensam jamdudum operam studiumque posuerunt; haud sane magna erunt, quae in Operis, cum per se singulari dictionis perspicuitate et eloquentiae nitore splendidi, tum virorum tot et tantorum lucubrationibus semel atque iterum ac saepius expurgati, Editione, possis a Nobis denique expectare. Veruntamen, ut institutam laboris nostri rationem, qualis ea cunque demum fuerit, exponamus; pauca sunt, quae in antecessum Lectorem amicum atque benevolum admonitum velim.*

*Primo, Caesaris Hirtiique Commentarios, collatis inter se plerisque omnibus tam recens quam olim Editis, quasque ex MSS. Viri eruditi varias Lectiones collegerant, his itidem studiose exquisitis et ad libros impressos corrigendos diligenter adhibitis, emittimus, quam quidem possimus, emendatissimos. Idque in hac editione praecipua assiduitate praestitum observabit Lector, ut, accurata interpunctione distinctis in* κῶλα *sua atque* ἡμικῶλα *sententiis, con-*

*stet sua nitidissimo Auctori, qua super alios omnes excellebat, dilucida atque perspicua locutio.*

*In Annotationibus, quae ab unoquoque Eruditorum optime et acriori adhibito judicio explicata vel emendata viderentur, excerpsimus, adpositis semper suis cujusque Scriptorum nominibus. Nostrasque passim castigationes et emendationes interspersimus, ut in Auctore toties limato atque correcto, haud sane paucas, neque Lectoribus (ut speramus) etiam eruditis contemnendas.*

*Maximum mihi hoc in opere auxilium attulit Liber MS. haud quidem ipse antiquissimus, ex valde antiquis autem (ut videtur) Codicibus exscriptus, quem e Bibliotheca REGIA utendum mihi dedit Vir in hujusmodi rebus peritia plane incredibili, et Criticos unus omnes longe longeque judicio et sagacitate antecellens, RICHARDUS BENTLEJUS.*

*Nonnulla notatu digna subministrarunt variae Lectiones Manuscriptae, quas ex Museo Is. Vossii transcriptas* [a] *communicavit Vir Reverendus, ROBERTUS CANNON, S. T. P. diversas utique ab eis, quae in notis Dionysii Vossii in Amstelaedamensi Caesaris Editione insertis exhibentur.*

*In aliis denique opem tulit MS. pulcherrimus Illustrissimi illius literarum literatorumque Fautoris atque Patroni, admodum Reverendi in Christo Patris ac Domini Dni. JOANNIS MOORE, Episcopi Eliensis. Quo quidem libro antea usus erat doctissimus*

a E Cod. Is. Vossii recentissimo, sed elegantibus characteribus exarato, quem Vossianum secundum nomino.

Davisius, *et* Norvicensem *appellat. Verum quanti sit, etiam post diligentissimos atque oculatissimos librorum inspectores eosdem iterum atque iterum pervolutare, ut vel ex illis locis, ubi nulla compareat latinitas, nulla sententia, aliquid tamen fortasse expiscemur, docet inter alias vel una illa, quam suggessit liber iste manuscriptus, luculentissima conjectura (dicam?) an potius certissima emendatio, et plane* Hirtii *ipsius restituta verba, quam attulimus in* Annotat. ad B. G. 8, 23. §. 5.

*Denique Indicem Locorum, ex recentioribus de re Geographica Scriptoribus, auctiorem et correctiorem, quam antehac editus fuerat, in fine apposuimus.*

*Sicubi me forte, ut par est in longiori opere, dormitantem repereris; aequum te praebeas Judicem, benevole Lector, memor, quam simus omnes ad errorem proclives. Vale.*

Dabam Decembr. 4. 1711.

# *J. DAVISII*

# PRAEFATIO

AD ED. SEC.

LECTORI

S.

*Ineunte anno* MDCCVI. *CAESAREM HIRTIUMQUE publici juris feci, nec meas observationes inlaudatas praetermisere viri docti. In iis non modo Historiam et locutiones inlustrare, sed rectam vindicare lectionem, mendasque librariorum tollere sum conatus. Huic rei praestandae subsidia non levia praebuerunt* [a] *MS. et impressus Romae a. d.* MCCCCLXXII. *quorum utrumque pro summa sua ac singulari benignitate mecum communicavit vir praestantissimus, JOANNES MORUS, tunc Norvicensis, postea vero Eliensis Episcopus. Usus etiam sum editione Veneta* MCCCCLXXXII. *Beroaldina* MDVIII. *aliisque veteribus, quae nonnihil profuerunt.*

*Binos indices praecedit Metaphrasis Graeca librorum* VII. *de bello Gallico, quam* [b] *Maximo Pla-*

---

a Hosce Codices una cum reliquo eoque pretiosissimo thesauro librario dignissimi praesulis in Academiae Cantabrigiensis Bibliothecam transtulit numquam praedicanda potentissimi clementissimique regis Georgii munificentia.

b Vide Cl. Fabricium bibl. Lat. 1, 10.

*nudi, aut Theodoro Gazae, tribuunt eruditi. Quicumque demum sit auctor, linguam Latinam minus calluit, et a vitiosis Codicibus est deceptus; unde factum, ut a Caesaris mente passim aberrarit, et sensum procuderit ineptum. Igitur aliorum potius votis quam meo judicio morem gessi, cum ei versioni locum dederim.*

*Siquidem malo fato Bibliopolae contigit, ut non nulla hujus editionis exemplaria restarent, iis curas addidi secundas, in quibus aliqua correxi parum recte tradita; plura vero, quae prius in mentem non venerant, adjeci. Si candidis Lectoribus eae non displiceant, veniamque juvenilibus nostris conatibus possint impetrare, quod volui, sum consecutus.*

*Interim gratus haud essem, si beneficium viri non minus humanitate quam doctrina spectatissimi, J. A. FABRICII, silentio praeterirem: is enim lectiones MSStorum plusquam decem ex Libris Gudianis descriptas ad me misit, quarum ope multos locos emendavi. Minutias tamen omnes non tetigi, quod vix in brevibus additamentis fieri potuit. Nihilominus eas, si detur occasio, diligenter persequar, measque notas limatiores et meliores posteris tradam.*

*FR. FLORIDUS SABINUS Commentarios de bello Civili CAESARIS haud esse censuit; eique de bello Gallico libros abjudicavit LUD. CARRIO. Horum vero Duumvirum temeritatem merito redarguit* [a] *G. J. Vossius, eorumque sententiam omni prorsus*

a De hist. Lat. 1, 13.

*fide digno testimonio destitutam recte pronunciavit Cl.* [a] *Dodwellus. Ille tamen ipse libros de bello Africano et Hispaniensi multis post HIRTIUM saeculis interpolatos esse contendit; quod cum ex rebus ipsis, tum ex dictione probare nititur. Hoc autem nullo jure factum est, ut singulis ad examen revocatis facile demonstrarem, nisi meam operam supervacaneam fecisset vir doctissimus,* [b] *Joan. Clericus. Pauca tamen curis secundis inmiscui, quae Dodwellum se parum felicem censorem praestitisse satis ostendant. Vale.*

Cantabrigiae Kalend.
Septemb. MDCCXXVI.

a Diff. de Jul. Celfo §. 4.
b Bibl. Select. Tom. XXVI. p. 132. seqq.

C. JULII

# C. JULII CAESARIS
# COMMENTARIORUM
## DE
# BELLO GALLICO
## LIBER I.

### ARGUMENTUM LIB. I. DE BELLO GALLICO.

GALLIAE *descriptio.* II. *Eam invadunt Helvetii.* pag. 1. XII. *Sed a Caesare duobus proeliis profligantur;*

*C. Julii Caesaris*] Originem Caesarei nominis, a multis anxie scrutatam, et ex Punica, vel Maurum lingua petendam esse, adeo jam receptum est, ut, qui in dubium illud devocet, vix quisquam hodie reperiatur. Unde frustra monuerim, errare Festum, qui a caesarie, alios, qui, multo imperitius, a caeso matris utero appellatum Caesarem contendunt. Quorum fidem vel sola nummorum Caesaris auctoritas sublevet, quibus non temere elephantis imago impressa est. Et Spartiani Serviique auctoritas, qui disertim ajunt *Caesaris* vocem Punica, vel Maurorum lingua elephantum notare. Sed non paucos torsit, quod Caesaris vox, elephanti significatu, nec in Hebraea, neque in affinibus huic linguis reperiatur. Nam Hebraeis elephantum פִּיל *piil* nuncupatum novere, quibus degustata est eorum lingua. Alterum quoque nomen *barrus*, apud Indos usurpatum auctores tradunt: quod a sono factum, quem bellua edit. Horum neutrum juvare potest. Arabibus, قسري *magnum* notat, sed nequaquam ego ab Arabibus petendam hujus vocis originem censuerim. Primus Casaubonus, notis ad Sueton. a כְּשֵׂרָא *cesera*, quomodo *scutum* appellant Chaldaei, appellatum putavit elephantum, tanquam scutum ac tutamen legionum. Quod tamen paullo longius petitum videtur. Forsan haud absurde dixeris, homines, quando primum hanc bestiam conspexere, ignaros nominis vocasse animal כשור *cassor*, *forma bovis*, ut *Lucas boves* Romani dixere. Nam moris gentibus, insignire notis nominibus. Sic *ursum Numidicum* Plinius leonem vocat. sic Cae-

2 XXVIII. *et reliquiae in patriam relegantur.* XXX. *Galli apud Caesarem de Germanorum, qui, duce Ariovisto, Sequanorum agrum insidebant, insolentia conqueruntur.*

sari bisons, *bos cervi figura*. Idque ideo, quia e vulgaribus animantibus boves maximi. Saepe autem hujusmodi comparationes aut nomina casu orta, si non alia, abunde *mannae* vocabuli origo testetur. Quid quod elephantis nomen Graeci ab Hebraico אֶלֶף *eleph* deduxere, quod *bovem* illis notat. Nam quod magnus Casaubonus *elephanti* vocem a פִּיל per μετάθεσιν deducit, pace summi viri dixerim, absurdum est. Alioqui si minus id placeat, dicere possis, nomen *Caesar* factum ex כְּצוֹר *catsor*, ut mirati mortales belluae magnitudinem *rupis*, aut *collis instar* esse dixerint, cum צוֹר *tsor* rupem, et celsum locum notet. Hinc enim מָצוֹר *matsor*, *munitionem*, *propugnaculum* appellant. Similique modo Isidorus ait a Graecis elephantum dictum, quia montis magnitudinem habeat. Quamvis vanum id figmentum, ut alia saepe Isidori. Utut est, omnino ego statuo, vocabulum *Caesar* Afris elephantum denotasse. Indicare id videtur vocabulum כְּשִׂירָא *cesera*, quo *scutum* significant: non quodvis, sed, ut reor, elephantino corio inductum. *Cetram* Latini dixere, sed latius extenta notione, ut ferme a proprio significatu in alienos vocabula degenerant. Ego כְּשִׂירָא *cesera*, primo *elephanti tergum* notavisse arbitror, postea, quia apta scuto pellis, etiam pro *clypeo* acceptum. Sic sane scutum, quia antiquissimis ex salice parabatur, *ἰτέαν* vel salicem Euripides vocat:

*Κρεὼν γε τ' ἐνθένδ' ἰτέαν λαβὼν χερί.*
*Creon deinde salicem suscipiens manu.*

Ita etiam *cetrae* voce usus Plinius 11, 39. *Elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habent.* Nam illud, quod nonnullis placuit *setas*, vel *quasi setas*, omnino arcendum. Accipienda hic *cetrae* vox non pro scuto, sed corio, quo tegi scuta solent. Quod nonnulli de hasta intelligendum ajunt. sed Hesychius *ἰτέαι*, inquit, *ἀσπίδες, διὰ τὸ πρώτας ἐκ ταύτης τῆς ὕλης κατασκευασθῆναι*. vid. Eustath. Et *γέῤῥαι* Persica scuta, quia e vimine texta, quorum Xenophon 1. Cyropaed. meminit, p. 6. Etiam *κοπὶς* gladius parvus apud Xenoph. l. 1. p. 5. et Curt. a כָּף curvatura, quia incurvus erat. Dicerem autem, vocem *cetra* a כְּשִׂירָא *cesera*, originem habere. Nisi esset Hebraeis vox סָתַר *occultare*. Unde סִתְרָה *latibulum*. Et Arabibus eadem ab origine (sic ?) قسرة clypeum notat. Nam cetram Servius esse ait loreum scutum, quo Mauri et Hispani utuntur. Alioqui si a כְּשִׂירָא deducerem, levis mutatio sit. Graecis sane familiarissima, Latinis non ignota. de quo qui ambigit, solum consulat Festum, apud quem legere est, Ennium dixisse *adgrettus*, pro *adgressus*. Ea autem elephanti corio induci solita, fidem fecerit Melae locus, ubi de Anteo et parma elephanti tergo tecta loquitur. Tum et Strabo, cujus de Mauris verba

XXXIV. *Ille, componendae rei, legatos ad Ariovistum mittit.* XXXVII. *Verum cum id frustra, copias adver-* 3
*sus eum ducit;* XXXIX. *pavidas quidem primum et tre-*

sunt: *Οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς ὡς ἀσπίδας προβάλλονται.* Item Appianus de bello Punico, ubi de Masinissae scuto, quod *ἐλεφαντιστὴν* vocat, ait: *Καὶ τῶν λοιπῶν τὰ ἀκόντια εἰς τὴν ἐλεφαντιστὴν ἐνδεχόμενος.* Egregius quoque Orosii locus 5, 15. de pluvia: *Porro autem Numidis hastilia telorum, quae manu intorquere sine amentis solent, lubrica, ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam, quae elephanti corio extento atque durato habilia et tuta gestabant, cujus ea natura est, ut acceptum imbrem, tanquam spongia, ebibat, ac per hoc intractabile repentino pondere fiat, quia circumferri non poterant, defendere nequiverunt.* Et fortasse hinc probari possit, Melae locum *parma elephantino tergore execto*, legi debere, *parma elephantino tergore execta.* Nam si durum adeo corium, nihil opus firmamento ferreo, aut alio, cui inducatur. Salmasius *tecta* legebat. Itaque hinc colligo *cetram*, et *ἐλεφαντιστὴν* et כֵּשְׂרָא idem esse.

At Hesychii illa vorba: *Καισάραι, περικεφάλαιαι,* quae ibidem Casaubonus adducit, nihil huc faciunt: nec quidquam illis commune cum elephanto, aut caesarie. Sed notandum, familiare illi Grammatico esse, haustas ex S. Scripturae interpretibus, Aquila, Symmacho, aliis, voces decerpere. Est autem vocabulum Hebraicum קִשּׁוּרִים *kissurim*, quod *vittas* explicant. proprie quid sit ambigitur. Unde nihil mirum, ab interpretum aliquo, quia temere transferendum non putaret, retentam vocem *Καισάραι.* Quam Hesychius commodius, pro recepta opinione, explicare nequibat, quam voce *περικεφάλαιαι.* Sed hoc obiter. D. VOSSIUS. De Plinii et Melae locis adi quoque Vossii fratrem ad Mel. 1, 5, 11.

*Commentariorum* ] Recte hoc opus a Strabone *ὑπομνήματα* citatur. Nam ut in Glossis est: *Commentarium, ὑπόμνημα, ὑπομνηστικόν.* At in V. C. Scal. est: Incipiunt Libri Gaii Julii Caesaris Belli Gallici, de narratione temporum. Quae fortassis respiciunt ad vocem *ἐφημερίδων*, Plutarcho etiam memoratam, qui ex Ephemeride Caesaris adducit, quae libro hujus operis 4. de Tenchteris leguntur. Ceterum nequaquam Ephemeridis vocabulum hisce Commentariis convenit; potius ita appellaveris libellum de bello Hispaniensi. Scripsit tamen Caesar Ephemerides, ex quibus Servius (ad Virg. Aen. 11, 743.) nonnulla refert de capto ab hostibus Caesare, quae nusquam alibi invenias. Etiam apud Symmachum 4, 18. legis: *Haec* (Ephemeris C. Caesaris) *te origines, situs, pugnas, et quicquid fuit in moribus aut legibus Galliarum, docebit.* Quae descriptio accurate his Commentariis congruere videtur. Itaque suspicari aliquis possit, Commentarios hos Ephemerides quoque ab auctoribus, et in his Plutarcho, appellari. Ego ut concesserim, eam imperitiam in aliis locum habere potuisse; ita minime reor Plutarchum, qui fuit eruditione, temere hac voce usurum fuisse, qui haud dubie Strabonis Geographica, et in his *ὑπομνημάτων* quoque mentionem legit. Omnino sentio, Caesarem privatum in usum, et memoriae

*mentes;* XL. *post tamen ipsius hortatu animatas.* XLII. *Colloquuntur inter se partium duces:* XLVI. *sed nullo effectu.* XLVIII. *Proin armis res agitur:* LII. *et clade accepta, e Galliis profugiunt Germani.*

caussa Ephemerides scripsisse: et ex illis confectos esse, quos hodie habemus Commentarios. Postea tamen Ephemerides illae aliorum quoque in manus pervenere: erantque haud dubie meliori fide consignatae, quam Commentarii. Utrumque arguit Servii locus, quo, ut dixi, captum fuisse Caesarem narrat. Nam id Caesar in Commentariis omisit, quia constare aliis nolebat. Ut multa etiam per omnes hos libros fide haud sane optima tradi advertas, si Dionis, et aliorum, qui eadem scripsere, historias pervolvas. Iisdem Ephemeridibus ergo usus etiam Plutarchus. Easdem intelligit Appianus. In *παρεκβολαῖς περὶ πρεσβειῶν* legitur p. 359. *Καῖσαρ ἐν ταῖς ἰδίαις ἀναγραφαῖς τῶν ἐφημέρων ἔργων φησί.* Iisdem usus etiam Polyaenus, qui complura Caesaris strategemata memorat nusquam in hoc opere scripta, ut in animadversionibus ostendemus. Praeterea apud Frontinum quoque sunt, quae ex Ephemeridibus hausta nihil ambigam. Quod ignoratum imposuit monachis, sive viris doctis, qui Caesaris libros exscripsere. In quibus subditum operi est: C. JULII CAESARIS PONTIFICIS MAXIMI EPHEMERIS RERUM GESTARUM BELLI GALLICI LIBER VIII. EXPLICIT FELICITER. Legerant alibi de Ephemeride, quam quia aevum aboluerat, putavere non aliam esse ab his Commentariis. Quod vero ad Symmachi verba attinet, dubium, intellexeritne is Ephemeridem hanc, quam Servius citat. Facilius crediderim, Balbi Ephemerin signari, quae magno in honore illis temporibus erat, ut ostendunt verba Sidonii Apollinaris, qui saeculo non toto post vixit. Ait enim epist. 9, 14: *Nam si emittantur, quae de titulis Dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Juvenci Martialis historiam, quisve ad postremum Balbi Ephemeridem fando adaequaverit.* VOSSIUS.

*Commentariorum*] Hos *Strabo* Geogr. l. 4. p. 177. B. vocat *ὑπομνήματα*: *Plutarch.* in Vit. Caesar. Tom. I. p. 718. D. *ἐφημερίδας*, ut alii notarunt. Graecus autem interpres eos *ἀπομνημονευμάτων* nomine insignit, quod verbum a *Xenophonte* petiit, qui ita inscripsit sua de Socrate Collectanea. Ceterum *Commentarii* sunt proprie libri, quos, memoriae sublevandae causa, sibi quisque scribit, adeoque nudae rerum narrationes, nullis Rhetoricae pigmentis oblitae. Hinc *Cicero* in Bruto c. 75. de hisce *Caesaris* Commentariis ita loquitur: *Nudi sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste, detracto.* J. DAVIS. Hunc locum laudat etiam *Suetonius* in Julio c. 56. Adeo tamen elegantes sunt hi Caesaris libri, ut eum *Commentariorum* nomine abusum censeat *G. J. Vossius* de Nat. Art. 2, 14, 5. IDEM. *Cur. Sec.* EPHEMERIDIS titulum in librorum fronte nullus exhibet Codex; sed post librum octavum ita finiunt Vossian. pr. Lovan. Egmond. et cod. S. Benedicti Floriacensis, ut Bongarsiani codicis margini adscripsit Petrus Daniel; adduntque illi titulum *Pontificis Ma-*

I. GALLIA est omnis divisa in partes tris, 1
quarum unam incolunt Belgae; aliam Aquitani;
tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, [a] nostra Galli 4
adpellantur. Hi omnes [b] lingua, institutis, le- 2

VARIAE LECTIONES.

a *nostra autem* Leid. pr. b *linguis* Ed. Rom.

*ximi*. Sed De Narratione Temporum hoc opus inscribunt Bongarsii Codd. pr. et sec. Petavian. Floriacensis, Oxon. Scalig. et Egmond. cum Leid. pr. Male, ut optime docet Vossius. *Ephemeridas* fuisse diversas a commentariis docet quoque Rualdus ad Plutarch. Anim. 21. Negat vero Cl. Davis. ad p. m. 998. quia etiam commentariis insunt, quae ex Ephemerisin citantur. Sed cur haec ex Ephemerisin non potuit iterare Caesar? de tempore, quo scripserit Ephemeridas, et dein Commentarios, adi me ad B. C. 3, 34. Ceterum in plerisque Codicibus additur *Celsi* nomen, et in nonnullis, ut Bongg. Voss. pr. Egmond. Andinis, aliisque diserte Julius Celsus Constantinus V. CL. legi. vel *emendavi*; quod jam ab aliis monitum est. Verum praeter hujus emendatoris vel interpolatoris, judice Lipsio L. 2. Epist. Quaest. Epist. 2. L. 2. El. c. 7. L. 1. Poliorc. D. 9. nomen, insuper adjicitur ad finem Libri 2. in Bongars. pr. Thuaneo, Vossiano pr. Lovan. Egmond. Floriacensi et Vaticano, Flavius Licerius Firminus Lupicinus Legi. Non hic fuit Consul ille *Flavius Lupicinus*, qui cum Jovino A. post natum servatorem CCCLXVII. in Fastis, Codic. Theod. et Inscript. recensetur. Adi P. Relandi Fastos Consulares et Reinesii Inscr. p. 906. Scilicet Jac. Sirmond. in notis ad Ennod. p. 78. observat, Lupicinum hunc fuisse Euprepiae sororis Ennodii Episcopi Ticinensis filium, clarum sub initia sexti a Christo nato seculi, notante Cl. J. A. Fabricio, Add. ad l. 1. c. 10. Biblioth. Lat. Ex horum autem constet emendatione, codices, qui ad nos devenerunt, esse exaratos. De istis similibusque vide Lindenbrog. ad Terent. Andr. in fine *Calliopius recensui*.

*Gallia est omnis* ] Intelligit eam duntaxat Galliae partem, quae nondum a Romanis erat debellata; Allobroges enim et Galliam provinciam, ne de Cisalpina dicam, omittit. Haec autem Galliae divisio, quam exhibuit *Caesar*, fuit antiquissima, si *Anim. Marcellino* fides. Illum vide 15, 11. *Strabo* etiam Geogr. l. 4. p. 177. eandem rationem sequi prae se tulit, sed in limitibus adsignandis erravit, ut ab *Is. Casaubono* animadversum. DAVIS.

*In partes tris* ] Sic exhibui pro vulgato *tres*, secutus fidem codicis primi Leid. et Ed. Mediolan. A. 1477. aliasque veteres. *Tris* quoque correctum erat in Vossiano sec. De hac autem inclinatione casus quarti pluralium, quae habent in secundo casu *ium*, consule praeter alios eminentissimum Cardinalem Norisium in Cenotaphiis Pisanis Dissert. 4. c. 3. ubi cum clarissime doceat, hunc casum utroque modo per *es* et *is* ab iisdem auctoribus enunciatum fuisse, et nunc hujus, nunc illius terminationis sonum illis placuisse, opinor ego, non temere, neque ubique illud *is* intruden-

est, initium capit a flumine Rhodano; [a] continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; adtingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum; [b] vergit ad [c] Septemtriones.
6 Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur; pertinent [d] ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant [e] in Sep-

VARIAE LECTIONES.

a *continetur que* MSS. et Edd. quidam. b *pergit* Lovan. c *Septemtrionem* MSS. et Edd. nonnulli hic et infra, male. d *interiorem* MSS. 2. male. V. Hotom. e *ad* Voss. 2.

De qua structura consule Celeberr. J. Perizon. ad Sanctii Minervam l. 2. c. 9. p. 212, 213. et Cortium ad Sallustii B. Jugurth. c. 18. *Medis autem et Armenis accessere Libyes (nam hi propius mare Africum agitabant, Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus) hique mature oppida habuere.* sc. *Medi et Armeni.* Plura si vis, adi, quos illic laudant; et Nepot. Ages. 4, 7. 8.

*Oceano, finibus Belgarum, adtingit etiam* etc.] In quibusdam MSS. et impressis Codd. legitur: *Oceanum finibus*, vel *in finibus*, *Belgarum attingit. Etiam* etc. sed vera est lectio vulgata. DAVIS. Omnes MSS. tum mei, tum aliorum habent cum primis Editionibus *Oceanum finibus B. adtingit*, vel *in finibus*, vel *a finibus*, vel *finis* seu *fines*. Quod manifeste falsum est. Non enim a finibus Belgarum modo Oceanum contingit, sed etiam Aquitaniae; immo omnino continetur Oceano et finibus Belgarum. Propter consensum tamen antiquissimorum librorum aliquid latere suspicor: et forsan ex *Oceanum* sive *Oceanoma* refingendum est *Oceano Mari*. Certe praeter alios scriptores noster auctor ita loquitur 3, 7. *Proximus mare Oceanum Andibus hiemabat.* ubi vide Cl. Davis. et J. F. Gronov. ad Senec. N. Quaest. 3, 22. Duker. ad Flor. 4, 12, 49. Munk. ad Hygin. F. 3. Hinc *Oceanum litus*, *Oceanus fluctus*, *Oceanae aquae*: de quibus lege Lipsium Ep. Quaest. 4, 26. Schegk. Praem. 5. N. Heins. ad Claudiani Epithal. Honor. vs. 88.

*Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur; pertinent* etc.] Hoc est, Belgarum regio incipit ab extremis Galliae finibus, respectu Italiae scilicet, porrigitur vero seu extenditur ad inferiorem partem Rheni. Sic infra c. 6. ubi de ponte inter Genevam et Helvetios: *Ex eo oppido*, inquit, *pons ad Helvetios pertinet.* Nostro frequens id verbum hoc usu, ut et aliis auctoribus. *Pompon. Mela* 3, 2. *Hinc Belgae ad Rhenum pertinent. Livius* 25, 24. *In vastae magnitudinis urbe, partium sensu non satis pertinente ad omnia.* Ubi *Laur. Valla* perperam reponit *pertingente*, ut exempla a me prolata satis indicant, et pluribus confirmat *Joan. Fr. Gronovius*, quem vide. DAVIS.

*Orientem solem*] Non est dissimulandum, vocem *solem* desi-

temtriones, et orientem Solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes, et eam partem Oceani, [a] quae est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter occasum Solis et Septemtriones. 7 6

II. Apud Helvetios longe nobilissimus [b] et ditissimus fuit Orgetorix. Is, M. Messala et M. Pi- 1

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *quae ad H. pertin.* et supra *Aquitanici* Bong. sec. *Spectat* et seqq. 6. voces desunt in Oxon. et Andino. b *fuit et ditiss.* MSS. et Edd. plerique; dein nonnulli *Orgentorix.* et Palat. *Messalla.*

derari in vett. Codd. et *Orientem* tantum scriptum esse. *F. Ursinus.* Nihil tamen mutandum; eadem enim locutio occurrit infra 5, 13. Omnesque, quos vidi, codices hoc in loco vulgatam lectionem exhibent. DAVIS. Similiter *orientem solem* dixit *Arnobius* l. 4. p. 128. et *occidentem solem* Varro RR. 1, 13. ac *Livius* 33, 17. IDEM *Cur. Sec.* Mei quoque omnes *solem* retinent. Confer Sanctii Minerv. l. 4. c. 4. V. *Sol.* et 7, 69. *ad orientem solem spectabat.*

*Et eam partem*] Hotomanno placebat *et ad eam p.* quia ita invenerat in Aimoino; cui adstipulantur Vossiani tres et Carrar. cum duobus aliis et Ed. Davisii. De qua praepositionis repetitione, Caesari adamata, multis agemus ad 2, 10. et saepius alibi.

*Quae ad Hispaniam pertinet*] Ita *Scaliger*, et post eum *Davisius* et Recentiores. At vero quid, obsecro, est illud *ad Pyrenaeos montes spectat?* Lege ex Editione Romana, et MSS. Eliensi et Vossii et Graeco Interprete: *ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae* EST *ad Hispaniam, pertinet: spectat inter occasum* etc. Sic supra: *pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: spectant in* etc. MS. Reg. pro EST *ad Hispaniam*, habet corrupte ETIAM *ad Hispaniam*; quod tamen verae est lectionis vestigium. CLARK. *Quae ad Hispaniam pertinet, spectat*) Petav. *Bongars. pr. Voss. Lovan.* et *Norvic.* habent, *quae* EST *ad Hispaniam, pertinet: spectat* etc. Ac sic omnino legendum, quod Cl. *Clarkius* etiam vidit. Adi sis *Ammianum Marcellinum* 15, 10, 11. DAVIS. *Cur. Sec.* Egmondan. *qua est ad Hisp. pertinens.* Sed Vossiani omnes, Oxon. Leid. sec. et Dukeri Codd. cum Ed. incerta A. 1473. lectionem a Clarkio suggestam exhibent: quapropter, sensu ita postulante, τὸ EST interposui. Ante Scaligerum *est* omiserant jam cum Edd. primis Aldus, Gryphius aliique.

*M. Pisone*] Notavit olim Glandorpius, in nonnullis exemplaribus vocari *Publium*, in nonnullis *Lucium*; cum dictus sit *M. Piso*. Vere quidem. nam *L.* est in Bongars. tert. et Ed. Mediol. ac Veneta: et ita in MSS. et Edd. primis est c. 35. *P.* in alio: sed in meis MSS. 7. et Edd.

sone Coss., regni cupiditate inductus, conjuratio-
2 nem nobilitatis fecit; et civitati persuasit, ut de
3 finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile
esse, quum [a] virtute omnibus praestarent, totius
7 Galliae imperio potiri. Id [b] hoc facilius eis persua-
sit, quod undique loci natura Helvetii continentur;
una ex parte, flumine Rheno latissimo atque altis-
simo, qui agrum [c] Helvetium a Germanis dividit;

VARIAE LECTIONES.

a *Virtutibus* Lovan. Voss. sec. Ed. Inc. dein *sese imp. pot.* Leid. pr. b *quod* Ed. Scal. c *Helveticum* Gott. dein *Lemano* Edd. quaed.

Rom. ac Inc. scribitur *P. M. Pis.* in aliis autem septem Codicibus *Publio Marco Pis.* perperam. Attamen verae lectionis vestigium in illis relictum puto; et scriptum esse a Caesare *Pupio Marco Pisone*. Erat enim hic Consul *M. Pupius Piso Calpurnianus*. de quo adi Pighium in Fastis ad A. DCXCII. Ansam corruptioni dedit, quod gentile nomen proprio sit praepositum: de quo rariore usu nonnulla post alios notavimus ad Frontin. 2, 1, 15. *Claudius Tiberius Nero:* ubi laudatos consule viros doctos, et variis locis J. F. Gronov. ad Livium, Doct. Sylburg. et Arntz. ad Aurel. Vict. de Caes. c. 2. *Claudius Tiberius Nero;* et omnino Cl. Drakenb. ad Livii 3, 1. *Fabius Quintus.*

*Civitati persuasit*] *Civitas* hic significat totius regionis incolas, qui iisdem magistratibus parent. Sic c. 4. *Civitas armis jus suum exequi conaretur*, ubi de omnibus Helvetiis loquitur. Et 2, 14. *Amicitia civitatis Aeduae*, eadem est ac omnium Aeduorum. Nihil frequentius apud *Caesarem*. Eodem modo loquuntur alii Auctores. *Sallustius* Bell. Catil. c. 11. *Ea res civitatem* (hoc est, totam Allobrogum gentem) *aere alieno liberaret*. Et c. 41. de iisdem Allobrogibus: *Itaque Q. Fabio Sangae, cujus patrocinio civitas plurimum utebatur, rem omnem, ut cognoverant, aperiunt.* Vide *Jos. Scaligerum* in Anim. Euseb. p. 136. a. DAVIS.

*Omnibus praestarent*] Vossianus pr. a manu prima exhibet *omnes*. quod non temere repudiandum; praesertim si *omnis* scribas. Dativi et Ablativi terminatio satis tamen saepe hic usurpatur. *Praestare* cum Accusativo usus quoque est Hirtius B. G. 8, 6. *Belli gloria Gallos omnes Belgasque praestabant;* ubi vide Davis. et me ad Frontin. 2, 1. *In summa belli praestarent Cassiani Brutianos.*

*Galliae imperio potiri*] Notavit Glandorpius, in quibusdam exemplaribus non reperiri τὸ *imperio*; idque arridet Grutero. Verum a meorum aliorumque nullo Codice abest: quare retinere eam vocem satius est; li-

altera ex parte, [a] monte Jura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia, lacu Lemanno, et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab
[b] Helvetiis dividit. His rebus fiebat, ut et minus 4
[c] late vagarentur, et minus facile finitimis [d] bellum inferre possent: qua de caussa homines bel-
landi cupidi magno dolore adficiebantur. Pro mul- 5
titudine autem hominum, et pro gloria belli at-

VARIAE LECTIONES.

a Deest in Voss. sec. b *Helveticis* Lovan. c *late* abest a Lov. Duk. et Ed. Inc. d *ut bellum* Leidd. 2.

cet alibi sine τῷ *imperio* hic verbo utatur; ut statim in fine Capitis 3. ubi in Bongars. primo recentiore manu *imperio* est insertum.

*Quod undique loci natura Helvetii continentur*] Proba lectio, et Caesari familiarissima. Sic paullo ante: *quod fere quotidianis proeliis cum Belgis contendunt.* et: *propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt.* et innumeris locis. Leve sane et vix notatu dignum, nisi Pantagathus, Ursinus, Ciacconius, et Hottomannus, locum hunc ut corruptum tentassent, quorum alii *contineantur*, alii *continerentur* legunt. Sed in plerisque commentatorum desidero accuratius judicium de phrasibus Caesaris. VOSS. Impediuntur, quo minus late possint evagari. Sic Bell. Civ. 1, 51. *Hos omnes flumina continebant*, id est, transitu prohibebant. Porro in vett. Edit. hic locus ita scribitur: *Loci natura tuti Helvetii continentur*, vel *continerentur*, ut habent editt. Rom. et Ven. Sed vox *Tuti* recte aberat a MSS. *Norvic. Vat. Steph. Hotom.* et *Ursin.* ideoque miror, cum eam alii editores jamdiu ejecerant, in nupera Amstelodamensi fuisse repositam. DAVIS. Quidam hic legunt: *Undique, loci natura, tuti Helvetii continentur.* Ineptissime. Non enim ideo de finibus suis exibant, quod in iis *tuti* continerentur; sed quod in iis *continerentur nimis angustis.* Qua re *fiebat*, inquit Caesar, *ut et minus late vagarentur, et minus facile finitimis bellum inferre possent: qua de causa homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur.* CLARK. Vox *tuti* abest quoque a Bongars. pr. et sec. Andin. Petav. Egmond. Gottorp. aliisque quinque et Ed. Incerta. Recte. Hoc sensu 3, 1. *qui vicus altissimis montibus undique continetur.* Vide Hotomann. qui videtur in ejus locum substituere velle τὸ *muniti. Continerentur*, quod perperam nonnulli malebant, inveni solum in Oxon. ac duobus aliis, sed recentissimis, et Ed. Mediol. ac Veneta.

*Jura*] Is. Vossius ad Melam 2, 5. notat, videri scriptum fuisse a prima manu in Codice vetusto Reginae Suedicae *Jure.*

que [a] fortitudinis, angustos se finis habere arbitrabantur, qui in [b] longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem [c] CLXXX patebant.

1 III. His rebus adducti, et auctoritate Orgeto-
8 rigis permoti, constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent, [d] comparare, jumentorum et carrorum quam maximum numerum coëmere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti subpeteret, cum proximis civitatibus pa-

VARIAE LECTIONES.

a *fortitudine* Oxon. b *longitudine* et *latitudine* MSS. et Edd. qdd. de quo infra. *milibus* Leid. pr. deest in Duk. Ceterum semper scripsi *mile* et *milia* vetustissimorum codicum auctoritate. c CXXVII. Ed. Inc. d *parare* Egm. Leid. sec. Edd. Rom. Med. Ven.

quia voluit montem hunc non dictum fuisse *Juram*, sed *Jurem* et in plural. *Jures*. Sed repugnant MSS. omnes, tam hic, quam infra; uti et Analogia. Graecis enim est Ἰῦρας; Latine itaque *Jura:* Qua de re dixi quoque ad Frontin. 3, 10, 9. *Barca*, qui Graece Βάρκας. *Jure* videtur esse scriptum pro *Jurae*; ut *Mons Cevennae* MSS. 7, 56. ubi vide.

*Qua de caussa*] Miror, interpretum neminem aliquid hoc loco monuisse de scripturae varietate, cum tamen vulgata non reperiatur, nisi in recentioris aetatis Codicibus. In veteribus autem MSS. meis numero 14. et Ed. incerta exaratur *qua ex parte*. In Andinis membranis supra scriptum est *re*. Forsan a manu Caesaris simpliciter fuerit *quare*; ut *ex parte* irrepserit ex superioribus. *Finis* vere pro *fines* reposui ex Bongars. pr.

*Arbitrabantur*] MS. Reg. et Edit. Romana legunt, *arbitrarentur*. Quae lectio ferri potest; ut adeo conjuncta sit ista vox cum iis, quae praecesserant, *vagarentur* et *possent*. CLARK. *Arbitrarentur* est in Leid. sec. etiam. Sed intersertum jam est *adficiebantur*. *arbitrantur* Voss. sec.

*In longitudinem milia passuum* CCXL. *in lat.* CLXXX. *patebant*] Notavit *Ph. Cluverius* Germaniae 2, 4. hanc dimensionem utrobique esse falsam: quippe summa Helvetii agri longitudo est inter Rhenum sive lacum Brigantinum, qua Constantiam oppidum is alluit, et Genevam Urbem, millia passum CLXXII. latitudo vero maxima inter Arolam et ortus Rhodani Rhenique m. p. LXXVI. adeo ut longitudini m. p. LXVIII. ultra quam par erat, sint addita, latitudini vero CIV. Nec hunc errorem librario, sed ipsi *Caesari* attribuit. Confirmatur ejus sententia ex eo, quod *Julius Celsus* de Vit. Caes. l. 1. p. 17. ed. Lond. ex *Caesare* erroneum hunc numerum exscripserit. DAVIS.

*Quae ad proficiscendum pertinerent*] Id est, quae iter facientibus essent necessaria. IDEM,

cem et amicitiam confirmare. Ad eas res confici- 2
endas biennium sibi satis esse duxerunt; in tertium
annum profectionem lege confirmant. Ad eas res 3
conficiendas Orgetorix [a] deligitur. Is sibi legatio-
nem ad civitates suscepit. In eo itinere persuadet 4
Castico, [b] Catamantaledis filio, Sequano, cujus
pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat,
et a S. P. Q. R. amicus adpellatus erat, ut reg-
num in civitate sua occuparet, quod [c] pater ante ha-

VARIAE LECTIONES.

a *delegitur* Lovan. Pal. Gott. Voss. tert. Leid. sec. et Ed. Inc. *diligitur* Voss. sec. *derigitur* Leid. pr. b *Catamantaloedis* vel *leodis* MSS. *lcedis* Ed. Med. *leaedis* Ven. c *pater* deest in MSS. et Ed. Inc. dein *antea* Urs. et Faern. MSS.

*Ad eas res conficiendas*] Nimis delicatus est *Ciacconius*, qui, quod hae voces paullo post repetantur, aliquid a mala manu irrepsisse contendit. Sed nihil est superfluum, et *Caesar* (ut docet *Hirtius* in Epist. ad Balbum, praemissa l. VIII. de B. G.) festinans scripsit hosce Commentarios, qui sua natura eandem styli curam non desiderant, ac historia. IDEM. Ut concedam Cl. Davisio, multa verba non longo intervallo saepe his in commentariis repeti, ut ipse multis docui ad c. 44. et ita fere B. Civ. 3, 97. bis: *Qua re animadversa*, nullum tamen ostendet locum, in quo ingrata ista repetitio tantum offendat, quantum hae voces *ad eas res conficiendas*: cum in sequentibus satis pateat, Orgetorigem non delectum fuisse ad eas res conficiendas, sed tantum ad pacem cum civitatibus confirmandam. Merito igitur suspectae fuere Ciacconio, nec non Grutero, cui totum locum legi placebat sic: *lege conf. Orgetorix legationem etc.* Nimis audacter. Turbant tamen nonnihil quoque codices scripti. Nam in Vossiano sec. desunt omnino *ad eas res confic.* in Petaviano pro *res* est *leges*; in Leidensi primo *ad e. r. confirmandas.* Unde quid extricandum sit, videant acutiores.

*Is sibi legationem ad civitates suscepit. In eo itinere persuadet*] Si sana sunt reliqua verba, procul dubio legendum *suscipit.* At cum *Petav. Voss. Egmond.* dent *is ubi*; vetustissimus autem codex *Carrariensis* et *Bongars.* tert. *is igitur ubi legationem ad civitates suscepit*, rescribendum crediderim, *deligitur.* Is igitur *ubi legationem ad civitatis suscepit, in eo itinere.* etc. DAVIS. *Cur. Sec. Is ubi* inveni quoque in Vossiano secundo, et *is igitur ubi* in Dukeriano, et Leidensi secundo. Non temere tamen intrudere τὸ *igitur* ausus fui, aut *sibi* mutare. Nam tum rectius dixisset *In itinere*, quam in *eo itinere.* praeterea vetustissimi libri, ut Bong. pr. sec. Voss. prim. Leid. pr.

5 buerat: itemque Dumnorigi [a] Aeduo, fratri Divi-
9 tiaci, qui eo tempore principatum in [b] civitate ob-
tinebat, ac maxime plebi acceptus erat, ut idem
conaretur, perſuadet: eique filiam ſuam in matri-
6 monium dat. Perſacile [c] factu eſſe, illis probat,
conata perficere; propterea quod ipſe ſuae civita-
7 tis imperium obtenturus eſſet: non eſſe dubium,
quin totius Galliae plurimum Helvetii poſſent; se

### VARIAE LECTIONES.

a *Haeduo* vel *Heduo* MSS. hic et infra. b *civitate sua* vulgo. c *facto* Bong. sec. Leid. pr. *factum* Voſſ. pr. sec. Leid. sec. V. ad 4, 30. *esse* deeſt in Lov. Leid. tert. et Ed. Inc.

Scalig. Oxon. aliique ſtant pro vulgatis. Fraudi fuit Davisio variatio temporis *suscepit* et *persuadet*: qualia ipse et Clarkius infra saepiſſime immutare conantur, ut sibi respondeant: sed id fruſtra fieri, multis monebimus locis. Adi ad cap. 46. et notarum Indicem.

*a S. P. Q. R.*] Notandum in vetuſtissimis MSS. Bongars. pr. Voſſ. pr. Leid. pr. Petav. Lov. Egm. et duobus aliis scribi *a Senatu populi Romani.* Quod probo. Vide Briſſon. de Form. L. 2. p. 233, 234. in quarto; et notata ad B. Afric. c. 53. *Milites populi R.*

*Principatum*] Summus erat magiſtratus, *quem Vergobretum appellant Aedui, qui creatur annuus*, ut ait noſter c. 16. Is enim dicitur *Principatum obtinere*, qui inter suos eminet, regio nomine deſtitutus. *Lactantius* Divin. Inſtit. 1, 13. *Primis Uranus eminere inter caeteros potentia coeperit, et* Principatum *habere, non* Regnum. Vide et noſtram 7, 4. *Sulpicius* tamen *Severus* Hiſt. Sacr. 1, 26. tradit Tholam *regno* potitum eſſe, Jairum autem *principatu*, licet utrique eadem fuerit poteſtas, adeo ut hae voces interdum confundantur. DAVIS.

*Civitate sua obtinebat*] Cum poſſeſſivum *sua* non compareat in Bongars. pr. sec. Petav. Lovan. Voſſiano pr. Leid. pr. et tribus aliis, neque etiam in Ed. incerta, nec opus sit, ut addatur hic repetitum ex praecedentibus, delevi, ut ab interpolatoribus intrusum. Vide etiam 2, 8. 7, 4. B. Civ. 3, 59. *principatum in civitate* (MSS. *civitatem*) *obtinuerat.* Praeterea Hotomanno et Grutero spuria videntur *persuadet* et *illis probat.* Pro *conaretur* Stephanus exhibuit *conetur.* Sed supra quoque *persuadet*, *ut occuparet*, pro *occupet.* Adi ad c. 8.

*Regno occupato*] Ciacconius conjicit ejiciendum eſſe τὸ *occupato*; ut *regno Galliae* jungatur: sed male. *Regno occupato* intelligendum de regno civitatum suarum; quod si consecuti essent Caſticus et Dumnorix, sperabant, per tres potentiſſimos populos potiri sese poſſe totius Galliae.

suis copiis, suoque exercitu, illis regna conciliatu-
rum, confirmat. Hac [a] oratione adducti, inter 8
[b] se fidem et jusjurandum dant, et, regno occupa-
to, per tris potentiſſimos ac firmiſſimos populos
totius Galliae [c] sese potiri [d] poſſe, sperant.

IV. Ea res ut eſt Helvetiis per indicium [e] enun- 1
ciata, moribus suis Orgetorigem ex [f] vinculis caus- 10
sam dicere coëgerunt. Damnatum [g] poenam sequi

VARIAE LECTIONES.

a *ratione* Lov. et Ed. Med. Ven. b *se* MSS. et Edd. qdd. in And. deeſt. c *imperio* male addit Bong. pr. a m. sec. d *posse* exsulat a Leid. sec. et Oxon. Adi ad 2, 32. e *nunciata* MSS. 2. Ed. Rom. *denunciata* Ed. Med. Ven. f *vinclis* MSS. 4. g *poenas* MSS. 2.

*Firmissimos*] Noſter antiquus *fortissimos*, quod idem video in libro Romae olim excuſo. *Hotoman.* Firmum proprie dicitur de rebus inanimatis, quando vim reſiſtendi ſignificat. Hic tamen ad homines traducitur, ut et 5, 20. ubi narrat *Caesar*, *Trinobantes*, Britanniae populum, *esse firmissimam earum regionum civitatem.* Sic etiam ejusdem libri c. 54. *Senones*, Celticae populus, dicuntur *civitas inprimis firma*, id eſt, homines fortiſſimi et potentiſſimi, nam *civitatem* pro regionis incolis poni, supra observatum c. 2. Similiter apud *Sallustium* Jugurth. c. 28. Calpurnius dicitur *firmissimus contra pericula.* Haec vocis *firmissimi* significatio cum fuerit paullo rarior, Librarii, solenni temeritate, in quosdam Codices notius eo sensu vocabulum intrusere. DAVIS. Hoc verbum ex aliis veterum locis immerito depulsum reſtituit vir Doctiſſimus *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* 23, 25. IDEM. *Cur. Sec. Fortissimos* reperias quoque in Edd. Mediolanensi ac Veneta, natum e Gloſſa, ut accidit huic voci frequentiſſime. Vide, quae congessi ad Lucan. 2, 473. et Frontin. 2, 3, 12. Cort. ad Salluſt. Jug. 28, 5. Infra 7, 60. *Cohortes firmas.* et B. Civ. 3, 88. Eadem confusio B. Civ. 3, 28. B. Afric. c. 45. Hinc paſſim *firmare aciem.* Vide ad Liv. 2, 31.

*Ea res ut est*] Particula *ut* exſtat solum in MSS. recentioribus. Mei numero 13. aetatis vetuſtioris, et Ed. incerta non agnoscunt *τὸ ut.* A Cujacii quoque codice abeſt *τὸ est.* In Egmondano interpolate *postquam ea res est.* Facilis hinc conjectura nascitur, *Ea re Helvetiis*, quamquam in illis *res est* aliud quid latere suspicer. Crimen autem ejus non consiſtebat in eo, quod cepiſſet consilium de tota Gallia occupanda in commune civitatis bonum. Hoc enim ei persuaſit, ut dictum cap. sec. sed quod regnum in sua affectabat civitate. Vide 3, 6. et R. Titium Loc. Controv. l. 2. c. 20.

*Poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur*] Quantum conjecto, hac poena apud Gallos et Germanos affecti hoſtes Reip.

2 oportebat, ut igni cremaretur. Die constituta
[a] caussae dictionis, Orgetorix ad judicium omnem
suam familiam, ad hominum milia decem, undique
coëgit; et [b] omnes clientes, obaeratosque
suos, quorum magnum numerum habebat, eodem
[c] conduxit: per eos, ne caussam diceret, se eri-
3 puit. Quum civitas, ob eam rem [d] incitata, ar-
mis jus suum exsequi conaretur, multitudinemque
hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix
mor-

VARIAE LECTIONES.

a *caussa edictionis* MSS. et Edd. qdd. b *omnes oboeratos q.* Edd. Rom. Med. Ven. c *adduxit* Lov. d *incitaretur et* Petav.

aut qui hostilia tentabant. Sic sub finem hujus libri legimus de C. Valerio Procillo: *Is se praesente, de se ter sortibus consultum ajebat, utrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reservaretur.* Nam, tanquam exploratorem, punire eum volebat Ariovistus. Quales etiam pro hostibus habiti legibus Romanis: Unde Polyaenus l. 8. p. 571: *Νόμυ Ῥωμαίων κελεύοντος πολεμίων κατασκόπυς ἀναιρεῖσθαι.* Etiam a Romanis, uti discimus ex libro de bello Hispaniensi, servus, quod dominum jugulasset, vivus combustus est. Et eundem respectum habere putem hanc poenam. nam ut hostis Reip. est, qui affectat tyrannidem; ita hostis familiae, qui dominum tollit. Eodem more Graecorum illos, qui Persis se sponte adjunxerant, a reliquis Graeciae populi Diis decimandos confecto bello statuerunt, ut discere est ex Diodoro Siculo l. 11. Biblioth. p. 3. *Οἱ δ' ἐν Ἰσθμῷ συνεδρεύοντες τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο τὺς μὲν ἐθέλοντι τῶν Ἑλλήνων ἑλομένυς τὰ Περσῶν, δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς, ἐπὰν τῷ πολέμῳ κρατήσωσι.* VOSSIUS.

*Omnem suam familiam*] MS. *Norv.* habet *omnem sui familiam.* Sic *Curtius* 4, 12, 8. *Ad Cyrum quoque nobilissimum Regem originem sui referens.* Idem 6, 9, 2. *Conspectusque* vestri *venerabilis cogit, ut vehementer parricidis irrascerer.* Et iterum 8, 4, 15. in MS. *Petrensi* legitur *Rex — ex sella* sui *exiluit*, cum editi *sua* exhibeant. Non autem dubito, quin hanc loquendi rationem *inusitatam quidem sed rectam profecto*, ut testatur *Gellius* N. A. 20, 6. expunxerint imperiti. DAVIS. MS. Eliensis *sui familiam.* Quam lectionem defendi posse ostendit Davisius sed nihil opus. CLARK. Mei certe MSS. cuncti retinent *suam* nisi quod Bong. pr. Lovan. e Ed. Inc. transponant *fam. suam*, quare melius forsan ejiceretur Exempla interim de *sui* pro *suu* qui videre cupit, adeat omnin Sanctium in Minerva l. 13. c. 15 et ibidem Perizonium; ac Cor tium ad Sallust. Jug. 85, 24. I MSS. autem perpetuo variatur

mortuus est: neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit. 4

V. Post ejus mortem nihilo minus Helvetii id, 1
quod constituerant, facere conantur, ut e finibus
suis exeant. Ubi jam se ad eam rem paratos esse 2
arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duo- 11
decim, vicos ad quadringintos, [a] reliqua privata
aedificia incendunt: frumentum omne, praeter 3
quod secum portaturi erant, comburunt; ut, domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia

VARIAE LECTIONES.

a *et reliqua* MSS. 2. et Ciacc.

consule Cl. Burm. ad Ovid. Metam. 1, 30. *Et pressa est gravitate sui*. Duker. ad Flor. 2, 20. *in exitium sui excitat*. Appulej. l. 1. Met. p. 15: Ed. Pric. *sine fatigatione sui*. l. 2. p. 37. *praesentia sui*: ut legendum est cum Sciop. Wouw. Scriv. aliisque. l. 5. Met. p. 90. *fatigationem sui diluit*. Sic enim MSS. et Edd. Vett. *sui* ejecerunt dein posteriores. Justin. 24, 6. *magnificentia sui*. Valer. Max. 9, 12. Ext. 1. *finem sui reperit*. Pompon. Mel. l. 2. in f. *Ex spatio sui cognominibus acceptis*. Ita MS. Dorvill. non *suo*. Sic *sui pars* eidem 3, 6. in f. Infra 4, 28. *sui cum periculo*. 7, 71. in MS. *sui salus*. vide et B. C. 1, 20. 22.

*Per eos, ne caussam diceret, se eripuit*] Anonymus Celsi exscriptor in carcere mortuum ait: *Orgetorige primum duce, mox ubi ille affectatae tyrannidis suspectus in carcere diem obiit*. VOSSIUS.

*Ut e finibus suis exeant*] Necessitate coacti hoc consilium inierunt; in tantam enim multitudinem excreverant, ut iis suae terrae non sufficerent. Vide *Florum* 3, 10. Omnes autem suos fines relinquere, non partem tantum suorum in colonias mittere, decreverant, ne, a se invicem divulsi, praedae essent vicinis, quos lacessierant, quemadmodum tradit *Dio* l. 38. p. 79. A. qui tamen errat, in eo quod illos doceat exiisse, Ὀρκετόριγος σφίσιν ἡγουμένου, *Duce Orgetorige*, cum is mortem oppetierat, priusquam hoc iter aggressi sunt Helvetii, ut ex *Caesare* apparet. DAVIS.

*Ubi jam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt*] Ridere libet. Ait Rhellicanus, qui primus Helvetiis hoc consilium dedit de exurendis oppidis, et vicis, sine dubio apud Thucydidem legit historiam et consilium Periclis. Quaerere velim, quo argumento id dicat, nimirum quoniam Graecas litteras Helvetii noverant. Et quis Pericli consilium suum suggessit? VOSSIUS.

*Praeter quod*] MSS. plerique *praeterquam quod*, quod hoc in loco idem est. CLARK. Idem quidem est, sed elegantius est *prae-*

pericula ſubeunda eſſent: trium [a] menſum molita
4 cibaria [b] ſibi quemque domo efferre jubent. Perſuadent Rauracis, [c] et Tulingis, et Latobrigis [d] fi-
12 nitimis, uti eodem usi conſilio, oppidis ſuis vicisque exuſtis, una cum iis proficiscantur: Bojosque, qui trans Rhenum [e] incoluerant, et in agrum No-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *mensium*. b *unumquemque* MSS. et Edd. qdd. vel *sibi unumquemque*. Dein *jubet* Edd. quaedd. et Pal. *afferre* contra MStos Scal. Clark. aliaeque Edd. V. ad 5, 45. c *et* abeſt Ed. Inc. Davis. ac Leid. pr. d *fin. suis* Bong. pr. e *coluerant* Bong. tert.

*ter quod*, ut e veteri codice primus reſtituit Gifan. ad Lucret. V. *praeter quam*. Adi Virorum Doctorum Comment. ad Gellium 1, 23. Salluſt. B. Catilin. c. 36. Juſtin. 13, 5. Calpurn. Ecl. 4, 28. Flor. 2, 6. *Praeter quod in bullis singulisque annulis erat*. Appulej. l. 4. Metam. p. 82. Ed. Pric. *Nam praeter quod diurnae quietis imagines falsae perhibentur*. In Apol. p. 19. Ed. Pric. *praeterquam quod non sum jurgiosus*. Sic vulgo: sed MSS. Flor. et Dorvillii rectius carent τῷ *quam*. Idem l. 2. Met. p. 33. *praeter quod epulis voluptates meas anteferrem*. Mela 3, 6. *praeter quod fabulis traditur*. Sic MS. non *praeterquam quod*. Nepos Milt. c. 5. *nulla civitas praeter Plataeensium*; ubi alii *Plataeenses*. Infra quoque B. Civ. 3, 49. in Edd. pp. eſt *commeatus omni genere praeter frumenti*. B. Hisp. c. 24. in MSS. nonnullis: *praeter quorum arma sunt adluta*. Rectiſſime idcirco *quam* non agnoſcunt ex meis Cujacianus, Bong. tert. et vetuſtiſſimae membranae Andinae, Leidensis pr. Scalig. Vossian. pr. et sec. et Edd. Vasc. R. Steph. aliaeque.

*Domum reditionis*] Hic, ut fit, *verbale* verbi, a quo deducitur, casum regit. *Plautus* Amphit. 1, 3, 21. *quid tibi hanc curatio est rem? Hyginus* Fab. 118. *Catena alligavit, ut sibi diceret, quando domum repetitionem haberet*. Vide et *G. J. Vossium* de Anal. 3, 9. DAVIS. B. Civ. 1, 53. *Magni domum concursus*.

*Mensium*] Vetuſtiſſimus et integerrimus Bongarsianus primus habet *mensum*: quod antiquitatis gratia non potui non amplecti, ut ab ipsa auctoris manu. Sic enim hunc Genitivum declinarunt quoque Cenſorinus, Paulus JCtus, Ausonius, Seneca, aliique. Ovidius denique tum alibi, tum Met. 8, 500. *bis mensum quinque labores*: ubi vide Ciofan. et N. Heinsium, ac G. J. Vossium de Analog. 2, 14. Sic quoque in antiquiſſimo Codice Puteaneo Livii invenit J. F. Gronov. quem consule ad 29, 3. Lactant. Carm. de Phoenice vs. 29. *Per singula tempora* mensum. *Mensum* inveni quoque in MS. Vegetii 2, 5.

*Molita cibaria*] Multum se cruciant viri docti Glareanus, Hottomannus, alii, quid hic sint *molita cibaria*. Quasi vero aliud Caesar intellexerit quam frumentum molitum, sive farinam, quae ad pinsendum ſtatim utilis.

ricum transierant, [a] Noreiamque obpugnarant, receptos ad se, socios sibi adſciscunt.

VI. Erant omnino itinera duo, quibus [b] itine- 1
ribus domo exire poſſent: unum per Sequanos, anguſtum, et difficile, inter montem Juram, et flumen [c] Rhodanum, vix qua singuli carri duceren-

VARIAE LECTIONES.

a *Nortiam*, *Norciam*, *Noriam*, *Noritiam* MSS. nonnulli male.
b *itineribus* caret Petav. ut solet ille Cod. Vide mox, et ad 2, 18.
c *Rhenum* Ed. R. Steph. et vulgo *quo vix*.

*Ἄλφιτα*, Graecus interpres, et optime vertit. VOSSIUS.

*Latobrigis*] Sic vulgo, vel ex Glareani sententia *Lacobrigis* R. Stephanus et alii edunt. In MSS. et Edd. primis eſt *Latocibus*, *Latobibus*, *Latocibis* et similia monſtra: in longe plurimis tamen et melioribus *Latobicis* et *Latovicis*. Verum c. 28. et 29. *Latobrigos* plerique MSS. retinent, ut hic Carrariensis: Graecus Metaphraſtes *Λακοβρίγας* iis in locis; nam hic illorum non meminit. Sed *Lacobriga* et *Lacobricenses* in Lusitania, *Latovici* autem in Pannonia sunt. Tutius ergo *Latobrigos* retinebimus; et Cluverium consules. Si quis tamen hoc loco aliud a Caesare relictum opinatur, posset legere: *persuadent Rauracis et Tulingis, et late vicis finitimis*, id eſt, vicis longe lateque circumjacentibus: vel simile quid ejusdem sensus; nam, ut verum fatear, non satisfacit mihi haec conjectura: licet *late finitimus* tueri se poſſet loco Virgilii Aen. 6, 378. *Nam tua finitimi, longe lateque per urbes etc.* de quo consule Virum Doctiſſimum in Observ. Misc. V. 2. p. 64. Vide et ad B. G. 2, 24.

*Usi consilio*] MSS. nonnulli et Edd. antiquae *consilio usi*: sed mirae bonitatis codex Leidensis primus non agnoscit a manu prima *τὸ usi*. Et sane alicui abundare plane; immo oratio suavius molliusque procedere videri poſſit, si exsularet. c. 30. *Quod eo consilio domos suas reliquissent*. 6, 42. *Qui eo consilio Rhenum transierant*. 2, 9. *eo consilio, ut si possent etc.* 5, 49. *Eo consilio, ut etc.* et B. Civ. 1, 70. sed tamen B. Civ. 1, 61. *Quum suo quisque consilio uteretur*. Variant MSS. quoque ibid. c. 56. *Massilienses usi L. Domitii consilio*. 3, 42. *Secundo usus consilio*. 3, 81. *Eodem usi consilio*. Quare nihil temere mutandum eſſe satis patet.

*Noreiamque*] Sic legimus cum Metaphraſte, librisque MSS. et antiquitus cusis, cum recentiores habeant *Noricam* ex conjectura non neceſſaria *H. Glareani*; Noreia quippe oppidum eſt Norici. Vide doctiſſimum *Cellarium* Geogr. Antiq. 2, 7. p. 344. Eſt et alia urbs cognominis, quae erat Carnorum, ad quam cum Cimbris inani conatu pugnavit Cn. Carbo, ut docet *Strabo* Geogr. l. 5. p. 214. d. DAVIS.

*Erant omnino itinera duo*] Cum *Norvic. Gottorp.* et *Lovan.* legendum, *erant* autem *omnino itinera duo*. Eandem etiam voculam in suo libro reperit Me-

tur; mons autem altissimus inpendebat, ut facile
2 perpauci prohibere possent: [a] alterum per provinciam nostram, multo facilius, atque expeditius; propterea quod [b] Helvetiorum inter fines, et Allobrogum, qui nuper [c] pacati erant, Rhodanus fluit,
3 isque nonnullis locis vado transitur. Extremum
13 oppidum Allobrogum est, proximumque Helvetiorum [d] finibus Geneua. ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant, vel [e] vi coacturos, ut

VARIAE LECTIONES.

a *alterum iter* Bong. pr. sec. b *inter fin. Helv.* MSS. et Edd. Vett. c *pacti* MSS. multi et Ed. Inc. d *finibus* deest in Carr. et Leid. pr. e *vi* male abest ab Ed. Davisii.

taphrastes. DAVIS. *Cur. sec.* Conspicitur *autem* quoque in Vossiano tertio et Ed. Incerta.

*Quo vix singuli*] MS. *Norv.* et editt. *Rom. Ven.* aliaeque vett. habent *vix qua*, quomodo etiam *Hotomannus* ex conjectura legendum censuit. DAVIS. Ita Scaliger et recentiores. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edd. Vett. *qua etc.* Quod idem est ac *quo itinere* CLARK. Reposui ex consensu nostrorum codicum ad viginti *vix qua*. Ciacconius primum e MS. produxit *vix quo* corrupte. Mutationi ansam videtur dedisse, quod crediderint, debere respondere praecedenti substantivo *iter*. Frustra. *Qua* notat millies *qua parte*, *ubi*, ut saepe notatum a viris doctis: etiam licet alius generis antecedat substantivum. Bene Hotomann. adduxit exemplum Ciceronis pro Caecina c. 8. *Ad omnes introitus*, *qua adiri poterit.* Infra c. 9. *per Alpes*, *qua proximum iter erat.* ac 5, 44. ut et B. Civ. 1, 25. Frontin. 1, 1, 6. *Per Zeugma trajicerent exercitum*, *qua et brevissimum iter est.* et 3, 9, 6. atque apud alios saepissime. Adi Cortium ad Sallust. B. Catil. 57, 3. *Sub ipsis radicibus montium*, *qua illi descensus erat.* Immo 8, 51. *locorum*, *qua Caesar iturus erat.* et Nepos Eum. c. 8. *Duae erant viae*, *qua ex Medis posset perveniri.* Infra 2, 8. *Si qua opus esset*, vulgo *quo* et *quid.* Quamvis et *quo* ita ponatur, licet praecedat *eorum*, ut 5, 14. *Eorum sunt liberi*, *quo virgo deducta est.* 7, 73. *Quini ordines*, *quo qui intraverant.* B. Civ. 1, 81. *eruptiones*, *quo descensuros existimabat.*

*Qui nuper pacati erant*] Duobus ante annis a C. Pomptinio; ut pluribus docet Ciacconius. Ceterum Davisius cum Beroaldi Aldinisque Editionibus interserit *P. R.* sive *Populo Romano*,

per suos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus 4
ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua
[a] die ad ripam Rhodani omnes conveniant. Is dies
erat, a. d. V. Kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio
Coss.

VII. Caesari quum id nunciatum esset, eos per 1
provinciam nostram iter facere conari, maturat ab
urbe proficisci, et, quam maximis [b] potest itineri-
bus, in Galliam ulteriorem contendit, et ad Gene-
uam pervenit. Provinciae toti quam maximum mili- 2
tum numerum imperat; (erat omnino in Gallia ul- 14

VARIAE LECTIONES.

a *die* non est in Petav. *fluminis Rh.* Voss. pr. b sic MSS. et 7, 9. vulgo *itin. potest.*

At vero testantur omnes commentatores, in nullo eas litteras se invenisse codice. Non comparent etiam in nostris, neque in Edd. primis, nec Vascos. nec Stephani aliisque. Solum reperiuntur in Bong. tertio, qui codex, Grutero teste, post inventam typographiam est exaratus. Immo, nisi me fallat memoria, non solent auctores huic formulae addere *P. R.* saltem non ita Caesar lib. 2. G. B. in f. *omni Gallia pacata.* 7, 65. *Ad eas civitates, quas superioribus annis pacaverat.*

*Helvetiorum finibus Geneua*] In MS. *Norvic.* et antiquissimis editt. legitur *Genua*, quam lectionem in Caesare invenit *Julius Celsus*, qui sic scribit: *Ad ripam quorum* (Allobrogum) *ut idem* Jul. Caesar, *extremum proximumque Helvetiis angulum Genua olim oppidum tenebat, nunc Gebenna civitas* etc. De Vit. Caes. lib. 1. pag. 18. ed. Lond. DAVIS. MSS. omnes tum aliorum, tum mei inepte *Genua* hic et infra. In Egmondano pro var. lect. *Gebenna*, sed vide Rhellicanum.

*In populum Romanum*] Notat Sambucus, non abs re in V. C. esse *in populo Romano.* quomodo exaratur etiam in Egmondano. In Vossiano tert. scribitur *in po. Ro.* In aliis multis *in p. R.* ut nescias, sextum, an quartum casum illi adhibuerint. Multis hunc Ablativum probat Celeb. Burmann. ad Quinctil. Declam. 15, 6. *In te solo venefica.* Cicero Catil. 4, 6. *In hominibus vehementissimi.* Sallust. Catil. c. 52. *Misericordes in furibus.* et ibi Cort. Quis nescit illa Virgilii lib. 2. Aen. *Talis in hoste fuit Priamo?* Propert. 2, 3, 10. *Gaudeat, in puero si quis amicus erit.* Ovid. Ep. Her. Cyd. 21, 10. *Talis in Hippolyto vix fuit illa suo.* Adi denique Broukhus. ad Tibul. 3, 6, 19. *Torvus Liber in illis.* Plura dicemus ad 2, 32. *quod in Nerviis fecisset*: vulgo ibi *Nervios.* Adde Var. Lect. 6, 41. *hoc esse in Ciceronem ani-*

teriore legio una) pontem, qui erat ad Geneuam,
3 jubet [a] rescindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt, nobilissimos civitatis; cujus legationis [b] Namejus et Verudoctius [c] principem locum obtinebant; qui dicerent, *sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod* [d] *aliud iter haberent nullum: rogare,*
4 *ut ejus voluntate id sibi* [e] *facere liceat.* Caesar,

VARIAE LECTIONES.

a *escindi* MS. b Sic MSS. miro consensu, et Edd. VV. qdd. vulgo *Numejus et Verodoctius* cum Metaphraste. Ed. Lugd. *Veroductius.* c *principum* MSS. 12. et Edd. Inc. Med. Ven. *principium* Voss. tert. *praecipuum* al. *principum* Egm. d MSS. et Edd. qdd. *null. al. it. hab.* e *fieri* MS.

mo. 7, 77. *Quid in hominum milibus interfectis animi propinquis nostris fore existimatis.* 8, 46. ut e MSS. nonnullis legendum, *quali quisque animo in Rep. fuisset.* Lib. 1. tamen B. Civ. c. 6. *aliena in Caesarem animo esse.*

*L. Pisone*] Recte. Graecus interpres, quia superius Marci Pisonis mentio facta, Lucium cum Marco confudit, et hic quoque *Μάρκυ* transtulit, inepte. VOSSIUS.

*Ad Geneuam pervenit*] Servius ad 1. Aeneid. *Ars quidem hoc exigit, ut nominibus provinciarum praepositionem addamus, civitatum nunquam. Tamen plerumque hoc perverso ordine legitur, ut est hic, Italiam venit, pro ad Italiam.* Tullius in Verrinis: *Ea die Verres ad Messanam venit: pro, Messanam.* Sic saepe alibi Caesar, ut 7, 58. *ad Lutetiam iter facere coepit.* et, *jam Caesar a Gergovia discessisse audiebatur.* et Civil. 1, 24: *ad Ilerdam reverti.* IDEM. Vide ad 3, 20. in locis tamen, quae hic adfert Vossius, non ingressus in urbem, sed accessus ad urbem significatur. V. et B. Civ. 3, 14. et 41. B. Alex. c. 36. B. Afric. c. 33.

*Quam maximum militum n. imperat*] Lege *quam maximum* potest *militum numerum imperat.* sic enim dant *Norvic. Gottorp. Voss. Egmond.* nec aliter legit Graecus. DAVIS. *Cur. sec.* Contra Hotomann. verbum *potest* ejecit auctoritate codicis antiqui et Ed. Rom. cui accedunt Mediol. et Veneta: nam veteres Edd. pleraeque, etiam R. Stephani *potest* quoque agnoscunt. Suspectum tamen est Brantio, cum modo praecesserit, *quam maximis potest itineribus.* Ubi etiam poterat abesse, uti apud Hirt. 8, 50. Verum quoque invenitur in antiquissimo Bongarsiano, aliisque meorum quatuor praeter adductos a Davisio. In Leidensi primo, optimae et antiquae notae libro, inter versus ab vetusta manu adscriptum est. Utrumque autem bene Latinum esse, cuivis constat. 3, 9. *quam plurimas possunt, cogunt.* et 5, 1. 39. Eadem repetere verba, Caesari frequentissimum est. Vid. ad

quod memoria tenebat, L. Caſſium Conſulem occi- 15
ſum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulſum, et ſub
jugum miſſum, concedendum non putabat: neque 5
homines inimico animo, data facultate per provin-
ciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria et
maleficio exiſtimabat. Tamen, ut ſpatium interce- 6
dere poſſet, dum milites, quos imperaverat, conve-
nirent, legatis reſpondit, *diem ſe ad deliberandum* 16
*ſumturum; si quid vellent,* [a] *a. d. Idus Apr. rever-*
*terentur.*

VARIAE LECTIONES.

a MSS. *ad.* vide Ciaccon. et Hotom.

c. 3. 43. 44. et saepiſſime. Uti vulgo, sic fere 7, 8. *ut quam latissime possint vagentur, et quam maximum hostibus terrorem inferant.*

*Rogare*] MS. Reg. *rogarentque.* Ut cohaereat cum praecedente *dicerent.* Quod perinde eſt. CLARK. A manu prima Bongars. pr. *rogarent.* Alii duo *rogarentque* cum Editis quibusdam. Sed receptam lectionem bene pronunciavit Hotomannus concinniorem eſſe: dicerent legati, Helvetios rogare. Saepe talem infinitivum fuiſſe corruptum, aliquoties infra occurrit, ut c. 14. *Non fuisse.* ibid. *memoriam deponere posse.* c. 17. *perferre satius esse.* c. 30. *legati convenerunt: intelligere sese.* c. 31. c. 42. Et paſſim apud alios. Conſule J. F. Gronov. Obſerv. 2, 14. et Comment. eorum auctorum, quos illic emendat: nec non Cl. Drak. ad Liv. 1, 50. Adde Curt. 3, 3, 3. ut quidem in MSS. legitur, nam vulgo ibi pari modo peccatur.

*Sub jugum*] Vett. CC. habent *sub jugo,* quod reperitur apud alios etiam ſcriptores. Livius 3, 28. *sub hoc jugo Dictator Aequos misit.* Ita Urſin. Vide Feſtum in vocibus *jugum,* et *sub jugum mitti.* DAVIS. In nullo meorum *jugo* inveni, praeter in Voſſ. pr. a manu ſecunda, fors corruptum ex antiquo *jugom.* Variant item MSS. in aliis. Vide Cortium ad B. Jug. 38, 9. Duker. ad Flor. 1, 11. et Drakenb. ad Liv. 1, 26. 3, 28. Appulej. de Philos. p. 265. Ed. Colv. *ratione sub jugo missa.* Sic Edd. Vett. sed MSS. Elmenh. et Meus *jugum.* De re ipſa et Caſſii caede adi omnino Pighium ad A. DCXLVI. et infra ad c. 12.

*Diem se ad deliberandum*] Cave credas diem *naturalem* aut *artificialem,* ut loquuntur Aſtronomi, hic intelligi. Spatium enim indefinitum ſignificatur. Sic infra c. 40. *Quod in longiorem diem collaturus erat.* Virgilius Aeneid. 11, 425. *Multa dies variique labor mutabilis aevi Rettulit in melius.* Ubi *Servius, Dies autem,* inquit, *tempus,* DAVIS.

1 VIII. Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu

*A lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit*] Rhenani emendatio, et proba. sed κακοήθως alii dissimulaverunt. Hottomannus etiam obniti audet, aitque nequaquam solitum Caesari, ita loqui, *quem flumen Rhodanum influit*. Quod falsum. Etenim lib. 3. de Bello Gall. dixit: *In flumine Ligeri, quod influit Oceanum*. VOSS. Editiones veteres habent: *Qui in flumen Rhodanum influit*. Sed hoc rerum naturae est contrarium; probanda igitur videtur *B. Rhenani* emendatio: non enim est verosimile, Caesarem ipsum memoria lapsum esse. DAVIS. MSS. et Edd. Vett. *qui in fl.* quod recte emendarunt recentiores. Nisi forte non id velit Caesar, utram in partem fluat aqua, sed situm solummodo locorum describens, e Lacu Lemano in flumen Rhodanum dicat exitum esse. CLARK. Nimis temere Vossius arripuit aliorum conjecturam, a nullo codice adjutam, cum tamen diversissimum ab antiqua lectione sensum efficiat. Si enim legas, *lacu, qui in flumen influit*, tum intelligitur necessario inferior lacus pars: at si scribas *quem flumen influit*, tum capi non potest nisi de superiore. Jam vero ex ipsius Vossii sententia, quem, incertus licet, amplector tamen adhucdum, infra Genovam murum perducere coepit. Non merebat idcirco adeo exagitari Hotomannus, quod obnisus sit Glareani conjecturae. Nec obstat locutio *lacus influit in Rhodanum*. Sic enim (quod observavit jam Casaub. ad Strab. lib. 4. p. 317. Ed. Par. λίμνην ἐξιεῖσαν εἰς τὸν Ἴσαρον) 7, 57. *paludem, quae influeret in Sequanam*, et de geminata praep. adi ad 3, 9. Contra major nascitur difficultas e novata lectione, quod in nominativo dicatur *flumen Rhodanum*, cum perpetuo a Caesare efferatur *Rhodanus*, ut idem Hotomannus advertit. Scio ab Horatio ita dictum esse *flumen Metaurum, flumen Rhenum* O. 4, 4, 21. et Art. Poet. 18. Sed talia a Caesare fuisse captata, non ego credo. Rectius tum fuisset *Rhodani*, ut diserte exaratur in Vossiano tertio. Adi etiam ad 3, 9. Sed, ut supra monere incepi, miror, eam conjecturam Glareani a Vossio esse receptam, cum plane adversetur ipsius opinioni, vetusque et sana lectio (nisi potius legamus cum Hotom. et Dav. *qua;* cum in Leid. pr. sit tantum *qui* sine τῷ *in*) illam stabiliat, ut ab inferiore scilicet lacus parte institutus fuerit murus, et ideo pons Genevae etiam interscissus. Hoc enim non utile, sed noxium fuisset, si a superiore parte murus esset ductus. Forsan *qui* in Leid. pr. est pro *qua parte*, ut conjecit Cl. Wasse. B. G. 4, 1. *flumen Rhenum transierunt, non longe a mari, quo Rhenus influit*. MSS. nonnulli *cui*. Hoc exemplo videmus, quam fluxae et caducae sint conjecturae sine ulla codicum ope, et temere numquam in textum esse recipiendas. Porro de muri situ nihil certius ego dicere habeo. Solum addo a Cl. Butino, Medico Genevensi quoque investigatum esse in Diss. in Sponii Genevam, eumque adsentiri Vossio; nisi quod longitudinem xix. m. p. retineat. Et sane Graecus interpres habet quoque 152. stadia. Verum Cluverii, Vossii et Davisii, quibus etiam Celsus conspirat, conjectura egregie confirmatur ab optimo Leidensi primo, qui non agnoscit τὸ *decem*. Voss. pr. et sec. *decem et novem*. De *muro*

Lemanno, [a] qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis

VARIAE LECTIONES.

a *quem fl.* Edd. recentiores.

pro maceria sine caemento, sive muro terreo vide hic Hotomannum.

*Ad montem Juram etc.*] Nequeo satis mirari negligentiam Criticorum ad hunc locum, qui omnes eum, velut intellectu planum ac facilem transmisere. Cum longe aliter res se habeat, atque vulgo persuasum est, cujus si opinionem sequaris, absurdissima sententia erit. Glareanus subodoratus difficultatis aliquid, expedire se nequaquam posse dixit. Sed perpendamus. Ait Caesar Helvetiis itinera fuisse, unum per angustias, Rhodanum et Juram inter, alterum per vada Rhodani. Caesar a Lemanno lacu (quod tantundem juxta communem opinionem est, ac si Rhodanum dicas) ad Juram montem murum perduxit. Ergo necessario jam clausae, de quibus dixit, angustiae. Nam murus hic ante angustias ductus. Restat alterum iter per vada Rhodani. Hic tentavere transitum Helvetii, sed, ut postea ait Caesar, munitione prohibiti perficere nequiverunt. Unde illi hac spe dejecti, per angustias ivere. Si obstructae erant angustiae muro, quomodo illi, qui eo prohibiti discesserunt, nihilominus penetravere? Rursum, si Rhodanum propter munitiones transire non potuerunt, quomodo murus a Lemanno lacu ad Juram pertinebat? Absurda sunt. Quare ita haec intelligenda. Jura mons, qui Sequanorum fines ab Helvetiis dividit, novem aut decem circiter passuum millibus infra Genevam Rhodano impendet. Hae sunt illae angustiae, de quibus Caesar loquitur. Dein flumine montes dividuntur, et adversa in ripa (eam intelligo quae Allobrogum est) sive, ut Romani loquebantur, citeriore Rhodani ripa mons continuatur. Hunc montem ego veteribus quoque Juram appellatum esse nullus ambigo. Igitur Caesar munitionem duxit a lacu Lemanno, ad montem Juram, non trans fluvium, sed cis. Et murus is ductus secundum ripas Rhodani. Incipiebat haud procul oppido Geneva, desinebat ex adverso angustiarum, sive ubi Jura mons divisus amne, iterum in Allobrogum terra continuatur. Et in Appiani quoque *παρεκβολαῖς περὶ πρεσβ.* legimus, ripam Rhodani a Caesare communitam per stadia 150. *Διετείχισεν ὅσα περὶ Ῥόδανόν ἐστι ποταμὸν ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους μάλιστα.* En tabellam: 1. *Murus vulgi falsus, et ante angustias ductus.* 2. *Murus ex nostra opinione a Lemanno lacu secundum Rhodanum institutus.* 3. *Jurae montis altera pars cis Rhodanum.* 4. *Vada Rhodani.* Hoc modo si capias, sana cuncta videbis. Primo enim quod Caesar dicit de rescisso Genevae ponte, jam caussam habet, ne illac voluntate Allobrogum transirent Helvetii. Alioqui si tanto spatio ante Genevam ductus murus, nihil opus eum confringere. Dein duo jam diversa itinera habes per Rhodanum, et per angustias. Helvetii illud per vada Rhodani minus periculosum judicabant, quia angustiis Jura imminet. Itaque transitum tentavere, sed quia cis amnem munitio erat, prohibiti sunt. Et hoc

17 dividit, milia passuum decem novem, murum, in altitudinem pedum [a] sedecim, fossamque perducit.

VARIAE LECTIONES.

a Sic Bong. pr. Petav. Leid. pr. et alii 6. cum Ed. Inc. ac R. Steph. vulgo *Sexd.* xv. Voss. pr.

loco crebra vada in flumine esse, totumque situm Jurae, et angustiarum, ita ut hic descriptum est, se habere, cognovi ex illustrissimo Barone Georgio Slupechy, cui ambigas generis fastigium, et continua plurium saeculorum nobilitas, an virtus propria et eruditio plus decoris addant. Is, inquam, eum, quem dixi, situm esse, et mihi affirmavit, et praesens loca illa suis oculis aspexit. Igitur Helvetii cum amnem transire nequirent, per angustias ivere, quas nequaquam clausas fuisse supra ostendimus. Sed morari aliquem possit, quod in Caesare scribatur per xix. millia passuum, cum hoc, de quo loquimur spatium, trium vel circiter horarum sit. Corruptus numerus, quod et illi fatentur, qui perperam murum trans Rhodanum ponebant. Idque etiam fatetur Cluverius lib. 2. Germ. p. 15. communem lapsum in muri loco secutus. Igitur pro xix, scribe x, vel ix. Error hinc ortus, quod librarii ambigentes, utrum x, vel ix. scriptum esset (credo enim vestigium aliquod fuisse litterae I,) quia non putarent audacter temere aliquid describendum, scripsere *decem*, et in margine *vel novem*. Postea vox *novem* in textum irrepsit, et factum est *decemnovem*. Alioqui in Appiano ripa Rhodani per 150. stadia munita dicitur, id est, millia passuum 15. Nec movere aliquem debet, quod de ruderibus trans Lemannum inventis ajunt. Nihil illae ad Caesaris murum, qui e terra erat. Et solitos ita aggeres vocari vel Varro ostendat, de re rust. 1, 14. *Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, in agro Rheatino.* Vide errorem Bedae, qui diversa putat vallum et murum, apud Casaub. in Hist. Aug. p. 120. b. c. Vide et Salmas. in Spart. p. 139. e. f. 140. a. Spart. *Post murum aut vallum missum in Britannia*: malo expungere verba *aut vallum*. Si genuina sunt, ipse vides utrumque idem valere. At quis respondeat, cum hunc Juram cis Rhodanum intelligo, frustra addi, *qui Helvetios a Sequanis dividit*. Equidem non adversabor, si quis ea ab librario irrepsisse dicat, et totum locum ita legat: *A lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit, ad montem Juram millia passuum novem, murum, in altitudinem pedum sexdecim, fossamque perducit.* Hic verus hujus loci sensus, et quidem planissimus, quo absque frustra bellum Helveticum intelligere coneris. Ad talia velim attendant, qui historicos sibi commentandos aut explicandos sumunt, potius quam de litteris et argutis illis conjecturis cogitent. Non quia intercedendum criticae putem, quippe non ignoro, eam prorsus necessariam esse plurimis locis, sed quod plerique potioribus omissis, ex ineptiis gloriolam aucupantur. Cujusmodi inter alias Faërnus, cetera vir egregius, in loco quodam Caesaris pro *ac*, *atque* emendabat: βαβαὶ μύξος. Qualis et nuperrime vir doctus notis suis in Horatium cum legisset: *Jam satis terris nivis atque dirae Grandinis*, putabat nimis delicatas Horatii aures,

Eo opere perfecto, praesidia disponit, castella com- 2
munit; quo facilius, si se invito transire conaren-

quam ut tres ordine voces in *is* desinentes admitterent. Itaque pro *terris* restituit *terrae*. Nugae. Non dixisset, si Romanos non *terris*, ut nos hodie, sed *terreis* pronunciasse cogitasset. VOSS. Absurda est, ut recte animadvertit *Vossius*, sententia vulgata; Ipsius tamen explicatio difficultatibus non caret. I. Montem situm in ripa Rhodani, quae Allobrogum est, Juram fuisse vocatum statuit, cum tamen hoc ne unus quidem vett. tradiderit. II. Hae voces, *Qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit*, ejus dogmati plane contradicunt, cum, si ab illo stetisset *Caesar*, dicere debuerit, *Qui Helvetiorum fines ab Allobrogibus dividit*. Hoc ipsum *Vossium* non fugit, ideoque ea verba censuit delenda. Sed iis, quibus nulli MSS. carent, spongiam inferre temerarium videtur. Quod autem habet de numeri mutatione, confirmatur a *Julio Celso*, qui lib. 1. p. 21. Ed. Lond. de hoc muro ita loquitur: *Decem millia passuum, altitudinis pedum sedecim fossam perducit*. Ubi *millium* male reponit *Graevius*, ut ex hoc ipso Caesaris loco patet. Praepositiones nimirum saepe in verbis latent, ut dicemus ad cap. 12. DAVIS. De hujus muri situ vide D. Vossium, Davisium, aliosque. Mihi quidem, attentius omnia perpendenti, corruptum hic aliquid videtur; murusque non a lacu *Lemano* ad montem *Juram*, sed ex altera parte lacus, secundum *Rhodanum* ductus. Ut ex sequentibus patere videtur. Mox enim, cum flumen vi transire conarentur hostes, militum concursu et *operis munitione* prohibitos narrat Caesar. CLARK. Locus, quocunque te vertas, magnis difficultatibus implicatur. Si enim, quod plurimi statuunt, murus hic a septentrionali Rhodani ripa fuit positus; non erat, cur pontem Genevensem rescinderet Caesar: hac enim ratione fiebat, ut ejus milites, qui murum tuebantur, quique Helvetios prohibebant, ne Rhodanum transirent, mutuum suis laborantibus auxilium ferre non possent. Praeterea quandoquidem *erant* tantum *itinera duo*, *quibus itineribus domo exire possent* Helvetii, *unum per Sequanos inter montem Juram et flumen Rhodanum*, alterum per Allobrogas, ut ait *noster* supra c. 6. si murus Caesarius a Rhodano ductus erat ad montem Juram, qui quaeso relinquebatur libera per Sequanos eundi facultas? Hoc tamen affirmat *Caesar* cap. 9. Quod si a meridionali fluminis latere murum hunc sive vallum cum D. Vossio constitutum censeas; obstabit, quod ab ea parte nulla sit Jurae montis memoria. Dein mons ab Australi Rhodani ripa locatus Jura nuncupetur; patet tamen eum *fines Sequanorum ab Helvetiis* dividere non posse. Nihilominus, ut verum fatear, hunc muri situm fuisse suadet, quod *Helvetii navibus junctis, alii vadis Rhodani, si perrumpere possent, conati*, OPERIS MUNITIONE *et militum concursu, et telis repellebantur*. Non equidem video, qui me expediam. Interim dum vel ex melioribus libris vel ex ingenio locus persanetur, eum sic lego, *a Lacu Lemanno*, QUA IN *flumen Rhodanum influit, ad montem Juram — millia passuum decem murum* etc. Codices habent *qui in flumen Rhodanum influit*, eamque lectionem, *Hotomanno* praeeunte, leviter muto. At quod *novem* deleo, id fit auctoritate *Julii Celsi*

3 tur, [a] prohibere poſſit. Ubi ea dies, quam conſti-
tuerat cum legatis, venit, et legati ad [b] eum rever-
terunt, negat, *ſe more et exemplo populi Romani poſſe*
*iter ulli per provinciam dare*; *et*, *ſi vim facere conen-*
4 *tur*, [c] *prohibiturum* oſtendit. Helvetii, ea ſpe deje-
18 cti, navibus junctis, ratibusque [d] compluribus fa-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *prohiberi possent*. b *eum* abeſt ab Ed. Inc. c *proh. se* Egm. d *quam pluribus* Voſſ. pr. *factis* deeſt in Leid. tert. et Ed. Inc.

lib. 1. pag. 21. si plura vis, adi diſſertationem viri docti, quae reperiatur in Memoriis Trivultinis A. D. MDCCXIII. art. 105. Mirus autem eſt Graecus, qui repraeſentat: *ἀπὸ τῆς εἰς τὸν ῬΗΝΟΝ ἐμβαλλέσης Λεμάνυ λίμνης*. Certe vel ſcripsit vel scribere debuit *εἰς τὸν Ῥοδανόν*. DAVIS. *Cur. sec.*

*Prohiberi possent*] Ita Scaliger et Recentiores. MSS. Reg. Eliens. et Voſſii et Editio vetus Romana *prohibere posset*. Quod cur mutatum fuerit, equidem nihil video. Eſt enim conſtructio concinnior, et cum iis, quae praeceſſerant, aptior. CLARK. Recte Clarkius antiquam ſcripturam reducere conatus eſt, quam inveni in olim editis et MSS. meis omnibus praeter Palat. in quo *prohiberet*. pro *posset* autem ſcripsi *possit* auctoritate Bong. pr. Petav. Cujac. Voſſ. pr. et sec. Leid. pr. aliorumque. Quamquam *posset* defendi queat c. 13. *ut consequi posset*, *pontem faciundum curat*. ſupra jam c. 3. *persuadet ut occuparet*, et, *ut conaretur*. 3, 8. *sollicitant*, *ut mallent*. ſed et ibi variatur. Adde ad 5, 2. 7, 45. *Imperat*, *ut vagarentur*. c. 85. *Imperat*, *pugnaret*. ſed aliter ibi codices optimi. Alibi plura nos dicemus. At hic MSS. ſequendi. Immo defendit Cortius, et imperitos eſſe, qui mutare ubique velint, pronunciat ad Salluſt. Catil. c. 44. *Mittit, uti confirmarent societatem*. atque ita MSS. et Edd. B. C. 1, 18. *petit ut mitteretur*. Vid. etiam cap. 40. et B. Alex. c. 60.

*Reverterunt*] MS. Reg. *revertuntur*. paulo minus eleganter. Quamquam et eo modo conſtabit temporum ratio, cum res praeterita tanquam praeſens narretur. CLARK. *Revertuntur* etiam Scalig. et 2. Leidd. mihique se ſatis probat, ut 4, 11. Vide etiam 4, 14. 5, 11. 7, 4. 68. 82. et ſaepiſſime.

*Negat, se more et exemplo populi Romani*] Firmus locus. Hottomannus negat, ſe illud *exemplo populi Romani* legiſſe: et ita proſcribendum eſſe ſuſpicabatur: *Negat se more et exemplo injussu populi Romani*. Apud Tacit. 1. Hiſtor. habemus, *More divi Augusti*, *et exemplo militari*. Putabat Ferretus et Lips. legendum, *exemplo divi Augusti*, *et more militari*. Sed ponitur et *mos* pro *exemplo*. unde Statius Thebaid. 1, 238. — *at nati (facinus sine more) cadentes Calcavere oculos*. Ubi facinus sine more, eſt inauditum ſcelus, et sine exemplo. VOSS. Hoc eſt, inſtituto vel modo. *Vel-*

ctis; alii, vadis Rhodani, qua minima [a] altitudo [b] fluminis erat, nonnumquam interdiu, saepius noctu, si [c] perrumpere possent, conati, [d] operis munitione, et militum concursu et telis repulsi, hoc conatu destiterunt.

VARIAE LECTIONES.

a *latitudo* Duk. a m. pr. b *ipsius* Leid. 1. c *prorumpere* Edd. primae. d *operis* etc. usque ad *conatu* exsulant a MSS. 3. et Ed. Inc.

*lejus Paterculus* 2, 28. *Primus ille*, (Sulla) *et utinam ultimus, exemplum proscriptionis invenit*, id est, modum aut rationem. *Sulpicius Severus* Ep. 1. p. 351. *Simili sanctum Domini blasphemat exemplo.* Hinc patet lapsum esse *Hottomannum*, qui, invitis Codicibus, scribere voluit, *Negat se more et exemplo injussu P. R.* quod alteram lectionem sanam fuisse non judicavit. DAVIS. Sin illa satis non faciant, audi *Tacitum* Hist. 1, 18. *adoptari a se Pisonem* more *Divi Augusti* et exemplo *militari pronunciat*. *Cicero* in Verrem lib. 2. c. 42. *istum quod fecisset, aliorum exemplo institutoque fecisse.* Vide *Plautum* Bacchid. 3, 6, 11. et *Lactantium* de mort. Pers. 39, 4. IDEM. *Cur. sec.* Vide num huc pertineat Terentii locus in Hec. 1, 2, 88. *Ad exemplum ambarum mores earum existimans.* ubi Cel. Bentlejus legit *ad amussim*.

*Navibus junctis*] Libri sui margini adscripsit vir doctus, Gudium puto, posse et legi *navibus vinctis* propter scripturam ambiguam. Hoc ut verum sit, malim tamen *junctis* retinere: quod dicitur, ut *jungere rates, pontem* etc. Vide ad Frontin. 1, 1, 6. Curt. 7, 8, 7. *Tanta alacritate militum rates junctae sunt.* Statim c. 12. *ratibus ac lintribus junctis.* 7, 58. *Navibus L celeriter conjunctis.*

*Ratibusque compluribus factis; alii* etc.] Ita MSS. et veteres cusi. Recentiores autem hoc modo: *Ratibusque compluribus factis alii; alii* etc. Sententiam nimirum sine isto additamento mancam putabant; sed perperam. *Curtius* 7, 4, 11. *Obstat metus, aliis cupiditas*, pro eo quod est, *aliis obstat metus* etc. *Livius* 3, 37. *Et jam ne a tergo quidem abstinebatur: Virgis caedi, alii securi subjici.* Ubi vide *Joan. Frid. Gronovium*, qui ita locutos esse veteres pluribus exemplis demonstrat, et inter alia hoc *Caesaris* loco. DAVIS. Exemplis ab eo cumulatis haec addas licet. *Caesar* B. G. 7, 79. *Non minus, qui intra munitiones erant, Galli perturbantur. Veniri ad se confestim existimantes ad arma conclamant,* nonnulli *perterriti in oppidum irrumpunt. Tacitus* Hist. 3, 27. *Paulum inde morae, dum e proximis agris, ligones, dolabras et* alii *falces scalasque convectant.* Idem 4, 68. *Legiones victrices sexta et octava Peninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur.* Iterum Annal. 1, 63. *Castra metari in loco placuit, ut opus,* et alii *proelium inciperent.* Attamen si codices ulli sint, qui dant *ut*

1 IX. Relinquebatur una per Sequanos via, qua,
19 Sequanis invitis, propter anguſtias ire non pote-
2 rant. His [a] quum sua ſponte perſuadere non [b] poſ-
sent, legatos ad Dumnorigem Aeduum mittunt, ut
3 [c] eo deprecatore a Sequanis [d] inpetrarent. Dum-
norix gratia et largitione apud Sequanos plurimum
poterat, et Helvetiis erat amicus: quod ex ea ci-
vitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat;
et, cupiditate regni adductus, novis rebus ſtude-
bat, et quamplurimas civitates suo sibi beneficio
4 habere obſtrictas volebat. Itaque rem [e] ſuſcipit; et
a Sequanis inpetrat, ut per fines suos ire Helvetios
patiantur; obſidesque uti inter sese dent, [f] perficit:

VARIAE LECTIONES.

a *Quod* Petav. b *poterant* MSS. 11. et Edd. primae. c *eodem pr.* Leid. pr. *ea d.* Voſſ. ſec. d *hoc imp.* vulgo. e *suscepit* MSS. 2. f *perfecit* MSS. 10.

*par opus alii proelium inciperent*, omnino cum *Acidalio* legerim, *ut* pars *opus*, *alii proelium* etc. Sic *pars metu*, *quidam invidia* legitur Annal. 6, 43. Videſis et Hiſt. 4, 77. IDEM. *Cur. sec.* Semel *τὸ alii* exhibent quoque noſtri omnes aliorumque praeter unum Leid. 2. qui utrumque delet. Plura exempla qui deſiderat, adeat Clar. Drak. ibidem et Cortium ad Salluſt. B. Cat. 6. et Jug. c. 83. Et ita ſcribendum docui B. G. 3, 21. *Illi eruptione tentata*, *alias cuniculis actis*. Ibid. c. 25. *Quum alii fossas complerent*, *alii etc.* in optimo Codice prius *alii* non comparet. 7, 23. *Duabus portis eruptio fiebat. Alii faces etc. jaciebant*, *picem alii reliquasque res*. A MSS. omnibus abeſt *alii*. B. Civ. 3, 110. *Regno expellere alios*, *alios arcessere*. In 4. MSS. *alios* ſemel non comparet. Vide etiam ad 8, 5. *In tecto partim Gallorum*, *partim etc.*

*Si perrumpere possent*] Hoc eſt, *an perrumpere possent*. Eodem modo loquitur noſter B. G. 2, 9. Sic et *Terentius* in Heaut. Act. 1. Sc. 1. *Visam*, *si domi est*. Nec aliter *Cicero* Acad. Quaeſt. l. 1. n. 2. *Hic pauca primo atque ea percunctantibus nobis*, *et SI quid forte Roma novi*. Ubi voculam *SI* delendam putarunt *Manutius* et *Lambinus*, quod hunc ejus uſum in mentem non revocarent; quem tamen revera habere multis docet *Pet. Faber* in locum. DAVIS. Dele hanc notam. IDEM. *Cur. sec.* B. Civ. 1, 83. *Vadum tentare si transire possent*. 2, 34. 3, 39. *Si adoriri posset*. item c. 75. 85.

*Eo deprecatore*] Hac in voce praepoſitio *ad augendum et cu-*

Sequani, ne [a] itinere Helvetios prohibeant; Helvetii, ut sine maleficio et injuria transeant.

X. Caesari [b] renunciatur, Helvetiis esse in ani- 1
mo, per agrum Sequanorum et Aeduorum iter in
Santonum fines facere, qui non longe a Tolosa-
tium finibus absunt; quae civitas est in provincia.
Id si fieret, [c] intellegebat, magno cum periculo pro- 2
vinciae futurum, ut homines bellicosos, populi
Romani inimicos, locis patentibus maximeque fru-
mentariis finitimos haberet. Ob eas caussas ei mu- 3
nitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum prae-
fecit. ipse in Italiam magnis itineribus contendit;
duasque ibi legiones [d] conscribit; et tres, quae

VARIAE LECTIONES.

a *in itin.* Leid. pr. *temere* Gottorp. b *nunciatur* vulgo. dein *Sanctonum* et infra Voss. pr. c Sic semper B. pr. et MSS. vetustiores, non *li*, ut et *neglego*. V. Drak. ad Liv. 2, 11, 4. d *conscripsit* MSS. 2. et Carr.

*mulandum* interdum valet, ut docet *Gellius* Noct. Attic. 6, 16. Quam significationem hic obtinet, ut et apud *Petronium* in Satyr. c. 30. DAVIS.

*Hoc inpetrarent*] Delevi pronomen, motus consensu Codd. Bongars. pr. et sec. Lovan. Andini, Vossianorum, Leidensis pr. et sex aliorum cum Ed. Incerta. c. 35. *Si non inpetraret*; ubi itidem in Edd. nonnullis *si id n.* 5, 36. *de sua ac militum salute inpetrare posse* e MSS. vulgo *inpetrari*. 6, 2. *Quum a proximis impetrare non possent.*

*Suo sibi beneficio*] In MSS. Vossii et Eliensi deest *sibi*. MS. Reg. habet corrupte, *sub*. Edit. vetus Romana, et recentiores retinent *sibi*. Annotatores id ita dictum intelligunt, quomodo dixit Terentius *suo sibi hunc jugulat gladio*. Sed falluntur. Nam usitata Syntaxi cohaeret hic cum *obstrictas*. CLARK. In nullo MS. inveni *το sibi*. Carent ea voce MSS. mei sexdecim et Ed. Inc. sed Lovan. Vossian. sec. et Palatin. exhibent *sub*. quod forsan notabit praetextum sive caussam, ut *sub quibus* in Frontin. 1, 1, 8. ubi vide.

*Caesari nunciatur*] Sic e nostris soli duo recentiores Leidd. et Ed. Inc. Ceteri omnes cum plerisque Edd. Vett. *renunciatur*. Quod mutatum a Scaligero non oportuit. Solet Caesar in aperta adnunciatione addere praepositionem. c. 39. *Nonnulli etiam Caesari renunciabant*, ubi etiam turbant MSS. 3, 25. *Equites circumitis hostium castris*, *Crasso renunciaverunt*. 4, 32. *Caesari renunciaverunt*, et ibi plurimi

20 [a] circum Aquilejam [b] hiemabant, ex hibernis edu-
cit; et, [c] qua proximum iter in ulteriorem Galli-
am per Alpes erat, cum his quinque legionibus
4 [d] ire contendit. Ibi [e] Centrones, et Grajoceli, et
Caturiges, locis ſuperioribus occupatis, itinere exer-
5 citum prohibere conantur. Compluribus his proe-
liis pulsis, ab Ocelo, quod eſt citerioris provinciae
extremum, in [f] fines Vocontiorum ulterioris pro-
vinciae die [g] septimo pervenit: inde in Allobrogum
fines: ab Allobrogibus in Segusianos exercitum du-
cit. hi ſunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

Cap. XI.

VARIAE LECTIONES.

a *circa* Leid. pr. *apud* Voſſ. tert. et Gott. pro v. l. b *Hibernabant* Bong. tert. c *quam* Voſſ. 2. d *ire* deeſt in Voſſ. 2. e *Ceutrones* MSS. plerique. f *finibus* Leid. pr. Scal. pro *finis*. g *septima* Ed. Inc.

*nunciaverunt*. B. C. 1, 10. *Postulata Caesaris renunciat*. 3, 67. *Speculatores Caesari renunciarunt*. *Reducitur* pro *ducitur* vel *deducitur* B. Civ. 1, 24. Vide de talibus Cort. ad Salluſt. Jug. 4, 9.

*Graioceli*, *et Caturiges*] In vulgg. *Garoceli*. Nos autem MS. *Norvic*. fidem sequimur, cum, ut recte *Ciacconius*, Alpes Graiae ibi ſunt et Ocelum infra. Ceterum nemo animadvertit, adverſus hosce populos *Caesarem* ſtrategemate usum eſſe, quod refert *Polyaenus* 8, 23, 2. Qui tamen fallitur, cum tradiderit, ὅτι Καῖσαρ ἅμα Ξι τὰς Ἄλπεις ὑπερέβαλεν, ut ex hoc loco patet. DAVIS. Male Graecus etiam interpres Γαροκέλυς habet. *Grajoceli* optime exhibent quoque Bongars. pr. Petav. Palat. Vossiani, aliique multi. Quidam *Gajoceli* et *Garjoceli*.

*Itinere prohibere*] MS. Reg. et Edit. Rom. *ab itinere*: Quod *Caesarem* sapit. CLARK. *Ab* addunt e noſtris Dukeri et Dorvillii Codd. recentior uterque, et Edd. Mediol. ac Venet. Errat vero Clarkius, putans id magis Juliano ſtylo convenire. praecedit *jam itinere prohibeant*. c. 1. *suis finibus eos prohibent*. c. 15. *hostem rapinis prohibere*. c. 49. et 2. 9. ubi plura, *commeatu*, item *munitione prohibere*. 4, 1. *agricultura prohibebantur*, ubi etiam duo Codd. *ab ag*. c. 11. *eosque pugna prohiberet*. 7, 57. *transitu prohibere* et ſexcenties. Sed 4, 34. *hostem a pugna prohiberent*. 2, 28. *ab injuria se prohibere* i. e. continere se, ne injuriam faciant ipsi. Aliud eſt *ab injuria aliorum aliquem prohibere* i. e. ne injuria ab iis adficiatur. de quo vide ad 6, 23. vel *ab oppidis vim prohibere* c. seq.

*Citerioris provinciae*] Citerior

XI. Helvetii jam per angustias, et fines Sequa- 1
norum suas copias [a] transduxerant, et in Aeduorum
fines pervenerant, eorumque agros [b] populaban-
tur. Aedui quum se, suaque ab [c] iis defendere non 2
possent, legatos ad Caesarem mittunt, rogatum au-
xilium. Ita se omni tempore de populo Romano 3
[d] meritos esse, ut, paene in conspectu exercitus [e] no-
stri, agri vastari, liberi eorum [f] in servitutem [g] ab-
duci, oppida expugnari non debuerint. Eodem 4
tempore, [h] Aedui Ambarri, necessarii et consan- 21
guinei Aeduorum, Caesarem certiorem faciunt, sese,
depopulatis agris, non facile ab oppidis vim ho-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. 5. et Ed. Inc. Ceteri et Edd. pleraeque *trad.* b *depopulab.* Ed. Inc. c Sic antiquiores MSS. vulgo *his.* d *benemeritos* Edd. Rom. Med. Ven. e *nostri* deest Egm. *p. Ri.* Cujac. et Leid. pr. f *ad s.* Reg. g *duci* Voss. sec. *adduci* MSS. 5. h vulgo *quo Aedui, Ambarri quoque.*

provincia, Romanis est Cisalpina; ulterior, Transalpina. Vide *Aldi Manutii* de Quaes. per Epist. l. 2. Ep. 2. DAVIS.

*Segusianos*] MSS. plerique et Edd. VV. *Sebusianos.* R. Steph. *Secusianos.* ut vocantur Plinio. Quare bene emendavit Hotomannus *Segusianos*, ut aliis, et nostro appellantur B. G. 7, 64. *Aeduis, Segusianisque, qui sunt finitimi provinciae.* sic ibi scripti. ubi vid. quoque Ciaccon. *Segusianos* ergo recte hic servarunt Lovaniensis et Gottorp. Confer summum Casaubon. ad Strab. l. 4. p. 283. Ed. Amst. *Seguianos* Petav.

*De populo Romano meritos esse*] Ob perpetuam eorum erga Romanos fidem. Vide nos infra ad c. 43. DAVIS.

*Eodem tempore, quo Aedui, Ambarri quoque*] MS. Reg. et Edit. Rom. *Eodem tempore Aedui Ambarrique, nec.* etc. Quod corruptum est, cum *Aedui* jam ante sint dicti. Legendum forte: *Eodem tempore Helvii Ambarrique.* MSS. Eliens. et Vossii, *Eodem t. Aedui Ambarri nec.* ut forte *Aedui Ambarri* sint populus *Aeduis* proximus; quomodo alibi apud Caesarem *Eleutheri Cadurci, Eleutheri Suessiones* etc. Certe in omnibus deest illud *quo.* Ciacconius totum illud *quo Aedui* glossema esse conjicit. Et sane in Graeci Interpr. Cod. videtur defuisse. CLARK. Gruterus etiam Glossam opinatur τὰ *quo Aedui. Helvii* conjecerat etiam Ciacconius, in quibusdam libris reperiri dicens *Helvetii. Aedui* retinent mei omnes, sed *quo* et *quoque* nullus agnoscit, neque Edd. primae, a-

5 ſtium prohibere. Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos poſſeſſionesque habebant, fuga se ad Caeſarem recipiunt, et demonſtrant, sibi, praeter
6 agri ſolum, nihil eſſe reliqui. Quibus rebus adductus Caeſar non exſpectandum sibi ſtatuit, dum, omnibus fortunis sociorum conſumtis, in Santonos Helvetii [a] pervenirent.

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *Santones*. *praevenirent* Bong. tert. *pervenerint* Duk. *pervenerunt* Voſſ. sec.

haeque. In Palat. Duker. et Edd. Mediol. Ven. *Eodem t. Aedui Ambarrique.* Non auſim ego expungere τὸ *Aedui*, ſed cum Clarkio cenſeo jungenda eſſe *Aedui Ambarri*; quo deſignantur illi Ambarri, qui Aeduorum vel pars vel affines ſunt, et, ut addit Caeſar, eorum neceſſarii et conſanguinei. Non recte vero Clarkius adfert in exemplum *Eleutheros* etc. illi enim non ſunt populi, ſed notat *Cadurcos, Sueſſiones* etc. LIBEROS, ut passim Plinius. Vide modo 4, 17. et seqq. ſed ita *Dalmatae Scordisci*, *Ligures Sallyes*, *Luſitani Callaeci* etc. apud J. Obſeq. ubi vide ad c. 75. *Galli Scordisci* Juſt. 32, 3. *Bituriges Vibisci* Plinio ibid. et similia saepe.

*Et demonstrant*] Certiorem faciunt, narrant. Sic perpetuo apud noſtrum. Similiter *Cicero* de Orat. 1, 31. *Etiam illa cognoram et acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos, qui audirent, deinde rem demonstrandam*, id eſt, narrandam. In oratione enim, ſecundum artis regulas, prooemium excipit narratio. DAVIS.

*In Santones*] Bongarsiani prim. et sec. Voſſianus pr. Leidens. pr. Scalig. et Egmondan. *Santonos*, quod antiquitate Codicum motus recepi. Dicuntur enim *Santoni* et *Santones*, ut c. 10. sic *Teutoni* et *Teutones*. etc. Conſule notata a me ad Lucan. 1, 422. *Gaudetque amoto Santonus hoste.* Ipſe auctor noſter ita inflexit 3, 11. etiam in vulgatis, *quas ex Pictonibus et Santonis convenire jusserat.* Ut fruſtra laboret Glareanus et alii, qui illic malunt *Santonibus*. Adde Voſsium et nos ad 2, 4. *Teutonos Cimbrosque*, uti et ad 7, 4. et 75. *Santonis* ex MSS. vulgo *Xantonibus*.

*Flumen est Arar, quod* etc.] Singularis eſt lectio Codicis Dukeriani *qui*, ut ad Ararim referatur: ſed ſequitur τὸ *id*. Vide tamen VV. LL. et quae notavimus in Addendis ad Frontin. 2, 3, 22. *Propter flumen Enipea, qui et alveo suo et alluvie regionem inpedierat.* Sic enim MSS. vulgo *quod*. Immo ſupra c. 2. bis dicit auctor *flumine Rheno* et *flumine Rhodano, qui*. Plerumque tamen ſubjungit *quod*. Eadem variatio in Livio 1, 3. *fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant.* In MS. *quam*. quod tamen non probo.

*Incredibili lenitate*] Quidam legunt *levitate*, interpretantur-

XII. Flumen eſt Arar, quod per fines Aeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, [a] in utram partem fluat, judicari non possit. [b] id Helvetii ratibus ac lintribus [c] junctis [d] transibant. 1
Ubi per exploratores 2
Caeſar certior factus [e] eſt, tres jam copiarum par- 22
tes Helvetios id flumen transduxiſſe, quartam

VARIAE LECTIONES.

a *in quam p. influat* Bong. pr. a m. pr. Adi ad 5, 44. *defluat* Voſſ. pr. b *In* Bong. pr. *Hic* Voſſ. sec. c *vinctis* Voſſ. 2. et Carr. d *Transiebant* Bong. sec. e *est* exſulat a Lovan. f Sic Voſſ. 1. et Edd. VV. vulgo *trad.*

que *celeritate*. Sed *Plinius*, ut eam interpretationem non recipiamus, facit. Ait enim 3, 4. *Rhodanus fluvius ex Alpibus sese rapiens per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentem Isaram, et Druentiam.* Mela 3, 5. *Araxes labitur placidus ac lenis, neque in utram partem eat, quamvis intuearis, manifestus.* Haec *Ciacconii* nota ad *Joan. Mich. Brutum* reſpicit, quem etiam multis veterum locis confutavit *Pet. Faber* Semeſt. 1, 20. Quibus adde *Silium* 3, 451. 15, 501. DAVIS. *Eumenius* etiam de Arare sic loquitur, *segnis ille et cunctabundus amnis nunquam fuisse tardior videbatur.* Adi Paneg. 6, 18, 3. Hic autem fluvius *ita lene decurrit, ut vix possit intelligi decursus ejus*, teſte Vibio Sequeſtri p. 6. IDEM. *Cur. sec. Levitate* occurrit quidem in MSS. paucis et Ed. Incerta, *levis*que de aqua nonnumquam dicitur, ut docet etiam N. Heins. ad Ovid. Art. Am. in fine. Nihilo minus hic perperam. Arar enim placidiſſime fluit, quo etiam nomine Brutum refellerunt Hottom. et Brantius. Cui rei proprie convenit *τὸ lene*. Juſtin. 44, 3. *Cursus amnium non torrentes rapidique, ut noceant; sed* LENES. Curtius 5, 3. *praeceps inter saxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit. DC stadia sunt mollioris soli, per quod* LENI *tractu aquarum Persico mari se insinuat.* Liv. 1, 4. *lenibus stagnis*, et alii, praeſertim poëtae, Ovidius, Lucanus, Seneca, ceterique. Adi etiam J. F. Gronov. ad Tragic. Herc. Oet. 651.

*Tres jam copiarum partes* etc.] Id eſt, Helvetios traduxiſſe tres copiarum partes trans id flumen. Nimirum veteres interdum praepositionem non addebant, si jam eſſet in verbo composito. Sic infra c. 30. *Ne major multitudo Rhenum transducatur*, pro eo quod eſt, trans Rhenum. Item 2, 5. *Flumen Axonam — exercitum transducere maturavit.* Ejusdem libri c. 10. *Sagittarios pontem transducit.* Et saepe alibi. Similiter *Minucius Felix* Octavio p. 14. *Mare licet influxerit liquor*, hoc eſt, in Mare. Et paullo poſt, *Montes irruunt*, ubi hac praepositionis Ellipsi non animadversa, Editor Roma-

vero partem [a] citra flumen Ararim [b] reliquam esse; de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat.
3 Eos inpeditos, et [c] inopinantes adgressus, magnam [d] eorum partem concidit: reliqui fugae sese mandarunt, atque in proximas
4 silvas [e] abdiderunt. Is pagus [f] adpellabatur Tigurinus. nam omnis civitas [g] Helvetia in quatuor

VARIAE LECTIONES.

a. *circa* MSS. et Edd. nonnulli. b *relictam reliquam* Leid. sec. c *inopinatos* Leid. pr. et Duk. V. ad Front. 3, 1, 2. d *partem eorum* vulgo. e *obdiderunt* Ed. Inc. f *adpellatur* Voss. pr. Leid. pr. Reg. sed ἐπεκαλεῖτο Gr. consule notas ad B.C. 3, 34. g *Helvitiorum* Pet. *Helvetiae* Bong. sec. male.

mis male emendat, *diruunt*. DAVIS.

*Quartam vero partem*] Ita Scaliger, et recentiores. Videtur et Graec. Interpr. sic legisse. At MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. vetus Romana *quartam fere partem*. CLARK. Ex meis cum *vero* habeant Lovan. Scalig. Leid. 1. Andin. Gottorp. Voss. tert. et Ed. Incerta, Vasc. Steph. nihil rursus mutem, quamvis ceteri cum Ed. Mediol. *fere*. Nec male.

*Cum legionibus tribus e castris profectus*] Non Caesarem ipsum, sed Labienum profectum tradunt Plutarchus et Appianus. Quod verum esse nihil dubito. Miratur Hottomannus: quasi vero non recte sibi tribuat imperator, quae per legatos gerit. Sic Suetonius in Julio c. 58. ait, illum per se portus Britannicos explorasse: quod a Voluseno factum, nullum est dubium. Unde Commentar. 6, 29. *Ipse, quum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus*, etc. frustra expunxit, et Faërnus, et Scaliger vocem *profectus*. Quod enim ipsum profectum negant, id eodem modo quo hic accipiendum est. vide locum. VOSS. Non dubium est, quin haec observatio conciliandis auctoribus interdum sit adhibenda. Vide doctissimi viri *Joan. Clerici* Diss. 2. Harmon. Evang. subnexam Can. 16. sed loco Suetonii allato non convenit, ut dicemus ad 4, 21. DAVIS. Caesari adstipulatur Dio l. 38. p. 80.

*Magnam partem eorum concidit*] Triginta millia cecidisse ex Polyaeno discimus, qui lib. 8. p. 679. etiam addit, factum hoc in transitu Rhodani, sed confudit illum cum Arare. Ne vero quis putet lapsum librarii esse, addit τραχὺν ποταμόν. VOSS. *Dio* a nostro diversus abiens, tradit eos *in ipso fluminis transitu*, ἐν αὐτῷ τῷ πόρῳ, fuisse accisos. Vide l. 38. p. 80. DAVIS. Eos *magnam partem concidit*) Sic MS. Reg. Quomodo et Gifanius olim ex V. C. legit. Al. *magnam eorum partem concidit*. Quod, alia constructione, eodem redit. CLARK. Clarkii editionem hoc in loco fere secutus essem. Eo-

[a] pagos divisa est. Hic pagus unus, quum domo 5
exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium 23
[b] consulem interfecerat, et ejus exercitum sub ju-
gum miserat. Ita, sive casu, sive consilio Deo- 6
rum inmortalium, quae pars civitatis [c] Helvetiae
insignem calamitatem populo Romano intulerat,
ea princeps poenas persolvit. Qua in re Caesar 7
non solum publicas, sed etiam privatas injurias

VARIAE LECTIONES.

a *partes* Voss. pr. sec. Ed. Med. Ven. *partes vel pagos* Leid. pr. V. ad VI, II. XIV. legit Hottom. b *Consulem* abest a Reg. Leid. sec. Dorvill. et Edd. Rom. Med. Ven. c *Helvetiorum* Pet.

*rum* rejici placuit olim etiam Grutero et Brantio, nec conspicitur in Oxon. nec Leid. sec. In primo est *eorum partem*, quod itidem argumento esse possit inter versus adtextum fuisse. *Magnam partem* foret pro *magna ex parte*. l. 4. init. *Maximam partem lacte vivunt*. 5, 35. *Eam partem nudari necesse erat*. quibus locis vide Commentat. sed et aliter solet Caesar. 2, 10. *Hostes inpeditos adgressi, magnum eorum numerum occiderunt*. c. 11. *Hi novissimos adorti, magnam multitudinem eorum fug. conciderunt*. c. 23. *Insecuti gladiis magnam partem eorum inpeditam interfec*. adde 3, 19. B. Civ. 2, 38. 44.

*Nam omnis civitas Helvetia*] Simili modo Sallustius, citante Nonio, dixit, *Duae Galliae mulieres conventum vitantes*. Apud eundem in Catilinario, in Caesaris oratione, ubi vulgo legitur, *Bello Macedonico*, MS. noster perantiquus, et maximae apud me auctoritatis, habet: *Bello Macedonio*. Eodem modo infra libro 7. ubi in vulgatis est, *Gergoviam, Bojorum oppidum, quos ibi Helvetico praelio victos Caesar collocaverat*, V.C. habet, *Helvetio*. VOSS. Vide ad eum locum c. 9.

*In quatuor pagos*] Unde Glossarium Latino-Graecum: *Pagus, τοπαρχία, χώρα, νομός*. Male hic editt. *Rom. Ven. Beroald.* ex Glossemate habent *partes*. Pagorum Helvetiorum nomina, eorumque situm exhibent *Ph. Cluverius* Germ. 2, 4. et *Chr. Cellarius* Geogr. Ant. 2, 3. pag. 175. et seqq. edit. Cantab. DAVIS.

*L. Cassium Consulem*] Vide *Glandorpii* notam ad c. 7. et auctoribus ibi laudatis adde *Appianum* in Celticis p. 755. *Tacitus* autem Germ. c. 37. Germanos hujusce cladis auctores facit. Nec tamen pugnant inter se *Tacitus* et *Caesar*, ut *Freinshemius* perperam est arbitratus ad *Flori* 3, 3. Constat enim Gallos sub Germanorum nomine contineri. *Seneca* Cons. ad Helviam c. 6. *Pyrenaeus* Germanorum *transitus non inhibuit*, id est, Gallorum seu Celtarum, a quibus et Iberis Celtiberi nomen habent. Vide *Diodorum* Siculum Bibl. l. 5. p. 304. ed. Rhodom. et *Lipsium* in *Plinii* Paneg. c. 14. IDEM.

ultus [a] eſt, quod [b] ejus soceri L. Piſonis avum, L. Piſonem legatum; Tigurini eodem proelio, [c] quo Caſſium, interfecerant.

1 XIII. Hoc proelio facto, reliquas copias Helvetiorum ut conſequi poſſet, pontem in [d] Arari [e] faciundum curat, atque ita exercitum [f] transdu-
2 cit. Helvetii, repentino ejus adventu commoti, quum id, quod ipsi diebus xx. aegerrime confece-
24 rant, ut flumen transirent, uno illum die [g] feciſſe intellegerent, legatos ad eum mittunt: cujus lega-

VARIAE LECTIONES.

a *est* deeſt Ed. Rom. Med. Ven. b *ejus soceri* exſulant a Gott. Ed. Inc. *soceri* deeſt Egm. Lovan. c *quo Cassium* non legas in Voſſ. pr. d Sic Leid. pr. Egm. vulgo *Arare.* e Ita Bong. tert. *faciendum* alii. V. ad 3, 16. *facere* MSS. 2. et Ed. Inc. f *perducit* Duker. Leid. tert. et Ed. Inc. g *fecisse* deeſt in Lov. Dorv.

*Ea Princeps*] Id eſt, prima. Noſter infra c. 41. *Princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit.* Lucret. 1, 95. de Iphigenia: *Quod patrio princeps donarat nomine Regem.* Erat nempe primogenita. Vide *Euripidem* Iphig. in Aulid. v. 1220. IDEM. Adde Brant.

*Ejus soceri L. Pisonis*] Calpurnium nimirum L. Piſonis filiam duxerat uxorem. Adi *Suetonium* in Jul. c. 21. IDEM.

*Posset — curat — transducit*] MS. Reg. *curavit.* Edit. Rom. *curavit — transduxit.* Sed conſtat utcumque Temporum ratio, quoniam res praeterita ut praeſens narratur. CLARK. *Curavit* etiam Petav. Leid. sec. Carrar. Duk. et Edd. Med. Ven. quae et *traduxit* cum Carrar. si quid mutandum, malim *possit*, sed nequaquam opus eſt. vide ad c. 8. *Communit*, *quo prohibere posset.*

*Quum id, quod ipsi — illum uno die fecisse intelligerent*] MS. Reg. illud *uno die fecisse* CAESAREM *intelligerent.* Quae si vera sit lectio, jam in priori parte pro, *quum id quod* legendum erit, *cum quod* etc. CLARK. Lectio iſta e Gloſſa nata vocis *illum:* unde pro ea in quibusdam Edd. *Caesarem* legitur.

*Ut flumen transirent*] Dubitat vir doctiſſimus *P. Ciacconius*, an haec sint *Caesaris* verba; ſed immerito: ea videlicet noſter, utpote σαφηνείας ſtudiosiſſimus, adjecit. Sic supra c. 5. *Helvetii id quod constituerant facere conantur*, Ut *e finibus suis exeant.* c. 31. *Omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerunt*, Ut *domo emigrent.* Similiter *Cicero* Acad. Quaeſt. 4, 4. *Etsi heri, inquit, id quod quaerebatur, paene explicatum est*, Ut *tota fere quaestio tractata videatur.* Ultima verba itidem *Jan. Gruterus* perperam ſuſpecta habuit. DAVIS.

*Princeps fuit*] Primum locum

tionis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano dux
Helvetiorum fuerat. Is ita cum Caesare [a] agit: 3
*Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in
eam partem ituros, atque ibi futuros Helvetios, ubi
[b] eos Caesar constituisset, atque esse voluisset:* [c] *sin* 4
*bello* [d] *persequi* [e] *perseveraret, reminisceretur et vete-
ris incommodi populi Romani, et pristinae virtutis
Helvetiorum. Quod inproviso unum pagum adortus* 5
*esset, quum ii, qui flumen transissent, suis auxilium
ferre non possent; ne, ob eam rem, aut suae* [f] *magno*

VARIAE LECTIONES.

a *egit* vulgo. b vulgo deest *eos*. c *si* MSS. et Edd. qdd. V. ad 7, 66. d *prosequi* Carr. Lov. et Edd. qdd. sollemni confusione. e *voluisset* Leid. pr. f *magnopere* vulgo.

tenebat, praecipuus fuit ac primarius vir. Sic apud *Phaedrum* Fab. 5, 1. *Principes* sunt Athenarum primores. Ut apud nostrum 4, 11. *Ubiorum principes*, et 5, 4. *Trevirorum Principes*, sunt qui inter suos eminebant. Denique, ne plura afferamus, vox haec ad significandos Augustos ac Caesares eorumve propinquos tum demum est detorta, cum ipsi rerum potirentur, ut a *Th. Gorallo* pulcre est observatum ad *Pedonis Albinovani* Eleg. 1, 285. Unde liquet eam, cujus exempla dedimus, significationem altera longe esse antiquiorem. IDEM.

*Agit*] Sic MS. Reg. et Edit. Romana, ut cohaereat cum eo, quod supra, *mittunt*. Al. *egit*. CLARK. Accedunt in τὸ *agit* Lovan. et Dorvillian. cum MS. Brantii et Edd. Mediol. ac Veneta. Ceterum in multis MSS. etiam vetustissimis, et Ed. Incerta in textum interferuntur haec: *Legati ab Helvitiis ad Caesarem missi pacem petitum cum denunciatione terroris*, quod documento sit, quot et qualia non raro e marginali glossa in ipsos irrepant auctores.

*Ubi Caesar — esse voluisset*] Ita Scaliger et Recentiores. MSS. et Edd. Vett. *ubi eos Caesar etc.* Quod mutatum cur oportuerit, equidem nihil video. CLARK. Fide Carrariensis Codicis et Metaphrastae videtur Scaliger τὸ *eos* invexisse, cui adsentiunt praeter Oxoniensem pauci e nostris recentiores, et jam Edd. Vasc. Stradaeque.

*Veteris incommodi*] Quod, devicto Cassio, acceperant. Vide c. 7. et 12. DAVIS.

*Quod improviso unum pagum adortus esset*] Μείωσις. Nolebat Divico dicere *fugasset*, quia hoc derogabat gloriae Helvetiorum: quod non animadvertens Ciacconius, et Ursinus frustra mutabant, ille, *adortus eum fugasset*; hic *adortus vicisset*. VOSS.

*Magnopere*] Eleganter Dukeri MS. divisim *magno opere*. Quod amplector. Adi praeter a-

6 *opere virtuti tribueret, aut ipsos despiceret. Se ita a patribus majoribusque* [a] *suis didicisse, ut magis virtute, quam dolo, contenderent, aut insidiis niterentur.*
7 *Quare ne* [b] *committeret, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate populi Romani et* [c] *internecione* [d] *exercitus nomen caperet,* [e] *aut memoriam proderet.*

1 XIV. His Caesar ita respondit: *Eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati* [f] *Helvetii commemorassent, memoria teneret: atque eo gravius ferre, quo minus merito populi Romani* [g] *accidissent.*

VARIAE LECTIONES.

a *suis* exsulat ab Egm. Gott. et Ed. Inc. b *Committerent* MSS. et Edd. qdd. b *internitione* et *internicione* MSS. et Edd. VV. *interitione* Ciacc. d *exercitus* deest in MSS. 4. et Rom. e Sic MSS. et Edd. VV. *ac* Hotom. et vulgo. f *Helvetiorum* Duk. g vulgo *accidisset.*

lios Graevium ad Sueton. Caes. c. 1. Sic MSS. c. 38. *magno opere praecavendum.* 2, 5. *magno opere cohortatus docet, quanto opere Reip. communisque salutis intersit.* 4, 26. *magno opere perturbabantur* MS. unus. 7, 52. *Quanto opere admiraretur, tanto opere reprehendere,* et 8, 49. *res magno opere gestas* in *MSS.* Idem restituendum Appulejo l. 2. p. 32. Met. *quadam die de me magno opere contendit.* Sic enim MSS. non *mecum magnopere.* Valer. Maximo 1, 8. Ext. 7. *Duo juvenes ad januam venisse magnopere rogantes.* MS. Harlem. optimae notae *magno opere r.* Plura vide apud Cort. et alios ad Plinii Epist. 1, 7. 10, 95. Cl. Drakenb. ad Livium 1, 17. 3, 18. et multis locis.

*Ut magis virtute quam dolo* contenderent *aut insidiis niterentur* ] Indigna *Caesare* scabrities, quam a nemine sublatam miror. Lego: *ut magis virtute quam dolo aut insidiis niterentur:* nam *contenderent* a nugivendulis Glossatoribus est adjectum. *Caesar* B. G. 4, 13. *qui* per dolum atque insidias *petita pace ultro bellum intulissent.* Vide sis et *Hirtium* bell. Afric. c. 73. Pari modo se gerebant Persae. Lege *B. Brissonium* de regno Pers. 3, 88. Quin et Athenienses *ἐπίϛευον ὀ ταῖς παρασκευαῖς τὸ πλέον καὶ ἀπάταις ἢ τῷ ἀφ' αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ*, ut ait Pericles apud *Thucydidem* l. 2. p. 123. Graecus interpres vim Phraseos *Caesareanae* non intellexit. DAVIS. *Cur. sec.* Nihil mutant scripti. Obstat tamen *τὸ contenderent.* Quod deletum etiam voluit Gruterus, nec refragor. Ciacconius, non tamen damnans vulgatam lectionem, conjecit, *contendere.* ut 4, 4. *neque vi contendere, neque clam transire possent. Gratia contendere* 8, 50. *proelio contendere* passim.

*qui si alicujus injuriae sibi conscius fuisset, non fu-* 2
*isse difficile* [a] *cavere: sed eo deceptum, quod neque*
*commissum a se intellegeret, quare* [b] *timeret; neque*
*sine caussa timendum putaret. Quod si veteris con-* 3
*tumeliae oblivisci* [c] *vellet; num etiam* [d] *recentium in-*
*juriarum, quod, eo invito, iter per provinciam per*
*vim tentassent, quod Aeduos, quod Ambarros, quod*
[e] *Allobrogas vexassent, memoriam deponere* [f] *posse?*
*Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur, quod-* 4
*que tam diu se inpune injurias tulisse admirarentur,* 26

VARIAE LECTIONES.

a *sibi cavere* Leid. pr. b *caveret* Pet. c *velit* Ed. Ven. d *recensum* Voſſ. ſec. e Sic MSS. plerique et Edd. primae: vulgo per *e.* f *posset* vulgo.

*Ac memoriam proderet*] Nugari, qui depravatum hunc locum credunt, meridiana luce clarius et jam aliis demonſtratum eſt. Sic ſane Gellius 1, 19. *In antiquis Annalibus memoria super libris Sibyllinis haec prodita est.* VOSS. Vide etiam Ciaccon. et Hotoman. sic et Nepos in Hannib. c. 8. *de Magonis interitu duplex memoria prodita est.* ubi nonnulli etiam expungunt *τὸ prodita.*

*Eo sibi — teneret*] Cognita nimirum eorum aſtutia, sibi melius poterat cavere, et, data occasione, veterem ignominiam ulcisci. DAVIS.

*Legati Helvetii*] Ex marginali dilucidatione in textum irrepsiſſe videntur. nam loquitur Caeſar ad legatos. Bene hoc cenſent itaque Ciaccon. et Gruterus.

*Accidissent*] Ita emendat Ciacconius ex veteri Codice et ex impreſſo Rob. Stephani. Caeteri MSS. et Editt. habent, *accidisset.* Quae lectio ferri quoque poteſt. CLARK. *Accidissent* reposui ex Bongarsiano primo, Petaviano, et Egmondano. Sic edidere quoque Vascosanus, Strada etc.

*Non fuisse*] Editio nupera Amſtelod. habet, *fuisset.* inepte. CLARK.

*Veteris contumeliae*] Romanis ſcilicet bello Caſſiano sub jugum miſſis, quod maximae ignominiae loco ducebatur. Hinc Papirius apud *Livium* 9, 15. inquit, *Militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum, ulciscentem illatam, non novam inferentem ignominiam.* Sic ubi Romae compertum eſt, Aulum Albini conſulis fratrem cum exercitu ſub jugo miſſum eſſe, *metus atque moeror civitatem invasere; pars dolere pro gloria imperii, pars insolita rerum bellicarum, timere libertati; Aulo omnes infesti — quod armatus, dedecore potius, quam manu, salutem quaesiverit.* Verba sunt *Sallustii* Jugurth. c. 39. DAVIS.

*Memoriam deponere posse*]

5 *eodem pertinere. Consuesse enim Deos inmortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, et diuturniorem inpunitatem* [a] *conce-*
6 *dere. Quum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea, quae polliceantur, facturos intellegat; et si Aeduis de injuriis, quas ipsis sociisque eorum* [b] *intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant,*
7 *sese cum iis pacem* [c] *esse facturum.* Divico [d] respondit: *Ita Helvetios a majoribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare,* [e] *consuerint:*

VARIAE LECTIONES.

a *Interdum conc.* Voss. pr. et Ed. Inc. b *intulerant* MSS. multi et Edd. pp. c *esse* deest in Egm. et Gott. non male. *cum ipsis* Duk. d *ita resp.* MSS. 2. et Ed. Inc. e Sic MSS. et Edd. Rom. Med. Ven. vulgo *consueverint.*

Sic MSS. Brantii et Vossii. Editi habent *posset.* Sed longe venustius est, et cum praecedentibus aptius cohaeret, *posse.* Porro, valde lautus hoc in loco est *Brantius*, qui longe rectius ac venustius, auferendi casu, Memoria *deponere posset*, scribendum existimat. Oblitus erat nimirum, quae in eodem commate praecesserant; cum *Caesarem* hoc modo sine ulla syntaxi loquentem fingit: *Num etiam recentium injuriarum, memoria deponere posset.* CLARK. Frustra est vir eruditus (*Brantius*). Vide nos ad B. C. 2, 28. *Nec primi sacramenti, quod apud Domitium atque apud se Quaestorem dixissent, memoriam deponerent.* DAVIS. *Cur. Sec.* Male MSS. plerique et Edd. Vett. *Memoria.* ex compendio scripturae hoc natum. *Memoriam* bene servant Bongarsiani, et a manu prima Dukerianus. quod Angli optime defendunt, et Cl. Bos Animadv. ad Jul. Caes. c. 2. sic *Veterum beneficiorum memoriam expellere* B. C. 1, 34. contra 7, 62. *Virtutis memoriam retinere.* Passim ita *deponere desiderium, metum, simultatem*, aliasque animi adfectiones dicimur. Dein eleganter *τὸ posse* restituit quoque Clarkius, confirmatum MSS. meis 15. et Edd. Rom. Inc. Mediol. Ven. Vide ad c. 7.

*Consuesse enim Deos inmortales*] Eleganter sane Herodianus in Commodo: *Τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Κλέανδρός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐχρήσαντο, φιλοτιμησαμένης (ὡς ἂν τις εἴποι) τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν ἑνὶ δεῖξαι, ὅτι ἐκ τῆς ἐσχάτης εὐτελείας εἰς τὸ μέγιστον ὕψος ἆραι, καὶ πάλιν τὸν ἀρθέντα ῥίψαι ὀλίγη καὶ ἀνέλπιστος δύναται τύχης ῥοπή.* Diodorus Siculus quoque l. 20. Biblioth. *Ἀλλ' οἶμαι τὸ δαιμόνιον ὥσπερ ἐπιτηδὲς τοῖς ὑπερηφάνως διαλογιζομένοις τὸ τέ-*

*ejus rei populum Romanum esse testem.* Hoc responso dato, discessit.

XV. Poſtero die caſtra [a] ex eo loco movent. 1
Idem facit Caeſar, equitatumque omnem, ad numerum quatuor milium, quem ex omni provincia, et Aeduis, atque eorum ſociis coactum habebat, praemittit; qui videant, quas in partes iter faciant.
Qui cupidius noviſſimum agmen [b] inſecuti, alieno 2
loco cum equitatu Helvetiorum proelium [c] committunt; [d] et pauci de noſtris cadunt. Quo proelio 3
sublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam 27

VARIAE LECTIONES.

a *ex eo loco* deſunt Egm. b *ins. sunt* Voſſ. sec. c *committitur* Voſſ. sec. Gott. Ed. Inc. quasi lectum olim eſſet *quibus insecutis.* d *et* exſulat à Lcid. pr.

*λος τῶν κατελπισθέντων εἰς τὐναντιον μετατίθησιν.* VOSSIUS.

*Interdum res*] Non neceſſe eſt, ut cum *Casp. Barthio* in *Claudian.* contra Ruffin. 1, 22. legamus *interim*, vel *intereadum*: praeterquam enim quod hujus particulae vulgaris significatio huc conveniat, aliquando etiam eandem vim habet ac *interim.* Vide *Justinum* 11, 9, 2. DAVIS.

*Ea, quae polliceantur, facturos*] Nempe *in eam partem ituros, atque ibi futuros, ubi Caesar constituisset.* Vide c. 13. IDEM.

*Cupidius novissimum agmen insecuti*] Id eſt, inconſultius et feſtinantius, quam par erat, pugnae cupiditate inducti. Ratio metaphorae eſt, quia res, quibus potiri vehementer appetimus, summa cum celeritate persequimur. Eadem loquendi formula utitur *noster* cum alibi, tum 5, 15. Sic in Orat. *C. Gracchi* in Popilium: *Quae vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si* temere *repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim* cupide *appetisse, aut nunc* temere *repudiasse dicamini.* Nimirum verba Romanis characteribus signata, ad priorem ſententiae partem quod attinet, usitato significatu adhibentur; in poſteriore autem denotant id, quod inconſulte ac sine causa fit, ut apud *Plautum* Aulul. 4, 3, 1. *Non* temere *est, quod corvos cantat mihi nunc ab laeva manu.* Hoc cum non animadverteret *T. Castricius* apud *Gellium* Noct. Attic. 11, 13. Oratorem hunc male explicat, eumque, velut absurde loquentem, perperam reprehendit. DAVIS.

*Alieno loco*] In re militari *aliena loca* sunt iniqua, quae autem commoda, *sua* dicuntur. *Sallustius* Jugurth. c. 54. *Qui sua loca defendere nequiverat, in* alienis *bellum gerere.* Idem c. 61. *Neque Jugurtham nisi ex insidiis, aut* suo loco *pugnam*

multitudinem equitum [a] propulerant, audacius subſiſtere, nonnumquam [b] et noviſſimo agmine proe-
4 lio noſtros laceſſere coeperunt. Caesar suos a proe-
lio continebat, ac satis habebat in praesentia hoſtem rapinis, pabulationibus, populationibusque
5 prohibere. Ita dies circiter [c] quindecim iter fe-
28 cerunt, uti inter noviſſimum hoſtium agmen, et

VARIAE LECTIONES.

a *propulerint* Lov. *propulerunt* MSS. 2. Ed. Inc. b vulgo *ex.* c XII. Reg. Duk. Dorv. Edd. Rom. Med. Ven. XXII. Leid. sec.

*facere*, hoc eſt, loco sibi opportuno. Adeantur etiam *Joan. Frid. Gronovii* Obſerv. 4, 17. IDEM.

*Sublati Helvetii*] Elati. Sic 5, 37. *Hac victoria sublatus Ambiorix.* Vide et B. C. 2, 37. IDEM.

*Ex novissimo agmine*] Ita fere Editi. MSS. autem Reg. Eliens. et Voſſii habent ET *novissimo.* Quomodo et Graecus Interpr. videtur legiſſe. Edit. Romana ETIAM *novissimo.* sed praeſtat vulgata lectio. CLARK. Verum *et* exhibent cum Ed. Incerta MSS. noſtri omnes praeter Bongars. tertium recentiſſimum Codicem. In Dukeriano et Ed. Mediol. ac Ven. eſt *etiam*, quae eſt voculae *et* explicatio. Non tantum subsiſtebant, sed etiam subinde noviſſimo agmine laceſſebant Romanos. Quare non video, cur praeſtet vulgata lectio contra MSS. Codd. Sed res parvi ſane eſt momenti. Vox *proelio*, quae hic additur, magis me offendit, et mollem Julianae orationis curſum duriusculo inhibet. quare cum Grutero, si vel unus Codex idoneus addiceret, delere malim, aut saltem invertere verborum ordinem *nostros proelio.*

*Rapinis, pabulationibus, populationibusque*] Expungo vocem *pabulationibus.* Quam recte in prioribus editionibus omiſſam sine cauſſa magnus Scaliger suae editioni inſeruit. Quamvis enim ita in codd. nonnullis legatur, otioſa eſt vox. Dixit enim Caeſar, Helvetios cibaria secum vexiſſe. Itaque non opus pabulationibus. Confirmat opinionem Celsi exſcriptor incertus. ait enim, *contentus in praesens metu illos a praedationibus arcuisse.* Ne Graecus quidem agnoscit: apud quem eſt, *εἰ μόνον δύναιτο τὴν τῶν ἑαυτῶν συμμάχων χώραν ἀδῄωτον διαφυλάττειν.* Nisi dicamus, Helvetios pabula pro equis non habuiſſe. infra tamen prohibet Caeſar Lingones, ne frumentum subministrent Helvetiis. Sed hoc 20. diebus, fortaſſe et eo amplius poſt haec accidit. Et iterum aliquanto infra ait: Helvetios omnium neceſſariorum inopia preſſos. VOSSIUS. Haec vox *pabulationibus* abeſt a Codd. *Steph. Ven.* aliisque nonnullis, quo factum, ut eam expungendam cenſuerit *Dion. Vossius*, quia ſupra c. 5. dixerat *Caesar*, Helvetios cibaria ſecum vexiſſe. At ibi tantum intelliguntur molita *ἄλφιτα*, quibus se ipsi suſtentarent, nihil autem de pabulis in equorum uſum. Qua de cauſa ipſe potius cenſe-

nostrum primum, non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset.

XVI. Interim quotidie Caesar [a] Aeduos fru- 1
mentum, quod essent publice polliciti, flagitare.
nam propter frigora, quod Gallia sub Septemtrio- 2
nibus, ut ante dictum est, posita est, non modo
frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli

VARIAE LECTIONES.

a *ab Heduis* Bong. tert.

rem, vocem hanc ex aliquibus libris excidisse ob similitudinem, quae ei cum verbo sequente intercedit: quod quidem saepe accidit in Veterum monumentis, ut exemplis nonnullis ostendemus. *Curtius* 7, 1, 26. *Amicitiam — adeo non eo inficias ut expetisse confitear.* Lege ex MS. *Coll. Pet. Cantab. Ut expetisse quoque nos, magnosque ex ea fructus percepisse confitear.* Sic cum vulgata *Tatiani* exemplaria §. 52. habeant, *τὰ δὲ ὑμέτερα ἔϑη ἔχεται πολλῆς*, post *ἔϑη* autem alter e Codd. Gallic. suppleat *μανίας*, alter *μέϑης*, non mihi dubium videtur, quin posterior lectio sit recipienda, ob caussam jam ante dictam. DAVIS. Optime *τὸ pabulationibus* auctori asseruit Davisius, quod inveni quoque in Ed. Incerta et MSS. Carrar. Reg. per Clarkium citato ac meis undecim, inter quos Bongars. pr. Leid. pr. Lovan. aliique veteres, quamquam a nonnullis *τὸ que* absit. Litterarum adfinitas sine dubio alteram vocem exclusit. Si quae delenda; malim scribere *rapinis pabulationibusque* cum Vossiano primo, Petaviano et Palatino; quia non multum differunt *rapinae* ac *populationes*. Et nescio jam, an hoc non sit unice verum. praesertim cum *populationibus* in nonnullis sit. unde videntur alii recte *pabul.* alii male *populationibus* fecisse, et utrumque dein in textum irrepsisse. Quo multum facit, quod *τὸ que* non agnoscant quidam. Male Cellarius ejecit rursus *pabulationibus. frumentationibus pabulationibusque prohibere* 7, 64.

*Passuum*] Leidens. pr. et Edd. Rom. Incerta, Mediol. Ven. Scaligeri aliaeque non agnoscunt vocem *passuum*. Nec male: solet enim haec saepe subintelligi, et sic aliquoties Caesar. c. 41. *Milium amplius L circuitu.* 2, 30. *In circuitu* XV *milium:* ubi vide Vossium. B. Civ. 1, 18. VII *milium intervallo abest.* c. 48. *spatio milium* XXX. c. 64. *milium* VI *ad iter addito circuitu.* Vide et ad 5, 13. 42. 6, 29. *milibusque amplius quingentis patet.* 7, 3. *spatium est milium circiter* CLX. sic enim meliores libri: uti et 8, 20. 35. B. Afr. c. 79. ubi *passuum* vulgo additur, quod tam temere inculcarunt librarii, ut aliquando, cum hominum milia intelligantur, *passuum* exhibuerint. cujus rei exemplum est 8, 29.

*Frumentum — flagitare*] Verbum huic loco aptissimum; denotat enim vehementem non sine conviciis postulationem. *Cicero* ad Famil. Epist. 9, 8. quae etiam Academ. Quaest. lib. 1. est prae-

3 quidem satis magna copia suppetebat. eo autem
frumento, quod flumine [a] Arare navibus subvexe-
rat, propterea uti minus poterat, quod iter ab Ara-
re Helvetii averterant, a quibus discedere nolebat.
4 Diem ex die ducere Aedui, conferri, [b] comportari,
5 adesse dicere. Ubi se diutius duci [c] intellexit, et
diem instare, quo [d] die frumentum militibus meti-
ri [e] oporteret; convocatis eorum principibus, quo-
rum magnam copiam in castris habebat, in his Di-
vitiaco, et Lisco, qui summo [f] magistratu praeerat
(quem Vergobretum adpellant Aedui, qui creatur
29 annuus, et vitae necisque in suos habet potestatem)
6 graviter eos accusat: quod, quum neque emi, ne-

VARIAE LECTIONES.

a *Arari* Pet. Leid. pr. Duk. a m. s. et mox. b *comparari* Pet. c *Int. Caesar* Edd. qdd. d *die* caret Petav. e *oportebat* MSS. 3. et Ed. Inc. f vulgo *magistratui.*

fixa. *Metuo, ne te forte* flagitent, *ego autem mandavi, ut* rogarent. Vide *G. J. Vossii* Etymol. voce *Flagitium.* DAVIS.

*Dictum est, posita est*] Ingrata repetitio verbi substantivi; quare prius *est* delendum censeo.

*Se diutius duci*] In aliud tempus ex alio rejici, dum conferretur frumentum, quod polliciti erant Aedui. Nimirum haec vox apud optimos Auctores non raro *protrahendi* significationem obtinet. *Noster* B. G. 1, 38. *Magnam ad* ducendum *bellum daret facultatem. Corn. Nepos* in Alcib. c. 8. *Ut bellum quam diutissime* duceret. Adi etiam *Silium* Italicum 5, 97. DAVIS. Ιta et B. Civ. 2, 18. 37. 3, 51. et saepe. Sed malim hic subintelligi fallaciam Aeduorum, qua decipiebant hoc pacto Caesarem. De hac verbi *ducere* significatione vide praeter alios N. Heins. ad Ovidium Met. 8, 122. Apud Terentium *dictis* et *phaleratis verbis aliquem ducere.*

*Qui summo magistratui praeerat*] Ità bene jam olim haec restituta. Error tamen vetus, qui et Anonymum Celsi exscriptorem decepit. ait enim: *Is erat Dumnorix frater Divitiaci, qui tunc apud Aeduos collega Lisco, summae rerum praeerat.* Etiam Graecum, ubi legere est: *τόν τε Διβιτιακόν, καὶ τόν Λίσκον, τὸ μέγιςον τῶν Ἐδυέων ἀξίωμα, Βεργόβρετον καλύμενον, ἔχοντας.* VOSS. Perperam MSS. et Edd. Antiquae *Praeerant.* sed et Manutii, Hottomanni et Ciacconii monito id jam in suis Editionibus mutarunt alii, ut et Scaliger. Res patet ex B. G. 7, 32.

*Magistratui*] MSS. *magistratu.* quomodo et scripsit *Caesar.*

que ex agris sumi [a] poſſet, tam neceſſario tempore,
tam propinquis hoſtibus, ab iis non sublevetur;
praesertim quum magna ex parte eorum precibus
adductus bellum susceperit; multo etiam gravius,
quod sit destitutus, queritur.

XVII. Tum demum Liscus oratione Caesaris 1
adductus, quod antea tacuerat, proponit: *Esse
nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum
valeat, qui privatim plus* [b] *possint, quam
ipsi magistratus: hos seditiosa atque inproba ora* 2
*tione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant;
quod praestare* [c] *dicant, si jam principatum* 3
*Galliae obtinere non* [d] *possint, Gallorum, quam Ro-*

VARIAE LECTIONES.

a *possit frumentum* Egm. b *possent* MSS. multi et Edd. add. et vulgo *privati.* ac pro *multitudinem* Ed. Ven. *militum.* c MSS. omnes et Edd. Vett. *debeant. debuerant* Edd. Rom. Ven. Med. d *possent* MSS. plerique et Edd. Vett.

Sed hoc parvi eſt momenti. CLARK. Ex meis ita ſcribunt quoque MSS. tres et Editiones Romana, Mediol. Ven. et Scaligeri. De hoc dativo vide ad Frontini 2, 4, 12. Haec autem hujus caſus inflexio in Caeſaris libris omnino praeferri debet; nam et ita Caeſar declinavit in ſcriptis deperditis, et in Analogicis omnia iſtiusmodi sine *i* littera dicenda censuit, teſte A. Gellio 4, 16. Adde Ciaccon. et Davis. ad 6, 42. et Varias Lectiones 7, 29. *consensu obsistere.* B. C. 1, 1. 2, 1. *proxima portu.* 3, 60. *quaestu habere.* c. 96. *exercitu objecit.* Bell. Alex. c. 61. *usu fore* in MSS. quibusdam: atque ita MSS. et Edd. plerique B. Afric. c. 47. *Usu militi esse:* ut et Edd. Recentiores c. 52. *Equitatu* Leid. 1. c. 72. sic et passim Appulejus, licet multis jam locis corruptus. Mox cum Grutero malim deleri τὸ *quem.*

*Privati*] Sic primus, quod sciam, edidit Rob. Stephanus, Ciacconio probante, ceterisque, qui secuti sunt editores praeter Urſinum. Verum Editiones veteres et MSS. noſtri exhibent *privatim.* Quod temere damnatum nollem. Cicero de fin. 5, 28. *Nam aut privatim aliquid gerere malunt, aut capessunt remp. honoribus imperiisque adipiscendis.* Infra 5, 3. *de suis privatim rebus ab eo petere coeperunt.* ubi in nonnullis *privatis.* Confunduntur haec quoque B. Civ. 1, 6. 8. et in Livio 3, 24. *Multi privatim ferebant Volscio judices.*

*Plus possint, quam ipsi magistratus*] *P. Ciacconius* hic le-

4 *manorum, imperia* [a] *perferre, neque dubitare debeant, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Aeduis libertatem sint erepturi.*
5 *Ab eisdem* [b] *nostra consilia, quaeque in castris gerantur, hostibus enunciari: hos a se coërceri non*
6 *posse. Quin etiam, quod necessario rem* [c] *coactus Caesari enunciarit, intellegere sese, quanto* [d] *id cum periculo fecerit; et ob eam caussam, quam diu potuerit, tacuisse.*

XVIII. Cae-

VARIAE LECTIONES.

a *velle perf.* Reg. Bong. tert. Leid. sec. *vel perf.* Voff. sec. *praeferre* Leid. pr. sec. Edd. R. Steph. aliaeque. *perf. satius esse* Carrar. et Duk. b *nova* MSS. nonnulli et Edd. primae. *vestra* Reg. *autem* Leid. pr. c *coactus* deeſt vulgo. d *id cum* desunt in Lovan. et 3. aliis ac Edd. primis.

gendum ſtatuit *ipse magistratus*, sed licet unus tantum fuerit *Vergobretus*, aliorum tamen magiſtratuum desiderabatur opera, ut Aeduorum civitas commode regeretur. DAVIS. Ciacconii conjecturae favet Ed. Incerta.

[f] *Praestare dicant* etc.] Hujusce loci sanitas *Gabr. Faërno* debetur, quem in suis editt. secuti sunt *Lipsius* et *Scaliger*. MSS. enim et veteres cusi exhibent *Praestare debeant*, vel *debuerant*, ut Rom. et Ven. DAVIS. *Frumentum quod praestare debeant* eſt ὁ ὀφειλόμενος σῖτος, ut vertit Gr. Interpres. Consule variantes lectiones, et vide, num scripserit Caesar: *conferant, quod praestare debeant. Si jam pr. G. obt. n. possint, G. q. R. imp. perferre, satius esse, neque dubitare, quin.* Millies enim, et elegantius verbum *dico* in hisce subintelligitur, et oratio adhibetur infinita. Adi c. 7. et Nep. in Hannib. c. 12. et praesertim ad B. Civ. 1, 69. B. Alex. c. 3. *futuram ex regno provinciam* in MSS. nonnullis additum *dicebant*. Adde c. 8. et omnino c. 57. Faerni emendationem juvat locus B. Civ. 2, 30. *postremo praestare dicebant, belli fortunam experiri, quam supplicium pati.* ubi itidem Grutero suspectum eſt τὸ *dicebant*. Sed adi quoque ad B. G. 1, 43. et 2, 3.

*Principatum Galliae obtinere*] Diutius tenere; Aedui enim, ut ait *Caesar* infra c. 43. *omni tempore totius Galliae principatum tenuissent.* Eadem poteſtate occurrit apud *Curtium* 3, 4, 5. *Proditos se rati ne conspectum quidem hostis sustinere voluërunt, cum vel pauciores locum obtinere potuissent.* Vide et *Joan. Frider. Gronovium* ad *Livii* 3, 36. DAVIS.

*Neque dubitare debeant*] Sic MSS. et Editi omnes. Attamen si attente perpendas, haeret con-

XVIII. Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem, 1
Divitiaci fratrem, designari sentiebat: sed, quod
pluribus praesentibus eas res [a] jactari nolebat, ce-
leriter [b] concilium dimittit; Liscum retinet. Quaerit 2
[c] ex solo ea, quae in conventu dixerat. dicit li-
berius, atque audacius. eadem secreto ab aliis
[d] quaerit: reperit [e] esse vera: *Ipsum esse Dumno-* 3
*rigem, summa audacia, magna apud plebem pro-*
*pter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum,*
[f] *compluris annos portoria, reliquaque omnia Ae-*

VARIAE LECTIONES.

a *tractari* Leid. pr. b *consilium* MSS. 3 et Ed. Inc. male. Aderant Aeduorum principes., non autem legati ducesque Caesaris. V. Gron. ad Liv. 44, 2. c *a solo*, *quae* Leid. pr. d *quaerit* vulgo abest. e *esse* abest a lib. Faerni. f Sic MSS. 10 et Ed. Inc. non *complures*. *compluribus annis* Leid. pr.

struetio. Nequit enim haec vox (*debeant*) cum ista, quae praecessit (*dicant*,) cohaerere. Quippe non id hic agitur, ut ii, qui hac oratione populum commovere conantur, *ipsi dubitare non debeant*, sed ut multitudinem dicant *dubitare non debere*, *quin etc.* Quare si vera sit ista lectio, quam supra intulit Faernus (*praestare dicant*) omnino hic reponendum videtur, *neque dubitare debere*. CLARK. Sine dubio durissima est locutio; cum *dicant* ad *nonnullos*, et *debeant* ad multitudinem refers. quod tamen fieri debet, si adsumpta Faerni lectione, sensus erit salvus. Rectius, ut dixi, ultimum *debeant* abesset, subintellecto reciproco *se*.

*Necessario rem Caesari enunciarit*] Sic ex Vet. Cod. restituendum censuit *Gabr. Faërnus*, quem in sua edit. secutus est *Jos. Scaliger*. Alii omnes MSti et Vett. editi repraesentant: *necessario rem* coactus *Caesari enunciarit*, nisi quod pauci *necessariam* exhibeant; sed illa vera est lectio. Noster B. C. 3, 49. *illi* necessario *loca sequi demissa* — cogebantur. *Terentius* Andr. 4, 1, 8. *Tum* coacti necessario *se aperiunt*. Scriptor ad Herennium 4, 32. *Mars istud te facere* necessario coegit. Adi etiam scriptorem de bell. Hisp. c. 24. DAVIS. *Cicero* de Invent. 2, 32. *Vi et* necessario *sumus in portum* coacti. IDEM. *Cur. sec.* MSS. et Vett. Edd. *necessario rem coactus*. Graecus ἀναγκαῖον ἀναγκασθείς. Quomodo et alii interdum locuti sunt boni auctores. CLARK. Recte in erratis, curisque secundis mutavit sententiam Davisius. In prima enim editione Faerni lectionem probaverat, vocemque *coactus*, ut Glossam, suspectam habebat. Eam vero retinent MSS. ad unum omnes: sed *necessariam* habent cum nonnullis Edd. Bongars. prim. tert. Leid. prim. Voss. prim. sec. et Egmond. *necessaria re coactus* Bongars. sec.

*duorum vectigalia parvo prtio redemta habere: pro-*
31 *pterea quod illo* [a] *licente, contra* [b] *liceri audeat ne-*
4 *mo. His rebus et suam rem familiarem auxisse, et*
5 *facultates ad largiendum magnas comparasse; ma-*
*gnum numerum equitatus suo sumtu semper alere,*
6 *et circum se habere: neque solum* [c] *domi, sed et-*
*iam apud finitimas civitates largiter posse, atque hu-*
*jus potentiae caussa, matrem in* [d] *Biturigibus, ho-*
*mini illic nobilissimo,* [e] *ac potentissimo, conlocasse:*
7 *ipsum ex Helvetiis uxorem habere: sororem ex ma-*

VARIAE LECTIONES.

a *dicente* MSS. plerique et Edd. primae. b *dicere* iidem MSS. et Edd. *licere* Bong. pr. sec. Pet. Lov. et alii 5. c *domui* Ed. Ven. Dein *largiri* MSS. 2. d *Viturigibus* MSS. plerique. e *ac potentissimo* desunt in MSS. 4. et Ed. Inc.

ut B. Civ. 1, 40. *Necessaria re coactus*, locum capit superiorem. Hirt. 8, 43. *necessitate coactus*, ut et B. Afric. c. 55. Rectum est, quod plurimi retinent, *necessario rem coactus:* quod idcirco auctori restitui. Locis a Davisio adductis adde B. Civ. 3, 78. *Necessario illum suis auxilium ferre cogeret.* Hygin. Astron. 2, 20. *Itaque necessario coactam criminari*. et Cort. ad Sallust. Histor. 2. *Cogatis necessitatibus privatim mihi consulere.*

*Eadem secreto ab aliis reperit esse vera* ] In omnibus MSS. et editis usque ad *Scaligerum* legitur, *Eadem secreto ab aliis quaerit: reperit esse vera;* quod cur rejecerit vir summus, nondum video. Eandem quidem vocem paullo ante positam invenimus; sed ab istiusmodi repetitionibus *Caesar* non abhorruit. Adi sis hujusce libri c. 3. et 20. DAVIS. *Quaerit*) Hanc vocem, quam exhibent MSS. et Vett. Editt. omnes, et Graecus Interpres, a *Scaligero* omissam, restituendam recte contendit *Davisius*. CLARK. Habent quoque id verbum mei omnes. quare reposui.

*Illo licente, contra liceri* ] *Liceri* est pretium deferre pro eo, quod tibi velis comparare. Hoc cum non intelligeret editor Venetus, locum in ista editione sic corruptum legimus, *Illo dicente, contradicere audeat nemo.* DAVISIUS.

*Et suam rem* ] In MSto erat, uti et in Ed. Ven. 1494. *in suam rem*. unde conjecit Lipsius *inmensum rem.*

*Favere et cupere Helvetiis* ] Usitatum, ut *velle* et θέλειν pro bene velle, voluntas pro benevolentia ponatur. Valerius Flaccus: — *Namque est tibi nostra voluntas.* Sic apud Hebraeos etiam רצון voluntas pro benevolentia. VOSS. Est Hellenismus, ut observavit *Nic. Rigaltius* ad *Minucii Felicis* Octav. p. 32. ed. Oxon. ubi eadem occurrit locutio. DAVIS. V. et Brant.

*tre et propinquas suas* [a] *nuptum in alias civitates*
*conlocasse. Favere, et cupere Helvetiis, propter* 8
*eam adfinitatem: odisse etiam* [b] *suo nomine Cae-*
*sarem, et Romanos; quod eorum adventu potentia*
[c] *ejus deminuta, et Divitiacus frater in antiquum*
*locum gratiae atque honoris sit restitutus. Si quid* 9
*accidat Romanis, summam in spem per Helvetios*
*regni obtinendi venire: imperio populi Romani non*
*modo de regno, sed etiam de ea, quam* [d] *habeat,*
*gratia desperare.* Reperiebat etiam in quaerendo 10

VARIAE LECTIONES.

a MS. *nuptui.* sed vide Ciaccon. et Drak. ad Liv. 1, 49. b *suorum* Leid. pr. c *ejusdem minuta* MSS. 7. et Ed. Inc. *dim.* MSS. 2. *sit imminuta.* Ed. Rom. Med. Ven. Vasc. Stradae. *Immin.* R. Steph. d *habebat* MSS. quidam et Ed. Rom. Inc. Ven.

*Imperio P. R.*] Vide notas ad B. G. 2, 1. DAVIS. Cortius ait in MSS. a se inspectis esse *in imperio.* At in nullo meorum comparet, sed *imperio* abest ab Ed. Ven. Vide ad d. locum.

*Sed etiam*] Non invenias τὸ *etiam* in MS. Dorvillii mei, neque in Edd. primis Rom. Med. Veneta. Non male. Adi me ad Front. 1, 3, 10. 2, 1, 15. 4, 7, 27. Cl. Drakenb. ad Liv. 2, 6. Sic 1, 43. *Non modo sui nihil deperdere, sed gratia etc. auctos vellit.* Ita nonnulli Codd. dant quoque 2, 21. *Non modo ad insignia accommodanda, sed ad galeas inducendas.* 6, 43. *Frumenta non solum etc. sed anni tempore procubuerant.* Appulej. l. 1. Met. p. 7. *Non solum me diffamat probri, verum fugam instruit.* Sic meliores libri. vulgo *verum etiam*: et ita passim.

*Inquirendo*] Tam nostri, quam aliorum MSS. veteres multi et vetustissimi et Ed. Inc. *in quaerendo* i. e. inter quaerendum secreto ab aliis, de Dumnorige reperit etiam; verissime: quo perit omnis obscuritas, quae adeo torsit interpretes. *Quod proelium* capio pro *quali.* In quaerendo, quale proelium equestre, etc. vel quid esset de equestri illo proelio, reperiebat, initium fugae a Dumnorige etc. Cap. praeced. dicit Caesar, *a captivis quaerit; reperit etc.* 2, 15. *quum quaereret, sic reperiebat.* Hirtius 8, 7. *A quibus quum quaereret, inveniebat.* B. Civ. 2, 39. *rem gestam cognovit: e captivis quaerit;* Vel *quod* hic sumendum, ut statim *certissimae res accederent: quod Helvetios etc.*

*Quod proelium equestre adversum etc.*] Est ἀνακόλουθον, seu, ut Latine loquar, initio ab una phrasi facto, alterius pars subjicitur. Sic apud *Plautum* Poen. 3, 3 46. *Tu, si te Dii ament, agere tuam rem occasio est.* Incepit, tanquam dicturus esset, *tuam rem agendi occasionem habes*, finivit vero haud aliter,

32 [a] Caesar, *quod proelium equestre adversum paucis ante diebus* [b] *esset factum; initium ejus fugae* [c] *factum a Dumnorige, atque ejus equitibus; (nam* [d] *equitatu, quem auxilio Caesari Aedui miserant, Dumnorix praeerat)* [e] *eorum fuga reliquum* [f] *esse equitatum perterritum.*

1 XIX. Quibus rebus cognitis, quum ad has suspiciones certissimae res accederent: quod per

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *Caesar inquirendo.* b *esset* deest in Voss. pr. sec. Duk. c vulgo *fugae a D. atque ej. eq. factum esse.* d vulgo *equitatui.* e vulgo *eorumque.* f *etiam* Duk. *equit. esse* Leid. pr.

ac si initio posuisset *Tibi.* Apud illum scriptorem multa hujusmodi occurrunt. *Corn. Severus* in Aetna v. 523. de lapide molari: *Quin etiam externum nil ei calor ipse resolvit, Non odor aut levitas* — si eundem loquendi modum servare in animo habuisset Poëta, *odor* et *levitas* in Accusativo casu essent efferenda. Vide et *Hirtium* Bell. Afric. c. 25. Eadem locutionum mistura frequens etiam est in Graecis scriptoribus, ut ostendit vir doctissimus *Joan. Clericus* Art. Crit. P. 2. *S.* 1. c. 10, 10. et seqq. Hoc ἀνακόλουθον cum non concoquerent editores nonnulli, locum sic refinxere: *Reperiebatque inquirendo Caesar initium fugae proelii equestris adversi paucis ante diebus a Dumnorige atque ejus equitibus factum esse.* Ita legitur in editt. *Gryph.* et *Vascos.* ac ita ex conjectura voluit *P. Ciacconius. Franciscus* etiam *Hotomannus* locum mendi suspectum habet, et in omnes partes se vertit, ut sano medicinam inveniat. DAVIS. Elegantissimam hic constructionem sine causa sollicitant Editores. Nullum subesse mendum recte contendit *Davisius:* quod autem Syntaxin ἀνακόλουθον esse putat, sive transitionem ex uno locutionis genere in aliud, qualis in bonis Auctoribus interdum quidem occurrit, in eo demum fallitur. Nihil enim hic ἀνακόλουθον, sed constructio simplicissima et quam maxime naturalis. Tantum, quod in priore parte commatis *proelium adversum* vocarat Caesar, in sequente id *fugam* appellat. Sed sine ulla omnino syntaxeos perturbatione. Dein pro *factum esse* MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edit. Rom. omittunt vocabulum *esse*, et legunt, *initium ejus fugae factum a Dumnorige* etc. quod et elegantius. CLARK. Torsit hic locus interpretes. *Petr. Ciacconius* rescribendum putavit, *Reperiebatque inquirendo Caesar initium fugae proelii equestris adversi paucis ante diebus a Dumnorige atque ejus equitibus factum esse;* nec aliter edidere *Gryphius* et *Vascosanus.* Hanc autem conjecturam merito rejecit *Fr. Hotomannus*, quod immodica sit mutatio, neque Caesar fugae mentionem superius fecerit. At vir ille doctus legit, *Reperiebat etiam Caesar inquirendo proelio equestri adverso, quod paucis ante diebus esset fa-*

fines Sequanorum Helvetios transduxisset; quod obsides inter eos dandos curasset; quod ea omnia non modo injussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset; quod a magistratu Aeduorum accusaretur, satis esse caussae arbitrabatur,
quare in eum aut ipse animadverteret, aut civita- 33
tem animadvertere juberet. His omnibus [a] rebus 2
unum [b] repugnabat, quod Divitiaci fratris summum

VARIAE LECTIONES.

a deest vulgo *rebus*. b *oppugnabat* Bong. tert. et Ed. Inc. *pugnabat* Lov.

ctum, *initium fugae factum a Dumnorige etc.* Non tamen diffitetur, quin satius sit auctoritatem melioris codicis exspectare. Immo vulgatam lectionem non omnino improbandam esse tandem statuit. Idem mihi quondam videbatur; eaque de causa ἀνακόλουθον esse dixi; non enim infrequens est in optimis scriptoribus aliqua locutionum mistura. Vide nos ad libri de bell. Afric. c. 25. et doctissimum Clericum Art. Crit. P. 2. §. 1. c. 10, 10. seqq. nunc vero parva mutatione legerim, *Reperiebat etiam Caesar inquirendo*, quom (sic olim *cum* scribebatur) *proelium equestre adversum paucis ante diebus esset factum, initium fugae* (sic *Bongars.* pr. omissa voce *ejus*) *a Dumnorige atque ejus equitibus factum esse*; vel, ut alii codices, *initium fugae factum a Dumnorige, atque ejus equitibus.* Mecum, nisi fallor, lector eruditus faciet. DAVIS. *Cur. sec.* Vascos. et hinc Stradae editio habet, *inquirendo initium fugae proelii equestris paucis ante diebus a Dumnorige atque ejus* etc. Clar. J. Perizonius simpliciter subintelligit *inquirendo* scilicet *proelium*, vel *in proelium, quod;* vide ad Sanctii Minervam p. 726. Ed. postr. proxime vero, ut patet in nota praeced. Ceterum *ejus* non deest in Bongars. pr. quod junctum est *fugae*, sed quod adhaeret τοῖς *equitibus*: cujus rei testis sum oculatus; licet et ipse sine *ejus* malim scribere, *initium fugae factum a Dumnorige atque ejus equitibus.* Ita enim sequentia refinxi, auctoritate MStorum tantum non omnium et Edd. primarum: mox *equitatu* cum Ciacconio et Scaligero praetuli (V. ad c. 16.) pro *equitatui.* Dein *eorum fuga* MSS. aliorum et mei quatuordecim vetustiores cum Edd. Rom. Ven. Incerta ac R. Steph. *que* intrusum est ab Interpolatoribus, ut vidit etiam Brutus.

*His omnibus*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Editt. Vett. *his omnibus* REBUS. Quod cur a Scaligero et Recentioribus omissum, equidem nihil video. CLARK. E Carrariensi vel suo Codice id videtur ausus Scaliger, cui consentiunt duo de nostris, sed recentissimi. ceteri omnes agnoscunt vocem *rebus;* magisque Caesaris stylo convenit. quare rursus addidi. Vide ad 4, 17. 5, 51. *Quibus omnibus rebus invitati.* Ibid.

in populum [a] Romanum ſtudium, ſummam in se voluntatem, egregiam fidem, juſtitiam, temperantiam cognoverat. nam, ne ejus ſubplicio Divitiaci
3 animum obſenderet, verebatur. Itaque prius, quam quidquam conaretur, Divitiacum ad se vocari jubet, et, quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Procillum, principem [b] Galliae provinciae, familiarem suum, cui ſummam omnium
4 rerum fidem habebat, cum eo conloquitur: simul commonefacit, quae ipſo praeſente in concilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, et oſtendit, quae
5 ſeparatim [c] quisque de eo apud se dixerit. Petit, atque hortatur, ut sine [d] ejus obſenſione animi, vel ipſe de eo, cauſſa cognita, ſtatuat, vel civitatem [e] ſtatuere jubeat.

XX. Divitiacus multis cum lacrimis Caeſarem [f] complexus obſecrare coepit, *ne quid gravius in fratrem statueret: scire se, illa* [g] *esse vera: nec*

VARIAE LECTIONES.

a R. abeſt a MSS. 12. b *Gallicae* Edd. Rom. Med. Ven. *Galileae* Voſſ. pr. ridicule. c *unusquisque* Leid. pr. d *ejus* deeſt in Oxon. e *de eo st. j.* Duk. f *complexans* Leid. pr. a m. pr. g *esse* deeſt in Edd. Rom. Med. Ven.

c. 52. *Ex his omnibus rebus judicat, quanto cum periculo res sint administratae.*

*Summam in se voluntatem*] Benevolentiam aut amorem. Sic 6, 4. *Cujus egregiam in se voluntatem perspexisset.* Adiice *Terentium* Phorm. Prol. v. 30. et ibi *Donatum.* DAVIS.

*Procillum*] Ita recte Manutius et Ursinus reſtituerunt e suis, ut patet c. 47. In MSS. noſtris inepte *Troacillum* vel *Troaucillum* vel *Traucillum,* similiaque monſtra lectionum, quas et oſtentant veteres Edd. *Προαπίλλον* Gr. Interpr. e noſtris solus Cujacii liber praebet *Procillum.* Sed infra MSS. omnes ita exhibent.

*Et ostendit*] Omnes MSS. et impressi ante *Scaligerum*, has voces exhibent, quas revocandas cenſuimus. *Commonefecit* Caeſar Divitiacum, dum ipsi audita in memoriam revocat, *ostendit* vero res, ut putabat Imperator, antea non cognitas. DAVIS. Adparent hae voces etiam in MSS. noſtris omnibus, et Clarkii.

*Multis cum lac. complexus*

*quemquam ex eo plus, quam se, doloris capere:*
*propterea quod,* [a] *quum ipse gratia plurimum domi,* 2
*atque in reliqua Gallia,* [b] *ille minimum propter ado-*
*lescentiam posset, per se* [c] *crevisset. Quibus opibus* 3
*ac nervis, non solum ad* [d] *minuendam gratiam, sed* 34
*paene ad perniciem suam uteretur: sese tamen* [e] *et*
*amore fraterno, et existimatione vulgi commoveri.*
*Quod si quid ei a Caesare gravius accidisset, quum* 4
*ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, nemi-*
*nem existimaturum non sua voluntate factum;*
*qua ex re futurum, uti totius Galliae animi a se*
*averterentur.* Haec quum pluribus verbis flens a 5
Caesare peteret, Caesar ejus [f] dextram prendit;
[g] consolatus rogat, finem orandi faciat: tanti ejus
apud se gratiam esse ostendit, uti et Reipublicae in-
juriam, et suum dolorem ejus voluntati ac preci-
bus condonet. Dumnorigem ad se vocat, fratrem 6
adhibet: quae in eo [h] reprehendat, ostendit; quae

VARIAE LECTIONES.

a *cumque* Pal. abest a Gott. et Ed. Inc. b *ipse* Voss. pr. c *crevissent* Voss. pr. *crevisse* MSS. 9 et Edd. primae. *eum crevisse* Egm. d *minuendum* Bong. tert. e *more* Edd. Rom. Med. Ven. f Sic MSS. plures et antiquiores. vulgo *dexteram prehendit.* g *consolatusque eum* Egm. h *reprehendit* MSS. multi et Edd. qdd.

*obsecrare*] In Leidensi primo exaratur *multum.* Sic fere apud Virgil. Aen. 3, 348. *Et multum lacrimas verba inter singula fundit.*

*Per se crevisset*] Nempe per *Divitiacum.* Graec. Interpr. inepte, *δι' Εαυτȣ̃ νῦν μεγάλην δύναμιν κέκτηται. Dumnorix* sc. *per se ipsum.* Quam tamen ineptissimam versionem citat Cellarius, hujus loci explicandi causa. Non vidit nimirum, eam hujus esse totius orationis constructionem, ut vox (*se*) tam sit cum *Divitiaco* loquente reciproca, quam cum ipso *Dumnorige,* quem *Divitiacus* hic *per se,* hoc est, suis ipsius, qui hic loquitur, *Divitiaci opibus* crevisse ostendit. Vide quae infra ad 8, 50. CLARK.

*Ac nervis*] Potentia. *Pedo Albinovanus* Eleg. 1, 48. *Nec quemquam nervos extimuisse tuos.* Sic et *Lactantius* Instit. Divin. 1, 3, aliique. Metaphora sumta est ab

[a] ipſe intellegat, quae civitas queratur, proponit: monet, ut [b] in reliquum tempus omnes ſuſpiciones [c] vitet: praeterita se Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi cuſtodes ponit: ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire poſſit.

1 XXI. Eodem die ab exploratoribus certior factus, hoſtes sub [d] monte conſediſſe, milia paſſuum ab [e] ipſius caſtris octo; qualis eſſet natura montis,

VARIAE LECTIONES.

a *in se* And. b *in* deeſt Edd. Rom. Med. Ven. c *evitet* Duk. et Carrar. d vulgo *montem*. e *ipsis* MSS. 4.

animalibus, quorum vires sunt in nervis poſitae. Hinc apud *Ciceronem* Acad. Quaeſt. 1, 10. *Nervos virtutis incidere* eſt, de ea vim omnem et efficaciam detrahere. DAVIS. Ita ſaepe Cicero. *τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων* Aeſchines; *ψυχῆς* nescio quis. *τῆς τραγῳδίας* Ariſtoph. *Βατραχ*. vs. 886. *Imperii* Val. Flacc. 2, 752. WASSE.

*Rogat — ostendit*] Unde factum, ut *P. Ciacconius* has voces mendi suſpectas habuerit, plane nescio; nec a quoquam idonea hujusce suſpicionis reddi poteſt ratio. DAVIS.

*Quae agat*] MS. Reg. et Vetus Edit. Rom. QUID *agat*. Graec. Interpr. *Τί τε ποιήσει*. CLARK. Palat. Leid. sec. et Dorvillii cum Ed. Mediol. etiam *quid*. Ed. Ven. *quicquid*. Nil muta tamen.

*Sub montem*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Editt. Vett. *sub monte*. Quod aeque Latinum. CLARK. In nullo MSto meo, neque in Edd. ante Plantinianas et Scaligeri invenias *sub montem*, sed *monte*. quod cur mutaverint viri doctiſſimi, ego sane nescio. Sexcenties ille Ablativus cum hac praepoſitione ita conſtructus occurrit. et quidem cum eodem verbo *considere*. Salluſt. B. Catil. c. 57. *sub ipsis radicibus montium consedit*. Calpurn. Ecl. 2, 21. *Sub annosa medius consederat ulmo*. Immo ipſe noſter c. 48. *a C. castris sub monte consedit*. Eadem confusio B. Afric. c. 51. *sub hoste stabat*.

*Legatum pro Praetore*] Non eſt reficienda hujus loci antiqua ſcriptura, quae habetur in vetuſtiſſimis libris *Vaticano* et meo, in quibus eſt, *pro Praetore*, non, *propere*. Nam ea lectio confirmatur teſtimonio antiquitatis, quae habetur in veteribus inſcriptionibus, et argenteis etiam denariis, uno *M. Bruti*, Caeſaris percuſſoris, in quo *Brutus* ipse PROCOS. deſcribitur, ejus vero legatus *C. Flavius*, in eodem denario LEG. PROPR. dicitur: altero *Q. Caecilii Metelli Pii*, qui cum PROCOS. in Africa rem geſſerit, ejus legatus P. CRASSUS JUNI. in eodem denario LEG. PROPR. dicitur. Etiam P. CARISIUS, LEGATUS AUGUSTI in argenteo denario, in quo Emerita oppidum, a Carisio juſſu Auguſti in Luſitania conditum, impreſſum eſt, P. CARISIUS LEG. PROPR. ſcribitur. Et M. POBLICIUS, qui *Cn. Pompeji* Magni in Hiſpania legatus fuit, in argenteo item

et [a] qualis in circuitu adſcenſus, qui [b] cognoscerent, misit. Renunciatum eſt, facilem eſſe. De 2
tertia vigilia T. Labienum legatum Propraetore cum duabus legionibus, et iis ducibus, qui iter cognoverant, ſummum jugum montis adscendere jubet: quid sui conſilii sit, oſtendit. ipſe de quarta vigilia 3
eodem itinere, [c] quo hoſtes ierant, ad [d] eos contendit; equitatumque omnem ante [e] se mittit. [f] P. 4

VARIAE LECTIONES.

a *quales* Gott. Ed. Inc. b *cognosceret* MSS. 18 et Edd. primae. c *quod* And. et Edd. qdd. d *suos* Oxon. *hostes* Duk. e *se* deeſt vulgo. f MSS. longe plurimi et Edd. VV. non agnoscunt *P.*

denario, LEG. PROPR. dicitur; ut videri poſſit his nominibus extraordinaria imperia ornari solita fuiſſe apud Romanos, cum, abſente magiſtratu, cui provincia decreta erat, ejus magiſtratus legati aliquo mitterentur cum imperio ad rem gerendam. Quo exemplo T. Labienus legatus Caeſaris, qui Galliam provinciam Proconſulari poteſtate obtinebat, *Legatus Pro praetore* a Caeſare dictus eſt. Cum autem librarii ἐκ τῶν ἀσαφεστέρων εἰς τὰ σαφέστερα labi soliti sint, non eſt mirandum, si ex subobſcuriore voce *Pro Praetore*, lapsi sunt in *propere*, dictionem usitatiorem. Sic *Ursin.* Haec tamen locutio abſurda visa eſt *Fr. Hotomanno*: quam eſſe probam plurimis etiam inſcriptionibus et numismatis oſtendit *Lud. Carrio* Ant. Lect. 3, 8. adeo ut mirer eos, qui nuperam editionem Amſtelodami curarunt, *Hotomannum* potius ſecutos eſſe. DAVIS. MSS. etiam Clarkii ac noſtri et Edd. omnes ad Aldinam usque habent *Propraetore*, nisi quod Duker. Cod. *propraetorem.* De Legatis *propraetore* adi quoque Cl. Spanhemium de praeſt. Num. p. 179. 180. T. 2. Vehementer tamen hanc lectionem refutare conatur et acerrime in Carrionem invehitur Caſtalio Obſerv. Dec. 1. c. 8. putatque hoc nomen non cognitum ante Auguſti tempora. Verum huic ſententiae contrarii sunt omnino Bruti, Metelli et Pompeji numismata: *Quaestor propraetore* Hirt. B. Alex. c. 42. 48. Ut verum tamen fatear, dubito maxime, an, praeſente proconſule, ut hic erat Caeſar, legatus umquam nomen habuerit *Propraetore.* Certe Caeſar, quotiescumque deinceps hujus Labieni meminit, simplici *legati* nomine eum insignivit. Accepit tamen forſan hoc nomen Labienus, quod ille, abſente Caeſare, qui in Italiam ad legiones conſcribendas contenderat, ab eo praepoſitus sit expeditioni, quam contra Helvetios fecerat. Vide c. 10. Ceterum *pro praet.* ſaepius abiit in *propere;* uti et B. Civ. 1, 6.

*Iis ducibus*] Ita repoſuimus ex *G. Faerni MS.* antiquiſſimisque editt. *Rom.* et *Ven.* cum in aliis perperam legatur *iisdem Ducibus.* DAVIS. MSS. et Editt. variant. plerique legunt *iisdem;* nonnulli *iis.* Nulla ſententiae dif-

Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur, [a] et in exercitu L. Sullae, et postea [b] in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

1 XXII. Prima luce, quum summus mons [c] a T. Labieno teneretur, ipse ab hostium castris non longius mile [d] et quingentis passibus abesset; neque, ut postea [e] ex captivis comperit, aut ipsius adventus,
2 aut Labieni cognitus esset; Considius, equo [f] admisso, [g] ad eum [h] adcurrit: dicit, montem, quem a
36 Labieno occupari [i] voluerit, ab hostibus teneri: id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse. Caesar suas copias in proximum collem [k] subducit; aciem

VARIAE LECTIONES.

a *et* Pet. et 3 alii non habent. *quique* MS. et Edd. Rom. Med. Ven. Vasc. R. Steph. Str. b *in* abest a MSS. 5 et Edd. Rom. Med. Ven. sed vide ad 2, 10. c *a L.* vel *Lucio* MSS. plerique et Ed. Inc. *a Tito Lucio* Gott. d *et* deest in MSS. 3 et Edd. Med. Ven. e *a* Egm. f *amisso* vel *amm.* MSS. 4. g *ad eum* non legitur in Voss. pr. h *decurrit* Bong. tert. *cuc.* Duk. et Carr. i *voluerat* Reg. Pet. Leid. sec. k *seducit* Leid. pr.

ferentia. Existimat Davisius, illud (*iisdem Ducibus*) perperam dictum. Credo, quod de ducibus nihil supra. Atqui hoc vult Caesar, missas duas legiones, ducibus *iisdem illis hominibus*, qui ante *iter cognoverant*. Dixerat enim jam supra, *qui cognoscerent*, *misit*. CLARK. Licet *iisdem* ferri possit, sequor tamen Davisium: nam *iis* vel *his* exaratum est in Bong. pr. sec. Petav. Voss. pr. Leid. primo, aliisque octo MSS. et Editis prioribus.

*Ante mittit*] MSS. et Editt. Vett. *ante se mittit*. Pronomen Scaliger et Recentiores quamobrem omiserint, caussam non afferunt. CLARK. *Se* inveni quoque in nostris MSS. omnibus: quare auctori restitui: nisi forsan malis *ante emittit*. Plantin. Editio jam caret hoc pronomine.

*Equo admisso*] Concitato. *Cicero* de fin. Bon. et Mal. 1, 2. *Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri reprimique non potest*. Sic legendum cum MS. *Coll. Corp. Christi Cantab.* et editt. vett. nam male *Janus Gruterus* emendavit *jam missum*. *Virgilio* Aen. 11, 272. *pennae* sunt *admissae*, quae velocius moventur. In nonnullis summi Poetae exemplaribus perperam scribitur: Amissis *petierunt aethera pennis*. Quam lectionem *Servius* et *Pierius* meliorem judicarunt; sed multum abest, ut scopum attigerint. Vide *Pedonem* Eleg. 1, 250. 320. et *Tibullum* 1, 4, 44. DAVIS. B. Civ. 2, 34. *admissis equis*, et alii passim.

*Ex Gallicis*] Sic MS. Reg. Vulgg. *a Gallicis*. MSS. Eliens.

instruit. Labienus, ut erat ei praeceptum a Cae- 3
sare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae
prope hostium castra visae essent, ut undique uno
tempore in hostes inpetus fieret; [a] monte occupato,
nostros exspectabat, proelioque abstinebat. Multo 4
denique [b] die per exploratores Caesar cognovit, et
montem a suis teneri, et Helvetios [c] castra movis-
se [d], et Considium, timore perterritum, quod non
vidisset, [e] pro viso sibi renunciasse. Eo die, quo 5
consuerat [f] intervallo, hostes [g] sequitur, et milia
passuum [h] tria ab eorum castris castra ponit.

VARIAE LECTIONES.

a *montem occupat* Leid. pr. b *die exacto* Egm. c *hostes* vulgo. d *contra* Bong. pr. a m. pr. e *ex inproviso sibi pronunciavisse* Egm. f *ex intervallo* MSS. 4 et Edd. Rom. Med. Ven. quae non habet *eo*. g *insequitur* Leid. pr. tert. et Ed. Inc. h *quatuor* Reg.

et Vossii et Edit. Rom. omittunt praepositionem. CLARK. *a Gallicis armis — cognovisse*. Lege, *id se Gallicis armis — cognovisse*, deleta praepositione, quam nesciunt *Lovan. Norvic. Rom. Beroald*. Nec male reponas *id se e Gallicis armis*; prout habent *Bongars*. pr. sec. DAVIS. *Cur. sec.* Deest praepositio quoque in recentioribus MSS. Duker. Dorvill. Voss. tert. Leid. tert. et Edd. Med. Inc. Ven. et Gryph. aliisque, probante Manutio et Hotomanno *E suis*. *e* et *ex* produxit quoque Ursinus; et meorum ita duo, Bongars. tert. ac Leid. sec. Nil temere ego muto; nam Voss. prim. Leid. pr. Scalig. Petav. et Egm. servant *a*. Quamquam vulgatior verbi hujus constructio sit cum praepositione *e* sive *ex*, si ablativo rei jungatur. Sed tamen Ovid. Ep. ex Ponto 2, 10, 1. *Ecquid ab inpressae cognoscis imagine gemmae*. Phaedr. F. 4, 21. *Sermone ab ipso cognitum*: ubi hunc Caesaris locum adfert Cl. Burmannus.

*Insignibus*] Intelligi dicunt galearum ornamenta et similia, de quibus Lipsium l. 3. Mil. D. 2. vide, et Brantium. Graecus σημείων transtulit, quod potius signa militaria notare videatur. Caesar infra ait 2, 21. *Temporis tanta fuit exiguitas, ut non modo ad insignia accommodanda, sed et galeas induendas tempus defuerit*. Insignia ornamenta, propria huic vel illi: unde Horat. lib. Epod. Od. 5. purpuram praetextam vocat *insignia*, cum ait: *Ut haec trementi questus ore constitit Insignibus raptis puer*. VOSSIUS.

*Prope hostium castra.*] Singularis est hic Codicis Oxoniensis lectio; non dubito tamen, quin vera sit, *propter*: quae vox passim depravata est in ejus Glossam

1 XXIII. Postridie ejus diei (quod omnino bidu-
37 um [a] supererat, quum [b] exercitu frumentum metiri oporteret; et quod a Bibracte, oppido Aeduorum longe maximo et copiosissimo, non amplius milibus passuum XVIII aberat) rei frumentariae prospiciendum existimavit, [c] iter ab Helvetiis avertit, ac
2 Bibracte ire contendit. Ea res per fugitivos L. Aemilii, Decurionis equitum Gallorum, hostibus nun-

VARIAE LECTIONES.

a *superaret* Edd. qdd. b Sic MSS. 3. et Edd. Steph. Scal. aliaeque. V. ad c. 16. vulgo *exercitui.* statim *a* non est in Ed. Ven. c vulgo *et iter.*

*prope.* Adi Tennul. ad Frontin. 2, 3, 22. *propter flumen Enipea.* Davis. ad Auct. B. Afric. c. 37. et 73. *propter hostium castra praetergressus.* Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 59. Eadem variatio in MSS. et Edd. Justini 12, 9. *Qui propter murum stabat;* ubi in plerisque male *prope.* et alibi. plura notavi in Observ. Misc. ad Appulejum..

*Multo denique die*] Cum *multum diei processerat*, ut loquitur *Sallustius* Jugurth. c. 51. DAVIS.

*Per exploratores Caesar*] Ultimam vocem addidi ex MS. *Norvic.* et editt. *Rom. Ven. Beroald.* quod perspicuitati inserviat. In verbis enim, quae praecedunt, de Labieno agitur, non de Caesare. DAVIS. *Caesar* agnoscunt MSS. omnes, et Edd. usque ad Ed. Ursini, quem secutus est Scaliger.

*Hostes castra movisse*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *HELVETIOS castra movisse.* Graec. item interpr. Ἑλβήτιοι. Utra verior Lectio, non constat. CLARK. Sic quidem Edd. Rom. Ven. et Mediol. quod arripuit unius codicis fide Hotom. Verum cum nostri codd. cum Ed. Inc. et aliis consentiant in *Helvetios*, id reponere non dubitavi. Vel sic satis saepe vox *hostis* paucis in versibus hic occurrit.

*Millibus*] MS. Reg. *millium.* Quod aeque Latine dicitur. CLARK.

*Et iter — ac*] Deest utraque harum conjunctionum in MSS. Reg. Eliens. et Vossii; necnon in quibusdam editt. vett. Et sane saepius utitur *Caesar* istiusmodi oratione ἀσυνδέτῳ. IDEM. Primum *et* non comparet in ullo MSto a me viso, nec in Edd. Rom. Inc. Mediol. Ven. quare delevi. Alterum *ac* tolerari potest; cum id meliores mei plerique agnoscant: licet in Edd. vetustis iisdem desit. Solent, ut notum est, auctores, asyndeto utentes, ultimum pronunciatum tamen per copulam connectere et claudere.

*Discedere existimarent*] MSS. omnes, et Editt. vett. *discedere a se existimarent.* Quod a *Scaligero* et Recentioribus omnino sine causa mutatum. CLARK. Ciacconii culpa ejectum est, illud

ciatur. Helvetii, seu quod [a] timore perterritos Ro- 3
manos discedere [b] a se exiſtimarent, [c] eo magis, quod pridie, superioribus locis occupatis, proelium non commisissent; sive [d] eo, quod re frumentaria intercludi poſſe confiderent, commutato consilio, atque itinere converso, noſtros a noviſſimo agmine insequi ac laceſſere coeperunt.

XXIV. Poſtquam id animum advertit, copias 1

VARIAE LECTIONES.

a *terrore* Duk. Carr. b vulgo desunt *a se.* c *eoque* Car. Duk. a m. s. d vulgo abeſt *eo.*

*a se*, quia non legebatur in suo MSto. sed mei aliorumque codices *a se* vel *ab se* agnoſcunt.

*Commisissent*] Andinus, Oxoniensis et Bongars. tert. *commovissent.* Eleganter pro lacessiviſſent, primi commisissent. *Movere* paſſim pro incipere ponitur, sive cauſſa eſſe, ut quid fiat: unde *commovere bellum* Cicero aliique. *Movere proelia, certamen* non raro apud poëtas. Conſule Cl. Drakenburg. ad Silium 14, 141. *certamina morunt.* Curtius 8, 14, 6. *pugna se moverat.* Immo hoc ipſum, *commovere proelium*, adhibuit Quadrigarius, referente Gellio N. A. 9, 13. *Is maxime, proelio commoto, et utrisque summo studio pugnantibus.* Simile eſt *emovere ignem* pro excitare apud Val. Max. 2, 4, 5. et *commoti ignes* Lucan. 5, 524. Forsan et hinc legendum *proelii sollicitationes* 2, 8. ubi vide. Quo facit etiam locutio *lacessere pugnam.* de qua agendum 4, 44. adi etiam B. Afric. c. 14.

*Sive quod*] MSS. et Edd. Vett. *sive eo quod.* CLARK. *τὸ eo* itidem per Ciacconium primo e suo codice extruſum eſt. In aliis omnibus MSS. et Editis praecedentibus comparet, quare reſtitui. Idem eſt ac *propterea quod.* 2, 35. in Bong. primo, *eo quod in Italiam properabat.* 3, 13. e MSS. *sive eo, quod tantas tempestates* etc. Adde Clark. ad 4, 2. 6, 30. *hoc eo factum est, quod* etc.

*Id animum advertit*] Ita reſtituimus ex MSS. *Norvic. Brant.* et *Ursin.* Editi enim minus eleganter habent, *Id animadvertit. Lucretius* 2, 124. *Hoc etiam magis haec animum te advertere par est.* Saepe hoc modo locutus eſt *Plautus.* Sic Pseud. 1, 3, 43. *Et id hoc quod te revocamus, quaeso animum advorte.* Vide et 1, 2, 10. DAVIS. Hunc locum poſt Ursin. et Brant. quos vide, e MSS. Andinis jam emendaverat, aliosque in Caeſare plurimos infra vir summus J. F. Gronov. ad Livium 24, 48. E noſtris hic ita habent Bongars. pr. sec. Voſſiani duo, Lovan. Oxon. et Gottorp. Ceterum plura hujus locutionis exempla vide in Gronov. ad Livium 28, 14. *ubi haec obstinate credita animum advertit.* Davis. ad Cic. Tuſc. Quaeſt. 5, 23. *Animum adverti columellam.* Cort. ad Salluſt. B. Jug. c. 93. *animum advertit cochleas* etc. A. V. Sta-

suas Caeſar in proximum collem subducit; equita-
38 tumque, [a] qui ſuſtineret hoſtium inpetum, misit.
2 Ipse interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor [b] veteranarum, ita, uti supra se in summo jugo duas legiones, quas in Gallia [c] citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlocaret; ac totum montem hominibus [d] compleri, et interea sarcinas in unum locum conferri, et eum ab his, qui in [e] ſuperiore acie conſtiterant, muniri
4 jussit. Helvetii cum omnibus suis carris [f] secuti,

VARIAE LECTIONES.

a *sustinere h. imp. jussit* MSS. Bong. tert. Voſſ. sec. et Ciacc. b Ita e MS. Ciaccon. Ceteri MSS. et Edd. Vett. *veteranorum*. V. ad B. Civ. 3, 29. c *interiore* Voſſ. tert. Gott. et Ed. Inc. d *compleret* vulgo. e *superiori* MSS. 4. et Ed. Med. Ven. in qua non comparet *acie*. f *consecuti* Leid. pr.

veren ad Nepot. Epaminondam 6, 2. Apud Terentium quoque saepius occurrit, ut Heaut. 4, 1, 44. Phorm. 5, 7, 16. Eun. 2, 1, 7. Emendavit etiam bene Daviſius B. G. 5, 18. Quibus adde 1, 52. 4, 12. 25. 26. 7, 25. 57. 8, 11. 12. 14. 33. 34. 38. 40. B. C. 1, 69. 80. ubi et *res animum adversa*; uti et B. Civ. 2, 6. 35. item c. 14. *animum adverti*. Rursus 3, 41. 50. 88. 93. B. Alex. c. 30. 36. 45. 46. 48. Afric. c. 10. 15. 40. B. Hisp. c. 4. 23.

*Ita uti — collocaret*, *ac — compleret*. *Interea — conferri — jussit*] MSS. omnes et Edit. Rom. (*ita uti* — collocari; *ac* — compleri, *et interea* — conferri — *jussit*.) Quae si vera sit Lectio, cum illud (*ita ut*) cohaerere nequeat cum indicativo illo (*jussit*:) neceſſe erit, ut aliquid interciderit. CLARK. Vulgata lectio ex uno, ut adfirmat, Codice rurſus intruſa eſt a Ciacconio: cum ceteri tam aliorum quam noſtri exhibeant, ut Clarkius profert, nisi quod in Edd. Vasc. Steph. Stradae, et aliis detur *collocarit* et *complerit*, et in uno Leidensi etiam invenerim *collocaret*: quod idcirco senſum optimum efficiens retinui; sed *compleri et* revocavi. Scias tamen, Lector, paullo ante scribi *veteranarum ita uti supra; sed* in Bongars. primo, Petav. Egmond. Gottorp. et Voſſ. tertio; non *se*. Quod itidem conſtructionem reddit ſanam. Quin etiam *sed* iſtud a Caeſare relictum putem; *τὰ* autem *ita uti* vel *ut supra*, marginalem suſpicor eſſe gloſſam, ortam ex verbis c. 22. *Copias in proximum collem subducit; aciem instruit*. Verum et Gr. interpres habet *ἐπάνω ἑαυτῦ*. In Bongars. tert. legitur *itaque supra*.

*Ipsi conf. acie*,] Interpunge, *ipsi*, *conf. acie rejecto etc.* Ac sic Graecus. DAVIS.

*Suo*] MS. Vossii *suo equo*.

inpedimenta in unum locum contulerunt. ipsi, con- 5
fertiſsima acie rejecto [a] noſtro equitatu, phalange
facta, sub primam noſtram aciem ſucceſſerunt.

XXV. Caesar, primum suo, deinde omnium ex 1
conſpectu remotis equis, ut, aequato [b] omnium pe-
riculo, spem fugae tolleret, cohortatus ſuos, proe- 39
lium commiſit. Milites, e loco superiore pilis mis- 2
sis, facile hostium phalangem [c] perfregerunt. ea
disjecta, gladiis [d] deſtrictis, in eos inpetum fece-
runt. Gallis magno ad pugnam erat inpedimento, 3

VARIAE LECTIONES.

a *a nos. exercitu* Leid. pr. *equitu* Bong. pr. a m. pr. fors pro *equite*. b *omnium* vulgo deeſt. c *Praefregerunt* Voſſ. tert. d *diſtrictis* vulgo.

Quod a Caeſaris perſpicuitate non abhorret. CLARK. At mihi mera videtur gloſſa. Nec enim temere inculcanda sunt tot, quot alii verba temere ejiciunt. Certe non hoc loco: cum codex, qui eſt Voſsii ſecundus, recentioris aetatis sit.

*Omnium e conspectu remotis equis*] Voces *e conspectu* omnes viri docti delendas cenſent. Anonymus tamen, *equis autem omnibus*, ait *non dimissis modo, sed e conspectu abductis*. Graecus simpliciter ἐκ ποδῶν ποιησάμενος. VOSS. Has voces delendas cenſent *P. Ciacconius* aliique, quos secutus eſt in ſua editione *Jos. Scaliger*; sed immerito, ut mihi quidem videtur: nam non modo eas legit *Julius Celsus*, (Vide l. 1. p. 28. ed. Lond.) verum etiam in pugna difficili ita se gerere solitus eſt Caeſar. *Frontinus* Strateg. 2, 8, 13. *D. Julius ad Mundam suis referentibus pedem, equum suum abduci* a conſpectu suo *jussit*. Nec hoc novum fuit Strategema; simili enim uſum fuiſſe Catilinam tradit *Sallustius* Bell. Catil. c. 59. DAVIS. *Ex conspectu* ſcripsi vetuſtiorum magno numero membranarum fide pro *e consp.* quae voces apud Frontinum a nonnullis Codd. exſulant, ut ibi monui.

*Aequato periculo*] MSS. omnes et Editt. Vett. *aequato omnium periculo*. Gr. Interpr. ἴσου ἅμα πᾶσιν ὄντος τοῦ κινδύνου. Cur vocem *omnium* omiſerint *Scaliger* et Recentiores, nihil cauſae eſt; nisi quod eadem vox paulo ante praeceſſit. Id quod Caeſari non inuſitatum. CLARK. Mei quoque ad unum omnes Codices *τὸ omnium* agnoſcunt: quare cum Clarkio revocavi.

*E loco superiore pilis missis*] Urſinus et Ciacconius legunt *emissis* fruſtra. *Mittere* pro *emittere*, uſurpatum probis autoribus. Sic *radicem*, *fructus*, *folia mittere*, Columella et Plinius dixerunt. Et Livius, *qui vocem liberam pro rep. mittere auderet*. Sic Seneca Agamem. Act. 3. sc. 1. *Sua quisque mittunt tela, et infesti fretum E-*

quod, pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et conligatis, quum ferrum se [a] inflexisset, neque evellere, neque, sinistra inpedita, satis com-
4 mode pugnare poterant; multi ut, diu jactato brachio, praeoptarent [b] scutum manu emittere, et nu-
5 do corpore pugnare. Tandem, vulneribus [c] defessi, et pedem referre, et, [d] quod mons suberat cir-
6 citer M. passuum, eo se recipere coeperunt. Capto monte, et succedentibus nostris, Boji, et Tulingi,

VARIAE LECTIONES.

a *inflixisset* B. pr. sec. Pet. Pal. Voss. 3. Leid. pr. tert. E. G. Dorv. et Ed. Inc. *influxisset* L. sec. Sed Gr. αἰχμῆς ἐγκαμφθείσης. b *scuta* B. sec. *scuta e* B. pr. c *defossi* Ed. Inc. d *quo* L. tert.

*moliuntur*. Etiam Hirtius de Bello Gall. 8, 14. *Unde tormento missa tela in hostium cuneos conjici possent*. VOSS. Vide ad 5, 44. *Pilum in hostes mittit*.

*Gladiis districtis*] Bongars. primus, Vossianus pr. Leid. pr. Egm. *destrictis*. Vere, ut scribendum esse ubique monuere passim viri docti. Infra id aliquoties occurret, ut 7, 12. 8, 23. B. Civ. 1, 46. 47. 75. Adi Gronov. ad Livii 27, 13. et quae congessimus ad Lucan. 7, 313. *Saevum destringere ferrum*. Eadem orthographia restituenda Lactantio ex antiquissimo Codice Bononiensi 1, 21. *Utraque manu destrictos gladios exserentes*, non *dis*, et Appulejo e MSS. pluribus in locis.

*Sinistra inpedita*] Quae tenebat scuta pilis transfixa. De utrisque armis vide *Just. Lipsium* Mil. Rom. l. 2. Diall. 2. et 4. DAVIS.

*Latere aperto*] A dextro latere, quod clypeis non tegebatur. V. *Silium* Italicum 2, 78. IDEM.

*Circumvenire*] MSS. et Edd. Vett. *circumvenere*. CLARK. Sic etiam uno consensu nostri omnes, quare reposui. Sine copula autem Edd. primae aliaeque Vett. *id consp.* sed in MSS. omnium omnibus comparet. Fors fuerit *ut id* vel *id ut* etc. *coeperunt*, *Romani c.* sic melius cohaerebunt.

*Conversa signa tripartito intulerunt*] Optime. Licet Carrio Antiq. Lect. 3, 2. contendat, *bipartito* in VV. CC. inveniri et retinendum esse. Caussam addit, quia duae acies idem faciebant, tertia aliud. Nihilo magis movet me Graecus, qui διχῇ transtulit. Ubique enim Caesar tripartitam fere aciem se habuisse dicit. Sic 5, 10. *Postridie ejus diei, mane, tripartito milites equitesque in expeditionem misit*. Et 6, 6. *Caesar partitis copiis cum C. Fabio legato, et M. Crasso quaestore, celeriterque effectis pontibus, tripartito adiit*. Sed maxime huc faciunt verba sub finem hujus libri: *Acieque triplici in-*

lingi, qui hominum milibus [a] circiter xv agmen hostium claudebant, et noviſſimis praeſidio erant, [b] ex itinere noſtros latere [c] aperto [d] adgressi, circumvenere: et id conſpicati Helvetii, qui in montem sese receperant, rurſus inſtare, et proelium redintegrare coeperunt. Romani conversa signa [e] bi- 7
partito intulerunt: prima, ac ſecunda acies, ut victis, ac submotis reſiſteret; tertia, ut venientes exciperet.

VARIAE LECTIONES.

a *circiter* deeſt in Lov. Dorv. Edd. Rom. Med. Ven. b *ex* non visitur in E. c *apertos* L. pr. d *adgressi* carent Pal. Dorv. Edd. R. M. V. et vulgo *circumvenire*. e vulgo *tripartito*.

*structa, ad eum locum venit, primam et secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire jussit.* Cur ergo et hic non mutat, *acie duplici instructa?* VOSS. Recte, ut videtur, receptam lectionem adverſus *Lud. Carrionem* tuetur *Vossius*. Eſt tamen aliud, quod ſcrupulum movet; quomodo videlicet ab iis, qui victis ac submotis reſiſtebant, *conversa* eſſe signa dicerentur, cum jam ante recta ad eos fuerint lata. In acie enim convertuntur signa, quando mota ac ferri jam coepta, in aliam partem feruntur, ut docet *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* 3, 54. Quod tamen hic non accidit. Quandoquidem igitur Metaphraſtes, MS. *Brant.* et editt. *Rom. Ven. Beroald.* vocem *conversa* non exhibeant, delendam arbitror, licet non negarim, hanc locutionem tertiae aciei, quae venientes excipiebat, probe convenire; primae vero ac ſecundae non item. DAVIS. *Conversa* non reperitur quoque in MSS. Lovan. Palat. Leid. sec. Duker. Dorvill. Reg. nec in Ed. Mediol. Veneta, aliisque; delendumque etiam cenſet Brantius, a qua ſententia neque ego alienus ſum, quamquam potius retineo; ita ut *bipartito* non ad *conversa*, ſed ſolummodo ad *intulerunt* referam. *Bipartito* inquam. Haec enim eſt antiqua lectio, quam perperam loci hujus ſenſum non bene capiens Hotomannus, probante Voſſio, mutavit in *tripartito*. quod inveni in ſolo Voſſiano primo pro Glossa. Ceteri MSS. omnes tum mei, tum aliorum *bipartito* vel *bipartita*, ut eſt in recentioribus nonnullis, *partita* Carrar. Habuit quidem Caeſar triplicem aciem, ſed non ideo signa tripliciter intulit. Nam prima et ſecunda acies inmota manſit, et inſtitit victis ac submotis. Tertia convertit se, et a tergo venientes ſuſtinuit Bojos. Signa ergo duas in partes inlata, non in tres; licet triplex fuerit acies. Certe mihi nullam difficultatem hic locus habere videtur. Accedit Graecus interpres, qui vertit διχῇ: nam malo exemplo Daviſius in sua editione tacitus exhibuit τριχῇ. Quod factum nollem. Vide etiam, si tanti eſt, Dionem l. 38. p. 80. qui licet alio deſcribens modo

1 XXVI. Ita, ancipiti proelio, diu atque acriter pugnatum eſt. Diutius quum noſtrorum [a] inpetus ſuſtinere non poſſent; alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad inpedimenta [b] et car-
2 ros suos se contulerunt: nam hoc toto proelio,
41 quum ab [c] hora septima [d] ad veſperum pugnatum
3 sit, [e] averſum hoſtem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad inpedimenta pugnatum eſt:

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *nostr. impetum sust.* Leid. pr. *q. sustin. n. p. nostros.* b *et ad* c. Reg. ut alibi saepe repetit praepositionem auctor. V. supra, et ad 2, 10. c *Hora diei* Edd. Rom. Med. Ven. d vulgo *ad vesperam.* e *adversum* MSS. 12.

noſtram tamen confirmat ſententiam. Ceterum cur malim *bipartito*, quam *bipartita*, docere poſſunt notae Celeb. Graevii ad Cicer. Catil. 3, 2. *In proximis villis ita bipartito fuerunt, ut Tiberis inter eos et pons interesset.* Ovid. Rem. Am. 443. *Secta bipartitò mens.* Infra 5, 32. *Conlocatis insidiis bipartito.* 6, 6. *Adit tripartito:* ubi male in quibusdam *tr. exercitu.* 7, 67. *equitatum tripartito divisum.* uti et 8, 33. Liv. 4, 59. *tripartito discessere.* Temere autem Ciaccon. ut Gloſſam, delet τὸ *bipartito.*

*Exciperet*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii *sustineret.* CLARK. Vulgatum reperitur in Edd. Rom. Mediol. Veneta aliisque, et teſtatur Hotomannus, id in suo exſtare Codice, et in Oxon. margine Cl. Waſſe. et, ni fallor, exſtat in Andino. Verum in ceterorum Interpretum meisque MSS. omnibus, et Ed. Incerta, Aldi, Stephani, ac plerisque vetuſtioribus exaratur *sustineret.* Quod tamen recipere non auſim, non tam, quia mox *sustinere* ſequitur; hoc enim non inſolens in Caeſare; ſed quia alterum elegantius eſt, quam ut a librariis profectum credam; notatque, *impetum eorum sustineret.* Nam male Carrio Ant. lect. 3, 2. et Brantius huc adferunt locum Salluſtii ex Hiſt. 3. *Quia Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant; prima, quae fonte venientes exciperet.* Eo enim loco agitur de dolo et fraudibus, quibus incauti opprimuntur, metaphora quidem a venatione deducta; ubi ferae aeque *excipi* dicuntur, quae fraude capiuntur, quam quae vi et venabulo conficiuntur. Vide Cel. Burm. ad Phaedr. F. 11, 6. *Fugientes ipse exciperet.* et infra 6, 28. *Uri mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt.* V. et ad 7, 28. B. Civ. 1, 79. Hic sola vis intelligitur, ut apud Nepot. Chabr. c. 1. *inpetum excipere hostium docuit*, et infra c. 52. Rectius adduxiſſent Senecam de ira 1, 11. *Venator cum et fugientes persequitur et venientes excipit:* ubi de feris dicitur, quod hic in militibus deſcribit Caeſar. B. C. 1, 58. *nostros eludebant, inpetusque eorum excipiebant.* 3, 92. *Ut Caesaris*

propterea quod pro vallo carros objecerant, et e loco superiore in nostros venientes tela conjiciebant, et nonnulli inter carros rotasque, mataras ac tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant. Diu 4
quum esset pugnatum, inpedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis [a] filia, atque unus
[b] e filiis captus est. Ex eo proelio circiter milia 5
hominum cxxx superfuerunt: eaque tota nocte con-

VARIAE LECTIONES.

a *filiae* And. Voss. pr. sec. b *ex f.* MSS. 4.

*inpetum exciperent.* et ita saepe Livius.

*Ancipiti proelio*] Dubio Marte, adeo ut nescirent, in quam partem se inclinaret victoria. Sic locutus est *Curtius* 8, 2, 16. Fieri etiam potest, ut hoc proelium dicatur *anceps*, quod duobus in locis pugnaretur. Vide *Corn. Nepotis* Themist. c. 3. et Datam. c. 7. DAVIS.

*Diutius*] Ciacconius nullo adjuvante MSto conjicit *demum*.

*Nostrorum inpetum sustinere*] Primo MSS. *sustinere nostr. inp.* quo ordine recte etiam nonnulli ediderunt. Dein *inpetus* tredecim vetustiores cum Ed. Incerta. Bene, quippe Caesar intelligit bipartitos inpetus, consuevitque saepius hanc vocem in plurali adhibere. c. 52. *Germani inpetus gladiorum exceperunt.* 7, 29. *repentinos hostium inpetus sustinere possent.* c. 80. *equitum inpetus sustinerent.* Sic MSS. 8, 19. *Qui sustinuerant primos inpetus insidiarum.* B. C. 1, 26. et 40. *Magnos inpetus legionum equitatusque sustinet.* et sic passim Livius. Vide Cl. Drakenb. ad 1, 4, 9. *Inpetus facere.*

*Ad vesperam*] Sic etiam Ed. princeps, Mediol. Ven. et e veteri libro legi vult Ursinus, quem Scaliger sequentesque secuti sunt. Sed Manutius et Hotomannus bene olim monuere, in suis esse *Vesperum;* quod aeque Latinum esse, et a Caesare alibi usurpatum docent. Immo id ego non solum in plerisque Edd. sed et in MSS. fere cunctis inveni: quare reposui eorum auctoritatem secutus. c. 50. *usque ad vesperum.* B. Civ. 1, 3. *Misso ad vesperum senatu.* B. G. 2, 33. 5, 58. 7, 60. B. Civ. 1, 42. B. Afric. c. 52. *sub vesperum.*

*Mataras*] Sic diserte MS. *Norvic.* cum in aliis Codd. scriptis, ut et antiquioribus impressis legamus *Mazaras et tragulas.* Quam mendam primus sustulit *Joan. Rhellicanus*, quem secuti sunt editores nuperi. DAVIS. Consule interpretes hic et ad Livium 7, 24. *laevo humero matari prope trajecto.* ac Casaub. ad Strab. p. 301. Ed. Amst. *Mataras* confirmant optimi quique Codd. Bongars. pr. Petav. Oxon. Cujacian. Scalig. Vossian. prim. Leid. pr. sec. Egm. Gottorp. cum Ed. Incerta. Alii etiam quatuor *t* agnoscunt pro *z*.

*Subjiciebant*] Ciacconius et Ursinus legunt *abjiciebant.* Frustra. Subjicere Caesar dixit, quia

tinenter ierunt: [a] nullam partem noctis itinere intermiſſo, in fines Lingonum die IV pervenerunt, quum et propter vulnera militum, et propter ſepulturam occiſorum, noſtri [b] triduum morati, eos ſe-
6 qui non potuiſſent. Caeſar ad [c] Lingonas litteras, nunciosque miſit, ne eos frumento, neve alia re juvarent: qui si juviſſent, se eodem loco, [d] quo Helvetios, habiturum. Ipſe, triduo intermiſſo, cum omnibus copiis eos ſequi coepit.

1 XXVII. Helvetii, omnium rerum inopia addu-
2 cti, legatos de deditione ad eum miſerunt. qui quum
4a eum in itinere conveniſſent, ſeque ad [e] pedes pro-

VARIAE LECTIONES.

a *nulla parte* MSS. 3. recentiores et Edd. qdd. male. dein *die quarta* B. pr. b *in triduum* Pet. c Sic B. pr. sec. V. pr. L. pr. Lovan. aliique, non *Lingones*. d vulgo additur *illos*. e *pedes ejus* L. pr. E.

non, ut ſolitum, ſupra currus, velut ex vallo jaculabantur, sed sub curribus, rotas inter, ut ipſe Caeſar ait. Rectiſſime Graecus, *μεταξὺ τῶν δ' ἁρμάτων καὶ τῶν τροχῶν, παλτὰ πολλὰ καὶ ξυστὰ ὑπαφίεσαν*. VOSSIUS. Lucan. 7, 574. *Ipse manu subicit gladios*. ubi vide.

*Eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere int.*] Quae haec *ταυτολογία*, et scabrities? Num iſta in Caeſare ferenda? Quid enim si *tota nocte continenter ivisse* eos ſcripſerat, an potuit credere auctor, aliquem tamen putaturum fuiſſe, eos partem noctis intermiſiſſe. Ineptiſſimum hoc foret. Aut an intelligit, illos per tot dies et noctes fugiſſe, nullum noctium tempus intermiſſo itinere? Hoc humana ferre nequit natura, quamquam ita cepiſſe videtur Celſus, qui ait, *irrequieti et insomnes*. An ergo de die quieviſſe vult, et per noctem modo fugiſſe? Nec hoc veriſimile eſt, neque fert Juliani ſtyli perſpicuitas. Quare fere hic Grutero accedo, qui Gloſſam intruſam eſſe ſuſpicatur, ſcribendumque, *eaque*, ſcilicet hominum millia, *nullam partem noctis itinere intermisso etc.* Neque aliter Graecus Interpres: *ὅλην τὴν νύκτα τὴν ὁδὸν οὐ διαλείποντες ἐπορεύοντο, καὶ ἐν τῇ τῶν Λιγγόνων τεταρταῖοι ἀφίκοντο.* Quaecumque autem ſuſpecta habeas, certe retinenda, *nullam partem noctis*. nam et ita alibi noſter 3, 12. *Haec eo facilius magnam partem aestatis faciebant*: ubi vide Hotom. et Brant. ad 4, 1. et plura de hoc accuſativo ad 5, 35.

*Loco illos*] In MSS. Reg. Eliens. et Voſſii deeſt haec vox. Nullo aut ſenſus, aut Latinitatis detrimento. CLARK. Vetuſtiores

jecissent, subpliciterque locuti, [a] flentes pacem pe-
tissent, atque eos in eo loco, quo tum essent,
[b] suum adventum exspectare jussisset, paruerunt. Eo 3
postquam Caesar pervenit, obsides, arma, servos,
qui ad eos [c] perfugissent, poposcit. Dum ea con- 4
quiruntur, et conferuntur, nocte intermissa, circi-
ter hominum milia VI ejus pagi, qui [d] Urbigenus adpellatur, sive timore perterriti, ne, armis traditis, subplicio adficerentur, sive spe salutis inducti, quod, in tanta multitudine dediticiorum, suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent; prima nocte, e castris Helvetiorum

VARIAE LECTIONES.

a *pac. fl.* L. pr. In E. deest *flentes*. b *se exsp.* L. pr. c *profugissent* Edd. Rom. Med. Ven. d Sic Lov. Ox. Pal. 1. 2. Duk. Dorv. Edd. Rom. Med. aliaeque. Ceteri MSS. et Edd. Inc. Ven. etc. *Verbigenus*, *Virbigenus*, *Verbiginius*.

quique, numero tredecim, et Ursini, Brutique Codd. cum Ed. incerta particulam hanc ignorant, quare delevi. Mallet etiam Cl. Wasse delere τὸ *qui* ante, *si jussissent*.

*Atque eos* ] Scilicet Caesar. de quo Nominativo omisso adi ad B. G. 4, 3. Hirt. B. Afric. c. 64. Hinc cave, ne temere mutes in *isque eos*. ut conjecit doctissimus, et elegantissimi ingenii vir ac poëtica arte generisque splendore illustris B. Huidekoper in Belg. libro elaboratissimo: *Proeve van Tael en Dichtkunde* p. 389.

*Nocte intermissa* ] Interposita. *Francisco* quidem *Hotomanno* mira videtur haec loquendi ratio, quae tamen *Caesari* est familiaris. Sic 6, 9. *Intermissis paucis diebus*. Vide et B. C. 3, 58. Vim vocis non intellexit Metaphrastes, qui habet: *μιᾶς νυκτὸς πρὸς τὸ ταῦτα διαπράττεσθαι διαλειπούσης*. DAVIS. Vide ad 4, 13. c. 34. *brevi tempore intermisso*. 4, 11. *temporibus intermissis*. 5, 35. *intermisso spatio*, et saepe.

*Qui Urbigenus appellatur* ] Sic legendum, non *Verbigenus*. Adi *Phil. Cluverium* Germ. 2, 4. et *Christ. Cellarium* Geog. Ant. 2, 3. pagg. 175, 176. ed. Cantab. IDEM.

*Prima nocte* ] Sic MSS. et pleraeque e vett. Editt. Nonnullae enim, quas secuti sunt *Scaliger* aliique, habent *prima noctis vigilia*; quae voces cum orae Codicum essent adlitae, ut paullo obscurior loquendi modus explicaretur; tandem, ut fit, veram lectionem loco suo deturbarunt. Hoc modo locutus est *Noster*, cum alibi, tum B. C. 3, 75. *Inpedimenta omnia silentio* prima nocte *ex castris Apolloniam praemisit*. Insignis est hanc in rem locus *Corn. Nepotis* in Eumen. c. 9. IDEM.

egressi, ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt.

1 XXVIII. Quod ubi Caesar [a] resciit, quorum per fines ierant, his, uti conquirerent, et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit; redu-
2 ctos in hostium numero habuit: reliquos omnes,
43 obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem
3 accepit. Helvetios, [b] Tulingos, [c] Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reverti jussit; et, quod, omnibus [d] fructibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut iis frumenti copiam facerent: ipsos oppida, vicosque,

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *rescivit*. *consciit* L. tert. Ed. Inc. b *Tulinges* MSS. 4. c Sic h. loco plerique. *Latobicos* E. *Latobricos* B. sec. *Latobictos* Pet. *Latobrices* B. tert. *Lacobrigos* Ed. Steph. aliaeque. V. ad c. 5. et 29. d vulgo *frugibus*. MSS. 3. et Ed. Inc. carent hac voce.

Sic MSS. Eliens. et Vossii. Sanamque esse hanc et elegantem Lectionem, allatis exemplis ostendit *Davisius*. MS. Reg. (*primâ horâ noctis*.) Edit. Romana, et Scaligeri, aliaeque, (*primâ noctis vigiliâ*.) Quorum utrumque, interpretamentum est. CLARK. *Primo vespere* B. Civ. 2, 43. *Prima luce* 1, 22. B. G. 2, 2. 5, 23. 31. et sexcenties. Sed videndum tamen, an haec lectionum varietas non doceat nos, locum esse corruptum. nam *noctis vigilia* est etiam in Palat. et Ed. Gryphii aliisque. at Dorvill. *prima noctis*. Quod verum puto per ellipsin *τȣ hora*. Vide Sanctii Min. 4, 4. p. 587. B. Civ. 1, 20. *prima vesperi*. Sic enim MSS. non *vespera*. [Etiam Hirt. B. Afr. c. 49. *circiter vigilia secunda noctis*. item c. 67. Auct. B. Hisp. c. 11. Et saepius Appulejus. ut lib. 3. init. l. 8. p. 163. Ed. Pric. l. 2. init. *circa primam fere noctis vigiliam*. Nihilominus *noctis vigilia* hic corruptum putem.]

*C. rescivit*] MSS. omnes, praeter unum alterumque recentiorem, et Edd. primae *resciit*. Vere. Ovid. Metam. 2, 424. *Aut si rescierit*. Nepos Dat. c. 2. *Ea, quid ageretur, resciit*. Paus. c. 3. *Lacedaemonii rescierunt*. Ita MS. Leid. *non resciver*. et sic legendum ex MSS. plerisque in Alcib. c. 11. *in illo laudando conscierunt*. cujus glossa est vulgatum *consenserunt*. Liv. 1, 32. *Populus senatusque censuit, consensit, conscivit*. prave olim puer admodum margini adleveram *desierunt*. Idem *desciit* pro *descivit* in Dat. c. 7. et noster infra c. 32. e MSS. *quaesiit*.

*Ierant*] Sic MSS. et Editi. Ciacconius legendum censet, *irent*.

quos incenderant, [a] restituere jussit. Id [b] ea maxime ratione [c] fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare; ne propter bonitatem agrorum, Germani, qui trans Rhenum incolunt, [d] e suis finibus in Helvetiorum fines transirent; et finitimi Galliae provinciae, Allobrogibusque essent. 4
Bojos, petentibus Aeduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut [e] in finibus suis conlocarent, concessit: quibus illi agros [f] dederunt; [g] quosque postea in parem juris libertatisque conditionem, [h] atque ipsi erant, receperunt. 5

VARIAE LECTIONES.

a *restaurare* L. pr. Scalig. male. b *ea* deest Voss. pr. c *effecit* Pet. d Praep. *e* abest a B. pr. sec. Pet. Voss. pr. sec. L. pr. a. sec. B. tert. *ex* Pal. e *in* deest L. pr. f *contulerunt* E. g *eosque* Reg. L. sec. et Edd. quaedam. *quos* L. pr. Sc. h *prout* Voss. sec. *atque ut* Egm.

Sed nihil opus. Poterat enim Caesar imperare iis, non modo quorum per fines *irent* Helvetii, sed et quorum per fines *ierant*, uti *conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent.* Quinimo istud *conquirere*, magis est eorum, quorum per fines *ierant*, quam quorum per fines *irent*. CLARK.

*Latobrigos*] Addit Petavianus *Rauracos;* qui et ab auctore recensentur cap. 5. *Persuadent Rauracis, Tulingis et Latobrigis etc.* Graecus tamen Interpres quoque illos hic omittit.

*Frugibus amissis*] Antiquissimi et integerrimi Codices Bongars. prim. secund. Petavian. nec non Egmondan. exhibent *fructibus.* Eleganter. Solet enim haec vox usurpari de frugibus, et toto agrorum reditu. Vide Broukh. ad Tibull. 1, 1, 35. *Non ego divitias patrum, fructusque requiro, Quos tulit antiquo condita messis avo.* Livius 2, 5. *Seges farris; quem campi fructum quia religiosum erat consumere.* Frontin. 2, 11. in f. *pro fructibus locorum, quae vallo comprehendebat.* Unde non temere mutandum censeo, sed defendendum Ovid. ex Ponto 1, 4, 14. *Fructibus adsiduis lassa senescit humus.* ubi Heinsius e 2. MSS. malebat *frugibus.* Quin potius emenda Lactantium 7, 3. *Frugiferos campos paludes inundaverint.* nam veterrimae Bononienses membranae habent *fructiferos.* Contra passim occurrunt *arbores frugiferae.* Eadem varietas De ira Dei c. 13. *Utitur terra ad percipiendam frugum varietatem.* MS. Bonon. *fructuum.*

*Restituere jussit*] Reaedificare. *Corn. Nepos* Timoth. c. 4. *Quos avus Conon muros ex hostium praeda restituerat.* Vide et Pelopid. c. 4. DAVIS.

1 XXIX. In castris Helvetiorum tabulae repertae
44 sunt litteris Graecis confectae, et ad Caesarem
[a] relatae; quibus in tabulis nominatim ratio confe-
cta erat, qui numerus domo [b] exisset eorum, qui
arma ferre possent; et item separatim pueri, [c] se-
2 nes, mulieresque. Quarum omnium rerum summa
erat, capitum Helvetiorum milia CCLXIII, Tulingo-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *perlatae*. *delatae* MS. Brant. b *exissent* L. pr. c *senesque ac mulieres* Ed. Inc.

*Bojos, petentibus Aeduis, quod egregia virtute erant cogniti*] Vocem hanc alii, et in sua quoque editione Scaliger omisit. An non simile illud Taciti, *quamvis nullius flagitii compertum.* VOSS.

*Quod egregia virtute erant cogniti*] Ita omnes MSS. praeter *Faërn.* et editi usque ad *Scaligerum*, qui ultimam vocem temere prorsus et inconsulte expunxit. *Phaedrus* Fab. 1, 10. *Quicunque turpi fraude semel innotuit.* Idem Fab. 5, 5. *Scurram* dicit esse *notum urbano sale*, qui facetiis et ingenii elegantia erat nobilitatus. DAVIS. *Propertius* Eleg. 2, 22, 38. — *admisso notus adulterio*, ubi Cl. *Broukhusius* frustra mavult *admissi adulterii. Tacitus* Annal. 13, 6. *Burrum tamen et Senecam multarum rerum* experientia cognitos. Idem 15, 53. *Pisonem* notum amore *uxoris* dixit. Iterum Hist. 4, 81. *quidam* oculorum tabe notus *genua ejus advolvitur. Spartianus* in Severo c. 7. *Quod ad se occidendum Julianus* notos ducum caedibus *misisset.* Vide sis eundem in Pescennio Nigro c. 2. *Vopiscum* in Aureliano c. 18. *Ovidium* Metam. 1, 198. et *Lucanum* 6, 585. IDEM. *Cur. Sec. Cogniti* optime vindicatum a Davisio agnoscunt etiam MSS. Clarkii, meique omnes. Hinc *virtutis nobilitas* 8, 45. quod non tentare debuerat Davisius. Appul. l. 9. p. 283. Ed. Fl. *fidelitate praecipua cognitum.*

*In parem juris libertatisque conditionem, atque ipsi* etc.] Satis sana haec videntur. neque ego inmutandi prurito afficior. Monendum tamen oportet, in Bongars. pr. sec. Lovan. et cunctis Leidensibus, Vossianis, Egmund. Gottorp. Duker. Dorvill. et Edd. primis scribi *in partem juris.* praeterea *conditione* reperiri in Bong. pr. Voss. pr. sec. Leid. sec. tert. Lovan. Dorvill. et iisdem Editis. In Voss. pr. a manu pr. *libertatemque.* Quasi fuerit olim: *in partem j. l. conditione ea, atque ipsi e., receperunt.* Sic dicitur *in partem praedae, honoris* et similia.

*Litteris Graecis*] Consule Comment. Summus Scaliger in Epist. 16. censet, quosdam edoctos esse litteras Graecas a Massiliensibus, et hanc summam Graece perscripsisse clanculum, ne reliquis Gallis et finitimis nota esset.

*Perlatae*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edd. Vett. *relatae.* Quod idem est. CLARK. Cum in nullo meorum vulgatum *perlatae*

rum milia xxxvi, [a] Latobrigorum xiv, Rauracorum xxiii, Bojorum xxxii. ex his, qui arma ferre [b] poſſent, ad milia xcii. [c] Summa [d] omnium fuerunt ad 3
milia ccclxviii. Eorum, qui domum redierunt, cenſu habito, ut Caeſar imperaverat, repertus eſt numerus milium c et x.

XXX. Bello Helvetiorum confecto, totius fere 1

VARIAE LECTIONES.

a *Latobrigum* B. tert. *Latobicorum* Pet. *Latobringorum* G. b *non possent et item separatim pueri*, *ad m.* Ed. Med. c *summe* B. pr. a m. pr. d *omni* Ed. Inc. dein *fuerat* Ed. Dav. *fuerant* aliae.

invenerim, iſtud ejeci, et *relatae* MStorum auctoritate repoſui.

*Pueri* etc.] Eruditiſſimus Wopkens Lect. Tull. p. 187. perpendendum proponit, an non exciderit Relativum *qui*. Ego id non temere intrudam contra MSS. simplex ſenſus eſt: *quibus in tabulis nominatim erant pueri* etc. Porro in MSS. numeri more solito vehementer turbati sunt, cumque ex illis nihil certi eruendum sit, taediosis nugis me teque remorari nolui.

*Capitum Helvetiorum* etc.] In recenſendis Gallorum copiis variant Hiſtorici. Vide *Strabonem* Geogr. l. 4. p. 193. *Plutarchum* in Caeſare p. 716. *Appianum* in Celtic. et *Polyaenum* Stratag. 8, 23, 3. Forte tamen haec diverſitas Librariis eſt tribuenda, cum in notis numerorum deſcribendis paſſim erraverint. DAVIS. ex Caſaub. ad Strab. locum p. 294. Ed. Amſt.

*Summa omnium fuerant ad millia* ccclxviii.] Valde variant autores, Strabo, Appianus, Plutarchus, Polyaenus, Oroſius. Caeſaris tamen numerum retinet Anonymus Celsi exſcriptor, saepe memoratus nobis, et memorandus. Id modo dixero, infra, ubi Caeſar ait CX millia in patriam reverſa, Hottomannum legere cxx millia. Sed Anonymus, quem dixi, ita inquit: *Caesar Helvetiis in potestatem redactis, lustrum condi fecit, in quo capita non nisi* cx *millia sunt inventa. Unde facile numerus colligitur vel caesorum, vel in bello consumtorum; simulque illud apparet, ex his qui noctu e proelio fugere, praeter illa* vi *millia, quae ad Caesarem ex itinere retracta memoravimus*, xiv *millia vel vulneribus, vel lassitudine, vel aliis, quos bellum fert, casibus, periisse.* Quare Hottomanni conjecturam, ut audacem, rejicimus. VOSS. V. Titium Contr. 1, 18.

*Fuerat*] MS. Reg. *fuerant*. MSS. Eliens. et Voſſii, et Edit. Rom. *fuerunt*. CLARK. Operarum credo vitio irrepsit in Davis. Ed. *fuerat*. Nam vulgatae Edd. habent *fuerant*, et omnes ante Ursin. et Scaliger. *fuerunt*; quod eſt in MSS. longe plurimis et optimis. Egm. et Oxon. *fuerat*. Leid. prim. *suorum*. Juſtin. 9, 5. *summa auxiliorum* cc *milia peditum fuere.*

Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem
2 gratulatum convenerunt. Intellegere sese, [a] tametsi, pro veteribus Helvetiorum injuriis [b] populi Romani, ab iis poenas bello [c] repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae, quam [d] populi
3 Romani accidisse: propterea quod eo consilio, florentissimis rebus, domos suas Helvetii reliquissent, [e] uti toti Galliae bellum inferrent, imperioque potirentur, locumque domicilio ex magna copia [f] deligerent, quem ex omni Gallia obportunissimum ac

VARIAE LECTIONES.

a *jam etsi* MS. Ursin. V. pr. Egm. Lov. et Edd. Rom. Inc. male. V. ad 5, 34. b vulgo *populus R.* c *recepisset* Pet. d *populo* Pet. E. e Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *ut.* f *diligerent* Ed. Inc. *delegerint* Leid. pr.

*Domum redierunt*] Ita quidem Petav. Egm. et Duker. Verum ceteri MSS. omnes cum Ed. Inc. *domo;* et Bongars. pr. *de domo*, Oxon. *in domo.* An *domos* refcribendum, quale mendum sustulimus etiam in Frontino 2, 7, 7. *Domos remisit?* an *denuo?* V. etiam 6, 8.

*Helvetiorum injuriis, populus R.* etc.] MSS. et Edd. aliquot *po. Ro.* Sed Bongars. prim. sec. Andinus, Oxoniens. Vossiani omnes, Egmond. Gottorp. Leidens. tertius et Ed. Incerta *populi Romani.* Verissime, quare reposui. Nam delenda distinctio. *Helvetiorum injuriae populi Romani*, quibus populum Romanum affecerunt. Recte igitur Graecus interpres: σου τοῖς Ἐλβητίοις, ἀνθ' ὧν τὸ πάλαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκάκωσαν, νῦν πολέμῳ δίκην ἐπιθέντος. *Repetisset* enim ad Caesarem pertinet, cui ea de caussa gratulabantur, non populo Romano. Duo Genitivi reguntur ab uno substantivo varia significatione. Cujus locutionis ignorantia hic omnes Editores fefellit. Innumera tamen ejus exempla jam adduxerunt Gronov. ad Livium 34, 26. Sanctius in Minerva 2, 3. et ibidem Perizon. p. 177. Et qui non? Plures enumerat doctiss. juvenis A. V. Staveren ad Nepot. Epam. c. 5. *Agamemnonis belli gloriam consecutus.* atque ita legit celeb. Duker. in Livii praef. *Ea belli gloria est populi Romani.* ubi vide. Curtius 8, 6. *Castigandi verberibus eos nullius potestas praeter ipsum erat.* quae verba varie a viris doctis tentantur. Apud nostrum autem nihil est frequentius. 2, 17. *Eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta.* 3, 8. *Hujus civitatis auctoritas omnis orae maritimae.* Hirt. in praef. l. 8. *Caesaris commentarios rerum gestarum Galliae.* In eodem c. 40. nunc haec elegantia est corrupta; ubi legendum docebimus: *Quorum omnis multitudo aquatorum.* Et cum voce *injuria* B. Civ. 1, 7. *Omnium temporum*

fructuoſiſſimum judicaſſent, reliquasque civitates
ſtipendiarias haberent. Petierunt, uti sibi [a] conci- 4
lium totius Galliae in diem certam [b] indicere, id-
que Caeſaris voluntate [c] facere liceret; sese habere
quasdam res, quas [d] ex communi [e] conſenſu ab eo
petere vellent. Ea re permiſſa, diem [f] concilio 5
[g] conſtituerunt, et jurejurando, ne quis enuncia-
ret, nisi quibus communi [h] consilio mandatum es-
set, inter se sanxerunt.

XXXI. Eo concilio dimiſſo, iidem principes ci- 1

VARIAE LECTIONES.

a *consilium* MSS. et Edd. nonnulli, ut et mox. b *indiceret* Lov. L. pr. a m. sec. et 4. alii cum Edd. pp. *indicerent* Edd. Med. Ven. c *faceret: sese* Oxon. d Sic MSS. et Ed. Inc. vulgo *e*. e *conseſsu* MS. Urs. f *concilium* B. pr. g *statuerunt* V. pr. sec. Duk. h *concilio* B. pr. a m. pr.

*injurias inimicorum.* Gellius 9, 12. *Injurias dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt.* Ita *suas injurias* pro sibi inlatas dixit 7, 38. ac B. Civ. 3, 110. *Vim suorum* (i. e. suis inlatam) *defendebant;* ubi vide Davis. Liv. 2, 55. *queruntur injurias suas, vim plebis.* Valer. Max. 6, 1, 1. *Cum Lucretia injuriam suam in consilio necessariorum deplorasset.* Immo B. Civ. 1, 7. *Imperatoris et Tribunorum pl. injurias defendere*, et B. Alex. c. 70. *provinciarum injurias* et *injurias civium Romanorum*, quae iis inlatae sunt. Liv. 1, 14. *Expiarentur legatorum injuriae.* Vide etiam c. 13. ibid.

*Terrae Galliae*] Id eſt terrae Gallicae expedire. Sic Hirtius de Bell. Afric. c. 3. *Namque nullum portum terrae Africae* etc. Salluſt. in Fragm. l. 4. hiſt. *duae Galliae mulieres*, pro Gallicae. Agellius Noct. Att. 3, 7. 8. et 10. *terram Siciliam, Italiam, Galliam* dixit. DAVIS.

*Qui antefuerant*] Haec verba *Ciacconio* videntur superflua, eorumque ultimum uncis inclusit *Jos. Scaliger*, et poſt eum editores nuperi, utpote qui illud rectius abeſſe cenſebant. *Gabriel* autem *Faernus* ex conjectura legit, *qui ante iverant.* At vero omnes graviter falluntur. Iis fucum fecit vitioſa interpunctio, quam, si animum adtenderant, facile sustuliſſent. Hunc igitur locum sic diſtingue, *Iidem principes civitatis, qui ante fuerant ad Caesarem, reverterunt.* Sic locutus eſt *Cicero* ad Attic. ep. 10, 16. *Dionysius* ad me fuit *bene mane*, id eſt, apud me. *Julius Celsus* Vit. Caes. p. 71. ed. Lond. *Ad eos vero moram trahens*, ubi *J. G. Graevius* repoſuit *apud eos*, sed absque cauſa sontica, ut ex allatis manifeſtum eſt. DAVIS. Hanc locutionem satis illuſtravit Cl. Salmasius ad

46 vitatum, qui ante fuerant ad Caesarem, [a] reverterunt, petieruntque, uti sibi secreto [b] in occulto
2 de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re inpetrata, sese omnes [c] flentes [d] Caesari ad pedes projecerunt: *Non minus se id contendere, et laborare, ne ea, quae dixissent, enunciarentur, quam, uti [e] ea, quae vellent, inpetrarent:* propter-

VARIAE LECTIONES.

a *reversi sunt* L. pr. V. pr. in Marg. b vulgo hae 2. voces desunt. c *gentes* B. pr. d *Caesaris* Edd. qdd. male. e *ea* deest in L. pr. a m. pr.

Tertullianum de Pallio c.4. IDEM. *Cur. sec.* Recte hic reprehendit vir Doctissimus, *Joh. Davisius*, *Ciacconium*, *Faërnum*, et *Scaligerum;* qui vocabulum [*fuerant*,] immerito suspectam habent. Haeret tamen et ipse, sine causa. Quod enim vitiosam interpunctionem causatur, quae eos fefellerit; atque hoc modo legendum contendit, [*qui ante fuerant ad Caesarem, reverterunt*:] quanquam hoc aeque latinum quidem est, at nihil tamen mutato opus. Quam enim recte dicitur, (ut dicitur quidem rectissime,) *qui ante fuerant ad Caesarem, reverterunt* [scilicet *ad Caesarem*;] tam recte dici potest, *qui ante fuerant* [scilicet *ad Caesarem*,] *ad Caesarem reverterunt.* Nec fere minus usitatum est, Antecedentem in praecedenti parte commatis subticeri, quam in sequenti. Paullo infra: *Neque conferendum esse Gallicum* [scilicet *agrum*,] *cum Germanorum agro.* CLARK. Licet perinde sit; alterum tamen elegantius: quare Davisii hic judicium secutus sum. Nam et Terent. Heaut. 5, 2, 26. *esse ad sororem.* et alibi ipse Caesar ita loquitur. sic B. G. 3, 9. *Quod nomen ad omnes nationes sanctum est*: nam male vulgo ibi *apud* legi videbimus: quo loco plura congerimus. Corruptum etiam est 6, 38. *Primum pilum ad Caesarem duxerat.* Sic enim MSS. non *apud.* et alibi. Adde, quae congessit Cl. Drakenb. ad Liv. 7, 7, 4.

*Uti sibi secreto*] MSS. *Brant.* et *Norv.* cum edit. *Lipsiana* aliisque habent, *uti sibi secreto. in occulto.* Nonnullae autem, *uti sibi secreto et occulto*, vel *et in occulto.* Patet quidem, aut hanc vocem aut illam esse Glossema: utri vero hoc contigerit, non ita manifestum. Voces *in occulto* deleverunt *Faernus* et *Scaliger*, quibus praeivit editio *Romana* A. D. 1472. Mihi autem fit verosimile, locum hunc ita esse legendum: *uti sibi in occulto* etc. idque gravibus, ni fallor, de causis. I. Hoc modo loqui amat *Caesar.* Hujusce libri c. 32. *Quod soli nec* in occulto *quidem queri, nec auxilium implorare auderent.* Et B. G. 2, 18. *Hostes* in occulto *sese continebant.* Sic et alibi. II. Haec loquendi ratio altera est obscurior, ac proinde nequit haberi glossematis suspecta; is enim erat Librariorum mos, ut phrases difficiliores fa-

*ed quod, si enunciatum esset,* [a] *summum in cru-*
*ciatum se venturos viderent.* [b] Locutus est pro his 3
Divitiacus Aeduus: *Galliae totius factiones esse*
*duas: harum alterius principatum tenere Aeduos,*
*alterius* [c] *Arvernos. Hi quum tantopere de potentatu* 4
*inter se multos annos contenderent, factum* [d] *esse,* 47
*uti ab Arvernis, Sequanisque Germani* [e] *mercede ar-*

VARIAE LECTIONES.

a *summum* exsulat a Pal. Dorv. b *locutusque* V. tert. G. Ed. Inc. *est* non legitur in Oxon. Lovan. Duk. Dorv. c *Avernos*, *Alvernos* MSS. quidam hic et deinceps. d *est* Pal. Duk. Dorv. Ed. Rom. male. V. ad c. 7. e carent hac voce MSS. 2. et Ed. Rom.

ciilioribus explicarent, non vice versa. DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, aliique: *Secreto in occulto*. Quorum aut hoc, aut illud, e margine irrepsit. CLARK. De compacto agunt interpretes: dum extruserunt voces *in occulto*. Quas constanter servant cuncti mei Codices numero ad viginti, et Editiones Mediol. Incerta, ceteraeque antiquae; vel *et occ.* in Veneta. Quod vero Cl. Davisius ob adductas ab ipso caussas *τὸ secreto* mallet ejicere, frustra est. Nam licet *in occulto* saepe dicat auctor, uti etiam 6, 35. 7, 27. 35. B. C. 1, 41. *secreto* saepius etiam adhibuit. supra c. 18. *Secreto ab aliis quaerit*. B. C. 1, 19. *cum suis secreto conloqueretur*. 3, 60. *illos secreto castigavit*. Curt. 10, 1, 29. *Reus in secreto agitatur*. Utrumque ergo cum rectum sit, et *secreto* et *in occulto*, (quod nequaquam priori est obscurius, et passim ab historicis usurpatur,) ille, cui verosimile non est, a Caesare utrumque simul adhibitum esse, aliud quaerat oportet. Et forsan non longe, nam veterrimus ille Bongarsianus pr. suggerit, *Secro in occulto*. unde non faciendum erat *secreto*, sed *sacro in occulto*, id est, in templi seu sacelli cujusdam abdito vel adyto. Ita enim ipse *τὸ occultum* explicat Caesar B. Civ. 3, 105. *In occultis ac remotis templi, quae Graeci ἄδυτα appellant*. Ut verum tamen fatear, primo credidi *τὸ occulto* esse corruptum, et vel legendum, *secreto in alloquio* seu *colloquio*, ut diserte habet Celsus, vel potius *sacro* seu *secreto in adyto*. Certe talibus in locis arcana fidei peragi solita fuisse quis nescit? Commodum succurrit Curtii locus 6, 7. ubi res agitur in Alexandri castris: *remotis arbitris cum juvene secessit in templum, arcana se et silenda adferre praefatus*. Gallos insuper et affines populos arcana consilia iniisse semper *sacrato in luco*, abunde e nostro, Tacito, aliisque constat. At nunc potius nihil mutari, aut deleri velim; *secreto, in occulto* lector ita capiat, ut prius ad auditum, posterius ad visum referatur, petierintque, ut remoti non solum ab auditu aliorum, sive tacite; sed etiam occulte in loco secreto, remotis arbitris loqui cum eo possint. Eo sensu jungit Cicero pro Mil. c. 6. *tacitas*

5 *cesserentur. Horum* [a] *primo circiter milia* [b] xv *Rhenum transisse: posteaquam agros, et cultum, et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent,* [c] *transductos plures: nunc esse* [d] *in Gallia*
6 [e] *ad* c *et* xx [f] *milium numerum: cum his Aeduos, eorumque* [g] *clientes semel atque iterum armis contendisse, magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equi-*
7 *tatum amisisse. Quibus proeliis calamitatibusque*
48 *fractos, qui et sua virtute, et populi Romani* [h] *hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissi-*

VARIAE LECTIONES.

a *primum* B. pr. b *XII* vel *duodecim* MSS. 3. et Edd. Rom. Med. Ven. *XVI* Duk. sed v. Gr. Interp. c MSS. et Edd. Vett. *traductos.* d *in Galliam* L. pr. non male. e *ad* deest in Oxon. f *milia* V. sec. g *ditionis homines* MSS. Carr. et 4 recentes, et Edd. qdd. Vett. e Glossa. h *auspicio* Duk. pro Var. l. V. sec. et B. tert.

*et occultas assensiones*, id est, quas nemo audit nec videt, vel scit. Et ita, Exempli Gratia, *secreto* consulit senatus, non vero *in occulto.* Alii jungunt etiam, *tacitum secretum, arcana secreti.* Vide Pric. ad Appulej. l. 3. Met. p. 53.

*De potentatu*] Vox est paulo rarior, quam tamen non refugerunt optimi Scriptores. *Livius* 26, 38. *Aemulo* potentatus *inimicus rem Annibali aperit. Lactantius* Div. Instit. 6, 17. *Opes istas et honores et* potentatus, *et regna ipsa condemnet.* Eodem verbo usi sunt *Arnobius*, *et Cyprianus*, ut ostendit *Joan. Meursius* Crit. Arnob. 1, 13. p. 24. DAVIS. Haec notula sub Davisii nomine reperitur in Ed. Lugd. Bat. A. 1713. sed in Anglica non comparet.

*Uti ab Arvernis Sequanisque Germani*] Anonymus ab utrisque stipendiarios Germanos adhibitos esse narrat, nimirum tam ab Arvernis, quam Aeduis, et subdit: *Quamobrem qui illos* (Germanos) *evocaverant Aedui, auxiliorum nimietate perterriti, cum poenitere jam coepisset incepti, finibusque illos pellere tentassent, multis fracti proeliis, nobilitatem fere omnem, senatumque, et equitatum miserandis ac variis amiserant cladibus.* Sed errare eum manifeste Caesar ostendit. VOSSIUS.

*Arcesserentur*] Ita fide optimarum et plurimarum membranarum semper in Caesare, sicuti in aliis auctoribus factum est, exhiberi pro *accers.* curavi. In duobus Codd. est *arcessarentur.* In Leidensi primo et tertio cum

*mos civitatis, et jurejurando civitatem* [a] *obstringere,
sese neque obsides repetituros, neque auxilium a po-
pulo Romano inploraturos, neque recusaturos, quo
minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio es-
sent: unum* [b] *se esse ex omni civitate Aeduorum,* 8
*qui adduci non potuerit, ut juraret, aut liberos suos
obsides daret. Ob eam rem se ex civitate profugisse,* 9
*et Romam ad Senatum venisse, auxilium postula-
tum, quod solus neque jurejurando, neque obsidi-
bus teneretur. Sed pejus victoribus Sequanis, quam* 10
*Aeduis victis accidisse: propterea quod Ariovistus,
rex Germanorum, in eorum finibus consedisset,*

VARIAE LECTIONES.

a *adstringere* Ed. Rom. sed v. ad B. C. 1, 11. Dein *se neque* Faern. b *sese* Edd. Rom. Med. Ven. deest B. sec. Lov. G. V. tert.

Ed. Incerta *arcessirentur.* Quae variatio in MSS. Caesaris praesertim, et quidem illo Leidensi primo, passim occurrit. 2, 20. 3, 9. *arcessiunt.* c. 23. et B. C. 1, 3. *arcessiuntur.* 5, 11. etiam in vulgaribus Edd. *arcessiri jubet.* ubi vide et Cellar. Cort. ad Sall. Jug. c. 84. et saepius. Vide etiam 7, 6. B. Civ. 3, 110. B. Afric. c. 12. A. van Staveren ad Nep. Attic. c. 21. Item quae jam notavimus ad Frontin. 1, 9, 3. *videbantur arcessiri*, et 2, 7, 4. *ultro a Syphace arcessiretur.* Adde MSS. Curtii 7, 6, 4. 8, 13, 25. *Ut ex periculo gloriam arcesserent.* Sic MSS. praeter tres, in quibus *arcessirent.* Vulgo, *et arcessentes.* Et innumeris aliis locis; unde patet, non solum reperiri Infinitivum quartae conjugationis, sed et alios modos, et non ab *arcesso* deducendum esse, sed ab antiquo verbo *arcessio.* Clariss. tamen Drakenb. ad Livium 3, 45, 3. putat Infinitivum *arcessire* esse nihili, et a librariis intrusum, quia in praeterito habet *ivi*: cum tamen *capesso*, *lacesso*, etiam *ivi* dent, licet sint tertiae conjugationis omnibus in modis.

*Et copias Gallorum homines feri*] *Copiae* pro exercitu in plurali numero plerumque, in singulari de abundantia usurpatur. Sed nec raro contra. Sic pro exercitu, Maro: — *quae me circum sit copia lustro.* Et passim Caesar. In plurali, pro facultatibus, et frumento, talibusque Caesar 4, 4. *Reliquam partem hyemis se eorum copiis aluerunt.* Item Tacitus Annal. 1, 68. *Nocte demum reversae legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.* Et saepe alii autores. DAVIS. Item 2, 46. *domesticae copiae rei frumentariae.* V. etiam Rhellic. et me ad Frontin. 2, 1, 18. Cl. Duker. ad

*tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset, et nunc de altera parte tertia Sequanos* [a] *decedere juberet; propterea quod, paucis mensibus ante, Harudum milia hominum* XXIV *ad eum venissent; quibus locus ac sedes* [b] *pa-*
11 *rarentur. Futurum esse paucis annis, uti omnes* [c] *ex Galliae finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse*

VARIAE LECTIONES.

a *discedere* V. tert. Ed. Ino. b *pararetur* MSS. 2. c Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *e*.

Flor. 4, 2, 39. *omnibus copiis abundarent*: Viros Doctos ad Val. Max. 4, 8. Ext. 3. *parvulis copiis excipere*: Davis. ad Hirt. B. Afric. c. 36. *copiae conserventur.*

*Romam ad Senatum venisse, auxilium postulatum*] Sed infecta re, rediit, ut docet *noster* B. G. 6, 12. Ejusdem etiam adventus meminit *Cicero* de Divin. 1, 41. ex quo liquet, Divitiacum hunc, unum fuisse e Druidis. DAVIS.

*Harudum millia hominum* XXIV] Nihil dicunt Ciacconius et Ursinus, cum vocem *hominum* expungunt. Proba est probis autoribus usurpata locutio. Sic Gellius dixit *homines Poeni*. Idem in argumento 8, 13. *Qupsones, quod homines Afri dicunt, non esse verbum Poenicum, sed Graecum.* Ubi *Eudones* legendum docet Scal. Phrasis est Hebraeis usitatissima; ut cum dicunt, איש יהודי ô vir Judaeus, et Actor. 8, 27. Lucas simili Phrasi usus ait *ἀνὴρ αἰϑίοψ:* quam Graecam esse asserit Sebast. Pfochenius p. 35. diatribe de puritate Ling. Graecae N. T. et ad demonstrationem adfert *ἀνὴρ ἁλιεὺς, ἀνὴρ βουληφόρος*, aliaque id genus. Sed meo quidem judicio praeter rem, cum hic proprium, illic nihil nisi appellativa sint. VOSS. Merito hic arguit *Vossius Ciacconium* et *Ursinum*, qui vocem [*hominum*] expungendam volebant. Nam, praeterquam quod *Harudes homines* sic dicere potuit *Caesar*, quomodo *Gellius* dixit *homines Poenos* et *homines Afros*; (id quod notavit *Vossius*;) potest et ea quoque esse hujus loci constructio, ut *Harudum millia hominum* XXIV, idem sit quod, *ex Harudibus millia hominum* XXIV. CLARK. V. ad 2, 30. *Hominibus Gallis.*

*Neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro*] Tantum videlicet ei praestabat Gallicus. V. supra c. 28. et B. G. 2, 4. *Ciacconio* autem, mutatis dictionibus, videtur legendum, *Neque enim conferendum esse cum Gallico Germanorum agrum.* Et sane in comparationibus plerumque dicimus, pejora non esse digna, quae cum melioribus contendantur. Sed hic secus est, ut et apud *Ciceronem* Tusc. Quaest. 1, 1. qui

*esse Gallicum* [a] *cum Germanorum agro, neque hanc* 49
*consuetudinem victus cum illa comparandam.* [b] *Ario-* 12
*vistum autem, ut semel Gallorum copias* [c] *proelio vice-*
*rit, quod* [d] *proelium factum sit Admagetobriae, super-*
*be, et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cujusque*
*liberos* [e] *poscere, et in eos omnia exempla* [f] *crucia-*

VARIAE LECTIONES.

a *cum* abest a B. pr. et MS. Ciacc. b *Ariovistus* MSS. 6. et Edd. pp. c *proelio* deest L. pr. et 2. aliis. *vinceret* Egm. d *proelium* exsulat a Petav. male. e *petere* Lov. L. sec. Dorv. Ed. Rom. f vulgo *cruciatus*.

postquam in re militari aliisque nonnullis Romanos Graecis antepOSuit, ita loquitur: *Jam illa quae natura, non litteris, assecuti sunt* (Romani) *neque cum Graecia neque ulla cum gente sunt conferenda*, ob eorum nempe praestantiam. *Ciacconii* igitur emendatio non est necessaria, cum uterque loquendi modus aeque sit commodus. DAVIS. Ineptissimus hic *Ciacconius*, qui hunc locum sic foedat: *neque enim conferendum esse cum Gallico Germanorum agrum*. Quasi vero non *ob praestantiam* aliquid ejusmodi esse possit, quod cum alio, longe utique deteriori,, comparari omnino non debeat. Recentiorum quidem linguarum aliud hodie est Idioma. Sed nimis clemens *Davisius*, qui emendationem istam *Ciaceonii* non necessariam appellat, et utrumque loquendi modum aeque commodum esse concedit. CLARK. Simili locutione Appulej. lib. 7. p. 137. Ed. Pric. *Nescio, an ulli praesentium comparandum*, quia cunctos praestabat.

*Amagetobriae*] Sic hodie edunt: quam ob caussam, non dicunt, nisi quod in Graeco Interprete: ἐν τῇ Ἀμαγετοβριᾳ. Verum ita codicum meorum nullus exhibet; sed omnes constanter addunt litteram *d*, licet in ceteris mire discrepent. *Admagetobriae* itaque reposui; ut est quoque in Vett. Edd. et aliorum MSS. *Admogetobrigae* veterrimi duo Bongarsiani.

*Omnia exempla cruciatus*] Docet *J. M. Brutus*, *MS. Carrar.* et impressum *Florent.* habere, *omnia exempla cruciatusque*. Idem dicendum de MS. *Norvic.* et antiquissimis editt. *Rom.* et *Ven.* nec mihi dubium videtur, quin haec lectio a *Caesaris* manu fluxerit; *exempla* enim gravissimas poenas denotant. *Plautus* Captiv. 3, 5, 33. *Quando ego te exemplis excruciavero pessimis*. A. Gellius N. A. 6, 4. *Regulum Tubero in Historiis rediisse Carthaginem, novisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit. Poenitio* nempe, ut ait idem 6, 14. *propter exemplum est necessaria: — Idcirco veteres quoque nostri* exempla pro maximis gravissimisque poenis *dicebant*. De re ipsa vide *Platonem* in Gorgia p. 323. ed. Lugd. cujus verba, pauculis mutatis, repetit *Suidas* v. Πλάτων. DAVIS. MSS. plerique et Edd. Vett. (*omnia exempla* cruciatusque *edere.*) Quae lectio quin et a Caesaris manu fluxerit, dubitari

*tusque edere, si qua res non ad nutum, aut* [a] *ad*
13 *voluntatem ejus facta sit. Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse ejus* [b] *imperia*
14 *diutius sustineri: nisi* [c] *si quid in Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciundum, quod Helvetii* [d] *fecerint, ut domo emigrent; aliud domicilium, alias sedes, remotas a Germanis, petant; fortunamque, quaecumque accidat, experiantur.*
15 *Haec si* [e] *enunciata Ariovisto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud* [f] *eum sint, gravissimum subplicium sumat;*
16 *Caesarem vel auctoritate sua atque exercitus, vel*

VARIAE LECTIONES.

a *ad* deest L. pr. *voluptatem* Ed. Elz. *factum* Lov. Dorv. b *imperium* Reg. L. sec. c vulgo deest *si*. d Sic B. pr. sec. Pet. V. pr. et alii cum Edd. Vett. vulgo *fecerunt*. *Helvetiis fecerit* Pal. Dorv. paullo ante *id* L. pr. et *faciundum* scripsi e L. sec. V. ad 2, 6. e *anunciata A. fuerant* L. pr. f *ipsum* L. pr.

non debere existimat Davisius. *Exempla* enim *gravissimas poenas* denotare. Et sane vocabulum *exempla* eo intellectu apud optimos Auctores occurrere, verissimum est. Quanquam in illis, quae citat Vir doctissimus, locis (*ego te* exemplis *excruciavero pessimis*;) et, (*novis* exemplorum *modis excruciatum*;) non isto plane significatu usurpatur id vocabulum; quippe cum verbo [*excruciare*] conjunctum, quod verbum ipsum utique in se complectitur *Poenarum* notionem. Sed fatendum tamen, (ut diximus, *Exempla* simpliciter pro *Cruciatibus* usurpari posse; recteque id dici posse, *exempla edere*, quod est *gravissimis poenis cruciatibusque afficere*. At vero si, [*EXEMPLA edere*,] Latine dicere licet; non utique et, [*CRUCIATUS edere*;] neque, [*exempla cruciatusque edere*;] sed (*exempla* cruciatus *edere*,) optime. Quae proinde vera est Lectio; neque altera illa a Caesaris manu fluere potuit. CLARK. Non permovet me Cl. Clarkius, quin MStorum auctoritatem sequar, quos et plerique Editores, tam primi, quam posteriores, in quibus Aldus, Stephanus, Gryphius, expresserunt. Mei enim omnes MSS. si forte Egmundanum excipias, *cruciatusque* edunt. Nec video, cur minus *edere cruciatus* dicere liceat, quam *edere ludos*, *pugnam* apud alios, *edere clades* apud Lucan. 3, 680. et Tac. Ann. 16, 16. *Edere caedem* apud Livium, Justinum, Frontinum, etc. Hoc sensu enim ponitur pro exhibere, instituere, facere, quomodo et *facere exempla* saepius occurrit. Elegans autem in hanc rem Donati locus est

[a] *recenti victoria, vel nomine populi Romani deterrere posse, ne major multitudo Germanorum Rhenum* [b] *transducatur, Galliamque omnem ab Ariovisti injuria posse defendere.*

XXXII. Hac oratione [c] ab Divitiaco habita, o- 1
mnes, qui aderant, magno fletu auxilium a Cae-
sare petere coeperunt. Animadvertit Caesar, [d] unos 2
ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere,
quas ceteri facerent; sed tristes, capite demisso,
terram intueri. Ejus rei caussa quae esset, miratus,
ex ipsis quaesiit [e]. Nihil Sequani respondere, sed
in eadem [f] tristitia taciti [g] permanere. Quum ab 5

VARIAE LECTIONES.

a *recentibus victoriis* B. tert. b al. *trad. reducatur* Lov. et 3. alii cum Ed. Inc. c *ab.* sic MSS. potiores magno numero, et Edd. pp. non *a.* d *Unus* MSS. fere omnes et Ed. Inc. *unum* B. tert. e *quaesivit* vulgo. f *tristis p.* Edd. Rom. Med. g *permansere* B. pr. sec. L. pr. sec.

ad Terent. Eun. 5, 6, 22. *Uterque in te exempla edent:* id est, *nova et mira tormenta, quae pro exemplis narrentur.* ubi *exempla* videmus explicari per *tormenta*, ut hoc loco Caesar perspicuitatis, cujus adeo amans fuit, gratia per vocem *cruciatus*: quod et in plurali extulit 5, 56. *omnibus cruciatibus adfectus.* sic statim *ad nutum, aut ad voluntatem*, et millia similia, quae temere alii aliquando delere voluerunt. *Certamen* et *contentio* 5, 44. Adde ad 7, 30. *patienda et perferenda*, et 8, 18. et saepissime.

*Sustineri*] MS. Reg. Eliens. et Edit Rom. *sustinere.* Aeque Latine. Nisi quod illud (*sustinere*) cum sit minus vulgaris locutio, verisimile sit, ut sit verior lectio, neque ex *sustineri* mutata. CLARK. *Sustinere* ex meis habeat Codices 10, inque iis veterrimi, item Leidensis prim. et Voss. prim. a manu secunda, et Ed. incerta. Quod tamen admitti non posse, putem, nisi vel *se* post *posse* addas vel subintelligas.

*Nisi quid*] MSS. et Editt. Vett. eleganter *nisi si quid.* Quod a Scaligero et recentioribus cur mutatum, equidem non video. CLARK. Non hoc mutavit Scaliger. nam *si* non comparet in Edd. Rom. Ven. Mediol. Vasc. Gryph. Stephani, et plerisque. Nihilominus agnoscunt hanc particulam Bongars. prim. sec. Petav. Voss. prim. Lovan. et quinque vel sex alii, verissime, Quomodo saepe Terentius, et alii. Nepos Att. c. 13. *Nisi si quid vetustate coactus est.* Cicero ad Fam. 14, 2. *Nisi si quis ad me plura scripsit.* Vide Nic. Heins. ad Ovid. Ep. Her. 4, 111. *nisi si manifesta negamus*, et Col.

iis ſaepius quaereret, neque ullam omnino vocem
3 exprimere poſſet; idem Divitiacus Aeduus reſpon-
4 dit: *Hoc esse miseriorem, gravioremque fortunam Sequanorum, quam* [a] *reliquorum; quod soli* [b] *ne in occulto quidem queri, neque auxilium* [c] *inplorare auderent; absentisque Ariovisti crudelitatem,* [d] *ve-*

VARIAE LECTIONES.

a *ceterorum* G. Ed. Inc. b Sic MSS. uno alteroque e recentioribus excepto, et Edd. pleraeque Vett. ut c. 37. et paſſim. uti et ſtatim *neque* MSS. vulgo *nec, nec.* c *ferre* V. pr. a m. pr. d *veluti* E. *velud* MSS. qdd.

Burmannum ad Quinctilianum 3, 10. et alibi. Duk. ad Flor. 4, 7. *Nisi si hoc quoque ex persuasione defuit.* Nec obſtet, quod hic subjunctivo jungatur: nam ita quoque in Ovidio, Columella, Cicerone occurrere, docent exempla ab Heinſio prolata. Vide etiam ad 6, 16.

*Unos ex omnibus Sequanos*] Incredibile videtur *Fr. Hotomanno*, Sequanos, qui diuturna bella cum Aeduis geſſerant, et Arioviſtum ſubsidio evocarant, in illo Aeduorum concilio interfuiſſe, et de Arioviſto expellendo Caeſarem rogaſſe. At, cum Sequani non minus, imo magis, quam Aedui, ab Arioviſto opprimerentur, facile fieri potuit, ut in gratiam cum Aeduis redierint, amborumque Principes ad Caeſarem confugerint, quo eos a communi calamitate liberaret. Apparet certe ex c. 35. Sequanos Aeduis obſides fuiſſe reddituros, nisi ab Arioviſto eſſent impediti. DAVIS.

*Quaesivit*] Bongars. pr. sec. Petav. Lov. Voſſian. pr. ſec. Oxon. Egmond. et 4. alii *quaesiit.* Quod a Caeſaris manu eſſe nullus dubito. Sic supra habuimus c. 28. *resciit.* Sic etiam MSS. Plinii, et Appul. Adi Cort. ad Plin. Ep. 2, 14, 11.

*Exprimere posset*] In MSS. nonnullis recentioribus et multis Editis, etiam R. Stephani, eſt *possent.* Male, nisi cum Bongars. tert. ſcribas *expromere. Expromit* vocem, qui loquitur; *Exprimit*, qui loqui cogit, et verba extorquet. licet saepe haec in Codd. confundantur. V. ad Lucan. 1, 360. Cicero Ep. ad Attic. 2, 21. *Multa cum seditiosissime diceret, vocem exprimere non potuit.* Phaedr. 5, 5, 33. *Et cum dolore vocem naturae exprimit.* Ita *exprimere laetitiam* B. Alex. c. 56. *gemitum, indignationem*, aliaeque, apud Phaedr. 4, 19, 22. Vell. 2, 19. quibus locis conſule Gronovium, Heinſium, Burmannum, et ſocerum ad Valer. Max. 3, 1, 2. *Expressa est itaque illa vox homini.* Sic enim legendum eſſe docet quoque Cod. Harlem.

*Graviоremque fortunam*] MSS. Reg. et Eliens. et Edit. Rom. *miseriorem fortunam et graviorem.* CLARK. *fort. et gr.* Dorvill. quoque et Ed. Mediol. ac Ven. Ceterum solus Dukeri Cod. ex meis servat a Scaligero ceterisque vulgatum *graviоremque*, quomodo Faërnum legiſſe ex veteribus libris ait Urſinus: noſtri cum Edd. vett. habent *et graviorem*: nisi quod Voſſ. sec. non habeat *et.* Gruterus suo more

*lut si coram adesset, horrerent: propterea quod reliquis tamen fugae facultas daretur; Sequanis vero, qui intra* [a] *fines suos Ariovistum* [b] *recepissent,* [c] *quorum oppida* [d] *omnia in potestate ejus essent, omnes cruciatus essent perferendi.*

XXXIII. His rebus cognitis, Caesar Gallorum

VARIAE LECTIONES.

a *fores* Pet. b *receperunt* Duk. c *quorumque* MS. Ciacc. et Reg. cum Metaphr. rectius forsan. d *omnium* Edd. Rom. Med. Ven.

glossam esse opinatur *τὰ miseriorem et.* cur non *et graviorem*? Utrumque, ut supra, retineo.

*Quam reliquorum.* ] Oxon. Cod. *prae r.* sc. fortuna. Quomodo cum comparativo non raro jungitur. V. Sanctium in Minerva 4, 7. p. 681, 682.

*Quod reliquis tamen fugae etc.* ] Sic MSS. Reg. et Eliens. et Edit. Romana. Al. [*quod reliquis tantum fugae etc.* ] MS. Vossii unus exhibet, *tantum;* alius, *tanta.* Vera Lectio est, *tamen.* Et est elegans ἀποσιώπησις. [*quod reliquis*, si Ariovistum expellere non poterant, at *fugae tamen facultas* etc.] Vide infra ad 8, 19. et *de Bello Civ.* 1, 64. CLARK. Ita jam olim Faërnus, Manutius, Hotomannus cum MSS. et Edd. primis legerunt. Male Ferrarius, Gryphius, Brantiusque ex hoc vel illo codice substituere conati sunt *tantum*, quod ex meis Bong. duo, Leid. pr. Scalig. et Voss. sec. agnoscunt; uti in hisce voculis variatur passim. Adi notata ad Frontin. 1, 1, 4. *Nihil nuncio respondit: Tamen virga* etc. Gronov. ad Liv. 33, 19. Et sic lege e MSS. in Appulejo l. 3. Met. p. 57. et l. 5. p. 91. Hic vero in Vossiano primo legitur *tanta*, et in Carrariensi ac Dukeriano *tuta.* quod prae ceteris mihi arridet. *tuta fuga* frequens est locutio. *tuta fugae* apud Lucan. l. 6. *tutum iter* B. G. 5, 27.

*Sequanis vero — omnes cruciatus essent perferendi* ] *Jac. Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. p. 139. hunc locum ita laudat: *Sequanis vero omnes cruciatus esset perferendum.* Sed cum omnes Codd. vulgatam lectionem exhibeant, memoria lapsum crediderim virum eruditum. DAVIS.

*Beneficio suo*] Caesar nimirum suo consulatu fecerat, ut Rex atque amicus a Senatu Rom. appellaretur, cum neque aditum, neque caussam postulandi justam haberet. Vide c. 35. 42. et 43. nec non *Dionem* l. 38. p. 81. DAVIS.

*Temperaturos* ] MSS. plerique *obtemperaturos.* Corrupte. CLARK. Mei omnes agnoscunt *τὸ obtemp.* Nihilominus cum Ciacconio, Hotomanno, Brantio, ac Lambino praefero simplex. quod servarunt Edd. Romana, Mediol. Veneta, et R. Stephani. Adi praeter nostri Interpretes Lambin. ad Horat. Od. 3, 24. *Matre carentibus Privignis mulier temperat innocens.* et Cort. ad Sallust. B. Cat. c. 11. *Victoriae temperarent;* ubi eadem confusio. Ciaccon. ex Taciti Ann. 3,

animos verbis confirmavit: pollicitusque eſt, sibi eam rem curae [a] futuram: magnam se habere spem, et beneficio suo, et auctoritate adductum Ariovi-
2 stum, finem injuriis facturum. Hac oratione habita, concilium dimisit. Et [b] secundum ea multae res eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam et suscipiendam putaret: inprimis, quod Aeduos, fratres consanguineosque saepenumero a senatu adpellatos,
52 in [c] servitute atque in [d] ditione videbat Germanorum teneri; eorumque obsides eſſe apud Arioviſtum, ac Sequanos intellegebat: quod in tanto imperio populi Romani turpiſſimum sibi [e] et Reipublicae
3 [f] eſſe arbitrabatur. Paullatim autem Germanos consuescere Rhenum transire, et in Galliam magnam

VARIAE LECTIONES.

a *futurae* L. pr. b *super ea* V. sec. *eo* B. tert. ſtatim *eum* non habet Pet. *cognoscendam* V. C. Samb. c *servitutem* et *ditionem* E. d *deditione* Cuj. L. pr. V. pr. ſec. *in* deeſt Pet. Lov. V. sec. Dorv. Edd. R. M. V. e *ac* MSS. 4. et Ed. R. M. V. f deeſt in Dorv. et Ed. M. V. bene.

31. citat, *Bebriaci victoriae obtemperassent*. Verum et illic in plerisque Edd. rectius eſt *temperassent*. de hoc verbo cum tertio caſu juncto, plena manu exempla vide apud J. F. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 1, 29.

*Ut ante Cimbri, Teutonique*] Indifferenter *Teutonos* et *Teutones* vocat *Caesar* l. 2. quanquam alii codices ibi habent *Teutonas*. Et l. 7. *Cimbrorum, Teutonumque*. De eorum adventu in Italiam *Eutropius* lib. 4. et 5. Epitome *Liviana* l. 67. et 68. Et *Tacitus* hiſt. l. 4. p. 553. et de moribus German. *Ciaccon*. Vide *Florum* 3, 3. et *Vellejum Paterculum* 2, 12. DAVIS.

*Legatos mitteret*] In Petav. scribitur *pl. ei ad A. l. mittere*. In Palat. eſt *legatum*. Quomodo et Graec. Interp. *ἔπεμψε τινὰ δεησόμενον*. Ex qua discrepantia suspicor veram eſſe scripturam Gottorp. et Voſſ. tert. *ut ad A. mitteret*, ejecta voce *legatos*. Et ita conjecerat olim Gruterus; neque aliter exhibet Ed. Incerta. Immo in Edd. Romana, Mediol. et Veneta non legas quoque illa, *qui ab eo postularent*. Et rectum foret, *placuit ei ad A. mittere, uti aliquem*. nam sic pro vulgato *ut* habent MSS. fere omnes. Vide omnino ad 2, 3. *legatos miserunt, qui dicerent*. ubi MSS. nonnulli non agnoscunt, *qui dicerent*. *Mittere* autem abſolute non solum pro *legatos*, sed et

eorum multitudinem venire, [a] populo Romano pe-
riculoſum videbat: [b] neque ſibi homines feros ac 4
barbaros temperaturos exiſtimabat, quin, quum
omnem Galliam [c] occupassent, ut ante Cimbri,
Teutonique feciſſent, in provinciam exirent, atque
inde in Italiam contenderent; praeſertim quum
[d] Sequanos a provincia noſtra [e] Rhodanus divide-
ret: quibus rebus quam [f] maturrime occurrendum
putabat. Ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, 5
[g] tantam adrogantiam ſumſerat, ut ferendus non
videretur.

XXXIV. Quamobrem placuit ei, ut ad Ariovi- 1
ſtum legatos mitteret, qui ab eo poſtularent, [h] uti
aliquem locum medium [i] utriusque conloquio [k] di-

VARIAE LECTIONES.

a *P. R. periculo* L. tert. Ed. Inc. b *nec* MSS. et Edd. qdd. c MSS. plerique *occupavissent.* d *Secusianos* Ed. R. Steph. e *Rhenus* Pal. Duk. Edd. R. M. V. inepte. f *maturissime* B. tert. g *t. sibi* Egm. h vulgo *ut.* i *utrique colloquii* L. pr. *utrisque* Ciacc. k vulgo *deligeret.*

*nuncium*, *litteras* mittere, jam tironibus notum eſt. 7, 65. *Mittit ad eas civitates.* B. Civ. 2, 20. *Ad Caesarem mittit.* ut et c. 37. *In Siciliam misit.* Ita et *dimittere* vulgo B. Civ. 3, 112. Cicero ad Fam. Ep. 12, 16. *Mitte ad Lupum nostrum, ut is conficiat.* Sed adi Manut. ad l. 2. ad Att. Ep. 2. et ult. Gronov. ad Liv. 8, 21. 32, 29. Graev. ad Cic. ad Att. 3, 19. Juſtin. 5, 3. Comment. ad Phaedr. 1, 2. Cort. ad Sall. Catil. 32. Eadem varietas infra c. 47. 2, 6. 4, 16. 5, 57. 8, 17.

*Deligeret*] More solito multi Codd. *diligeret:* quod hodie ubivis placet quibusdam doctis: sed recte judicat Cl. Dukerus ad Flor. 4, 2, 5. hoc pacto a ſermone Latino exterminandum eſſe verbum *deligere.* Verum hic aliud latet. Nam in MSS. Andino et Oxoniensi eſt *diceret.* Optime pro *constitueret.* Hoc ſenſu *diem dicere* aliquoties Caeſar. Ita supra c. 6. infra c. 42. 5, 27. 57. et alibi saepe, ac paſſim hoc apud alios. Et, ne quid diſſimulem, ita jam ex optimis membranis hunc locum emendavit Gronovius ad Livii 25, 16. *Locum se consciis dixisse.* Sic c. 43. *Eo ut erat dictum ad colloquium venerunt.*

*Summis utriusque rebus*] Quae utrique maximae curae eſſe debebant. Sic Antigono *de summis rebus erat dimicandum*, ut loquitur *Corn. Nepos* Eumen. c. 10. scilicet de regno, aliisque,

ceret: velle sese de Republica et summis utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus respon-
53 dit: *Si quid* [a] *ipsi a Caesare opus* [b] *esset, sese ad eum venturum fuisse: si quid ille* [c] *se velit, il-*
3 *lum ad se venire oportere. Praeterea se neque sine exercitu in eas partes Galliae venire audere, quas*

VARIAE LECTIONES.

a *Ei* L. pr. *sibi* Ed. Inc. b deest G. Ed. Inc. c *a se* Reg. L. sec. V. tert. Duk. et Edd. qdd. male.

de quibus maxime solliciti sunt homines. DAVIS.

*Commeatu*] Quaerere libet, cur *comitatu* reponendum censuerint Ciacconius, et Ursinus. Ait Ariovistus, se ad Caesarem sine exercitu venire non audere, exercitum sine commeatu contrahere non posse. Rectissime. nam opus commeatu in itinere, quid comitatu opus ad contrahendum exercitum? Non capio: neque illos, quid dixerint, cepisse arbitror. VOSSIUS.

*Atque emolumento*] Haec illa vox, quae tot eruditos fatigavit, Ursinum, Ciacconium, Hottomannum, et, ne plures nominem, quicumque Caesarem emendare aggressi sunt. Victorius unus Var. Lect. 22, 10. sustinet, rectam scripturam esse: alii *molimento* reponebant: qua conjectura adeo sibi placet Hottomannus, ut vereatur, ne ex altero eum sumsisse quis credat, quia forte Faerno idem in mentem venerat. Sed Victorio vix argumentum ullum praeter Varronis locum de re rustic. 3, 14. ubi ait: *Neque enim magnum emolumentum esse potest.* Nec incommode locum hunc interpretatur, sed est tamen, cur quis ambigat. et fortassis *emolumentum* pro *operae pretium* acceperit Varro. Ut ut est, sive recte hunc locum pro se allegavit, seu minus, verissima tamen dixit, et certiora, quam forte ipse ratus. Egregius sane Gellii locus 11, 13. et hactenus a nemine observatus: *Admoniti*, inquit, *a Castricio sumus, ut consideraremus, quae vis, quodve emolumentum ejus sententiae sit.* Ubi ne de significatu vocis *emolumenti* ambigas, ipse paullo post subdit: *Inspicite*, inquit, *penitus*, *quid efficiant verba haec.* Venit *emolumenti* vox ab *emolior*, ut cuivis notum. Quod verbum Senecae in Agamemnone 3, 1, 473. usurpatum. Ait enim: *Sua quisque mittunt tela, et infesti fretum Emoliuntur, turbo convolvit mare.* *Fretum emoliri* idem est, quod Maro 1. Aeneid. dixit: — *totumque a sedibus imis Una Eurusque Notusque ruunt.* Id est, commovent e loco suo. Ut *moliri* est movere, quemadmodum *moliri agmen*, *classem*, etc. Igitur *emolumentum* est commotio, ut ita loquar. Itaque mens Ariovisti est. si contrahere exercitum velit, frumentum conquirendum, dimittendos nuncios, qui huc illuc cursitent, militemque convocent, et operae multum insumendum. VOSS. F. *Ursinus*, *Hotomannus*, *Ciacconius*, aliique reponunt *molimento*; cum autem omnes MSS. stent

*Caesar possideret, neque exercitum sine magno*
[a] *commeatu, atque emolimento in unum locum con-*
*trahere posse: sibi autem mirum videri, quid in sua* 4
*Gallia, quam bello vicisset, aut Caesari, aut omni-* 5
*no populo Romano negotii esset.*

XXXV. His responsis ad Caesarem relatis, ite- 1

VARIAE LECTIONES.

a *comitatu* Pet. et MSS. Urs. Vide ad 8, 30.

a vulgata lectione, commoda videtur *P. Victorii* sententia, qui docet, *emolumentum* hic significare, quod operosum est et magnum studium requirit. Sic *Varro* de Re Rust. 3, 14. *Nec de cochleis, et gliribus quaero, quod reliquum est: neque enim magnum* emolumentum *esse potest.* Indicat Romanorum doctissimus, se nolle quempiam occupari in disputatione de cochleis et gliribus, quae reliquae partes erant sermonis ad venationem pertinentis, quia cognitio illarum rerum obscura difficilisque non foret. Hoc apparet ex eo, quod sequitur: *Non istus tam simplex est, inquit Appius, quam tu putas.* Reprehendit enim ille Axium, quod existimet rem illam apertam et proclivem esse, ac non parvas difficultates in illa re recte ordineque tractanda esse declarat. Haec fere Vir doctissimus Var. Lect. 22, 10. Fieri etiam potest, ut haec vox ἐπαμφοτερίζῃ, et jacturam aeque ac commodum significet. Adeatur *Is. Vossius* ad *Catullum* p. 312. At hujus frater *Dionysius* contendit *emolumentum* hic commotionem denotare; quam potestatem ut huic verbo convenire probet, exscribit locum *A. Gellii*, qui extat N. Attic. 11, 13. Sed nihil prorsus ad rem facit; emolumentum enim ibi vult bonam frugem, quae in sententia continetur. DAVIS.

Cum iis, qui *molimento* legunt, inter quos est Brutus, Lambinus ad Cic. pro L. Manil. c. 6. et Giphan. in Obs. L. Lat. p. 139. facit quoque Cellarius, vel potius *emolimento*, ut simpliciter sit compositum pro simplici *molimento.* Recte. Modo statuas perinde esse, an scribas *per* u *an per* i, et prima significatione notare ipsum illud *molimentum* sive molitionem magnae et difficilis rei. Sic *monumentum* et *monimentum* aliaque; quamquam malim per *i*, ut hic est in Voss. tert. Unde miror, tot turbas hic dedisse viros doctos. Consule tu, Lector, Heinsium et praecipue Cl. Burm. ad Vellej. 1, 17. *In studium par et in emolimentum.* Recte Graec. *commeatum* et *emolimentum* vertit μεγάλην δαπάνην καὶ πολλὴν ἀσχολίαν.

*Sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia*] Anonymus: *Proinde fateor me mirari, quid ad Caesarem nostra Germania*, id est, Germani. nam ex Floro haec explicanda, qui ait: *Cum legati dicerent, Veni ad Caesarem. Quis est autem Caesar? et, si vult, veniat, inquit, et quid ad illum, quid agat nostra Germania? non ego me interpono Romanis.* VOSSIUS.

*Relatis*] Sic vulgo edi videas; cum tamen id in nullo invenerim Codice: qui vel habent *legatis*

rum ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit:
2 *Quoniam tanto suo populique Romani beneficio adfectus, (quum* [a] *in consulatu suo rex atque* [b] *amicus a senatu adpellatus* [c] *esset) hanc sibi populoque Romano gratiam referret, ut in conloquium venire invitatus gravaretur, neque de communi re* [d] *dicendum sibi et cognoscendum putaret; haec* [e] *esse, quae ab*
3 *eo postularet: primum, ne quam hominum multitudinem amplius trans Rhenum in Galliam transduceret; deinde obsides, quos haberet ab Aeduis, redderet; Sequanisque permitteret, ut, quos illi ha-*

VARIAE LECTIONES.

a deest praepositio in Oxon. *quando in* Carr. *quin in* Duk. b *am. p. R.* Carr. Duk. c *foret* B. sec. d *discendum* Faern. male. In Andin. et Oxon. desunt *sibi et cogn.* e *itaque ab* Pet.

vel *legatis redeuntibus*, et *red. leg.* quod est in MSS. quinque, sed recentioribus, et Edd. primis, Rom. Med. Ven. vel *delegatis*, quod exaratur in Gottorp. Leid. et Voss. tertio ac Incerta Ed. Latet quid, et forsan olim fuerit *delatis.* quod in *legatis* corruptum tam variantes protulerit lectiones. 4, 26. *mandata deferret* in MSS. multis. V. Doct. ss. juvenem Aug. v. Staveren ad Nepot. Dion. c. 8. *Res elata defertur ad Aristomachen.*

*Si id fecisset.*] MSS. et Editt. Vett. *Si id* ita *fecisset.* Quae et vera Lectio. Gr. Interpr. *καὶ εἰ μὲν ὅτω ποιεῖς.* CLARK. MSSti et veteres editi dant, *si id* ita *fecisset*, eamque lectionem veram judicat Cl. *Clarkius.* At prorsus abundat vox penultima. Non tamen est expungenda, quod post Faernum fecit Scaliger; sed levissima mutatione facta reponendum, *si is* ita *fecisset.* Graecus: *εἰ μὲν ΟΥΤΩ ποιεῖς.* DAVIS. *Cur. sec.* In textum *τὸ ita* revocavi, auctoribus MSS. omnibus: quamquam nil mutandum censeo. Quaeque vox suas habet Veneres. Potius *id* abjicerem. 6, 32. *si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit.* Nepos Alcib. c. 4. *Quo si exisset, ut absentem aggrederentur. Itaque fecerunt.* Sic e MSS. legendum. Ceterum male ibi margini libri olim adscripseram *idque.* Quod nonnemini placuit. In Hirt. B. Alex. c. 70. *si fecisset, jam tunc sibi mitteret dona.*

*Quoniam*] Ante hanc vocem in MSS. omnibus et Editionibus usque ad Plantinianam additur *sese;* et insuper in Leid. pr. Cujac. et Petav. est *scire sese.* In Edd. Vascos. Gryphii, Stephani et Stradae comparet quidem; sed post *defenderet τὸ se* non legitur; quod reciprocum illic quoque abest a Vossiano sec. et Bongars. tert. Nullus ego dubito, quin *sese*, quod suo loco repo-

*berent, voluntate ejus reddere illis liceret; neve Aeduos injuria lacesseret; neve his* [a] *sociisve eorum bellum inferret. Si id* [b] *ita fecisset,* [c] *sibi* [d] *popu-* 4
*loque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram:* [e] *si non* [f] *inpetraret,* [g] *sese (quo-* 5
*niam M. Messala, M. Pisone COSS. Senatus censuisset, uti, quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo Reipublicae facere posset, Aeduos ceterosque amicos populi Romani defenderet,) sese Aeduorum* [h] *injurias non neglecturum.*

VARIAE LECTIONES.

a *sociisque* MSS. et Edd. qdd. dein *ipsorum* MSS. 3 et Edd. primae. b vulgo deest *ita.* c *sui* E. d *populique R.* E. L. pr. tert. *populi Ri* G. V. tert. Ed. Inc. e *si id n.* Edd. Vasc. Steph. Gryph. aliaeque male. V. ad c. 9. f *impetrasset* Carr. Duk. g vulgo abest *sese.* h *injuriam* Edd. R. M. V.

*sui*, repetierit post parenthesin Caesar, hoc modo: *sese (quoniam* etc. *defenderet) sese*, ut est in Voss. tert. vel *se Aed.* etc. Perperam alterutrum extrusit Ursinus, ceterique. Videant acutiores, an certius quid ex MStorum lectione elicere possint. *Scire* videtur e Glossa esse pro *sciret*, vel natum ex *sese.* Sic *scire* in MSS. et Edd. quibusdam additur 5, 41. Easdem autem voculas post inserta alia saepius repeti, aliquoties a Viris doctis animadversum est. V. infra ad 3, 20. c. 22. *Cum* DC. *devotis (quos illi* etc. *cum iis.* 8, 30. *Qua ex fuga quum constaret Drappeten (qui* etc.) *milibus ex fuga conlectis, provinciam petere.* c. 44. *Quum in potestatem venisset Epasnacti Arverni (crebro enim* etc.) *hunc Epasnactus Arvernus.* Immo B. C. 3, 47. *magnam se inopiam perpessos, majorem etiam ad Avaricum, maximarum se gentium victores discessisse.* ubi etiam turbant viri docti. Appulej. l. 1. Metam. *Thessaliam (nam et illic etc.) eam Thessaliam ex negotio petebam, puero unico sequente.* Sic enim legendum e MSS. (V. Colvii Addenda) et Luciani Asino cum Ed. Junt. A. 1522. et Scriverii. Vulgo tres ultimae voces desunt. Adde Davis. ad B. Hisp. c. 35. Cort. ad Plin. Ep. 2, 18. p. 170. Liv. 3, 19, 9.

*M. Pisone*] Ita Glandorpius et Ciacconius emendandum jusserunt: quod secuti sunt sequentes. Bene quidem: cum MSS. et Edd. priores exhibeant *L.* vel *Lucio*, ut factum quoque vidimus c. sec. ubi conjecimus, forsan a Caesare relictum fuisse *Pupio M. Pisone*, cujus conjecturae nondum me poenitet; licet Graecus quoque habeat *Μάρκον.* Hic vero *L.* videntur librarii fecisse ex loco priore, jam corrupto.

*Senatus*] At vero culpa plane non vacavit *Caesar*, cum hoc bellum Ariovisto intulerit, ut de-

1 XXXVI. Ad haec Ariovistus respondit: *Jus esse belli, [a] ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed*
2 *ad suum arbitrium imperare [b] consuesse. Si ipse populo Romano non praescriberet, quemadmodum suo jure uteretur; non oportere sese a populo Ro-*
3 *mano in suo [c] jure inpediri. Aeduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, et armis congressi, ac su-*
4 *perati essent, stipendiarios esse factos. Magnam Caesarem injuriam facere, qui suo adventu vectiga-*
5 *lia sibi deteriora faceret. Aeduis se obsides red-*

VARIAE LECTIONES.

a *ut hi* V. tert. G. b *consuevisse* Carr. Duk. c *jure* deest Carr. Duk. male. paullo ante *sese* pro *se* edidi ex B. pr. et sec.

cet *H. Grotius* de Jure B. et P. 8, 3, 10. DAVIS.

*Quod commodo Reip. facere posset*] De hac formula vide *Brissonium* l. 2. Form. p. 216. IDEM. Infra 6, 33.

*Item populum*] Sic legimus, non *idem*, ut edidit *Scaliger*, quem secuti sunt recentiores. DAVIS. *Itidem*) Sic MS. Vossii. Edit. Romana, et Davisius *item*. MS. Eliensis, Scaliger et Recentiores corrupte, *idem*. CLARK. In nullo Vossiano ego reperi *itidem*. Nam in primo et sec. scribitur *id ē*. sive *id est*: quod habent quoque Bong. pr. et tert. *Idem* inveni in MSS. novem, in quibus Carrar. et Ed. Incerta. Ceteri *item*; nisi quod Cl. Wasse nihil notaverit ex Oxon. Cod. ut videatur ibi exaratum esse *itidem*: ut est etiam in Ed. Elzev. A. 1675. Si id MSto confirmaretur idoneo, amplecterer. Sed c. 43. *Item equites A. pari int. constiterunt.* c. 44. *Sic item nos esse iniquos*; uti scribendum esse illic docemus. 2, 1. *litterisque item Labieni certior fiebat.* Adde c. 13. *Item, quin* etc. c. 21. *item cohortandi caussa.* c. 27. 3, 9. 25. 4, 17. et in seqq. passim. Eadem confusio B. Civ. 3, 28.

*Longe ab his — absfuturum*] Iis minime profuturum, non impediturum, quo minus poenas luant. Locutionis ratio est, quia quae procul absunt, ne minimum quidem auxilium possint subministrare. *Gabriel* tamen *Faërnus*, *F. Ursinus*, *et J. Lipsius* Elect. 2, 19. scribunt *longe his — futurum*: quam emendationem amplectitur *Freinshemius* in Indice ad *Florum*. Sed nihil opus est, ut vulgatam lectionem sollicitemus, nisi forte scribendum sit, omissa praepositione, *longe his — absfuturum*, ut habet MS. *Norv.* cum editis nonnullis. Eo sane modo locuti sunt veteres. *Statius* Theb. 3,

*diturum* [a] *non esse; neque iis, neque eorum sociis* [b] *injuria bellum inlaturum, si in eo manerent, quod,* [c] *convenisset, stipendiumque quotannis* [d] *penderent: si id non fecissent, longe* [e] *iis fraternum nomen populi Romani afuturum.* 66
*Quod sibi Caesar denunciaret, se Aeduorum injurias non neglecturum;* 6
*neminem secum sine sua pernicie contendisse. Quum* 7
*vellet, congrederetur: intellecturum, quid* [f] *invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui* [g] *inter annos* XIV *tectum non subissent, virtute possent.*

XXXVII. [h] Haec eodem tempore Caesari mandata referebantur; et legati ab Aeduis et [i] a Trevi- 1

VARIAE LECTIONES.

a *minime neque* etc. B. tert. b *injuriis* L. pr. abest a B. tert. c *convenissent* male MSS. et Edd. qdd. d *non p.* B. tert. Dorv. *impenderent* L. sec. e Vulgo *ab his* etc. *absfuturum. illis* L. pr. f *invictissimi* L. pr. *juncti* Edd. R. M. V. g vulgo *intra.* et *quod* Scal. pro *qui.* h *haec autem* Pal. L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. i Sic MSS. et Edd. Vett. nisi quod multi et MSS. Urs. hic et dein *Treveris.* vulgo deest *a.* V. ad 2, 10.

666. *Procul haec tibi mollis Infula, terrificique aberit dementia Phoebi*, id est, tibi non proderit. Hujusmodi plura collegit doctissimus Jesuita *Lud. Cerdanus* not. in *Virgilii* Aen. 12,52. DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *longe his*; quod perinde est. Quam autem emendationem amplectuntur *Faërnus, Ursinus, Lipsius et Freinshemius*, ut *futurum* legant pro *absfuturum*; prorsus nihili est. CLARK. Primo *his* sive potius *iis* exhibui, deleta praepositione *ab*, secutus auctoritatem MStorum omnium praeter Bong. tert. et Editionum vetustarum. Male Hotomannus intrusit *τὸ ab*. Dein minime rescribendum est *futurum*, quod itidem in solo est Bong. tert. codice recentissimo, sed *afuturum.* quod servarunt veterrimae membranae Andinae, Bongars. pr. sec. Egmond. et Vossian. prim. a M. secunda, cum Aicard. In nonnullis est *affuturum*. Non enim modo dicitur *longe alicui esse*, sed et *longe alicui abesse*. Tibull. 1, 5, 2. *At mihi nunc longè gloria fortis abest.* Ovid. Metam. 4, 649. *Ne longe gloria rerum, Quas mentiris, ait,* longe tibi *Jupiter* absit. Praeterea de hoc loco qui egerunt, consule viros doctos, A. Muretum Var. Lect. 10, 4. Salmas. ad Flor. 2, 6, 34. Gronov. ad Senec. Hippol. 974. N. Heins. ad Ovid. Met. 8,435. Broukhus. ad cit. Tibulli locum. Ac de Orthographia *τῦ afuturum* Lambin. ad Hor. Sat. 1, 4. Barth. ad Stat. Theb. 7, 229. et Drakenb.

2 ris [a] veniebant. Aedui queſtum, quod [b] Harudes, qui nuper in Galliam transportati eſſent, fines eorum popularentur: sese [c] ne obſidibus quidem da-
3 tis pacem Arioviſti redimere potuiſſe. Treviri au-
67 tem, pagos centum Suevorum [d] ad ripas Rheni conſediſſe, qui Rhenum transire conarentur: iis prae-
4 eſſe [e] Nasuam, [f] et Cimberium fratres. Quibus rebus Caesar vehementer commotus, maturandum sibi exiſtimavit, ne, si nova manus Suevorum [g] cum veteribus copiis Arioviſti sese conjunxiſſet, minus
5 facile reſiſti poſſet. Itaque, re frumentaria, quam

VARIAE LECTIONES.

a *videbantur* Pal. b Sic MSS. potiores. nonnulli recentiores *Arudes*. Reg. autem, Palat. Dorvil. et Ed. Rom. *Harudes Tergali*. Edd. Med. Ven. *H. Targali*. MS. Duk. *H. Tergalli*. B. tert. *H. et Tergali*. c *non* V. pr. tert. d Vulgo *ad ripam*. e *Natsuam* E. f *Cimbreum* MS. Hotom. Edd. R. M. V. g *cum* pr. L. inter lin.

ad Sil. 13, 268. Liv. 4, 12. Sic *afuisse* 5, 63. 6, 3. pro *abfuisse*. *afuerunt* 7, 63. et saepius.

*Intra annos* XIV.] Placet scriptura libri *Steph.* qui habet *inter*; nam *inter annos* antiqui dicebant pro *Per annos*, ut in Verr. 2. jampridem notavimus. *Cicero* in Quintiana: *Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium* etc. *Titinnius* apud *Nonium*: *Quae inter decem annos nequisti unam togam detexere.* HOTOMAN. Lectionem a viro erudito propugnatam exhibent etiam MS. *Brant.* et editio *Lipsiana*. DAVIS. MSS. nonnulli *inter*. quod et Latine item dicitur. CLARK. *Inter* habent Bongars. primus, Lovaniensis, Egmund. Leidenses tres, Gottorp. Voſſian. tert. et Ed. Incerta. Et sic omnino scribi debet. Aliud eſt *intra tot annos* i. e. priusquam finem ceperunt, aliud *inter* i. e. per tot annos. Prior significatio huc non quadrat. Adi omnino Gronov. et Drakenb. ad Liv. 1, 10. *bina postea inter tot annos opima parta sunt spolia.* Nihil frequentius eſt harum praepositionum confuſione, e solo sensu discernenda.

*Pagos centum Suevorum*] Cum centum tantum fuerint Suevorum pagi, nonnullis viſum eſt, totum genus ad ripam Rheni conveniſſe. Sed hoc eorum consuetudini prorsus adverſatur. *Caesar* B. G. 4, 1. *Ii* (Suevi) *centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi caussa, suis e finibus educunt. Reliqui domi manent, pro se atque illis colunt.* Per pagos itaque centum, CM hominum intelligenda crediderim, quorum singula

a celerrime potuit, comparata, magnis itineribus ad Ariovistum contendit.

XXXVIII. Quum tridui viam processisset, nun- 1
ciatum est ei, Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, b quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere, triduique viam
c a suis finibus processisse. Id ne accideret, d ma- 2
gno opere sibi praecavendum Caesar existimabat.
Namque omnium rerum, quae ad bellum usui e- 3
rant, summa erat in eo oppido facultas: idque 4
natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducen-

VARIAE LECTIONES.

a *celeriter* B. tert. b deest *quod* in Ed. incerta, non male, ut haec verba *e. o. m. S.* parenthesi includantur. c *a* abest a L. pr. *suis* a Carr. d vulgo *magnopere.*

e singulis pagis erant collecta. *Tacitus* tamen Germ. c. 39. tradit, solos Semnones, Suevorum partem, *centum pagis habitari.* Forsan *pagus* ibi *vicum* denotat, cum alia sit apud *Caesarem* hujusce vocis potestas. Vide not. ad c. 12. DAVIS. V. Comment.

*Ripam*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii *ripas.* Graecus *ὄχθαις.* Quod mutarunt ii, qui *ripas* etiam ex una parte fluminis dici nescierunt. Infra 6, 29. *Quae ad* RIPAS. (sic in optimis Codicibus scriptum est) *Ubiorum contingebat.* Et alibi saepe. CLARK. Bene Clarkius probat *ripas*, quod habent MSS. mei quindecim vel plures, et Ed. Incerta. Quare in textum recipere non dubitavi. c. 54. *Suevi, qui ad Ripas Rheni venerant.* 7, 58. *In ripis Sequanae.* Mela 3, 2. *Ad ripas Rheni amnis expanditur.*

*Processisse*] Nihil hic notant interpretes: cum tamen in MSS. meis valde varietur. Nam Gottorp. Leid. tert. Voss. tert. et Ed. Incerta exhibent *discessisse.* Sed Bongars. prim. et secund. Lovan. Egmund. Palat. Petav. a manu pr. Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. Ven. edunt *profecisse.* quod rectum puto, et e Glossa, ac praecedentibus verbis, *tridui viam processisset*, suppositum esse vulgatum. 4, 19. *satis profectum.* ubi vide etiam; ut et ad 5, 47.

*Magnopere*] Vossianus primus et Andin. *magno opere.* Vere. vide ad c. 13. dein *usi* pro *usui* Voss. tert. forsan pro *usu.* ut Ciacconius malebat, et Caesarem semper in Dativo scribendum judicasse docet Gellius; de quo supra pluribus diximus.

*In eo oppido facultas*] Copia. Sic B. G. 3, 9. *Navium facultas.* Vide et c. 11. Hoc cum non intelligerent Librarii, in plerisque Codd. exhibetur, *in eo oppido difficultas*, quae lectio sensum fundit menti *Caesaris* omnino contrarium. DAVIS. Grute-

58 dum bellum [a] daret facultatem, propterea quod flumen [b] Dubis, ut circino [c] circumductum, paene
5 totum oppidum cingit: reliquum spatium, quod [d] est non amplius pedum DC, [e] qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices [f] montis ex utraque parte ripae fluminis contingant.
6 [g] Hunc murus circumdatus arcem efficit, et cum
7 oppido conjungit. Huc Caesar magnis [h] nocturnis diurnisque itineribus contendit; occupatoque oppido, ibi [i] praesidium conlocat.

XXXIX. [a] Dum

VARIAE LECTIONES.

a *faceret* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. b al. *Alduasbis*, *Alduasdubis*, *Adduasbis*, *Abduasdubius*, etc. c *circumdultum* V. pr. d *non est* vulgo. e *quia* Carr. et Ciacc. f vulgo additur *ejus*. g *hanc* Dorv. Edd. R. M. V. h Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *diurn. noct.* MSS. 4. *diuturnisque*, inter quos Voss. pr. qui caret τῷ *nocturnis* a m. pr. i *praesidia* Car. Duk.

rus cum in MSS. suis invenerit etiam *difficultas*, sequaturque vox *facultas*, non admodum male conjiciebat, intrusam esse a Glossariis vocem, et a Caesare relictum, *omnium rerum summa*. Mirum certe, tam constantes esse Codices, etiam antiquissimos, in voce *difficultas*, quam cum multis editoribus retinuit R. Stephanus. Nihilo minus tamen ut Donatus Jannoctius in vetusto Codice, sic ego in Dukeriano et Ed. Incerta reperi *facultas*, et in Leid. sec. ad marginem erat *copia*: quae variatio Gruteri conjecturam non parum confirmat. Interim de voce *facultas* adi Manut. ad Ciceron. Ep. Fam. 5, 20.

*Flumen Dubis*] Sic legendum, ut recte monuit *Ch. Cellarius* Geogr. Antiq. 2, 2. p. 109. aliique. In MSS. enim corrupte scribitur *Alduabis*, *Alduadubis*, *Alduadusius*, *Adduadubis* etc. Nomina propria, ac proinde minus nota, saepissime Librarios in errorem induxerunt. Vide quae hanc in rem notavit *Is. Vossius* ad *Melae* 2, 3. pag. 212. ed. Franck. DAVIS. Qui Vossius de hoc loco prior ita statuit pag. 202. Forsan tamen ex vitiata MSStorum lectione reponendum, *propterea quod flumen* altum *Dubis, ut circino circumductum* etc. *Ammianus Marcellinus* 14, 2. *Ad supercilia venissent* fluvii *Melani* alti *et verticosi*. Hunc certe fluvium πλωτὸν dicit *Strabo* l. 4. pag. 186. IDEM. *Cur. Sec.* In nostris etiam MSS. et Edd. Vett. varie corruptum hujus fluvii nomen scribitur. Verum in MSS. duodecim veterioribus et Ed. Inc. est *Alduasdubis*: unde deceptus Graecus Interpr. sic quoque vocat. Mibi non est dubium, quin *Alduas*, quod

XXXIX. [a] Dum paucos dies ad Vesontionem, rei frumentariae commeatusque cauſſa, moratur, ex [b] percunctatione noſtrorum, vocibusque Gallorum, [c] ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis esse praedicabant, saepenumero sese cum eis congressos ne vultum quidem, atque aciem [d] oculorum ferre potuisse; tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret.

1

59

VARIAE LECTIONES.

a *cum* MSS. 4. b *percontatione* MSS. aliquot. *perconct.* Pet. c *atque* MSS. 3. et Edd. R. M. V. d *singulorum oc.* L. tert. et Ed. Inc.

in plerisque aliis etiam eſt Codd. et *Dubis* sint duo fluvii nomina e varia lectione nata. Quod clarius patet e Bongars. secundo, qui solum *Alduas* agnoscit, cum *Dubin* dare debuiſſet. Forsan illud *al* ortum eſt ex librariorum nota pro *aliter*. Solum *Dubis* probavit et edidit etiam Clarkius. Glandorpius fingit fluvium *Alduasdubin* hic; quia ad Vesontionem confluentes fuissent ex *Aldua* et *Dubi*.

*Non est amplius*] MSS. omnes, *est non amplius*. Quod a Recentioribus sine causa mutatum. CLARK. Recte hoc a Clarkio observatum eſt, eoque ordine hae voculae exarantur in meis Codd. longe plurimis et Edd. Vett.

*Qua flumen intermittit*] Ciacconius judicat legi etiam poſſe, *qua a flumine intermittitur*. quia 7, 17. habetur: *ad eam oppidi partem, quae intermissa a flumine et palude*. Vide etiam ad c. 23. *intermissae trabes*. Verum conſtanter vulgatum servant scripti. *Intermittere* neutraliter ponitur pro ceſſare, desinere, abrumpere. Cicero Fam. 7, 10. *Sed jam hercule intermiseram*. et ita paſſim *remittere* uſurpatur.

*Radices ejus montis*] Vetuſtiſſimi Bongars. pr. et sec. Petav. Lovan. cum quatuor aliis et Ed. Incerta carent τῷ *ejus*: quare, cum nequaquam hoc pronomine opus sit, delevi.

*Ex utraque parte ripae fluminis contingant.*] MSS. Reg. et Voſſii, — *ex utraque parte fluminis contingant*; omiſſa voce, *ripae*. Quae Lectio ferri quoque poteſt. Neque enim minus latine dicitur, *radices montis ex utraque parte fluminis contingere*, (nimirum *contingere flumen ex utraque parte*;) quam *ripas fluminis contingere ex utraque parte radices montis*. Interpr. Graec. ὄρους πέζαι ἀμφοτέρωθεν εἰς τὸν ποταμὸν καθήκουσι. CLARK. Durior illa mihi videtur ellipsis, quam quae perſpicuitati Caeſaris convenire possit. praeter quod non elegans ſit

2 Hic primum ortus est [a] a tribunis [b] militum, [c] praefectis, reliquisque, qui ex urbe, amicitiae caussa, Caesarem secuti, magnum periculum miserabantur, quod non magnum in re militari usum habebant.
3 Quorum alius, alia caussa inlata, quam sibi ad

VARIAE LECTIONES.

a *ab* And. deest in L. sec. b abest haec vox a Duker. c vulgo additur *ac*.

locutio, *contingere flumen ex utraque parte fluminis*. Adhaec ceteri MSS. omnes servant *ripae*.

*Ferre pot.*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii: *Dicebant ferre*. CLARK. Verbum hoc addunt MSS. longe plurimi; et Edd. pleraeque usque ad Scaliger. Imo ne vacare videretur, addiderunt Ms. Carrar. Vascos. Strada et Gryphius copulam *et* ante *saepenumero*. Verum rectius Gruterus et Faernus veteris codicis ope tollendum judicarunt. Nec sane comparet in Leidensi primo, nisi in margine, uti nec in Duk. Dorvill. nec Edd. Rom. Mediolanensi, aut Veneta. Plura alibi.

*Ortus timor*] Hanc vocem, *Caesaris* perspicuitati congruenter, ex MS. Regio et vet. Edit. Romana, reduxi; cum in aliis desit. *Graecus*, καὶ ὗτος πρῶτον ὁ ΦΟΒΟΣ etc. CLARK. Licet a Graeco sic dicatur, nihil hoc ad Caesarem facit. nam interpres vocem eam addere debuit, quia praecedit apud eum ὥστε ταράττεσθαι: non, ut apud Caesarem, *timor mentes occupavit*. Nihil ergo opus vocis hujus repetitione, quam Mss. non confirmant, praeterquam Carrar. et tres mei recentiores et Edd. Mediol. Ven. Sine dubio e Glossa marginali in textum hic irrepsit.

*Ac praefectis*] Delevi conjunctionem, non necessariam, auctoritate Bongars. pr. sec. Petav. Leid. pr. Voss. pr. Lovan. multorumque aliorum: nec agnoscunt eam Codd. Ursini, Edd. Inc. et R. Steph.

*Magnum periculum miserabantur*] Carrio Ant. Lect. 3, 8. in VV. CC. reperiri haec negat, ut etiam Hottomannus in Vaticano. et merito, ut illis videtur. Mihi genuina videntur: et egregia comparatio est, *Magnum periculum miserabantur, quod non magnum in re militari usum habebant.* Nugatur quoque Ursinus, cum pro *miserabantur*, legit *esse rebantur*. Sic paullo post: *Cum familiaribus suis commune periculum miserabantur*. VOSS. *Magnum periculum miserabantur, quod etc.* Desunt haec in plurimis Mss. Unde excidisse videntur, propter vocem [*magnum*] proxime repetitam. Pro, *miserabantur*, legunt Muretus et Ursinus, *esse rebantur*. Quos ineptiae recte arguit *Vossius*, cum Caesar jam infra eodem modo loquatur: *commune periculum miserabantur*. CLARK. Ex nostris libris haec verba agnoscunt Cujacianus, Bongarsiani prim. et sec. Andin. Oxon. Vossiani pr. et sec. Leidens. prim. ita ut Vossiani et Bongars. sec. addant *non*. In Dorvill. margine *ut magnum per.* Ceterum *misereabantur* habet Bong. pr. *mirabantur in arte* sec. *miserebantur* Leid. pr.

proficiscendum neceſſariam eſſe diceret, petebat, ut ejus voluntate discedere liceret; nonnulli, pudore ᵃadducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere, neque inter- 4
dum lacrimas tenere poterant: ᵃ abditi in ᵇ taberna-

VARIAE LECTIONES.

a *abducti* Carr. b *tabernaculum* Dorv. Edd. Med. V. R.

quare Urſinus et cum eo A. Muretus Ant. LL. 10, 4. non adeo male conjecerunt *esse rebantur*, quamquam tunc mallem *inesse*. Sic Caſtalio Obs. 1, 8. e suo codice haec verba quoque delenda cenſet; et certe non comparent quoque in ulla Editionum primarum: neque in Vascos. Stradae, Steph. Gryph. Edd. Et quid hic faciant, non video; cum infra idem dicat Caeſar, et rectius loco eo. Praeterea non agnoscit quoque Graecus Interpr. Quare ſuſpicor haec si non abundare, saltem corrupta eſſe, et fors pro *miserabantur* scribendum *aversabantur*, sensu sane commodiſſimo. Graecus ait: ὐ πάνυ πρὸς τὺς ἐναντίυς ἀλκιμοι. Celſus: *belloque inexperti, et ideo ad omnia trepidantes.* Aut an potius ſcribendum *murmurabantur?* quod verbum deponenti forma aliquoties adhibet Varro et alii: ipſe Cicero ita *Conmurmuratus est secum* in Piſon. c. 25. Vide Falſteri Supplem. Ling. Latinae.

*Alia caussa illata*] Fruſtra Ciacconius et Urſinus *allata* legunt. Sic locutus Caeſar B. G. 2, 25. *Hujus adventu spe illata militibus.* Et Hirtius c. 2. belli Alexandrini: *Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla, aut mora inferebatur.* VOSS. Vide Cl. Burm. et Praſch. ad Phaedr. F. 1, 1, 4. *Jurgii caussam intulit.* Davis. ad B. Hiſpan. c. 1. *aliqua inferebatur caussa.*

*Necessariam esse diceret*] Sic recte MS. *Norvic.* cum vetuſtioribus editis: Recentiores enim habent, *necessariam esse duceret.* Sed perperam; ea enim, quam prae se ferebant, causa ne his quidem ipsis videbatur talis, ut proficiscendi neceſſitatem imponeret; hujus vero praetextu tantum sunt usi, quo iis abeundi copiam faceret Imperator. DAVIS. *Diceret*) Sic optime, ex Editt. Vett. *Davisius*; cum *Scaliger* et Recentiores male edidissent, — *duceret.* Graecus, ἔλεγον. CLARK. Confirmant id mei omnes praeter Dukeri Cod. qui, ut semper fere, cum Carrarienſi, cujus auctoritate mutaſſe Scaliger videtur, conſentit. Ceterum eleganter Lovan. *alius* etc. *dicerent, petebant.* quod cum Heinsio non dubito, quin verum sit, per *alium* enim plures intelligit, nec aliter Graecus, ἄλλος ἄλλην πρόφασιν προβαλλόμενοι ἔλεγον. 2, 26. *alius alii auxilium ferrent, neque timerent,* ut illic legendum, ac plura videri poſſunt.

*Vultum fingere*] *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.* Σχηματίζεσθαι Graeci, vel πλάττεσθαι τρόπον dicunt, quando quis conſtantiam, aut quid aliud fingit, re ipſa deſtituitur. VOSS. Ita componere, ut non appareret metus; *licet* enim

culis aut suum [a] fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur.
5 [b] Volgo totis castris testamenta [c] obsignabantur. Horum vocibus, ac timore paullatim etiam [d] ii, qui magnum in castris usum habebant, milites, centurionesque, quique equitatu praeerant, perturba-
6 bantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias [e] itineris, [f] et magnitudinem silvarum, quae [g] intercederent inter ipsos, atque Ariovistum, aut rem frumentariam, ut satis commode subportari posset, ti-

VARIAE LECTIONES.

a *statum* MS. Urs. *factum* qdd. b Sic Oxon. et V. pr. a m. s. recte. c *designabantur* Carr. d *hi* Al. deest in Oxon. e *locorum* Carr. Reg. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. f *et* deest in MSS. plerisque et Edd. pp. Urs. et Faern. *magnitudinemque*. Ed. Scal. *sed magn.* g vulgo *inter eos a. A. interc.*

*ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua aut* METU *commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt; quorum omnium* VULTUS, *vox, motus, statusque mutantur.* Verba sunt *Ciceronis* de Offic. 1, 29. DAVIS. Sic fere *Seneca* de Tranquil. c. 15. *Illa inutilis humanitas flere, quia aliquis filium efferat, et* frontem *suam* fingere. *Quintilianus* Inst. Orat. 12, 3. *qui subito* fronte conficta *immissaque barba, veluti despexissent oratoria praecepta, paulum aliquid sederunt in Scholis Philosophorum.* Quem locum variis conjecturis temere sollicitant viri docti. IDEM. *Cur. sec.*

*Vulgo totis castris testamenta obsignabantur*] Milites in bellum profecturi, aut jam ad aciem parati, celeriter absque ulla solemnitate testamenta faciebant, quod *in procinctu* dicebatur. De quo vide passim Jurisconsultos. *Brantius.* Adi etiam *Joan. Freinshemium* ad *Flori* 3, 10, 12. DAVIS.

*Quique equitatui praeerant*] Nemo interpretum hic de varietate scripturae monet: cum tamen vulgatum non inveniatur, nisi in MSS. Oxoniensi et Vossiano primo, aliisque sex, sed recentissimis. Bongars. tert. exhibet *quisque.* primus vero, secund. Petav. Lovan. Egmond. et tres alii cum Ed. Incerta *ut quisque.* Leidensis autem primus *quique qui*, eleganter per tmesin pro *et quiqui.* An *et quisque* vel *ut et quisque* pro *quisquis.* Sive *quicumque.* Vide Gronov. et Drakenb. ad Liv. 1, 24. Infra 6, 15. *Ut quisque est genere amplissimus, ita plurimos ambactos habent*, atque ubique fere in MSS. corruptum est. 8, 42. *quam quisque poterat maxime insignis flammae se offerebant.* B. Civ. 1, 87.

mere dicebant. Nonnulli etiam Caesari [a] renuncia- 7
bant, quum castra moveri, [b] ac signa [c] ferri jussisset, non fore dicto audientes milites, neque 61
propter timorem signa laturos.

XL. Haec quum animadvertisset, [d] convocato 1
[e] consilio, [f] omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus, vehementer [g] eos incusavit:
*Primum, quod, aut quam in partem, aut quo con-* 2
*silio ducerentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent. Ariovistum, se consule, cupidissime populi Romani amicitiam adpetisse.* [h] *Cur hunc tam* 3

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique et Edd. pp. *nunciarant* vel *nunciabant*. b *aut* MSS. 2. et Edd. pp. c *ferre* V. pr. E. d vulgo *Caesar* add. e al. *concilio* et *concilium*. male. f *omnium* o. B. pr. et Ed. Inc. g *eos* abest a B. pr. h *Cur igitur* MSS. et Edd. qdd.

*Quid quisque eorum amiserit.* Adde B. G. 5, 33. 7, 36. B. Civ. 1, 21. B. Alex. 14. et saepius. Mutatum insuper hoc ab ineptis, qui non sciebant, *quisque* cum plurali construi; unde et in Petav. est *praeerat*. perperam, ut saepissime jam docuerunt viri docti, quos laudat Cl. Drakenb. ad Liv. 2, 22. 7, 19. V. etiam VV. LL. 2, 11. 25. 5, 8. B. Civ. 3, 1. Dein *equitatu* reposui ex Vossiano pro *equitatui*. de quo supra.

*Inter eos*] MSS. veterum plerorumque et Editionum priscarum auctoritate reposui: *intercederent inter ipsos atque Ariovistum.*

*Rem frumentariam*] Quod attinet ad rem frumentariam. Sic *Livius* 2, 57. *Distractam laceratamque Remp. magis quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quaeri.* Ubi solita syntaxeως ratione postularetur *distracta laceratque Resp.* ut hic *res frumentaria.* Plura hanc in rem collegit doctissimus *Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. 2, 5. p. 204. qui hujusmodi locutiones esse Ellipticas notavit. Vide et *Joan. Frid. Gronovium* ad *Senecae* de Benef. 4, 32. DAVIS.

*Animadvertisset Caesar*] Delevi ultimam vocem, ut quae satis per se intelligatur: quoniam eam nec aliorum nec mei scripti, tribus exceptis recentioribus, agnoscant: non est etiam in Ed. Incerta. Sic non agnoscunt vocem hanc MSS. 2, 17. et alibi saepius.

*Consilio — consilium*] Sic habent editt. veteres (et MSS. potiores) non *concilio — concilium*, ut nuperae. DAVIS.

*Omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus*] Contra quam fieri solebat; vulgo enim e Centurionibus primipili tantum ad consilium sunt adhibiti. Vide *J. Lipsium* de Mil. Rom. l. 2. Dial. 8. IDEM.

*temere quisquam ab officio discessurum* [a] *judicaret? sibi quidem persuaderi, cognitis suis postulatis, atque aequitate* [b] *conditionum* [c] *perspecta, eum neque suam, neque populi Romani gratiam repudiaturum.*
4 *Quod si furore atque amentia inpulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur? aut cur de sua vir-*
5 *tute, aut de ipsius diligentia desperarent? Factum ejus* [d] *hostis periculum patrum nostrorum memoria, quum, Cimbris et Teutonis a* [e] *C. Mario pulsis, non*

VARIAE LECTIONES.

a *judicasset siquidem persuadere* B. pr. b *et conditione* Cuj. And. L. pr. Scal. V. pr. sec. B. tert. Duk. Carr. *conditionis* Edd. qdd. c *perfecta* MSS. 3. *persrecta* Ed. Inc. d *hosti* B. pr. e *G.* vel *Gajo* MSS. et Edd. Vett. semper.

*Quod, aut quam in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent*] Egregie Tacitus Hiftor. 2. *Miles alacer, qui tamen jussa ducum interpretari, quam exsequi mallet.* Et 1 Hift. Otho ait: *Parendo potius, commilitones, quam imperia ducum sciscitando res militares continentur.* Et mox: *Vobis arma et animus sit, mihi consilium et virtutis vestrae regimen relinquite.* VOSSIUS.

*Cognitis suis postulatis*] Si immenfam Caefaris ambitionem perpendamus, qua factum, ut omnes belli gerendi occasiones captarit, non erit dubium, quin vere tradiderit *Dio*, Romanum Imp. haec ab Ariovifto poftulasse, ὐχ ὅτι καὶ καταπλήξειν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι ἐξοργιεῖν, κἀκ τὐτυ πρόφασιν πολέμυ καὶ μεγάλην καὶ ἐυπρεπῆ λήψεσθαι ἤλπισεν. Vide l. 38. p. 81. Haud sane negandum eft, *Caesarem* in hisce *Commentariis* aliquando fictas bellorum causas obtendisse, cum veram diffimularit. *Lucius Ampelius* l. Memor. c. 40. *Belli* (Civilis inter Pompejum et Caefarem) *species magis, quam causa fuit, negatus a Senatu Caesari consulatus. Ceterum utriusque aemulatio et cupiditas imperii occupandi eo ortum revera praebuerunt.* Confer et B. G. 4, 11. ubi invadendae Britanniae rationes narrat, cum iis, quae habet *Suetonius* in Julio c. 47. DAVIS.

*Non minorem laudem exercitus etc.*] C. Marius; ut quivis, Latine peritus, facile perfpicit. Sed *Plutarchus* vel imperito utens interprete, vel ipse minus peritus, ita Caefaris sententiam pervertit: μήτε κρείττοσι μέλλων Κίμβρων μάχεσθαι πολεμίοις, μήτε ἀυτὸς ὢν Μαρίυ χείρων ϛρατηγός. *Hotom.* Extat locus vit. Caes. p. 717. A. Ita etiam cepit *Jul. Celsus*, qui p. 34. ita loquitur: *aut minus de se sperarent, tali viro ac certe nobili saltem, ac quod de C. Mario rustico Arpinate sperassent Patres eorum* etc. adeo ut videantur *Plutarchus* et *Celsus* aliam

*minorem laudem exercitus, quam ipse imperator,*
*[a] meritus videbatur. [b] Factum etiam nuper in [c] Ita-*
*lia, servili tumultu; [d] quos tamen [e] aliquid [f] usus* 62
*ac disciplina, [g] quam a nobis accepissent, subleva-*
*rent: ex quo [h] judicari [i] posset, quantum haberet* 6
*in se boni constantia: propterea quod, quos aliquam-*
*diu [k] inermos sine caussa timuissent, hos postea ar-*
*matos, ac victores superassent: [l] denique hos esse* 7
*eosdem, [m] quibuscum saepenumero Helvetii congressi,*

VARIAE LECTIONES.

a *meritus esse* MSS. et Edd. nonnulli. b *propter f.* Carr. Duk. L. sec. Dorv. c *Italiam servilem tumultum* G. V. tert. B. tert. d *licet t.* Duk. *licet* Dorv. L. sec. B. tert. et Edd. R. M. V. e vulgo *aliquis.* f *usus ad disciplinam* L. pr. g *quae* B. pr. Lovan. E. G. V. tert. Ed. Inc. h *judicare* E. i *posse* MSS. et Edd. qdd. non male. V. ad c. 7. k vulgo *inermes.* l *ac d.* MSS. 4. recentiores et Edd. qqd. Vett. Dein vulgo *hos esse Germanos.* m *cum quibus* MSS. et Edd. nonnulli.

lectionem secuti, quae tamen recepta est deterior. DAVIS.

*Aliquis usus*] MSS. omnes, et Editt. Vett. *aliquid.* Quae et verior lectio. Graec. Interpr. *μέγα.* CLARK. Recte ita Clarkius. *Aliquid* confirmatur a MSS. meis quindecim, item Ursini et Brantii, atque Edd. primis, quare revocavi, ut et *sublevarent*, quod scripti et olim editi constanter servant; nisi quod in Florent. sit *usu ac d. sublevarentur*, et in nonnullis *subleveni.* Fors et rectius est *quae*, quod e MSS. aliquibus enotavi.

*Quantum haberet in se boni constantia*] *Constantia* hic significat animum timori non obnoxium. *Curtius* 3, 12. postquam narraverat, Darii filium nihil conspectu Alexandri tum primum a se visi conterritum esse, subdit, *motum fuisse Regem* constantia *Pueri*, id est, audacia et animo intrepido. Sic apud *Phaedrum* Fab. 5, 2, 12. Constantior *fuissem vera existimans*, pro eo quod est, minus fuissem perterritus. DAVIS. Hanc *constantiae* potestatem multis adstruit *J. Fr. Gronovius* ad *Taciti* Agricolam c. 27. IDEM. *Cur. sec.* Σωφροσύνη Interpr. Vide infra ad 3, 25. Cort. ad Plin. Ep. 1, 12, 9. *Perseverantem constantia fugit.*

*Inermes*] Optimi Bongarsianus prim. et Lovaniens. *inermos.* Sine dubio vere; ut Sallustius, Cicero aliique olim locuti sunt. Adi Serv. ad Virg. Aen. 1, 484. 10, 425. Victor. et Manut. ad Cicer. Ep. Fam. 10, 34. *Ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum.* Rursus B. Civ. 1, 68. *milites inermi* in MSS. et Hirt. B. Alex. c. 76. *Inermi nihil proficere poterant.* Vide passim de similibus viros doctos, et Collect. nostra in Lucan. 3, 746. ita in MS. veterrimo Bonon. Lactantii passim *imbecil-*

*non solum* [a] *in suis, sed* [b] *etiam in* [c] *illorum finibus plerumque* [d] *superarint, qui tamen pares esse*
8 *nostro* [e] *exercitu non potuerint. Si quos adversum proelium, et fuga Gallorum* [f] *commoveret,* [g] *hos, si* [h] *quaererent, reperire posse, diuturnitate belli* [i] *defatigatis Gallis, Ariovistum, quum multos menses castris se ac paludibus* [k] *tenuisset, neque sui po-*
63 *testatem fecisset, desperantes jam de pugna, et dispersos subito* [l] *adortum, magis ratione* [m] *et consi-*
9 *lio, quam virtute, vicisse.* [n] *Cui rationi contra ho-*

VARIAE LECTIONES.

a *in s. sedibus* MSS. mei 10. cum multis Edd. *finibus* MSS. duo. b deest in B. tert. c *suis* MSS. 3. d vulgo *superassent*. e Sic MSS. Achill. non *exercitui*. f *moveret* B. pr. a m. pr. g *hoc* et *reperiri* MSS. 9. et Edd. Vett. h *quaerere vellent* Leid. pr. i *defetig.* B. pr. k vulgo *continuisset*. l *Ad austrum* L. pr. *Ariovistum* Egm. *ad ortum*, *adortis*, *adortus* vitiose Edd. p. m Sic MSS. non *ac*. n *cui quidem* L. sec.

*lus*, ut 1, 3. 4, 13. etc. Alibi in Caesaris MSS. *adclivus*, *declivus*, *proclivus*.

*Hos esse eosdem*] Mire haec interpolata sunt in Editis et MSS. recentioribus, quae omnia recensere non vacat. Vide Brantium, et alios. *Germanos* addunt plerique, etiam Clarkius e MS. Regio: cum tamen Davisius jam exhibuisset tantum: *Hos esse eosdem*. Pro quo Scaliger ex Ursini codice, aliique, *hos esse Germanos*. Davisianae editioni accedunt Hotomannus, et MSS. Bongarsiani, Petavianus, Lovan. Oxon. Egmond. aliique cum Ed. Incerta. *Germanos*, quaeque nonnulli addunt *scirent illos*, mera sunt glossemata; toleranda in Interprete: *πρὸς τούτοις δ' ἐκεῖνοι αὐτοὶ οὗτοί εἰσιν· οἱ Γερμανοί*. Dein *superarint* pro *superassent* restitui e MSS. plurimis, in quibus Bongars. et ex Edd. primis, Rom. Mediol. Incerta, Ven. aliisque.

*Castris ac paludibus se continuisset*] Ita vulgo nunc exhibent, sed MSS. aliorum ac mei tantum non omnes praebent cum aliquot Edd. vetustis, *C. se ac pal. tenuisset*: recte omnino. Vide quaedam ad Frontin. 2, 5, 4. *Intra Panormum copias tenuit*. Apud Livium nihil est frequentius, ut docet Cl. Drakenburgius ad 8, 2. infra c. 49. *Ubi eum castris sese tenere intellexit*. 3, 17. *castris sese tenebat*. Emendandus etiam locus 5, 57. *quum castris sese teneret*. Nam illic etiam *contineret* vulgo. 8, 2. *castris se tenere*. B. Civ. 3, 30. *castris sese tenuit*. sic *domo se tenuit* Nep. Epam. c. 10. ubi vide Comm.

*Hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse*]

*mines barbaros atque inperitos locus fuisset, [a] hac,*
*ne ipsum quidem sperare, nostros exercitus capi pos-*
*se. Qui suum timorem in rei frumentariae simu-* 10
*lationem, angustiasque [b] itinerum conferrent, face-*
*re adroganter; quum aut de officio Imperatoris*
*[c] desperare, aut [d] praescribere viderentur. Haec si-* 11
*bi esse curae; frumentum Sequanos, Leucos, [e] Lin-*
*gonas subministrare: jamque esse in agris frumenta*
*matura: de itinere, ipsos brevi tempore judicaturos.*
*Quod non fore dicto audientes milites, neque signa* 12

VARIAE LECTIONES.

a *ac* MSS. et Edd. Vett. b *itineris* MSS. et Edd. qdd. ac MSS. fere omnes *conferret*. c *desperarent* B. tert. d vulgo *ei praesc.* et *auderent* MSS. mei 6 cum Edd. quibusdam. *videretur* Carr. e Sic L. pr. non *Lingones*.

Puerilia sunt, quae Brantius ait, *sperare ἀκύρως* pro timere poni. Ait Caesar, Ariovistum ratione, et consilio Gallos superavisse, at Romanos ut astu superet, ne sperare quidem audere. Videtur illud *ipsum* ad Caesarem Brantius retulisse, ineptissime profecto, cum Ariovistus intelligatur. VOSSIUS.

*Qui suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itinerum conferrent*] Ursinus et Ciacconius legunt: *Qui sui timoris simulationem in rem frumentariam angustiasque itineris conferrent*. Deliramenta certe sunt tantis viris indigna. Quid illud *simulationem timoris?* Non simulabant timorem, sed revera timebant. Vulgata lectio est optima. Ait Caesar arroganter facere, qui timori suo frumentariae rei et itinerum angustias obtendant. Nam illud *simulationem* Caesar distinguit ab re ipsa, et dicit simulare eos rei frumentariae angustias. ubi nullae sint. Potest quoque ἓν διὰ δυοῖν esse. ut *simulationem rei frumentariae, et itinerum angustias*, dicat pro simulatas rei frumentariae et itineris angustias. Sic B. G. 7, 26. *natura et virium infirmitas*, pro ἀσθένεια τῆς φύσεως. VOSS. Hotom. mallet *difficultatem*. perperam. 6, 8. *Usus simulatione itineris*. ubi itidem Ursinus reponebat *timoris*; sic B. Civ. 2, 35. *per simulationem vulnerum*. Vid. etiam Cort. ad Plin. Ep. 7, 9, 8. *descriptionum necessitas*.

*Ei praescribere*] Cum pronomen non agnoscat ullus meorum Codicum, neque Edd. Antiquae; jussi, ut non necessarium, exsulare.

*Dicto audientes milites*] Ultimam vocem addidi ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* quae plane videtur necessaria; ad gregarios enim milites haec verba non fecit *Caesar*, ut ex initio hujusce capitis liquet, de quibus tamen omnino sunt intelligenda, quae sequun-

*laturi dicantur, nihil se ea re commoveri: scire e-*
*nim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fu-*
*erit, aut, male re gesta, fortunam defuisse; aut,*
*aliquo facinore comperto, avaritiam esse convictam:*
13 *suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helve-*
14 *tiorum bello esse perspectam. Itaque se, quod in*
64 *longiorem diem conlaturus* [a] *esset,* [b] *repraesentatu-*
*rum, et proxima nocte de quarta vigilia castra mo-*

VARIAE LECTIONES.

a *Fuisset* MSS. quidam et Edd. primae. b *tentaturum* Edd. Rom. Ven. Med. Beroaldi. *esse* addunt MSS. multi et Edd. qdd.

tur. DAVIS. *Milites*) Vocem hanc, in plerisque Codd. omiſsam, recte reſtituit ex quibusdam Vett. Editionibus *Davisius.* Graecus, *ϛρατιῶται.* CLARK. Agnoscunt *τὸ milites* etiam Edd. Mediolan. et Veneta. At vero nullum vidi MStum, qui haberet, nisi forsan sit Oxoniensis, nam ex eo nullam variationem adnotavit Cl. Waſſe: cum collationem inſtituerit ad Ed. Clarkii. Neque mihi videtur ea vox adeo neceſſaria: nam licet forſan respexerit ad praeced. c. 39. facillime tamen subintelligi poſſunt ipsi centuriones, vel etiam ipsi milites; licet non expreſſe nominentur. Celſus: *quod vero signa illos non secuturos audierit.*

*Avaritiam esse convictam*] Alibi quoque *convincere peccata, scelera* etc. occurrit. Sed MSS. tres Bongarsiani, Petavianus, Leidenses tres, Voſsiani tres, Lovaniensis, Egmond. Gottorp. Duker. Dorvillian. cum Edd. Romana et Incerta *conjunctam* vel *convinctam* habent. An fuit *injunctam?* ut reſpondeat praecedentis *fortunam defuisse aut avaritiam esse injunctam,* scilicet *illis.* quasi diceret, avaritiae notam eis eſſe inuſtam. Vide Gronovium ad Livium 8, 34. *Fabiae genti injungeret ignominiam.*

*Suam innocentiam perpetua vita, felicitatem* etc.] Sic optime emendabant *Barth. Ricius, Ald. Manutius* et *F. Hotomannus,* cum in omnibus MSS. ut teſtatur *Brantius,* peſſime legatur, *suam innocentiam perpetua vitae felicitate Helvetiorum bello esse perspectam.* Metaphraſtes tamen in suo Codice aut veram lectionem invenit, aut conjiciendo eſt aſſecutus; habet enim: *ἐμοῦ δὲ τὴν μὲν δικαιότητα διὰ παντὸς, τὴν δ᾽ εὐτυχίαν ἐκ τῦ πρὸς τῦς Ἐλβήτιυς πολέμυ ἐγνώκατε. Perpetua vita* eſt per totum vitae curſum, ut *perpetuae mensae* apud *Virgilium* Aen. 7, 176. sunt eae, quae ab initio ad finem coenaculi excurrunt. Hoc cum non intelligerent Librarii, videntur *Caesarem* corrupiſſe. DAVIS. *Corn. Nepos* Caton. c. 1. *Ab eo* perpetua *dissensit* vita. *Ammianus Marcellinus* 18, 6. *Ceteraque instrumenta* — perpetua hieme *parabantur.* Paulo tamen propius legerim: *suam innocentiam perpetua vita, et felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam.* Sic certe vitiata

*turum, ut quamprimum intellegere posset, utrum apud eos pudor atque officium,* [a] *an timor* [b] *valeret. Quod si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibique* [c] *eam Praetoriam cohortem futuram.* **Huic legioni** [d] **Caesar et indulserat praecipue, et propter virtutem confidebat maxime.**

**XLI. Hac oratione habita, mirum in modum**

VARIAE LECTIONES.

a male Ed. Dav. *aut.* b vulgo *plus valeret.* c deest V. pr. d vulgo *et Caesar* contra MSS. alii *Caes. leg.* τὸ *et* abest a L. pr. Cuj. Oxon.

sunt plurima veterum loca; quod exemplis ostendimus ad *Ciceronis* de Divin. 1, 15. p. 38. Contrario mendo laborat *Quinctilianus* Inst. Orat. 12, 6. ubi legitur: *dum* et venia, *et spes est, et paratus favor.* Repone: *dum et* veniae *spes est et paratus favor.* IDEM. *Cur. sec.* Mei codices habent vel *perpetuae vitae felicitate*, vel *perpetua vitae felicitate.* Egmund. *perpetuam vitae felicitate.* Gottorp. *perpetuae vitae felicitatem.* Andinae membranae cum Vossiano tertio, *perpetuam vitae felicitatem.* Ex Lovan. et Oxon. nihil varietatis adnotatum, quasi illic legeretur, *perpetua vita felicitatem*, ut debet sine dubio.

*Collaturus*] Dilaturus; ἀνεβαλόμην, ut recte Graecus. Vide *Calvinum* in Lexico Juridico. At in Epist. *Bruti* ad *Ciceronem* Fam. Ep. 11, 13. *In posterum diem iter suum contulit* eandem vim habet, ac *postero die proficisci statuit.* DAVIS.

*Repraesentaturum*] Juris vox *repraesentare*, est ante diem facere. Sic solutionem repraesentat, qui pecunias ante diem numerat. Itaque nugantur, qui *tentaturum* legunt. Recte Celsi exscriptor accepit haec, cum ait: *Experturum tamen se quamprimum, quod alioquin dilaturus fuerit.* et Graecus: ὃ ἐπὶ πλεῖον ἂν ἀνεβαλόμην, τῦτο νῦν παραςήσω. Notandus autem Caesaris mos, qui non raro juris vocabulis utitur. sic passim *maleficii* vocem usurpat, quam non temere apud alios historicos reperias. VOSS. Adi omnino Comm. ad Frontin. 1, 11, 2. *pecuniam conferret, ut repraesentari merces proditoribus posset.* et Davis. ad Hirt. de B. Alex. c. 70. *si, quae polliceretur, repraesentaturus esset.*

*Castra moturum*] Eleganter veterrimus Codex Bongars. primus non agnoscit *τὰ castra.* quomodo veteres per Ellipsin esse locutos jam lexica docent. Flor. 2, 8, 8. *Quum ingenti tumultu ex Asia movisset.* Curt. 5, 13. *Audito Darium movisse ab Ecbatanis.* ubi vide, et Davisium ad Hirt. B. Afric. c. 7. *Inde movit.* Suspiceris tamen, maluisse hic quoque id addere Caesarem pro solito sibi pleniore stylo: ut passim notari in nostro usu venit. Certe aliis in locis

65 [a] conversae sunt omnium mentes, summaque ala-
2 critas et cupiditas belli gerendi innata est: princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum judicium fecisset; seque [b] esse ad bellum [c] gerendum [d] paratissimam
3 confirmavit. [e] Deinde reliquae legiones per tribunos militum et primorum ordinum centuriones egerunt, uti Caesari satisfacerent: [f] se neque umquam dubitasse, neque timuisse, neque de summa belli suum judicium, sed Imperatoris [g] esse, [h] existima-
4 visse. Eorum satisfactione accepta, et itinere [i] exquisito per Divitiacum, quod ex aliis [k] ei maximam

VARIAE LECTIONES.

a *Conversae* B. tert. b deest in V. pr. c deest in Reg. d *paratissimum* Ed. Med. Ven. Rhell. et V. tert. e Sic MSS. uno alterove excepto, et Edd. antiquae. *denique* Leid. pr. vulgo *inde*. f *sese* Lov. Edd. Rom. Med. V. *seque* L. pr. dein plerique MSS. et Edd. vett. *nec umq.* g deest in B. pr. h *existimasse* MSS. 4. i *conquisito* Edd. Rom. Med. Ven. k vulgo adest *Gallis*.

addit. Ita vide de *solvere* et *naves solvere* ad 4, 23. ad 5, 20. *continens Gallia* etc. ad 2, 5. *in unum locum cogere*, quod alii *in unum* dicunt. Plura de his ad 7, 85. Sed cum et *solvere* aliquando tamen dicat simpliciter, et *exponere* 5, 9. Hirt. B. Afr. c. 3. cum aliter addant *in terram*, (vide ad B. C. 1, 31.) sic hic quoque *movere* uti potuit.

*Plus valeret*] Ejeci comparativum *plus*, quod et olim Grutero displicuit, motus auctoritate MSS. Bong. pr. sec. Lovan. Petav. a m. pr. aliorumque quatuor et Ed. Inc. Liv. 1, 30. *Apud vagos merces valuit.* Terent. Heaut. prol. *vestrum arbitrium valebit.*

*Per tribunos — centuriones*] MSS. *Brant.* et *Norv.* cum editt. *Rom. Ven.* habent: *cum Tribunis militum et primorum ordinum Centurionibus*, quam lectionem probavit *Joan. Brantius.* Nihil tamen mutandum censeo; militibus enim per Tribunos et Centuriones erat agendum, quod praefectis quidem facilis erat sermonis aditus. Vulgatam scripturam in suo Codice invenit Metaphrastes. DAVIS. In meorum Codicibus undecim, in quibus Bongars. Petav. et Lovan. ac Edd. Mediol. Ven. aliisque ante Beroaldum inveni quoque *cum tribunis m. et centurionibus*; quae lectio si admittatur, utpote satis proba et Latina, in sequentibus malim, *uti per eos C. satisfacerent*; quomodo exhibent Cujacian. Vossian. pr. Leid. prim. Bongars. tert. et Duker. ut supra, *per tribunos ei gratias egit.*

fidem habebat, ut milium amplius [a] quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, ut dixerat, profectus eſt. Septimo die, quum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus eſt, Arioviſti copias a noſtris milibus paſſuum IV et XX abeſſe.

XLII. Cognito Caeſaris adventu, Arioviſtus le- 1
gatos ad eum mittit: quod antea de conloquio poſtulaſſet, id per se fieri [b] licere, quoniam propius accessiſſet; seque id sine periculo [c] facere poſſe [d] exiſtimare. Non respuit conditionem Caeſar: 2
[e] jamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur;

VARIAE LECTIONES.

a vulgo XL. b *liceret* Edd. Med. Ven. c *facile* MSS. 2. et Ed. Inc. d vulgo *existimaret.* e *itaque* B. tert.

*Ex aliis Gallis ei*] *Gallis* deeſt in plerisque MSS. CLARK. *Lovan. Norvic. Beroald. Gryph. Florent.* exhibent: *quod ex* aliis *ei maximam fidem habebat.* Lege: *quod ex* Gallis *ei maximam* etc. deleta voce supervacanea. DAVIS. *Cur. Sec.* Non comparet etiam vox *Gallis* in meorum ullo, nec in Edd. primis. In suis etiam non invenit Ciacconius: quare ille jam ejiciendam putavit vocem *aliis.* In Leidensi primo exaratur *ex aliis ei causis fidem m. h.* Adscripſit vir doctus margini *ex Aeduis.* Divitiacus enim Aeduus.

*Millium amplius* XL.] Celsi exſcriptor *quinquaginta* habet. VOSS. MS. *Norvic.* cum edit. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent *millium amplius quinquaginta*, ut et *Julius Celsus* Vit. Caes. p. 35. Numerum longe majorem in suo Codice aut legit, aut legisse ſomniavit Graecus interpres; ſcripſit enim: *τὴν ὁδὸν ἀμφὶ τὰ Χίλια διακόσια καὶ πεντήκοντα σάδια πάντοθεν ἐξετάσας.* DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Voſsii et Edit. Rom. *quinquaginta.* CLARK. Mei etiam cuncti Codd. et Edd. usque Scaligerum, qui e Carrariensi Codice *XL* repoſuiſſe videtur, habent *quinquaginta* vel *L.* quare hoc repoſui: deinde, ut Caeſar conveniat cum Plutarcho et Plinio, Cl. Cluverius ſcribi vult, non male *V et XX*, non *IV et XX.* Vide in Germ. Antiq. Prooem.

*Existimaret*] Bong. pr. et sec. Petav. Lovan. et ſeptem alii cum Ed. Incerta *existimare.* Vere, ut *licere.* de hoc corrupto infinitivo adi notata ad c. 7. 5, 28. *Quid esse levius*, in multis MSS. *esset.* 7, 20. *Quin jam ipsis remittere:* ubi in pleriſque idem error. Adde B. Civ. 2, 10. B. Alexand. c. 8.

*Interposita caussa*] Praetextu. Noſter B. C. 3, 24. *Per caussam exercendorum remigum.*

66 quum id, quod antea petenti denegasset, ultro pol-
3 liceretur: magnamque in spem veniebat, pro suis tantis, populique Romani [a] in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore, uti pertinacia desisteret.
4 Dies conloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim, quum [b] saepe ultro citroque legati inter eos mitterentur, Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad conloquium [c] Caesar adduceret: vereri [d] se, ne per insidias ab eo circumveniretur: [e] uterque cum equitatu veniret: alia ratione [f] se non esse venturum.
5 Caesar, quod [g] neque conloquium, interposita caus-

VARIAE LECTIONES.

a Absunt *in eum* a B. tert. b deest *saepe* in L. pr. et in V. pr. est inter lineas. *quum* in plerisque MSS. et Ed. Inc. ponitur post *citroque*. in Edd. Rom. Ven. Med. est *dum*. c deest Edd. Rom. Ven. Med. d *sese* Lov. deest in Pal. e *sed uterque* L. pr. B. tert. f MSS. 8 et Edd. primae *sese:* in L. pr. deest. g Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *nec*.

Vide et *Suetonium* in Othone c. 3. DAVIS. Ac Is. Casaubonum ad eumdem Julium c. 2. IDEM. *Cur. Sec.*

*Eo legionarios*] Vulgo *leg. eo* contra MSS. et Edd. Vett. *In eos leg.* Voss. pr. Petav. a m. s. Reg. et 3 alii cum Edd. quibusdam. *eis* Ed. Ven. *In eis* Edd. Rom. Med aliaeque. Sed tum malim *in eos*. Adi Cl. Drakenb. ad Liv. 1, 18. *Dextra in caput Numae inposita.* et nos ad B. Civ. 3, 14. *legionibus in naves inpositis.* Sed *eo* non mutandum est. V. ad 5, 14. *Eorum habentur liberi*, *quo* etc.

*Maxime*] Sic MS. Reg. al. *quam maxime*. CLARK. At in meis omnibus adparet *τὸ quam*; nisi quod Bongars. habeat *quod*. Cur deleri debeat, nullam video caussam. Ter. Heaut. Pr. 50. *quam maxime servire commodis*. B. Civ. 1, 2. *quam maxime conlaudatur*. c. 81. *quam maxime demoretur*. Vide ad B. Civ. 3, 94. *cui maxime confidebat*.

*Non irridicule*] Facete, et modo ad risum movendum apto. DAVIS. Hujusce potestatis plura dabit exempla vel unus Quinctilianus Inst. Orat. 6, 3. IDEM. *Cur. Sec.*

*Facere*] Auxi contextum voce *ei*, quam agnoscunt Bong. pr. sec. Petav. Lovan. Leid. pr. et alii sex cum MSS. Brantii, et Edd. ante Beroaldum. Uti *satisfacere alicui*. Sic dicitur *plus facere alicui*, et *bene facere alicui*. Vide insuper in Observ. Miscell. ad Appulej. l. 6. Metam. p. 128. Ed. Pric.

*Pollicitum in cohortis praetoriae loco X. legionem habiturum, nunc ad equum rescribe-*

sa, tolli volebat, neque salutem suam Gallorum [a] equitatui committere audebat; commodissimum [b] esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, eo legionarios milites legionis decimae, cui quam maxime confidebat, inponere; ut praesidium quam amicissimum, si quid [c] opus facto esset, haberet. Quod quum fieret, non inridicule quidam 6 ex militibus decimae legionis dixit: *Plus, quam pollicitus esset, Caesarem* [d] *ei facere: pollicitum, se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum,* [e] *nunc ad equum* [f] *rescribere.*

VARIAE LECTIONES.

a *equitibus* Reg. et mei 3 cum Edd. pp. *equitatibus* Lov. *equitatu* Ed. Scal. b deest in L. pr. a m. pr. c *facto op.* L. pr. V. pr. *esset* exsulat a MSS. 3 et Ed. Inc. d vulgo deest *ei*, et statim *se*. e abest *nunc* a MSS. meis 13 et Edd. Inc. Steph. aliisque. *et nunc* Edd. multae. *et non* MSS. 4. recentiores. f deest in L. pr.

*re*] Ex *Petav. Norvic. Lovan. Bongars.* pr. sec. *Gottorp. Egmond.* et *Palat.* lege *pollicitum, SE in cohortis* etc. Quid vero sit *ad equum rescribere*, fuse docet *J. Fr. Gronovius* ad Senecae de Benef. 5, 6. DAVIS. *Cur. sec. Se* etiam inveni in sex meis, quod et de suis fatentur Ciacconius et Brantius: primae quoque agnoscunt Edd. uti et Vascos. Stephani etc. quare secure addidi. In multis praeterea *τὸ esse* comparet, corruptum ex *τῷ se* vel *sese*.

*Ad equum rescribere*] Miror quaerere Ciacconium, quid sit *ad equum rescribere*. Miles cum primum legebatur, *scribi* dictus, quia indicibus nomen inscriptum. Postea si ordinem mutasset, necessario quoque nomen expungebatur, atque alium in locum transscribebatur. Talium, aut alioqui mortuorum in locum qui successissent, *adscriptitios*, praeterea et *supplementum* dictos fuisse ex Festo discimus. Uti idem ait, *Patres conscriptos* appellari, qui ex equitum numero in Senatum adscripti erant, ut numerus suppleretur. Val. Max. et proprie idem *transscribere* dixit. sic ait: *Turmasque equitum, quibus praefuerat, ademtis equis in funditorum alas transscripsit.* Graecis *ἀπογράφεσθαι* est *adnotari in indice militum*: seu nomen dare: etiam *transscribi*, apud Xenoph. pag. 42. *Ὁ μὲν χρήζων ὅπλα λαμβανέτω ταῦτα, καὶ ἀπογραφέσθω πρὸς τὸν ταξίαρχον εἰς τὴν ὁμοίων τάξιν ἡμῖν. Qui indiget armis, capiat, et a cohortis praefecto in nostrum ordinem transscribatur*: nisi forte mercenarii (de quibus illic loquitur Cyrus) olim non scribebantur in indicibus; ideoque hic vertendum sit *adscribi*, quia

1 XLIII. Planicies erat magna, et in [a] ea tumu-
67 lus terrenus satis grandis. Hic locus [b] aequo fere spatio ab caſtris utrisque aberat. Eo, ut erat [c] di-
2 ctum, ad conloquium venerunt. Legionem Caesar, quam equis devexerat, paſſibus cc ab eo tumulo conſtituit: item equites Arioviſti pari intervallo con-
3 ſtiterunt. Arioviſtus, [d] ex equis ut [e] conloqueren-
68 tur, et praeter se, denos [f] ut ad conloquium adduce-

VARIAE LECTIONES.

a *Itinere* Egm. b *aequatio* V. pr. *aequum f. spatium* MS. Urs. et Oxon. non male. c *d. est* Egm. *ventum*. *Leg.* Carr. et Duk. ceteris omiſſis. sed v. c. 34. d Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *ut ex eq. equo* Egm. e *colloqueretur* Pal. Dorv. L. sec. Ed. Inc. f deeſt in Ed. Steph.

tunc primum scribi incipiebant. Merito autem miles ille dixit, plus facere Caeſarem, quam promiſiſſet: nam honorum magis equo, quam pedibus militare. Livius lib. 3. *Consul advolat ad equites: agite juvenes, inquit, praestate virtute peditem, ut honore atque ordine praestatis.* Sed haec cuivis nota. VOSS. *Ad equum rescribere* eſt legionem eam, quae peditum erat, in numerum equitum transcribere; quam eſſe singularem Caeſaris noſtri formulam obſervo. Sic fere *Seneca* epiſt. 4. ad Lucilium: *Quum puerilem animum depoſueris, et te in virum philosophia transcripserit.* Quo *transcribendi* verbo ad rem propositam valde utitur appoſite *Valerius Maximus* 2, 7. Cum enim Tarentino bello magnum captivorum civium suorum numerum a Pyrrho rege ultro miſſum recepiſſent Romani, *decreverunt*, inquit ille, *ut ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent; qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur.* Et ibidem paullo ante de L. Calpurnio Piſone, *turmasque equitum, quibus praefuerat* (C. Titius) *ademptis equis in funditorum alas transcripsit.* Fuit igitur haec militiae mutatio pro poena militari: pro proemio vero, cum contra pedites in equitum numerum transcribebantur, ut ex hoc *Caesaris* loco colligere eſt. *Brantius.* Hunc locum multo aliter explicat *Sam. Petitus* Obſervat. lib. 1. cap. 6. quem videsis. DAVIS.

*Terreus*] Primum haec vox comparet in Editione Beroaldina, eamque sat bene Latinam eſſe multis probavi exemplis ad Frontin. 4, 1, 31. quibus adde Appulej. de Deo Socratis p. 292. Ed. Colv. *Animalia neque tam bruta, quam terrea.* Mart. Capell. l. 2. p. 36. Ed. Grot. *vis terrea cedit.* Verum tamen in aliorum meisque MSS. omnibus et Edd. primis ac Stephani exaratur *terrenus*; et ita MS. Melae a me viſus 1, 9. ubi vulgo, *animalia ex parte terrea visun-*

ducerent, postulavit. [a] Ubi eo ventum est, Caesar 4
initio orationis sua Senatusque in eum beneficia [b] commemoravit; quod rex adpellatus esset a Senatu, quod amicus, quod munera amplissima missa; quam rem et paucis contigisse, et [c] pro magnis hominum officiis consuesse tribui [d] docebat: illum, 5
[e] quum neque aditum, neque caussam postulandi justam haberet [f] beneficio ac liberalitate sua ac Senatus, ea praemia consecutum. Docebat etiam, 6

VARIAE LECTIONES.

a *ut* And. Oxon. *cum* B. pr. tert. b *praedicavit* Oxon. c vulgo *a Romanis p. maximis h. o. consuevisse.* d *illum d.* V. pr. *dicebat* Cuj. e *quando* V. pr. sec. Leid. pr. et Ed. Steph. *quod* L. sec. f *beneficium hac* Egm.

*tur.* adeo ut vix ausim alteram terminationem Caesari adscribere. Ex Oxoniensi tamen nullam varietatem enotavit Clar. Wasse. [*Terreus agger* apud Varr. de R. R. 1, 14. Sed hic [Sueton. Calig. c. 19.] non admiserim: nec temere in classico auctore prosaico post Varronem. Nam deprehendi, in plerisque MSS. optimis *terrenum* scribi, ubi vulgo *terreum* occurrit: ut apud Melam 1, 9. Inspice Miscell. Observ. V. 8. p. 126. et Caesar. B. G. 1, 43. OUDENDORP. ad Sueton. Calig. c. 19. p. 496.]

*Ab castris utrisque*] In MS. *Norv.* et plerisque editis legitur *ab castris Ariovisti et Caesaris.* Eos nempe Codices invasit Glossema. DAVIS. Vere judicat Davisius, et recte restituit Aldina Editio: atque ita est in Celso, et interprete Graeco, qui habet, *ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων*, et alter p. 27. *ab utrisque castris aequo spatio remotus.* Licet MSS. si excipias Scal. Andin. et Oxon. Edd. que Aldina antiquiores, aliaeque servent *Ariovisti et Caesaris.* sed *utrisque* c. c. 50. 51. Sic et 5, 50. *Utrique* (sc. Caesar et Galli) *sese suo loco continent.* 8, 13. *in conspectu utrorumque castrorum a castris utriusque* est in Edit. R. Steph. aliisque.

*Devexerat*] Nihilo pejus esse pronunciat Gruterus, quod in Petav. et Bongars. pr. ac sec. invenit *vexerat.* quod habet etiam Lovaniens. cum 4 aliis et Ed. Incerta. Elegantius tamen mihi videtur vulgatum, quod servant optimi quoque Codd. ut Vossian. prim. Leid. prim. Andin. Oxon. ceterique. Intelligit, editiora fuisse loca, e quibus in planitiem *deduxit*, sive, quia de equis agitur, *devexit* eos Caesar.

*Denos ut ad c. adducerent*] Graecus interpres modo *δύο* habet, quasi hic *binos* legisset in suo exemplari, ut monet Jungermannus, quo facit Palatini codicis scriptura *denuos.* Praeterea ita haec vertit idem, quasi Ariovistus solus voluisset secum ducere equites: et certe *addu-*

quam veteres, quamque juſtae cauſſae neceſſitudi-
7 nis ipsis cum Aeduis intercederent; quae Senatus
69 conſulta, [a] quoties, quamque honorifica, in eos
facta eſſent; ut omni tempore totius Galliae prin-
cipatum Aedui tenuiſſent, prius etiam, quam no-
8 ſtram amicitiam [b] adpetiſſent. Populi Romani hanc
eſſe conſuetudinem, ut socios, [c] atque amicos non
modo [d] sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate,

VARIAE LECTIONES.

a *quotiens* MSS. *quotienscumque* Lov. Leid. pr. sec. Pal. Duk. Dorv. *quamque* deeſt Edd. Rom. Med. Ved. b *accepissent* V. sec. c deeſt L. pr. d vulgo contra MSS. et Edd. Vett. *nihil sui disperdere* Petav.

*ceret* exhibent Bongars. prim. Lovanienſis, et alii quinque cum Ed. incerta.

*Amplissima missa*] Romanis in more positum erat, ita se erga eos gerere, quos Regum titulo ornarant. Sic apud *Livium* 30, 15. *Scipio Masinissam primum Regem appellatum eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli et scipione eburnea, toga picta et palmata tunica donat.* Vide et *Barn. Brissonium* Form. lib. 2. p. 234. et seq. DAVIS. In MSS. duodecim et Edd. Vett. exhibetur *amplissime*; ut B. civ. 3, 53. *amplissime donare.* sed optimi codices Cujac. Andin. Oxon. Scalig. et Leid. pr. dant *tam amplissima*; quod non ſpernendum videtur. *Tam* enim jungitur aliquando ob emphaſin superlativo. Ter. Heaut. 5, 2, 45. *Tam facillume.* Apulej. l. 4. non procul a fine, *hominis extremi, tamque infimi.* adde Sciopp. susp. lect. 3, 20. G. J. Voſſ. de Conſtr. c. 17. et Oct. Ferrar. in Elect. 1, 19.

*A Romanis pro maximis hominum officiis consuevisse tribui docebat*] Otioſae sunt voces *a Romanis*, *et* absunt a *Bongars.* pr. sec. *Petav. Lovan. Norvic. et Pal.* Eas igitur omnino delendas cenſeo, cum non minus perfecta magisque rotunda hoc modo futura sit oratio. DAVIS. *Cur sec.* Non comparent τὸ *a Romanis* etiam in Egmund. Gottorp. Dorvill. Voſſ. tert. et Leid. tert. ac Urſini libris, neque in Edd. Rom. Med. Ven. Incerta aliisque. In Voſſiano primo et tribus aliis eſt *a Romanis proximis.* Certo indicio haec eſſe gloſſemata: dein MSS. Urſini, meique 16. cum iisdem Edd. habent *magnis*: quod cur alii ex hoc vel illo codice mutarint neſcio. Praeterea Bongarsiani, Voſſiani, Leidenses, Lovan. Petav. Oxon. aliique et Edd. veteres pleraeque *consuesse*; ut alibi crebro, quare cuncta e MSS. reſtitui. *consuerint* c. 44. et 2, 14. ac 4, 33. 6, 27. *consuerat* 4, 6. et 5, 1. 7, 50. 4, 24. 5, 21. 27. 56. 6, 1. 43. 7, 21. B. civ. 3, 40. 41. B. Afric. c. 73. *consuerunt* et *consuerant.* Et sic paſſim Livius. V. Drak. ad 4, 46.

*Consecutum. docebat etiam*]

honore auctiores velit esse. Quod vero ad amici-
tiam [a] populi Romani adtulissent, id iis eripi, quis
pati posset? Postulavit [b] deinde [c] eadem, quae le- 9
gatis in mandatis dederat, ne aut Aeduis, aut
eorum sociis bellum inferret; obsides redderet; si
nullam partem Germanorum domum remittere pos-
set, [d] at ne quos amplius Rhenum transire pate-
retur.

VARIAE LECTIONES.

a *populo Ro.* MSS. 3 et Inc. Ven. *populum R.* Egm. b abest haec vox a MSS. 2 et Edd. pp. c *ea* B. tert. d *aut, ac, ut,* MSS. quidam.

Membranae Andinae et Oxonienses *c. docebat. Referebat etiam.* Unde cum Grutero crederet quis, verbum *docebat* vel hic vel supra, esse e Glossa: quo faciunt ea, quae congessit Clar. Cortius ad Sallust. B. Catil. 47, 1. Verum non raro Caesar solet paucis interjectis idem adhibere vocabulum. 3, 3. *natura loci confidebant*: et in eadem periodo *diutius apud se morari posse confidebant.* Vide etiam ad c. 44. hujus libri. 2, 25. In MSS. et Edd. primis, *impedimento esse vidit*, et dein *rem in angusto esse vidit.* vulgo prius ejiciunt. 4, 21. *Eos domum remittit, et cum his una Commium* etc. *mittit.* Immo 5, 1. *legatos mittunt, qui doceant, nihil p. factum consilio, seseque paratos esse demonstrant.* ubi Gruterus vellet *demonstrant*, et dein *demonstrat*, quoque ejicere; cum nihil opus sit. Adde 5, 28. et Var. Lectiones. item 5, 41. *commemorant* et dein *dicunt.* c. 47. *perscribit: docet:* B. C. 1, 7. bis *queritur.* Alii autem Codd. voluat, alterum esse suppositititium. nam Ursini V. C. et Leid. pr. habent *dicebat*, item Cujacian. cum Glossa *al' referebat.* Immo in Vossiani primi margine scripta offendi, *id est referebat, vel dicebat.*

*Quam veteres, quamque justae etc.*] Aedui nimirum primi e Gallis amititiam Romanorum sunt amplexi. *Strabo* Geogr. libr. 4. p. 192. C. *Οἱ δὲ Ἐδῦοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν.* *Tacitus.* Annal. 11, 25. *Primi Aedui Senatorum in urbe jus adepti sunt. Datum id foederi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo R. usurpant.* Ad hunc locum plura *Lipsius*, quem videsis. DAVIS. ut et *Eumenium* Pan. 3, 4, 1. et Pan. 6, 22, 4. IDEM. *Cur. sec.*

*Sui nihil*] Quia Gruterus in Bongarsianis duobus, uti et Petav. ac Palat. invenerat *suis*, conjecit olim, scripsisse Caesarem solum, *ut non modo suos nihil d.* at non persuadet, licet *suis* exstet quoque in Lovan. ac sex aliis cum Edd. primis. rectius conjicias *e suis* scilicet bonis. Sed non opus est: nam *sui* retinent Oxon. And. Leid. pr. Voss.

1 XLIV. Ariovistus [a] ad postulata Caesaris pauca respondit; de suis virtutibus multa praedicavit;
2 [b] *Transisse Rhenum* [c] *sese non sua sponte, sed ro-*
3 *gatum, et arcessitum a Gallis; non sine magna spe, magnisque praemiis* [d] *domum propinquosque*
4 *reliquisse: sedes habere in Gallia, ab ipsis* [e] *con-*
5 *cessas; obsides, ipsorum voluntate datos; stipen-*

VARIAE LECTIONES.

a *qui ad* Oxon. b *transire* Gott. L. tert. Ed. Inc. c deest in Lov. Reg. et 3 aliis, ac Edd. nonnullis. al. *se.* d *praedicavit d.* MSS. 3 et Edd. Rom. Med. Ven. e *concessa* V. pr.

pr. sec. Duker. et aliorum MSS. Frontin. 4, 3, 15. *nihil ex tantis manubiis in suum convertit.* ubi vide, et passim.

*Auctos*] Ita ediderunt primi inpressores; deinde Aldus, Vascos. Gryphius, Stephanus, aliique exhibuerunt *auctiores*, sed post Faernum *auctos* reposuit Scaliger, ac cum aliorum, tum mei codices nonnulli firmant. Integerrimi tamen MSS. ut Bongars. prim. Voss. pr. Leid. pr. Oxon. et 4. alii *auctiores* agnoscunt: quare id revocavi. *augeri honore, imperio* frequens est locutio, ut nemo nescit.

*Rhenum sese*] Ursinus a veteri Codice vocem *Rhenus* abesse testatur, suspicans eam esse subdititiam; neque ego hinc plane alienus sum: nam non comparet quoque in Oxoniensi, et satis e superioribus subintelligitur. V. 2, 23. et 4, 4. *Germanos transire prohibebant.*

*Accersitum a Gallis*] Ab Arvernis et Sequanis, ut docuit *Caesar* hujusce libri c. 31. DAVIS.

*Stipendium*] Plerique Codd. (*stipendium* capere.) In MS. Reg. deest, *capere.* Et forte elegantius abesse poterit: Ut Syntaxis sit una; *Sedes habere in Gallia, ab ipsis concessas: obsides, ipsorum voluntate datos, stipendium, jure belli* etc. CLARK. E sua editione τὸ *capere* ejecit Clarkius, satis temerarie: quippe omnes ceteri MSS. agnoscunt, ut debent. *habere* pertinet ad *sedes* et *obsides*, quia semel illa acceperat, et in perpetuum habebat; at non habebat stipendia; sed ea quotannis capiebat, ut vectigal iis inpositum suosque reditus. Nepos in Alcibiade c. 9. *ex quo L. talenta vectigalis capiebat.* ubi vide. Sueton. de Gramm. c. 23. *quamquam ex schola quadragena annua caperet.*

*Fusas ac superatas*] Bongars. primus, Vossian. prim. et alii novem cum Edd. primis habent *pulsas ac S.* A vulgata vero lectione stant Bongars. sec. Andin. Lovan. Oxon. Petav. Leid. primus et ceteri, quare quid praeferam, haereo adhuc incertus. 2, 24. *Romanos pulsos superatosque.* 3, 28. *nationes pulsas superatasque esse;* et *pulsis ac proturbatis* 2, 19. *pulsus fugatusque* B. Afric. c. 28. *fugatis pulsis perterritisque* c. 31. Sed 3, 6. *fusis armisque exutis,* passim Livius *fusi fugatique.* Malim tamen hic *pulsas.*

*dium capere jure belli, quod victores victis inponere* [a] *consuerint; non sese Gallis, sed Gallos sibi* 6
*bellum intulisse:* [b] *omnes Galliae civitates ad se* 7
[c] *obpugnandum venisse;* [d] *ac contra se castra ha-* 8
*buisse: eas omnes copias* [e] *a se uno proelio fusas* 70
*ac superatas esse. si iterum experiri velint,* [f] *iterum* 9
*paratum sese decertare;* [g] *si pace uti velint, ini-*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. Vett. vel *consuerunt.* vulgo *consueverunt.* b *omnis* Oxon. c *expugnandum* Cuj. Leid. pr. Scal. *imp.* B. tert. d deest *ac* in L. sec. Dorvill. Edd. R. Med. V. e sic MSS. et Edd. Vett. *a se in proel.* Egm. vulgo *uno abs se.* f Vulgo deest *iterum* g Sic MSS. et Edd. Vett. V. ad 7, 10. vulgo *sin* et *malint.*

*Si iterum experiri velint; paratum se decertare.*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii (— *se* iterum *paratum* esse *decertare.*) Edit. Rom. (— iterum *paratum* esse *decertare.*) Unde vera videtur lectio esse haec, (— iterum *paratum* se *decertare.*) Ut tota periodus isto modo se habeat: (*Si iterum experiri velint; ITERUM paratum se decertare.*) Graec. Interpres: ἐγὼ καὶ ἜΤΙ ἑτοίμως ἔχω μάχεσθαι. Certe istud posterius, *iterum*, omnino male omiserunt Scaliger. et Recentiores. CLARK. *Petav. Bongars.* pr. sec. tert. *Gottorp. Voss. Egmond.* et *Norvic.* dant *si iterum experiri velint se* iterum *paratum* esse *decertare.* eaque vera est lectio. DAVIS. *Cur. sec.* Consentiunt quoque MSS. Ursin. Brant. et omnes mei ac Edd. Vett. in τοῖς *se iterum paratum esse*, vel sine *se* aut sine *esse.* quare reposui *iterum paratum sese.* Repetitiones has apud Caesarem, Livium etc. frequenter occurrere docet Drakenburg. ad Livium 1, 3. et Duker. ad eundem 1, 53. infra c. 49. in duobus versibus quater repetit *locum*, c. 50, 52. ubi quater occurrit *hostes.* c. 54. ter *Rhenum.* Adde 1, 7. 2, 6. 3, 9. 14. et 7, 13. ubi quater *omnis* vel *omnes.* 4, 4. *Aedificia habebant. ex his aedificiis.* ibidem ter *eorum* in fine, nec non 4, 7. 10. 30. 31. 38, 5, 3. 50. 52. 6, 30. 34. B. Civ. 1, 9. *Quonam haec omnia etc. ad omnia se descendere paratum atque omnia pati.* et sic singulis fere paginis. Vide etiam notam sequentem.

*Pace uti malint*] Codex Ursini et Andinus, cum Edd. Beroaldi, Aldi, Stephani, Gryphii *pacem m.* Sed rectius ceteri *pace uti* servant 2, 23. *Eo die pace sunt usi.* Sic *usi tempestate* B. Civ. 3, 15. dein pro *malint* nonnulli scripti et Editi *mallent*; Verum Brantii, Anglici, et mei quatuordecim cum Edd. primis hic quoque habent *velint.* Quae repetitio convenit stylo Juliano. sic c. 45. *Quod si etc. spectari oporteret p. R. esse inperium, si judicium S. servari oporteret, liberam debere esse Galliam.* 2, 9. *Ut si possent* etc. *si minus potuissent* vel *possent*, quod et ibi male delent. 7, 55. *si ab re*

*quum esse de stipendio recusare, quod sua volun-*
10 *tate ad id tempus pependerint. Amicitiam populi Romani sibi ornamento, et praesidio, non detrimento, esse oportere:* [a] *idque se ea spe* [b] *petisse.*
11 *Si per populum Romanum stipendium remittatur, et dedititii* [c] *subtrahantur, non minus libenter sese recusaturum populi Romani amicitiam, quam* [d] *ad-*
12 *petierit. Quod multitudinem Germanorum in Galliam* [e] *transducat, id se* [f] *sui muniendi, non Gal-*
13 *liae* [g] *inpugnandae, caussa facere; ejus rei* [h] *testi-*
71 *monium esse, quod, nisi rogatus, non venerit, et*

VARIAE LECTIONES.

a *id per se ac saepe* L. pr. *idque se eam saepe* Pet. *se* deest in Duk. *hac spe* V. c. Urs. Bong. pr. sec. b *petiisse* Duk. c *retrahantur* L. tert. Ed. Inc. d *adpetiverit* MSS. et Edd. qdd. e *traducat* plerique *deducat* L. tert. Ed. Inc. f *facere* addit V. pr. *suos* MS. Urs. et And. g *obpugnandae* L. pr. Edd. A. Gr. Steph. et aliorum. h *testimonio* Cuj. And. V. pr. L. pr. V. sec. B. tert. et Ed. R. Steph.

*frumentaria Romanos excludere aut adductos inopia provincia excludere.* Vide etiam ad 8, 3. Cato de Re rustica c. 3. *Aedificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet, sed facere* etc. *oportet.*

*Pependerunt*] Ita quidem exaratur in plerisque Codicibus, et Edd. primis. sed Vossian. primus, Leid. prim. Scalig. Oxon. cum Edd. Aldi, Stephani, Gryphii etc. dant *dependerint*: quod mihi non displicet. *Dependere* est integrum stipendium pendere, sine ulla defraudatione persolvere. Cicero ad Fam. Ep. 1, 9. *Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti.* Apul. Apol. p. 188. Edd. Scriver. *quae etsi possunt ab his utiliter, blatterata ob mercedem et auctoramento inpudicitiae, depensa haberi.* Sic enim bene edidit Vir. Doctiss. aliter alii. Brutus e Florent. cui adstipulatur Egmond. malebat hic *perpenderint.* Et certe favent quoque Carrar. et Duker. in quibus *propenderint* et *praependerint.*

*Bellum non intulerit sed defenderit*] Arcuerit, propulsaverit. Noster B. C. 1, 7. *Conclamant legionis* 13. *quae aderat, milites — sese paratos esse Imperatoris sui tribunorumque plebis injurias defendere.* Quadrigarius apud Gellium N. A. 9, 1. *Milites Metelli a pinnis hostes defendebant facillime.* Eodem sensu usi sunt *Arnobius* l. 1. p. 17. ed. Plant. et *Virgilius* Eclog. 7, 47. aliique, quorum loca suppeditabit *Jac. Emmenessius.* Hinc abunde liquet necessariam non esse *Ciacconii* emendationem, qui legit *illatum defenderit*; licet haud negem ita locutum esse *Caesarem* cum alibi;

*quod bellum non intulerit, sed defenderit. Se prius* 14
*in Galliam venisse, quam populum Romanum;*
*numquam ante hoc tempus exercitum populi Romani*
*Galliae provinciae fines egressum.* [a] *Quid sibi vel-* 15
*let?* [b] *cur in suas* [c] *possessiones veniret?* [d] *pro-*
*vinciam suam hanc esse Galliam,* [e] *sicut illam no-*
*stram. Ut* [f] *ipsi concedi non oporteret, si in no-* 16
*stros fines inpetum faceret, sic iterum nos esse ini-*
*quos,* [g] *qui in suo jure se interpellaremus. Quod* 17
[h] *fratres a senatu, Aeduos adpellatos diceret; non*
*se tam barbarum, neque tam inperitum esse rerum,* 72

### VARIAE LECTIONES.

a *quod si* B. pr. b *vellet, quod* Voss. pr. a m. pr. non male. c *ingressiones* D. *passiones* Ed. Inc. d *et prov.* MSS. 4. e Sic MSS. plurimi. al. *sicuti, uti, ut.* deest in L. pr. f vulgo *sibi* et statim *iterum.* g Sic MSS. qdd. et Edd. Vett. vulgo *quod.* h vulgo *ex S. C. Aed. ap. amicos.*

tum B. G. 2, 29. DAVIS. Ciacconii conjectura si esset necessaria, confirmaretur quoque ex 6, 15. *injurias inferrent aut inlatas propulsarent*, immo c. 23. *bellum civitas aut inlatum defendit, aut infert.* de verbo *defendere* plura ad 8, 9.

*Fines egressum*] Vehementer hic turbant MSS. et Edd. Plerique habent cum Hotomanno *finibus egressum*, alii *fines ingressum.* Verum Carrariensis, Duker. et Cujacianus receptam hodie lectionem servant: quam ego quoque praefero. Variatio haec nata videtur, quod olim scriptum fuerit *finis egr.* quodque nescíverint librarii *egredi* cum quarto casu construi. Sed vide, quae notavi ad Frontin. 3, 2, 38. *Urbem egressa erat.* Lucan. 5, 510. *Tentoria postquam Egressus*, aliaque ibidem in Indice. Valer. Max. 3, 2, 2. *custodiam egressa* et passim. Adde Arntzen. ad Aurel. Victor. Epit. 5, 7. *egressus urbem.* Cort. ad Plin. Ep. 7, 33. Noster ipse B. Civ. 3, 52. *Munitiones nostras egressi.* Variatur etiam B. Afric. c. 92.

*Sibi concedi*] Bongars. pr. sec. Vossian. pr. Lovan. Petav. Leid. pr. multique alii cum Edd. Vetustis *ipsi*: quod cur ex uno alteroque codice mutarint, nescio. V. c. 36.

*Sic iterum*] MSS. *sic* item etc. Quod non erat temere mutandum. CLARK. Revocavi τὸ *item*: quod male Scaliger. e Carrar. codice, quicum facit Dukeri MS. mutavit *in iterum*. Omnes mei et Edd. priores exhibent *item.* quod saepe in his commentariis occurrit. Quaedam exempla collegimus c. 36. *item populum Romanum.* 4, 1. *Usipetes et item Tenchtheri.*

*Quod ex S. C. Aeduos appel-*

*ut non sciret,* [a] *neque, bello Allobrogum proximo, Aeduos Romanis auxilium tulisse, neque* [b] *ipsos in his contentionibus, quas* [c] *Aedui secum, et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse.*
18 *Debere se suspicari,* [d] *simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui obprimendi*
19 *caussa habere:* [e] *Qui nisi* [f] *decedat,* [g] *atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro*
20 *amico, sed* [h] *pro hoste habiturum; quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus, principibusque*

VARIAE LECTIONES.

a *nec propter bellum A. ipsos Aeduos* B. tert. L. sec. *bellum* B. pr. b *ipsis* V. pr. Egm. Dorv. *ipsi* Lov. c glossam putat Hotom. d *simulatam Caesaris amicitiam* V. C. Urs. *Caesaris* Ort. *esse am.* B. sec. e vulgo *quod.* f *discedat* Gott. g vulgo *aut.* h *pro* abest a MSS. 10. et Edd. primis. male.

*latos amicos diceret* ] Editio *Gryph.* habet, *quod fratres ex S. C. et amicos appellatos Aeduos diceret.* Rom. *quod a Senatu Aeduos* etc. MS. *Carrar. et* impressus *Florent. Quod fratres a se et amicos Aeduos appellatos diceret;* quo modo videtur legendum, sed ita ut post verbum *se,* interpunctio, quae Librarii imperitia sublata est, restituatur, et *a se* hoc est, *a Senatu* scribatur. *J. M. Brutus.* Ita exhibent, ut voluit vir eruditus, editt. *Rom. Ven.* MS. autem *Norv. Quod fratres Heduos appellatos diceret.* DAVIS. MSS. Reg. et Vossii, interponunt vocem (*fratres:*) et, pro (*ex S. C.*) substituunt (*a Senatu,*) isto modo: (*Quod* fratres a Senatu et *amicos Aeduos appellatos etc.*) Quam lectionem erudite tuetur *J. M. Brutus.* Nimirum, quod in MSS. plurimis erat scriptum, *a Se,* (scil. *a Senatu;*) id a Librariis esse mutatum in, *ex S. C.* MS. Eliensis, omissis istis vocibus, habet; (*Quod* fratres *Aeduos appellatos* etc.) CLARK. Primo sine dubio reponendum est *fratres.* nam praeter aliorum Codd. et Editiones plerasque veteres, codices mei sexdecim et Celsus eam vocem agnoscunt. Vide de ea Brantium. Dein *ex S.C.* habet nullus MStus: nam vel omittunt omnino, vel *a se* exhibent novem, inter quos Cujac. Scalig. et Leidensis primus cum Edd. Rom. Ven. et Incerta. id est *a senatu,* uti jam edidit Stephanus. Sic supra *quod rex adpellatus esset a senatu.* Porro nullus Codex sequentia habet eo ordine, quo vulgo ponuntur *Aeduos adp. amicos.* Sed septem recentiores dant cum Edd. Rom. Ven. Med. ac Vascos. et Stradae *et amicos adp. Aed.* vel *Aed. adp.* Verum in Bongars. pr. sec. Voss. prim. Petav. Lovan. Egmond. Gottorp. et tribus aliis, ac Ed. Inc. et Celso non comparet vox *amicos.* praeterea Vossianus primus pro varia le-

*populi Romani gratum esse facturum. Id se ab* 21
*ipsis per eorum nuncios compertum habere; quorum omnium gratiam atque amicitiam ejus morte redimere* [a] *posset. Quod si* [b] *decessisset, et liberam* 22
*possessionem* [c] *Galliae sibi tradidisset, magno se illum praemio remuneraturum, et quaecunque bella geri vellet, sine ullo ejus labore et periculo confecturum.*

XLV. Multa [d] ab Caesare in eam sententiam 1
dicta sunt, quare negotio desistere non posset, [e] et

VARIAE LECTIONES.

a *posse* MSS. 3. b vulgo *discessisset*, *ac l. sibi p. Galliae* contra MSS. et Vett. Edd. c *Galliam* Egm. d Sic MSS. optimi magno numero. vulgo *a*. e *et* abest ab Oxon. et Ed. Steph.

etione adscriptum habet *si amicos*, certissimo argumento, eam vocem hic loci fuisse Glossam τοῦ *fratres*: quare hac reposita *amicos* delevi.

*Neque bello Allobrogum proximo*] Non intelligit, ut imperite censuit *Joan. Goduinus*, bellum, quod cum Allobrogibus gessere Domitius Aenobarbus et Fabius Maximus, (Vide *Florum* 3, 2.) sed id quo eos debellavit Cn. Pontinus. Vide not. ad c. 4. DAVIS.

*Debere se suspicari*] Verbum *Debere Faërnus* auctoribus antiquis libris tollendum putabat. *Hotomannus* ex *Ea re* conflatum arbitrabatur; non autem necesse est, ut vel huic vel illi aures praebeamus; commoda enim est vulgata lectio, eamque in suo Codice invenit Metaphrastes. IDEM.

*Quod nisi decedat aut exercitum deducat — sese illum — pro hoste habiturum*] MSSti et vett. editi, *qui nisi decedat, atque exercitum* etc. Lege minima mutatione *Quin nisi decedat atque exercitum deducat — se illum — pro hoste habiturum.* DAVIS. *Cur. sec.* Cur non potius servamus constantem omnium Mstorum lectionem *qui* sc. Caesar *atque* etiam omnes mei.

*Quod si discessisset*] Alii *recessisset*; sed rescripsi, ut jussit ad marginem sui libri N. Heinsius, *decessisset* auctoritate Codd. Oxoniensis, Leidensis primi, tertii, et Vossiani primi pro var. lect. ac Ed. incertae. respicit enim ad supra dictum *qui nisi decedat*; et quasi *sibi cedat de Gallia*, ut 6, 14. *Iis omnes decedunt*. ac passim Livius. V. 2, 26. *ni decedatur Volsco agro.* Sed et B. Alex. c. 35. *Cappadocia se decessiisse*, et seqq. ut et c. 70. Aliter *discedere* hic non damnarem. Vide ad Lucan. 1, 335. Sic de aestu maris dicitur *decedere* et *discedere*. Consule notata ad 3, 13. Cort. ad Sall. Jug. 21. *Legati Africa discessisse*.

73 neque [a] suam, neque populi Romani [b] consuetudinem pati, [c] uti optime meritos socios desereret; neque se judicare, Galliam potius esse Ariovisti,
2 quam populi Romani. Bello superatos esse Arvernos, et [d] Rutenos [e] ab Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignovisset, neque in provinciam
3 redegisset, neque stipendium inposuisset. Quod si antiquissimum [f] quodque tempus [g] spectari oporteret, [h] populi Romani justissimum esse in Gallia imperium: si judicium Senatus [i] observari oporteret,

VARIAE LECTIONES.

a *suum* Edd. Rom. Med. V. b deest Edd. Rom. M. V. *cons. esse p.* Egm. c al. *ut m. populos* Pal. *m. sociosque* B. tert. d *Rutones* B. pr. *Ruthenos* nonnulli. e Sic rursus MSS. meliores 6 cum Ed. Inc. f deest in L. pr. a m. pr. *quoque* MSS. multi. g *exspectari* Egm. *spectare* B. pr. h *populo Ro.* L. pr. i vulgo *servari.*

*Meritos S.*] Ita habent ex meis Andin. Scalig. Leid. prim. et Oxon. cum Bongars. tert. quod primus invexit Aldus. ceteri omnes scripti et Editi priores *merentes*; nec male. Non olim modo optime meriti erant: sed adhuc dum merebant; licet res fere eodem recidat.

*Arvernos*] MSS. plurimi et Edd. Vet. hic et alibi *Avernos.* sed recte Bongars. prim. Petav. et alii *Arvernos* servarunt. V. Cl. Duker. ad Flor. 3, 2, 4. aliosque.

*In provintiam redegisset*] *In provinciae formam redigi* dicebantur, quae vectigal pendere jubebantur, quibusque suae leges adimebantur, ut in eas juris dicendi caussa quotannis Magistratus a populo Romano cum summo imperio mitterentur ut eodem illo anno de Narbonensi provincia factum est. Quae vero suis legibus utebantur, *Liberae* dicebantur: ut mox, paucis interjectis. *Hotoman.* Multis haec confirmat *G. J. Vossius* in Etymol. voce *Provincia*, quem vide. DAVIS.

*In Gallia*] Vossian. prim. *in Galliam*, ut dicimus *imperium in belluas.* Verum is hujus loci non est sensus. Sed intelligitur imperium in aliqua Galliae parte. Immo licet in totam Galliam vellet dicere imperium, Ablativus haberet locum. Plaut. Mil. 3, 1, 17. *facile est imperium in bonis.* ubi vide.

*Servari*] Recte quidem; sed MSS. mei 13. et in his antiquissimi Bongarsiani, Vossian. pr. Leid. prim. Andin. Scalig. ac Edd. Inc. Vascos. Steph. Gryph. *observari.* Verissime. ut *observare leges*, *aequum*, et similia passim.

*Ad nostros adequitare*] Sic

liberam [a] debere esse Galliam, quam b[...] victam suis legibus uti voluisset.

XLVI. Dum haec [b] in conloquio geruntur, 1
Caesari [c] nunciatum est, equites Ariovisti propius tumulum accedere, et ad [d] nostros adequitare; lapides telaque in nostros [e] conjicere. Caesar lo- 2
quendi finem fecit; seque ad suos recepit; suisque imperavit, ne quod omnino telum in hostes [f] reji- 74
cerent. nam, etsi sine [g] ullo periculo legionis 3
[h] delectae [i] cum equitatu proelium fore videbat,

VARIAE LECTIONES.

a deest V. pr. Dorv. b deest *in* L. pr. sec. c *denunciatum* Edd. Rom. Med. Ven. d vulgo deest *ad.* e *conicere* MSS. ut apud nostrum et alios ubique in compositis a *jacio. coicere* Leid. pr. Oxon. f *rejicerent*, MSS. *jacerent* Pet. g deest Dorv. Edd. Rom. Med. V. h *dilectae* V. sec. i *commissum cum e.* Oxon. V. pr. L. pr. et quatuor alii cum Edd. Beroaldi, A. Steph. Gr.

MSS. et Edd. Vet. Graecus interim *καὶ ΠΡΟΣ* etc. Quae Lectio cum sit minus ambigua, male a Scaligero et Recentioribus editum est *et nostros adequitare.* CLARK. Recte Cl. Clarke revocavit *τὸ ad*, quod ejecit Scaliger fide MS. Ursini. solus consentit Cujacianus, et Hotoman. Ceteri MSS. omnes, et Edd. servant *ad.* quam perspicuitatem requirit Caesaris stylus. Praepositionis autem repetitionem in hisce compositis esse frequentem, etiam tirones sciunt; licet minime sit inculcanda; ubi eam abnuunt MSS. Sic utrumque c. 50. et 51. *educere e castris* et *castris.* ubi ultimo loco addiderunt *e* contra MSS. 2, 2. *abesse a periculo.* c. 33. *ex oppido exire.* Vide etiam ad 3, 9. *ex navi egredi* 4, 26. etc. *per partes perequitare* 4, 33. 5, 44. *in eam inrumpere.* c. 45. *in jaculo inligari.* et singulis fere paginis. Sic *adire ad aliquem* et *ad aliquid.* V. ad 4, 20. *ad jugum adscendere* Hirt. B. Afric. c. 38. 74. *ad oppidum accurrere.* Similia in Livio vide apud Cl. Drakenb. ad Praef. *in civitatem immigraverunt.* Immo idem *adequitare alicui* et *ad aliquem.* Consule notas ad 1, 14. et alibi.

*Fecit*] Rescribendum *facit*, auctoritate Bongarsiani pr. et sec. Petav. Fmond. nec non quatuor aliorum et Ed. Incertae; ac *recipit* e Bong. pr. licet sequatur *imperavit.* Elegans et frequens haec temporis est mutatio apud Historicos. Vide quae laudantur in Miscell. Observ. Vol. 2. p. 81. Eadem variatio 1, 3. *suscepit, persuadet.* 2. 5, 13. *accepit et ducit.* 5, 2. *reliquit et proficiscitur.* et innumeris in locis, quod in plerisque perperam Davisius et Clarkius ferre non potuerunt, ut suis locis patebit. contra ita e MSS. dedi quoque B. Afric. c. 53. *vela in altum dederunt*, *et per-*

tamen committendum non putabat, [a] ut, pulsis ho-
stibus, dici posset, [b] eos ab se per fidem in con-
4 loquio circumventos. Posteaquam in [c] volgus mili-
tum [d] elatum [e] est, qua adrogantia in conloquio
Ariovistus [f] usus, [g] omni Gallia [h] Romanis inter-
dixisset, inpetumque in nostros ejus equites fecis-
sent, eaque res conloquium ut diremisset; multo

### VARIAE LECTIONES.

a *ne* Cuj. b deest V. sec. *ab* reposui e MSS. pro *a*. c Sic V. pr. et Oxon. non *vulg*. d *delatum* V. sec. B. tert. Reg. Eliens. *collatum* L. tert. Ed. Ine. *relatum* Ald. Vasc. Steph. Gryph. Str. male. V. Ciacc. e Exsulat ab Egm. f *usus* non est in L. pr. *us. esset*. L. sec. g *omnem Galliam* Carr. Duk. et 2 alii. V. ad l. 6. f. h *Romanos* Dorvill. Edd. Rom. Med. Ven.

*veniunt*. Adde ipsos Davis. et Clark. ad B. Hisp. c. 22. Cort. ad Plin. Ep. 2, 14, 10. et Ep. 9, 13; 20. Drak. ad Liv. 3, 46, 9. Nep. Alc. 10, 2.

*Legionis delectae*] *Ciacconius* ex ingenio scribit *legioni delectae*, cui tamen non accedo; MSStorum enim auctoritate suffulta lectio non est rejicienda, cum commoda sit, et sensum idoneum fundat. DAVIS.

*Per fidem in colloquio*] Hunc locum temere sollicitat *Fr. Hotomannus*, dum vel *perfide*, vel *per fidem colloquii* legendum censeat; retinenda enim est vulgata lectio. *Livius* 38, 25. *Major multo pars* (Gallorum) per fidem *violati colloquii poenas morte luerunt*. Ibi etiam *H. Grotius* de jure B. et P. 3, 24, 3. reponit *perfide*. Sed aliud egit vir maximus. *Seneca* de Prov. c. 3. ubi de Sullae crudelitate: *Multa millia civium Romanorum uno loco post fidem, imo* per ipsam fidem, *trucidata*. Ceterum *Per fidem* in colloquio circumveniri dicimus eos, qui, ob fidem datam colloquentes, circumveniuntur. DAVIS. Adde Gruter. ad Livii 1, 9. *per fas ac fidem decepti*. Cortium ad Sallustii Histor. 1. p. 950. *per fidem violasti*: infra legunt viri docti 8, 48. *Vulnera per fidem inposita*. Ubi vide plura. Male itaque Petavianus Hotomanni conjecturam *perfide* firmat.

*Ut diremisset*] Priorem voculam addidi ex *Ven*. aliisque vett. editt. Recentiores enim illam prorsus omittunt, quae tamen sententiae videtur necessaria. Significat autem *quomodo* vel *quemadmodum*, ut apud *Terentium* Andr. 1, 1, 8. DAVIS. Scribit *Davisius* ex Editt. Vett. [*colloquium* UT *diremisset*;] istamque voculam, *Ut*, sententiae necessariam existimat. Et sane non modo Editt. Vett. verum et MSS. quoque Reg. Eliens. et Vossii, voculam istam agnoscunt. Attamen Syntaxin attentius perpendenti, aut omittenda videbitur ea vox in posteriori parte sententiae, aut interponenda in priori. Si enim istud, [*ea res colloquium diremisset*,] cohae-

[a] major alacritas ſtudiumque [b] pugnandi majus [c] exercitu injectum eſt.

XLVII. Biduo poſt Arioviſtus ad Caeſarem le- 1
gatos mittit, velle se de his rebus, quae inter eos 75
agi coeptae, neque perfectae eſſent, agere cum eo: uti [d] aut iterum conloquio diem conſtitueret; aut si [e] id minus vellet, [f] ex suis legatis aliquem ad

VARIAE LECTIONES.

a *magis* MSS. 2 et Edd. eaedem. et ante *dirimisset* MSS. et Edd. qdd. b *bellandi* Ed. Inc. V. ad c. pr. c Sic Voſſ. sec. non *exercitui*. d *Aut* abeſt ab Edd. quibusd. e deeſt *id* in Lov. Gott. V. tert. et Edd. primis. f MSS. plerique et Edd. Vett. *e* Egm. caret τῷ *ex* Pal. *a*.

rere nequit cum eo, quod praeceſſit, [*qua arrogantia;*] utique nec superius illud, [*impetum ejus equites fecissent,*] cum eodem satis apte cohaerere poterit: non enim *Equitum*, (quanquam perfidorum,) sed *Ariovisti*, erat propric *arrogantia*. Adeoque legendum erit, [*impetumque — ejus equites* ut *fecissent, eaque res colloquium diremisset.*] Sin autem priori illa in parte recte omitti poteſt vocabulum, *ut*; (quomodo in omnibus quidem MSS. omiſſum eſt;) recte quoque et in poſteriori poterit omitti. CLARK. Recte quidem Clarkius docet non necessarium eſſe τὸ *ut*, verum tamen retinent hanc voculam Ursini Codd. et Bongars. prim. Petav. Scalig. Voſſian. prim. Lovan. et alii multi, in Bongars. sec. eſt *et*, in tertio *ac*. Conjicio ab auctoris manu eſſe *vi diremisset*. Saepe *vi* corruptum abiit in *ut*. Conſule Heins. et Cl. Burm. ad Ovidii Epiſt. 17, 186. *Vi mea rusticitas excutienda fuit*. Drakenb. ad Liv. 4, 51, 6. *quos vi teneret*. *Vi inrumpere*. Hirt. B. Afric. c. 39. *expugnare vi* c. 36. ubi vide. Favet etiam Celsus, qui addit *impetu*.

*Injectum est*] Cum Graecus Interpres habeat ἐνέφυ; ingeniose conjicit Vir Doctiſſimus *Jos. Wasse* (in *Addendis suis* ad *Sallustium* pag. 398.) in antiquis Codd. scriptum fuiſſe *innatum est*: quomodo et alibi locutus eſt *Caesar*. CLARK. Sic c. 41. *summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est*. B. Civ. 3, 92. *Animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus*. Verum nihil mutant scripti et Edd. nisi quod in Incerta sit *invectum*, vitiose. *injici* paſſim adhiberi de animi adfectionibus, notiſſimum eſt. Ut hic, ita Juſtin. 3, 5. *Tantum ardorem militibus injecit*. Nep. Alcib. c. 3. *Magnus multitudini timor est injectus*. Frontin. 2, 4, 11. *suis alacritate et hostibus metu injecto*. et infra 7, 55. Add. Comm. ad Liv. 3, 64.

*Legatis aliquem ad se mitteret*] Vel abundat vox *legatis*, quam non expreſſit Graecus; sic enim vertit: τινὰ τῶν ἑαυτοῦ πρὸς ταῦτα παρ' ἑαυτὸν πέμπειν. vel legendum *ex suis* legatum *aliquem ad se mitteret*. et hoc malo. DAVIS. *Cur. sec.* Si placet legi *legatum*, malim delere

2 se mitteret. Conloquendi Caesari caussa visa non est, et eo magis, quod pridie [a] ejus diei Germani retineri non [b] poterant, quin in nostros tela [c] con-
3 jicerent. Legatum [d] ex suis sese [e] magno cum periculo ad eum missurum, et hominibus feris obje-
4 cturum, existimabat. Commodissimum visum est, C. Valerium [f] Procillum, C. [g] Valerii [h] Caburi filium, summa virtute et humanitate [i] adolescentem (cujus pater a C. Valerio Flacco civitate donatus

VARIAE LECTIONES.

a desunt *ej. diei.* in Pet. b Sic MSS. plerique et Edd. pp. Nonnulli cum Edd. Vasc. Aldi, Steph. Gryph. aliisque *potuerint.* Scal. et Edd. Vulg. *potuerant.* c MSS. et Edd. Vett. *conicerent,* et *coicerent.* d MSS. omnes fere *e.* Bong. tert. *legatumque e.* e *ex magno* V. pr. *quod m.* Gott. V. tert. f *Procilium* Edd. quaedam. g *Valeri* L. pr. V. pr. et 3 alii cum Ed. Inc. Consule Bentlej. ad Terent. A. 2, 1, 19. Noris. ad Cenot. Pis. Diss. 4, 2. et infra 8, 26. *Durati.* h *Cabuli* Petav. Lovan. L. pr. *Cabari* Ed. Inc. *Caburii* Edd. qdd. i *adulescentem* B. pr. a m. pr. et Oxon. uti semper Terentii et Plauti MSS. ac saepius alibi.

*τὸ aliquem*, quae vox exsulat a Lovaniensi, et manu prima Dukeriani: et ita responderent his verbis sequentia *Legatum ex suis* etc. quamquam vel retenta voce *legatis* abesse poterat vox *aliquem*; ut monitum jam ad c. 34.

*C. Valerium Procillum*] *Marcum* nonnulli putant legendum. Sane v. c. Scal. et Anonymus *Cajum* habent. Meminit Valerii interpretis Cicero in Epist. ad Atticum. Graecus constanter *Μάρκον*. VOSS. Perperam Graecus Interpres hic et infra c. 53. hunc virum *Marci* Praenomine insignit, cum supra c. 19. eum recte *Cajum* vocaverat; sed inepte hunc ab illo diversum existimabat. Idem mendum hic videre est in Antiquissimis editt. *Rom.* et *Ven.* DAVIS. Meorum nullus habet *Marcum*; sed constanter *Cajum* vel *Gajum* cum Ed. Incerta servant, nisi quod unus et alter praenomen omittat. Ceterum in sequentibus mire turbant Ursini codices, quorum tamen lectio, a nullo meorum confirmata, ipsi melius placebat: *donatus erat, quorum amicitia jam Ariovistus longa consuetudine utebatur et propter fidem et propter L. G. scientiam, et quod* etc.

*Longinqua consuetudine utebatur*] Frustra viri docti hic *longa* emendant pro *longinqua.* Sic Plautus in Milite, *longinqua vita* dixit. Et Gellius lib. et cap. ultimo operis sui: *Sed quoniam longinquis per hyemem noctibus in agro, sicuti dixi, terrae Atticae commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus: idcirco eas inscripsimus noctium Atticarum.* Plura adducere

erat) et propter fidem et propter linguae [a] Gallicae scientiam, qua multa jam Ariovistus, longinqua consuetudine, utebatur, et, quod in eo peccandi 76
Germanis caussa non esset, ad eum mittere, et [b] M. Mettium, qui hospitio Ariovisti usus erat.
His mandavit, ut, quae diceret Ariovistus, cognos- 5
cerent, et ad se referrent. Quos quum [c] apud se 6
in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente, conclamavit: *Quid a se venirent?* [d] *an spe-*

VARIAE LECTIONES.

a *Galliae* Egm. b Sic bene Ursini. et ita MSS. Bened. Floriac. *Metium* Cujac. Carr. et Edd. R. M. V. ac Celsus. Reliqui MSS. *Marium Titium* vel *Titum*, vel *Marc. Titium*, et Edd. multae, cum Interp. Gr. plura v. ad c. 53. c desunt 2 voces in Cujac. Oxon. et Leid. pr., qui habet *in castris suis*. d *an* abest ab Oxon. insp. Ed. Med.

supervacuum. VOSS. Si pluribus opus sit, pleno modio suppeditabit vir summus *J. Fr. Gronovius* Observ. 4, 11. qui hac in re *Ciacconii* et *Brantii* errorem notavit. Obfervandum etiam est, frustra esse *Fr. Hottomannum* aliosque, qui ex hoc loco colligunt, linguam Germanicam a Gallica prorsus fuisse diversam, cum ejusdem tantum linguae erant Dialecti, ut multis probavit *Ph. Cluverius* Germ. 1, 5. Et sane discrepans pronunciatio, verba nova paullatim introducta, multusque inter suos linguae Germanicae usus possent facere, ut complures anni transirent, priusquam Gallica commode usus fuerit Ariovistus. DAVIS. Vide etiam Cellarium, et Davis. ad 5, 29: *longingua obsidione. Temporis longinquitas* B. C. 1, 29. in Edd. primis, non vero MSS. est *longa*. Ceterum Ciacconius conjecit rescribendum *multum*, perperam. Non enim Ariovistus *multum utebatur scientia Gallicae linguae*, quod innueret, eum Gallice frequenter locutum esse, et istam ostentare scientiam, sed *utebatur multa scientia*, i. e. habebat magnam ejus linguae cognitionem. Offendit forsan Ciacconium *multum* pro magno dici. at vid. N. Heins. ad Ovid. Rem. Amor. 632. Infra 5, 11. *multae operae res.* ubi alii *multi operis.*

*M. Mettium qui hospitio Ariovisti usus erat*] Sic est: nihil sanctius olim apud Germanos hospitii jure. Caesar l. 6. *Hospites violare fas non putant: qui quaque de caussa ad eos venere, ab injuria prohibent, sanctosque habent, iis omnium domus patent, victusque communicatur.* Etiam apud Graecos: Isac. Tzetz. in Lycophron. *Παλαιὸν ἔθος τὸ μὴ τὲς συμφαγόντας ἀλλήλοις ποτε παρ' ἀλλήλων θνήσκειν, εἰ μήπε τὕτο ἀκεσίως συμβῇ.* Hinc Parius ille jamborum scriptor

*culandi* [a] *caussa?* [b] conantis dicere prohibuit, et in [c] catenas conjecit.

1 XLVIII. Eodem die castra [c] promovit, et milibus passuum VI [d] a Caesaris castris sub monte con-
2 sedit. Postridie [e] ejus diei, praeter castra Caesaris suas copias [f] transduxit, et milibus [g] passuum II
77 ultra eum castra fecit; eo consilio, [h] uti frumento, commeatuque, qui ex Sequanis et Aeduis subpor-
3 taretur, Caesarem intercluderet. Ex eo die dies continuos V Caesar [i] pro castris suas copias produxit,

VARIAE LECTIONES.

a *gratia* Edd. R. V. M. b sic Oxon. V. pr. sec. *caussam conantes* MS. Ciacc. et B. tert. c *catenis* Pet. d *permovit* V. tert. e deest *a* in L. pr. e absunt 2 voces a Pet. f MSS. plerique *trad.* Edd. R. V. M. *Red.* g *ibi pass.* l. pr. h *Ut* MSS. et Edd. qdd. i *pro c.* exsulant a Lov. *suis* Egm. et Leid. pr. a m. pr.

(ut Origenes l. 2. contra Celsum appellat,) sive Archilochus Lycambae violatum hospitii jus exprobans, ait: Ὅρκον δὲ ἐνοσφίϑης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν. Sacramentum, inquit, mensa et sale conciliatum. Sal indicium perpetuae et incorruptae amicitiae, unde et בְּרִית הַמֶּלַח pactu salis Hebraei vocant, aeternum foedus. Sic Par. 2, 13,5. יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל נָתַן מַמְלָכָה לְדָוִיד עַל יִשְׂרָאֵל לְעוֹלָם לוֹ וּלְבָנָיו בְּרִית מֶלַח i. *Dominus Deus Israël dedit regnum Davidi super Israëlem in aeternum, illi et filiis ejus pactum salis.* VOSS. Pro *usus erat* inveni in MSS. Bongars. Petav. Vossianis, Leidensibus, Scalig. aliisque magno numero et Edd. primis ac Vascos. Steph. Gryphii aliisque, item Ciacconii et Brantii libris, *utebatur.* i. e. jus hospitii cum eo exercebat. Celsus simpliciter vocat eum *Ariovisti hostem.* Verum quum nihil varietatis ex Anglicis MSS. adnotant viri docti, et Metaphrastes habeat ξένον ποτε γενόμενον, nihil innovare rursus ausus fui: quamquam alterum malim, mutatum ab Aldo et illis, quibus non placebat repetitio inperfecti *utebatur.* At illam amatam esse a Caesare, innumeris locis patet: quare etiam restitui jubebat Gruterus.

*Conclamavit*] Sic omnes Codd. MSS. et veteres typis excusi. Recentiores enim *verbum simplex* exhibent, quod, ut opinor, compositum non nisi de multitudine clamantium dici arbitrarentur. At perperam. *Virgilius* Aen. 3, 523. — *Italiam primus* conclamat *Achates.* ubi *Servius, valde,* inquit, *aut saepius clamat.* Vide et Aen. 6, 259. DAVIS. Consen-

xit, et aciem instructam habuit; ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset. 4 Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris
[a] continuit: equestri proelio [b] quotidie [c] contendit. Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant. 5 Equitum milia erant VI, totidem numero pedites velocissimi, ac fortissimi; quos ex omni copia singuli singulos, suae salutis caussa, delegerant. 6 cum [d] his in proeliis versabantur: ad hos se equites recipiebant: hi, [e] si quid erat durius, concurrebant: si [f] qui, graviore vulnere [g] accepto,

VARIAE LECTIONES.

a *continens* L. pr. *constituit* Oxon. b *cottidie* MSS. nonnulli. c *contendebat* L. pr. d *iis* et statim *eos* MSS. multi et Edd. Vett. e *sicut et* V. sec. f *quis* Petav. Leid. pr. Egm. et alii tres cum Ed. Inc. g deest L. tert.

tiunt in τῷ *conclamavit* MSS. Brantii et mei omnes praeter Vossian. sec. et Duker. recte. Ovid. Met. 6, 690. *Conclamat virgo.* 13, 73. *Conclamat socios*, et alibi. Valer. Flacc. 3, 259. *Adtonito conclamat ab agmine Tiphys.* Petron. c. 114. *hospites conclamans.* et saepius alii. Hinc forsan non male Mediceus Cod. in Frontino habet 2, 4, 10. *conclamare coepit.* vulgo *clare praedicavit.* Male Scaliger e Carrariensi inculcavit hic *clamavit.*

*Frumento commeatuque, qui*] Vossian. primus caret τῷ *que*, et pro eo in margine habet *quod. Quod* pro *qui* legitur quoque in Oxoniensi et Leid. primo: quasi fuerit olim *frumenti commeatus quod.* Sed supra jam dixit c. 39. *Rei frumentariae commeatusque caussa.* Adi omnino, quae congessimus 3, 7. *frumenti commeatusque petendi caussa.* 7, 38. *numerum frumenti commeatusque.* B. Civ. 3, 42. 78.

*Quos ex omni copia*] *Copia* hic exercitum significat. Sic in Epist. *Cn. Pompeji* ad M. Marcellum et L. Lentulum Coss. apud *Ciceronem* Ep. ad Attic. 8, 17. *Uti ipse cum omni* copia *ad nos venerit.* Vide et *Sallustium* Catil. c. 56. DAVIS. Adde not. ad B. Civ. 1, 45. *Augebatur illis copia.*

*Equo deciderant*] Bongars pr. sec. Petav. Lovan. Vossiani omnes, Oxon. Leid. prim. Egmond. et tres alii cum Ed. Incerta *deciderat*; verissime; *qui* pro *quis* est singularis numeri, quod nescientes librarii in *quis deciderat* vel, *qui deciderant* corruperunt. Graecus etiam Metaphrastes haec habet in numero singulari. passim *qui* et *si qui* pro *quis* apud optimos scriptores, sed crebro corruptum occurrere, sciunt docti; uti infra 6, 13. *si qui aut privatus*, et *si qui ex reliquis excellit dignitate.* B.

7 equo [a] deciderat, circumsistebant; si quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum, exercitatione, [b] celeritas, ut, [c] jubis equorum sublevati, cursum adaequarent.

1 XLIX. Ubi eum castris [d] se tenere Caesar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum [e] locum, quo [f] in loco Germani [g] consederant, circiter [h] passus DC [i] ab eis, castris idoneum locum delegit; [k] acieque triplici instructa, [l] ad eum lo-
2 cum venit. Primam et secundam aciem in armis
3 [m] esse, tertiam castra [n] munire jussit. [o] Hic locus ab hoste circiter passus sexcentos, uti dictum est,
78 aberat. eo circiter hominum [p] numero XVI. milia expedita cum omni equitatu Ariovistus misit; quae

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *deciderant.* b Dorvill. interponit *Velocitas.* c *caudis* L. tert. pro var. lect. et Ed. Inc. idem Cod. mox *sublati.* d Sic MSS. fere omnes et Edd. Vett. non *sese.* e *idoneum locum* G. L. tert. Ed. Inc. et statim carent. f desunt *in loco* Petav. g *consederint* Oxon. *considerant* Ed. Inc. non male. h *passum* L. pr. i al. *ab hisc.* abundare haec videntur Ciacconio. k *acie tr.* Oxon. l *in* Voss. tert. m *sese tenere* Oxon. n *muniri* Pet. B. pr. o *is l.* L. pr. Scal. et Ed. R. Steph. p vulgo *numerum.*

Civ. 1, 84. *si qui locus misericordiae.* 2, 24. *si qui vitare voluerit.* B. Alex. c. 16. *si qui cessisset.* Sic enim MSS. optimi, et B. Hispan. c. 22. *si qui transfugerit.* MSS. et Edd. Vett. Apuleji l. 1. Met. p. 3. *si qui velit dicere.* nam et ibi vulgo *quis* ab Elmenhorstii Edit. usque. p. 8. *si qui agitarit.* Vide hic Colv. et Drak. ad Liv. 3, 17, 7.

*Circumsistebant*] Ut eos ab incursu hostium tutos et incolumes praestarent. DAVIS.

*Hominum numerum* XVI *millia*] Quoad numerum. Hoc cum non intelligerent nonnulli editores, vocem *numerum*, ut superfluam prorsus omisere. Frustra. *Gratius* Cyneg. vs. 31. *Et bis vicinos spatium praetendere passus Rete velim:* ubi *protendere* legendum crediderim. *Curtius* 5, 1, 25. *Spatium* XXX et *duorum pedum* latitudinem *amplectitur*, hoc est, quoad latitudinem; non enim necesse est, ut cum doctissimo viro *Joan. Freinshemio in latitudinem* reponamus. DAVIS. Forsan tamen ex *Pal.* primo rescribendum *latitudine*; quod si fiat hicce locus ad rem nostram minime faciet. Alter itaque succenturiandus est. *Suetonius* Calig. c. 19. *Bajarum*

copiae nostros [a] perterrerent, et [b] munitione prohiberent. Nihilo [c] secius Caesar, [d] ut ante consti- 4
tuerat, duas acies hostem propulsare; tertiam
opus perficere jussit. Munitis castris, duas ibi le- 5
giones reliquit, et partem [e] auxiliorum: quatuor
[f] reliquas in castra majora reduxit.

L. [g] Proximo die, instituto suo Caesar [h] e ca- 1
stris utrisque copias suas eduxit: [i] paullumque a
majoribus [k] progressus [l] aciem instruxit; [m] hostibusque pugnandi potestatem fecit. ubi ne tum qui- 2
dem [n] eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum [o] in castra reduxit. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum, [p] quae castra [q] minora [r] obpugnaret, misit. [s] Acriter utrimque, us- 3

VARIAE LECTIONES.

a *deterrerent* Lovan. L. sec. Dorv. et Edd. R. V. M. *terrerent* Pet. Egm. et 3 alii cum Ed. Inc. b *munitiones* Pet. Leid. pr. c *segnius* MSS. quidam. sed V. ad B. C. 2, 7. *minus sec.* Duk. d *uti* idem. e *auxiliaribrum* Lov. f *r. legiones* MSS. et Ed. nonnulli. alii sine *tots quatuor.* g *primo* V. sec. h Sic MSS. et Edd. Vett. i *paullulumque* MSS. 4 et Edd. quidam. k *castris* addunt MSS. plurimi et Edd. usque ad Scal. V. ad c. 44. l *acies* Duk. m *hostibus* MSS. 10 et Edd. Vett. sine *que.* n *eo* B. sec. deest in Lov. Dorv. et Edd. primis. o *in* deest Voss. pr. a m. pr. et V. sec. p *ut* c. L. pr. q *majora* Pal. Duk. Dorv. et Edd. R. M. V. r *obpugnarent* Oxon. ac 4. recentiores et Edd. quaedd. s *acriterque* MSS. 2 et Ed. Inc.

*medium intervallum Puteolanas ad motes trium millium et sexcentorum fere passuum spatium ponte conjunxit.* Sic praestantissimus Codex *Memmianus;* nam *spatium* praetermittunt editi. DAVIS. *Cur. sec.* MSS. Reg. Eliens. et Vossii *numero.* Utrumque satis Latine. CLARK. Non necesse erat recurrere ad Ellipsin: nam posset esse adpositio, *misit numerum XVI. milia:* ut observavit jam Cl. Perizon, ad Sanct. Min. Addend. p. 735. Sed MSS. mei numero viginti, si forte Oxoniensem excipias, et omnes, quotquot vidi, Edd. usque ad Scaliger. habent *numero*, praeter Edd. Rom. Mediol. et Venet. quae hac voce male carent. Latinae linguae Idiotismus est, ut addatur in his vox *numero.* Capite praec. *Equitum milia erant VI, totidem numero pedites.* c. 5. *oppida sua omnia numero ad duodecim.* 2, 4. V. 5. *numero M.*

que ad [a] vesperum, pugnatum est. Solis [b] occasu suas copias Ariovistus, multis et inlatis et acceptis
4 vulneribus, in [c] castra reduxit. Quum ex captivis quaereret Caesar, quam ob rem Ariovistus proelio non decertaret, hanc reperiebat caussam: Quod [d] apud Germanos [e] ea consuetudo esset, ut [f] ma-
79 tresfamiliae eorum sortibus [g] et vaticinationibus de-

VARIAE LECTIONES.

a *vesperam* Egm. b *occasum* Pet. c *castris* MSS. 2. Ed. Inc. d *Germanis* Reg. e *ea* abest a L. pr. f vulgo *matres familias S.* g *Vaticinationibusque declarent* L. pr. a m. pr.

IV. 7, 64. *Equites, XV. milia numero.* B. Civ. 1, 36. *Naves numero XII.* Vide et ad B. Civ. 3, 53. B. Afric. c. 70. 77. et passim. Stat. Theb. 6, 613. *Tunc septem numero turmas.* Valer. Maxim. 5, 1, 1. *Juvenes numero duum millium et DCCXLIII, expletissimos rerum.* Sic etiam MSS. Justin. 24, 7. *Peditum numero LXV. milia.* Sic MS. Dorvillii. vulgo abest *τὸ numero.* Adde Scheffer. ad J. Obseq. c. 106. *corvi duo numero.* Cel. Burm. ad Ovid. Art. Am. 3, 355. *Et modo tres jactet numero.* Cort. ad Sallust. B. Jug. c. 93. *numero quinque.* Neque aliter hunc locum laudat J. F. Gronov. de Pec. Vet. p. 33.

*Ut matres familias sortibus ac vaticinationibus declararent*] Quibus ex rebus hanc divinationem colligerent, docet *Plutarch.* in Caes. p. 712. Ἔτι δὲ, inquit, *μᾶλλον αὐτὺς (Γερμανὺς) ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπυσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι, προεθέσπιζον, ὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι, πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην.* Mulieribus autem quam maximam fidem habebant, quod iis inesse sanctum aliquid et providum putarent; unde factum, ut earum nonnullae inter Deas fuerint numeratae.' *Tacitus* Hist. 4, 61. *Vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas, et augescente superstitione arbitrentur Deas.* Sic Aurinia, sic Velleda numinum loco positae, ut docet *idem* Germ. c. 8. Vide et *Schedium* de Diis Germ. Syngr. 2. c. 43. Obiter monebo errasse *Polyaenum*, qui Strateg. 8, 23, 4. observat, Caesarem cum Germanis proelio contendere non ausum, priusquam certior fieret, Ariovistum a vatibus esse prohibitum, quo minus ante Novilunium pugna certaret, quod cum ex hoc loco, tum ex c. 48. falsi arguitur. Praeterea Strategematum Scriptor vates, a quibus divinationem accepere Germani, virilis sexus fuisse perperam est arbitratus; dicit enim *ὁπότε ἔγνω ΤΟΥΣ παρ' ἀυτοῖς μάντεις ΠΡΟΕΙΡΗΚΟΤΑΣ* etc. non modo contra fidem *nostri* et *Plutarchi*, ut ex dictis liquet, sed etiam *Dionis* l. 38. p. 90. et *Julii Celsi* vit. Caesaris p. 40. DAVIS. Ut Polyaenus, ita etiam Frontin. 2, 1, 16. ubi de hoc ritu plura Tennulius.

**clararent, utrum proelium committi ex usu [a] esset, nec ne: eas [b] ita dicere, *Non esse fas Germanos superare, si ante [c] novam Lunam proelio contendissent.***

**LI. Postridie [d] ejus diei Caesar praesidio [e] utris- 1
que castris, quod satis [f] esse visum est, [g] reliquit: [h] omnis alarios in [i] conspectu hostium pro castris**

VARIAE LECTIONES.

a deest in L. tert. In V. pr. est inter versus. b *Itaque* MSS. 3. c *nonam* Oxon. V. pr. male. d desunt *ei. d.* Pet. e *utriusque* B. tert. f deest in L. pr. a m. pr. B. tert. g vulgo *relicto. reliquisse* L. tert. h sic Lov. et *halarios* B. pr. sec. i *conspectum* Carr. Duk. et Ed. Inc. V. ad 4, 12.

*Matres familias*] MSS. *matres familias eorum.* Quod cur omitteretur, nihil erat. CLARK. Restitui τὸ *eorum* fide omnium MStorum excepto Egmondano, et Edd. Veterum. In uno *earum.* Librariorum culpa videtur excidisse ex Ed. Amstelaedamensi cum notis Vossii. nam in ea prima non comparet. Praeterea edidi *matres familiae*, ut exhibent iidem Codices praeter Oxon. Egm. et Bong. tert. et Ed. Incerta: quod miror ab Interpretum nemine e suis MSS. esse monitum: quum tamen ita, et *patres familiae* loqui cum aliis amet Caesar, ut e MSS. docebimus 6, 19. et jam adtigerunt Vossius ad B. G. 7, 26. et Davisius ad 7, 47. 48. ubi vide. sic etiam vulgo B. Civ. 2, 4. *Matrum familiae virginum precibus.* et c. 44. *milites patresque familiae.* Locuti etiam ita sunt alii veteres, ut Grammatici recte adverterunt. Vide etiam Festum, et omnino J. F. Gronovium ad Livium 34, 2. Apud Val. Max. 5, 2, 1. MSS. Daniel. et Harl. *mater familiae.* aut 8, 1, 12. in *Absol.* et sic Harl. et Leid. Codd. ibid. in *Amb.* 2. Vide etiam Soceri notas ad 7, 3, 1. Cort. ad Plin. Ep. 5, 19, 2.

*Non esse fas* etc.] *Fas* hic sumitur pro eo quod fieri potest; ut apud *Lactantium* Div. Inst. 2, 1. *Qui non agnoscunt cultum ejus* (Dei) *quem prorsus ignorari ab homine* fas non est. Vide et *Ovidium* Trist. 3, 6, 16. E contra *nefas* ab *Horatio* et *Cicerone* dicitur de re plane ἀδυνάτῳ. Consule *D. Lambinum* ad *Horatii* Od. 1, 11, 1. DAVIS.

*Praesidio — relicto, omnes* etc.] MS. Reg. et Edit. Rom. *praesidium — reliquit; omnes etc.* Quae et verior esse lectio videtur: Quippe et MSS. Vossii habent, *reliquit*; et MS. Eliensis corrupte, *reliquisse*. CLARK. *Praesidio relicto*, videtur primus reposuisse Scaliger e Codice Ursini, atque ita saepissime loquitur Caesar. Verum praeter recentissimum Bong. tert. meorum nullus haec agnoscit, sed vel *praesidium reliquit*, ut habent veteres Editi etiam vel *praesidio reliquit*, ut exaratur in Vossiano primo et secundo ac Leidensi primo. Recte ni fallor: *Reliquit illud*, quod satis videbatur, *praesidio castris.* sic *esse alicui praesidio* et similia passim occurrunt. Hoc qui non ca-

minoribus constituit; quod minus multitudine militum legionariorum, [a] pro hostium numero, valebat, ut ad speciem alariis uteretur. Ipse, triplici in-
2 structa acie, usque ad castra hostium accessit. Tum [b] demum necessario Germani suas copias [c] castris eduxerunt, [d] generatimque [e] constituerunt, [f] paribusque intervallis, Harudes, [g] Marcomanos, [h] Triboccos, Vangiones, Nemetes, [i] Sedusios,

VARIAE LECTIONES.

a deest L. pr. b *vero demum* Edd. qq. *vero* Voss. pr. pro v. I. c Sic MSS. omnes et Edd. Vett. non *e castr.* ut supra. d *gregatim* Ed. Inc. male. V. 7, 19. B. Civ. 2, 21. e *constiterunt* MSS. 3 et Edd. primae male. *instituerunt* V. pr. et 3 alii. f *paribus* MSS. 9 et Edd. Vett. g *Marcumannos* Gott. Ed. Inc. *Marcomanos* B. pr. et alii. Quidam per duplex *nn* cum Edd. quibusdam. h *Ariboccos* MSS. 2. *Triboces* et *Tribocos* multi. i *Sedunos* V. tert. G. *seducios* Ort. Ed. Inc. desunt cum 2 praecedentibus nominibus Leid. pr.

piebant, mutarunt in *praesidium*, vel *relicto*. 2, 29. *Inpedimentis custodiae ex suis ac praesidio VI milia hominum reliquerunt.* ubi etiam vide. 5, 9. *praesidio navibus Q. Atrium praefecit.* 5, 11. *copias praesidio navibus reliquit* c. 32. *praesidio inpedimentis legionem reliquit.* 7, 40. *legatum castris praesidio relinquit.* Adde cap. 60. B. Civ. 1, 41. 11, 39. et saepius. *Quod* ita adhibet omisso pronomine demonstrativo saepissime. 3, 16. *navium quod ubique fuerat, coegerant.* Adde 5, 8. 7, 4. 52. et quos laudat Eruditissimus A. V. Staveren. ad Nepot. Dion. c. 8.

*Omnes alarios*] Alae ex sociis constabant, ita dictae, *quod circum legiones dextra sinistraque tanquam alae in avium corporibus locabantur*, ut docet *Cincius* apud *Gellium* N. Att. 16, 4. Vide et *J. Lipsium* Mil. Roman. 2, 7. DAVIS.

*Quod minus valebat*] Sic rursus innovarunt Veneti vel Aldus. Nam priores Edd. aliaeque multae et MSS. mei octodecim habent *quo*. Recte, subintellecto *eo magis*. Plin. 19, 6. *Grandescunt, quo saepius sarriuntur.* quem locum citat Cel. J. Fr. Gronov. ad Liv. 1, 25. Vel simpliciter ponitur pro *quoniam*; quasi praecessisset *eo*. Eadem confusio B. Civ. 1, 58. *Quo minus exercitatis remigibus utebantur* etc. sic MSS. meliores, vel *qui*, vulgo *quod*. B. Alex. c. 30. *Non quo id difficile factu putaret.* MSS. et Edd. plerique *quod*. vide etiam c. 35. Confer Cortium ad Sallust. B. Cat. c. 33. *Non quo sibi tanti sceleris conscius; sed uti respublica quieta foret.* Ubivis fere in Caesaris MSS. *quo* corruptum est in *quod*. sic 7, 65. etc.

*Ut ad speciem*] Legionarii videlicet majorem virtutis opinionem habebant. DAVIS.

*Generatim constituerunt*] Eo-

[a] Suevos: omnemque aciem suam [b] rhedis et carris circumdederunt; ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres inposuerunt, quae in proe- 3
lium proficiscentes milites [c] passis crinibus flentes inplorabant, ne se in servitutem Romanis traderent.

LII. Caesar [d] singulis legionibus singulos le- 1
gatos, et quaestorem [e] praefecit; uti eos [f] testis 81

VARIAE LECTIONES.

a *Suebos* B. pr. sec. Egm. b *redis* MSS. et Edd. Vett. mox *ad pr.* L. pr. c *expansis* L. pr. *pansis* B. tert. *passim* Egm. *sparsis* in V. pr. suprasc. d *In sing.* Pet. e *praeficit* G. L. tert. Ed. Inc. f Sic B. pr.

dem modo Xerxes apud Diodorum l. 11. p. 14. Ἦσαν δὲ αἱ τριήρεις διατεταγμέναι κατὰ ἔθνος ἑξῆς, ἵνα διὰ τὴν ὁμοφωνίαν καὶ γνῶσιν προθύμως ἀλλήλοις βοηθῶσιν. VOSSIUS.

*Sedusios*] Miror Ciacconium *Sedunos* reponere, quia Plinius eos Alpinos esse populos ait. Ego non video caussam, cur Alpinum militem in exercitu habuerit Ariovistus, vel quomodo habere potuerit. Itaque omnino arbitror *Sedusios* Germanos fuisse. In Orosio tamen et Freculpho constanter est *Edures.* In MS. nostro Orosio *Eduses.* Quod corruptum arbitror ex *Sedusii.* Nisi quis aliam gentem, quam *Sedusios* conjectaret. Erant olim *Eudoses* in Germania, sed procul ab Ariovisti regno, quippe siti locis quae nunc Pomerani tenent. Sed nihil hi ad Ariovistum. VOSS. Alii volunt *Sebusios.* de his et ceteris hic nominatis vide Comment. Ed. Jungerm.

*Milites*] Deest in MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et in Edit. Vet. Rom. etc. CLARK. Dele *milites*, quam vocem non agnoscunt *Bongars.* pr. sec. *Petav. Lovan. Gottorp. Egmond.* et *Pal.* DAVIS. *Cur. sec.* Deest in Oxon. Voss. tert. et Leid. sec. ac tert. item Dorvilliano. ac Ed. Inc. Ven. et Med. Quia tamen optimi etiam Codices Vossianus pr. et Leid. prim. cum Scaligerano et Andin. servant, ejicere protinus nolui. Durior etiam foret oratio *proficiscentes passis cr. flentes.* Eadem confusio supra c. 40.

*Passis crinibus*] Frequentissime ita describuntur mulieres in luctu. Consule notas Hotomani et Brantii ac Doctorum Virorum, in primis Cl. Drakenb. ad Livium 1, 13. *Sabinae mulieres crinibus passis, scissaque veste.* et 7, 40. *conjugesque crinibus passis obviae ab urbe veniant:* ubi male plerique Codd. MSS. *sparsis:* uti et infra 7, 48. ad Justin. 24, 3, 1. *spoliata funeribus filiorum, scissa veste et crinibus passis:* et illic vulgo *sparsis*, ac MSS. quod defendi posset et ex Lucano 10, 84. *Tristis adit laceros veluti dispersa capillos.* Sed *sparsi capilli* ali-

2 suae quisque virtutis haberet. Ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium [a] esse ani-
3 mum adverterat, proelium commisit. Ita nostri [b] acriter in hostes, signo dato, inpetum fecerunt. Itaque hostes repente celeriterque [c] procurrerunt; ut [d] spatium pila in [e] hostes [f] conjiciendi non da-
4 retur. [g] Rejectis pilis, comminus gladiis pugna-

VARIAE LECTIONES.

a abest non male a Petav. Egm. V. pr. sec. b *etiam alacriter* L. tert. Ed. Inc. c *praec.* iidem. *procurrunt* Carr. *procucurrerunt* Egm. V. ad Frontinum et infra saepius. d *ad spat.* V. pr. e *nostros* Hotom. contra Cellum etiam et Interpr. Gr. f *coniciendi* MSS. et semper. g *relictis* Cuj. And. L. pr. V. pr. pro v. l.

ter melius conveniunt furibundae, ut bene observavit Cl. Drakenburgius. Verum hoc loco Bongg. tres. Petavian. Cujac. Lovaniensis, Vossiani tres, Leid. prim. Egmond. et duo tresve recentiores mei praeter aliorum MSStos, ac Edd. Inc. Aldi, Steph. Gryph. et ceteras exhibent *manibus*. Diserte etiam Metaphrastes Graecus: *τὰς Χεῖρας πρὸς τὸυς ςρατιώτας ὀρεγόμεναι*. Hisce adde l. 2. c. 13. *pueri mulieresque e muro passis manibus pacem ab R. petierunt*. 7. 40. 47. *pectoris fine prominentes passis manibus obtestabantur Romanos.* uti ille locus est scribendus. B. Civ. 3, 98. *passisque palmis projecti ad terram salutem petierunt.* Nec raro *passa brachia, manus* occurrunt. V. Cl. Burm. ad Ovid. Art. Am. 3, 350. *Ut moveat posito brachia passa mero.* German. in Arat. v. 61. *Suppliciter pansis ad numina palmis.* Hinc forsan aliquis putet adhibuisse Caesarem utrumque *passis manibus crinibusque*. Certe sic jungit 7, 48. *Matres familiae, quae paullo ante Romanis de muro manus tendebant* (obtestantes ut sibi parcerent) *suos obtestari et more Gallico passum capillum ostentare etc.* At inde patet, eas *manus tetendisse* in rogatione veniae et pacis; *Crines* demisisse *passos* in obtestatione suorum. Nil ergo mutandum.

*Quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat*] Suspectus *mihi* locus. An igitur Caesar quod facillimum sibi sumsit? Certe contra morem fortium Imperatorum, et quibus aliqua gloriae cupido. Qualem fuisse Caesarem nullus negaverit. Tacitus 2. Annal. de Germanico: *Quod arduum, sibi, caetera, legatis permisit.* Et repugnat mox ipse Caesar; quippe ait, Germani *a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant.* Quomodo infirmiore exercitus sui parte Romanos maxime premebant. Ex ingenio quamvis nullo v. c. adjuvante emendo. *Quod eam partem maxime firmam hostium esse animadverterat.* Vel si id minus placet, dele vocem *hostium*. VOSS. Suspectum habet hunc locum *Vossius*; quod *Caesaris* gloriae et fortitudini minus consentaneum existimet,

tum eſt. At Germani celeriter, ex consuetudine
sua, phalange facta, [a] inpetus gladiorum excepe- 82
runt. Reperti sunt [b] complures noſtri [c] milites, 5
qui in phalangas [d] insilirent, [e] et scuta [f] manibus
revellerent, [g] et deſuper vulnerarent. Quum ho- 6
ſtium acies [h] a siniſtro cornu pulsa, atque [i] in
fugam conversa eſſet; [k] a dextro cornu vehemen-

VARIAE LECTIONES.

a *Inpetum* B. tert. b *quamplures* V. sec. B. tert. c deeſt L. pr. d *insilerent* MSS. 3. e *et* abeſt ab Oxon. et L. pr. rectius. f *in m.* V. sec. et *revelarent* Ed. Inc. g *ut* L. sec. h *in* B. tert. i *in fuga* B. pr. desunt Ed. Inc. *conjecta* Oxon. k *a* abeſt ab Ed. Inc.

eam *sibi* partem *Ipsum* deligere, qua parte hoſtes minus eſſent firmi; ideoque e contrario, *maxime firmam*, scribendum conjicit. Verum non tam id hic agitur, quo in loco *ipse* verſaretur *Caesar*; quam qua in parte proelium primum committendum juberet: Quod dubitare, quin ea in parte iniri debeat, qua parte minime firmi sint hoſtes; non utique fortis eſt, sed insipientis Imperatoris. Porro; quod urget Vir Doctiſſimus, repugnare ipſum sibi Caesarem, (cum hoc in loco narret, *se a dextro cornu proelium commisisse, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat*; infra autem ajat, *hostes a dextro cornu vehementer, multitudine suorum, nostram aciem premere*;) fefellit minus attentum verborum ambiguitas. Nam in poſteriore loco, *dextrum cornu* intelligitur *hostium*; in priore autem, *dextrum cornu* intelligitur *Romanorum*, quod proelium erat utique cum *sinistro cornu* hoſtium commiſſum. CLARK. Iis argumentis convicit jam Voſſium Cl. Bos. Animadvers. ad Caeſar. pag. 14.

*Animadverterat*] Leidensis primus *animo adv.* Nempe scribendum erat *animum adv.* cum Gronovio ex Membranis Andinis. Vide ad 1, 24. *Postquam id animum advertit.*

*Rejectis pilis*] Ἀποῤῥίψαντες. Anonymus Celsi exscriptor: *Projectis igitur missilibus, res gladiis acta est.* Dion. libro 38. Καὶ οὕτω γε ὁμόσε αὐτοῖς, (οἱ Ῥωμαῖοι) ἐχώρησαν, ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς κοντοῖς, μήτε τοῖς ξίφεσι τοῖς μακροτέροις χρήσασθαι. ὠθίζοντό τε οὖν, καὶ τοῖς σώμασι τὸ πλεῖον, ἢ τοῖς ὅπλοις ἐμάχοντο. *Itaque congressi sunt* (Romani) *cum illis, ut neque contis neque gladiis uti possent. Igitur barbari jactare sua corpora, trudereque: iisque magis, quam armis uti.* Ubi idem contra quam Caeſar tradit, Romanos adeo propere in Germanos incurriſſe, ut spatium illis non darent acies ordinandi. Sed ignoscendum Caesari, dum famae suae gloriam auget. VOSSIUS.

*Phalangas*] Sic recte Petavian. et Bongars. prim. Plerique cum plurimis Edd. *Phalanges*,

ter multitudine suorum noſtram aciem premebant.
7 Id quum animadvertiſſet P. Craſſus [a] adolescens, qui [b] equitatu praeerat, quod expeditior erat, quam hi, qui [c] inter aciem versabantur, tertiam [d] aciem laborantibus [e] noſtris subsidio misit.

1 LIII. Ita proelium reſtitutum eſt, atque omnes hoſtes terga verterunt, neque prius fugere deſtite-

VARIAE LECTIONES.

a *adulesc.* B. pr. b Sic Duk. a m. pr. Ed. Scal. c *intra* V. pr. Ox. Duk. d *partem* V. C. Urs. And. V. pr. sec. e deeſt Pal. Dorv. Edd. R. V. M. *nostro* Ed. Inc.

*phalangis*, *phalangem*. At Vossian. prim. Leid. prim. et Oxon. *phalanga*, superſcripto — pro *phalangam*. Sed tum ego malim *phalanga*. Vide notata ad Frontin. 2, 2, 1. et infra B. Civ. 2, 10.

*Millia passuum ex eo loco circiter L.*] Libris omnibus repugnantibus ita corrigendum arbitror. Primum quoniam hunc numerum vetus *Orosii* impreſſus liber prodit. Deinde quia *Plutarchus* τετρακοσίοις σταδίοις posuit. Nam cum octo ſtadia milliarium unum conficiant, sequitur ut quadringenta efficiant milliaria quinquaginta. Neque me movet, quod in vulgatis *Plutarchi* libris legitur, τριακοσίοις. Nam et vetus Interpres *Quadringenta* poſuit, et *Henr. Stephanus*, Graecae linguae peritiſſimus, et harum rerum observator diligentiſſimus, τετρακοσίοις in aliis libris legi teſtatus eſt. Itaque *Beato Rhenano*, summo ac singulari viro, aſſentiri non poſſum, qui proelium hoc omissum putat ad aedem Apollinaris, quae milliare unum Germanicum a Basilea et Rheno diſtat. Nam paulo superius Caeſar scribit, eo se loco caſtra habuiſſe, quo a Sequanis et Aeduis commeatus supportaretur. Neque mirum videri oportet, si quinquaginta paſſuum millia fugientes fecerint: cum Caesaris exercitus interdum uno die XX, interdum XXV millia confeciſſe conſtet; ut 5, 47. et 7, 40. *Vegetius* autem 1, 9. scribat, tyrones horis quinque aeſtivis viginti aut viginti quatuor passuum millia ambulare aut pleno gradu conficere. *Hotoman.* Huic *Hotomanni* notae adde Ciacconium. Inepte vero Glandorpius τριακοσίοις σταδίοις exponit per *triginta stadia*, et τετρακοσίοις *quadraginta*. Hoc enim designat τεσσαράκοντα, ut hoc loco vertit Interpres Graecus: unde patet, eum in suo exemplari quoque inveniſſe *quinque*. Verum Jungermannus et hunc emendare conatur reponendo τετταρακόσια. Ceterum MSS. aliorum et mei omnes conſtanter servant *quinque*. Ciacconii tamen et Hotomanni emendationem praefero. Adde Cluver. Germ. Ant. in prooem. quamquam alii aliter judicant. Sic *quatuor* et *quadraginta* confunduntur B. Civ. 1, 17. et *quinque* et *quinquaginta* c. 23.

*Transnatare*] Hoc ex Ursini Codice adripuit Scaliger et seqq. At in nullo meorum adparet. Ple-

runt, quam ad flumen Rhenum [a] milia passuum ex eo loco circiter quinquaginta [b] pervenerint. Ibi 2
perpauci, aut viribus confisi, transnatare contenderunt; aut, lintribus inventis, [c] sibi salutem re- 83
pererunt. In his fuit Ariovistus, qui, naviculam 3
deligatam [d] ad ripam nactus, ea profugit: reliquos omnes consecuti equites nostri interfecerunt. Duae 4

VARIAE LECTIONES.

a *milibus* L. pr. b Sic B. pr. Lov. Egm. et 3 alii cum Edd. Rom. Med. Ven. *pervenirent* L. pr. vulgo *pervenerunt.* c Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *sal. sibi petierunt.* d *apud* L. sec.

rique cum Edd. habent *tranare.* Bong. tert. *transnare,* ut vulgo in Caesare scribitur passim. *tranatare* Andinae membranae. Scalig. Leid. pr. et tert. Ex Anglicis Codicibus variationis nihil enotarunt viri docti. Quid praeferam, incertus sum, et parum refert. *Transnaret* et *transnataret* confusa videas etiam apud Hirt. B. Alex. c. 20. et apud Liv. 2, 10. etc. ubi vide Cl. Drakenb. nec non apud Valer. Maxim. 1, 8, 2.

*Petierunt*] Non nego hoc Latinum esse; nam ita ct 3, 15. et saepius; sed quaeritur, an heic loci a Caesare adhibitum sit. quippe primum in officina Aldina natum videtur. Nam MSS. Ursini, et omnes mei cum Edd. primis, item Vascos. Gryphii, Stradae, Stephani, aliisque *repererunt* vel *repp.* exhibent; nisi quod tres recentiores vitiose *reperierunt*, unde forsan illud *petierunt* suam originem hausit. *Reperire* sexcenties pro acquirere sumi notum est. Terent. Heaut. 1, 1, 60. *simul rem et gloriam armis belli repperi. Invenire* autem et *reperire* juncta, ut hic. vide apud Cl. Burmann. ad Ovid. Metam. 1, 655. *tu non inventa reperta Luctus eras levior.* Non opus itaque est, ut Ill. Heinsii conjecturam admittamus *pepererunt.*

*Equites consecuti*] Longe praestare credidit Gruterus, quod praebet Bong. pr. et secundus cum Palat. *equitatu.* quomodo insuper novem mei Codd. et Clarkii cum Edd. primis exhibent. *equitatus* Bong. tert. *equitatum* Lipsii Cod. Lovan. vero, Leidens. prim. Scalig. et Petavianus *equites* servant, nisi quod in Leid. sit *consecuti equites,* ut edidi, et in Petav. eq. *nostri cons. nostri* exsulat ab Egmundano. Forsan scripserat auctor *equite* i. e. equitatu. Vide ad Frontin. 2, 3, 17. *per levem armaturam et equitem.* vulgo erat *equitatum.* Hirt. B. Afric. c. 61. *frenatus eques:* ut Ursinus bene emendavit. Adde B. Hisp. c. 23. Adi etiam viros doctos ad Livium, et passim.

*Quam domo secum adduxerat*] V. c. Scalig. *quam a domo secum eduxerat.* Anonymus: *quarum primum domo digrediens eduxerat.* Ut videri possit Caesar scripsisse, *quam domo secum eduxerat.* Sed nihil muto,

fuerunt Ariovisti uxores, una Sueva natione, quam [a] ab domo secum eduxerat; altera [b] Norica, regis [c] Vocionis soror, quam in [d] Gallia duxerat, a fratre missam. [e] Utraeque in ea fuga perierunt. Duae filiae [f] harum, altera occisa, altera capta est. C. Valerius [g] Procillus, quum a custodibus
84 in fuga trinis catenis vinctus traheretur, in ipsum

VARIAE LECTIONES.

a *domum* L. tert. et Ed. Inc. V. notas. vulgo *domo* et *adduxerat*. b *Norici* G. V. tert. c *Voccionis*, *Voctionis*, *Boccionis*, *Bozionis*, *etc.* MSS. et Edd. Vett. d *Galliam* MSS. 3 recentiores et Ed. Inc. e *utraque periit* vulgo. f *earum* L. pr. g *Pric.* Egm.

quia proba vulgata lectio. VOSS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. *duxerat*. CLARK. Soli Voss. sec. et Duker. e meis habent *adduxerat*. plurimi *duxerat* cum Edd. primis. Sed *eduxerat* inveni in Cujaciano. Leidensi primo, Scalig. Vossiano primo, item Beroaldi, Stephani, aliisque editionibus: quarum idcirco auctoritate id reposui, quamvis et rectum sit *duxerat*. Consule viros doctos ad Phaedri F. 1, 19. *dum firmiores posset catulos ducere*. Terent. Hec. 3, 3, 4. *Eduxi me foras*. B. G. 4, 1. *ex finibus educunt*. Ceterum *a domo* exaratur in Leid. primo, Scalig. Vossianis primo, secundo, et Cujaciano; *ab domo* in Bongars. secundo. Quod itaque ex tam vetustis Codd. amplexus sum. saepius ita Livius et alii. *a conspectu abducere* Front. 2, 8, 13. *a fano tollere* infra B. Civ. 3, 33. Vide G. J. Vossium de Constr. c. 46. Horat. O. 4, 5. *dulci distinet a domo*.

*Utraque periit*] MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Vett. *utraeque perierunt*. CLARK. *Utraeque* etiam meorum longe plurimi, et vetustissimi. Ut Bong. pr. sec. Lov. Leid. pr. Voss. pr. Petav. et alii. Omnes vero cum Carrariensi *perierunt*. quae vera lectio forsan fecit, ut *utraque* in *utraeque* abierit. Vide Cl. Burmann. ad Ovidium cum alibi, tum Art. Am. 2, 283. *Utraque laudentur per carmina*. Quamquam omnino ego putem, *utraeque* rectum esse, et mutatum tantum a recentioribus librariis, qui nesciebant *utrique* in plurali de duobus dici. Adi omnino Socerum ad Val. Max. 6, 5, 3. Cortium ad Sallust. B. Catil. c. 30. *Utrique ad urbem Imperatores erant*. Vorstium ad Justin. 9, 7. *Utrique creduntur*. 41, 6. *Magni uterque viri*, inveni in MSS. 2. *utrique*. Gronov. ad Liv. 36, 16. *utraeque manus*. B. Afric. c. 61. *utrique duces*, Caesar et Scipio. B. Hisp. c. 24. *Utrorumque copiae:* uti est in MSS. Passim Caesar *utrisque castris* de duobus, et Lucan. 4, 196. *Utraque latera* Livius, Frontinus, alii. Immo clare Caesar B. Civ. 1, 83. *utrique in castra discedunt*. et 2, 6. *utraeque laborarunt*.

Caesarem, [a] hostis equitatu [b] persequentem, incidit. Quae quidem res Caesari non minorem, 6
quam ipsa victoria, voluptatem adtulit: quod hominem honestissimum provinciae Galliae, suum familiarem, et hospitem, [c] ereptum e manibus hostium, sibi restitutum videbat: neque [d] ejus calamitate de tanta voluptate et gratulatione

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *hostium equitatum*. b *Insequentem* Cujac. Leid. pr. tert. Ed. Inc. R. Steph. et Cels. utrumque recte. V. 5, 15. *prosequentem* Plant. Ed. Margo. c *eruptum* B. pr. d *ei* V. sec.

*Hostium equitatum persequentem*] MS. *Norvic.* exhibet *hostes equitatu persequentem*, cum quo faciunt editt. *Rom. Ven.* nisi quod illae *sequentem*. Sed a vulgata lectione stat Graecus interpres. DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Vett. *hostes equitatu*. CLARK. *Hostes equitatu* e meis exhibent MSS. Lovan. et alii quinque. *hostium equitatu* Leid. sec. et Cujac. *hostis equitatum* Bongars. pr. sec. Leid. pr. Scalig. Petav. At vero Egmundanus *hostis equitatu*. Optime. Depravationis caussam fuisse liquet, *hostis* in Genitivo sumptum esse, cum esset Accusativus. Interpres Graecus incidit in corruptos jam codices, quos inter etiam Vossian. prim.

*E manibus*] Leid. prim. Vossian. prim. *de m.* non quidem male. Sed praefero vulgatum. *Ereptum e* et *restitutum videre* sic junxit Cicero Orat. 3. in Catil. c. 1. *Ex faucibus fati ereptam, et vobis conservatam ac restitutam videtis*. Infra 7, 47. *se ex manibus praedantium militum eriperet*.

*Videbat*] ex *Petav. Bongars.* pr. sec. *Gottorp. Egmond. Lovan.* scribendum *viderat*. DAVIS. *Cur. sec. Viderat* etiam Palat. et tres mei recentiores cum Edd. primis. *Videret* Carrar. et Voss. tert.

*De se ter sortibus consultum*] Ille mos Germanorum. et adhuc septimo saeculo post Caesaris tempora eum viguisse legimus apud Bekam in vita Willebrordi, p. 5. *Radbodus vero injuriam Dei sui ferociter ulcisci disponens, jugulari jussit unum de collegio Sancti Sacerdotis, per casum sortilegii*. Beka vero haec ex Alcuino hausit, qui Willebrordi vitam conscripsit, et ait quotidie cum ter sortes jecisse. verba haec sunt: *Radbodus nimio furore succensus, in sacerdotem Dei vivi, suorum injurias deorum ulcisci cogitabat: et per diem semper tribus vicibus suo more mittebat sortes, et nunquam damnatorum sors, Deo vero defendente suos, super servum Dei, vel aliquem ex suis, cadere potuit: nec nisi unus tantum ex sociis sorte monstratus, et martyrio coronatus est*. VOSS. Graecus Interpres, neque Celsus mentionem faciunt ullam de numero ternario, sed vide Scalig. ac Brouk. ad Ti-

7 quidquam fortuna [a] deminuerat. [b] Is, se praesonte, de se [c] ter sortibus consultum dicebat, [d] utrum igni statim [e] necaretur, an in aliud tempus reservaretur: sortium beneficio se esse incolumem.
8 Item M. [f] Mettius repertus, [g] et ad eum [h] reductus [i] est.

1 LIV. Hoc proelio trans Rhenum nunciato,

VARIAE LECTIONES.

a *diminuerat* MSS. plerique et Edd. Vett. b *Hic* L. pr. Oxon. *Ipse pr.* Duker. et V. sec. c *tergoribus* B. pr. sec. Petav. Egm. Lov. Gott. L. tert. V. tert. et Ed. Inc. d *utr. igitur st.* MSS. 2 *utrumne st.* MS. Ciacc. e *cremaretur* V. pr. a m. pr. *vexaretur* V. sec. f *Metius* MSS. longe plurimi et vetustiores cum Ed. Inc. *Titius* MSS. 2. et Edd. Vett. *Petilius* Oxon. g *est et* Reg. deest in L. pr. qui et habet *ipsum*. h *adductus* Reg. Pal. L. sec. Dorv. et Edd. Rom. Med. Ven. i deest Reg.

bulli 1, 3. *Ipse sacras pueri sortes ter sustulit.*

*M. Mettius repertus*] Extat et nummus averso latere bigas repraesentans, insistente Pallade, vel quod potius crediderim, Bellona. Circumscriptum est M. METTIUS. itaque forte innuitur vi eum hostibus ereptum. Vel, si, ut aliis visum, bigae Lunae consecratae, fortassis obscure indicatur vaticinium Germanarum foeminarum, quae ut ait Caesar, dicebant, *Non esse fas Germanos superare, si ante novam Lunam proelio contendissent.* Sed haec, ut incerta, mitto. Illud miror Aeneam Vicum ignorasse, quis hic Mettius sit. Nisi forte, ejus aetate in excusis Codd. Caesaris *Titius* erat, uti et Plantinus excudit. VOSS. Addo Ursinum ad Familias Romanas.

*Quos Ubii — insecuti*] Ita restituerunt *B. Rhenanus* rerum Germ. l. 3. et *Fr. Hotomannus*; quae quidem emendatio mihi vehementer arridet; Ubios enim proxime Rhenum habitasse constat ex *Plinii* H. N. 4, 17. et veteres inimicitias cum Suevis exercuisse docet *Caesar* B. G. 4, 3. In antiquis tamen editt. et MSS. legitur: *quos ubi qui proxime* (vel *proximi*) *Rhenum incolunt perterritos senserunt insecuti* etc. Quam lectionem quin imperiti Librarii aut Correctores intulerint, nullus dubito. Adservatur in Bibliotheca Collegii *Petrensis* apud *Catabrigienses Q. Curtii* scriptum exemplar, quod A. D. 1495. innumeris in locis correxit *Raphael de Marcatellis*, Episcopus Rosensis et Abbas S. Bavonis juxta Gandavum, ut ipse in calce libri testatus est. At sane quam plurimum antiquam lectionem temere mutavit, ut liquet ex ejus vestigiis non penitus erasis. Hoc si contigerit viro tum temporis inter doctos numerato, nemo dubitet, quin idem indoctis Librariis potuerit evenire, prae-

[a] Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, [b] domum reverti coeperunt; quos Ubii, qui [c] proximi Rhe- 85
num incolunt, perterritos insecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Caesar, una aestate duo- 2
bus maximis bellis confectis, maturius paullo, quam tempus anni postulabat, in [d] hiberna in Sequanos exercitum deduxit: hibernis Labienum 3

VARIAE LECTIONES.

a *Suebi* V. pr. b *domi* V. tert. *ad d.* V. sec. c vulgo *proxime.* d *Hibernis* B. sec. *hibernia* V. pr.

cipue cum de nominibus propriis aut paullo rarioribus ageretur. Sic apud *Julium Firmicum* de err. prof. Rel. p. 36. legitur; *Hic* (Saturnus *ex Creta fugiens*; *in Italia a* Spartanis *absconditur.* Scribe *Sicanis*, qui primi Italiam incoluerunt. Vide *Dionysium* Halicarnasseum l. 1. Ant. p. 8. ed. *R. Steph.* et *Servium* ad *Virgilii* Aen. l. 2. Librarios fefellit vox minus nota. *Joan. Frid. Gronovius* Obs. Eccl. c. 9. reponit *Jano Patre.* Sed haec emendatio nimium abit a receptae lectionis vestigiis; ideo me meae conjecturae non poenitet. DAVIS. *Quos* Ubii, *qui proxime Rhenum incolunt*, *perterritos insecuti etc.*) Pulchra *Rhenani* et *Hotomanni* emendatio; Quam et Graecus in suo Codice repperit. MSS. et Editt. Vett. *Quos* ubi, [*vel*, ubi ii,] *qui proxime Rhenum incolunt*, *perterritos* senserunt; *insecuti etc.* CLARK. Optime viri docti ex *quos ubi*, pro quo in MS. Duker. a m. pr. est *q. nisi*, et in Ed. Incerta est *quo nisi*, emendarunt *q. Ubii.* Nomina propria creberrime esse corrupta, constat inter omnes. Sed quod viri docti, quos jam R. Stephanus et Scalig. in suis Edd. secuti sunt, tam audacter ejiciant verbum *senserunt*, in omnibus ac vetustissimis membranis repertum, nescio, an probari debeat. Hotomannus hoc videtur sensisse; nam ille legebat, *quos cum Ubii* etc. *perterritos senserunt.* Carrariensis Codex habet *quos ubi cuncti*, alii *ubi ii.* Vide, num olim fuerit *ubi Ubii*, ut harum litterarum repetitio, mendae fuerit caussa; vel *ut Ubii.* Friburg. Ed. A. 1527. exhibet *Q. Ubii*, *q. p. R. i.*, *ubi perterr. senserunt.* Favet Rhenano et Brantio ceterisque Graecus Interpres, qui non agnoscit vocem *senserunt.*

*Proxime Rhenum*] Ita primi, quod sciam, ediderunt Lipsius et Scaliger. Priores cum MSS. omnibus *proximi*. nisi quod ex meis Gottorp. et Voss. tertius habent *proximum* cum Ed. Incerta. Ill. N. Heinsius in margine sui libri conjecerat *proximi Rheno*, ut c. 6. *proximum Helvetiorum finibus.* 2, 12. *proximi Remis.* 3, 11. *proximi flumini Rheno.* 6, 35. *qui sunt proximi Rheno.* B. Afric.

praeposuit: ipse in [a] citeriorem Galliam ad conventus agendos [b] profectus est.

C. JU-

VARIAE LECTIONES.

a *interiorem* Carr. b *provectus*. V. sec.

c. 56. *proxime Uzitae*. Sed vide ibi notas. At rectissimum est *proximi Rhenum*. Solet Caesar adjectivum hoc, non adverbium, adhibere. Sic 3, 6. *proximus mare Oceanum in Andegavis hiemabat*. 6, 31. *qui proximi Oceanum fuerant*. ubi vide. Atque ita alii quoque. Livius 8, 32. *qui proximi tribunal steterant*, ubi vide Gronovium, et Heins. ac Burmann. ad Ovid. Art. Am. 1, 139. ac Gronov. rursus Obs. 3, 2. *Incolunt* neutraliter adhibet, suo et optimorum scriptorum more. c. 1. et 5. et 2, 35. *trans Rhenum incolunt*. 2, 3. *cis Rhenum incolunt*. et sexcenties.

C. JULII CAESARIS 86

# COMMENTARIORUM DE BELLO GALLICO

## LIBER II.

---

**ARGUMENTUM LIB. II. DE BELLO GALLICO.**

*Belgae omnes contra P. R. conjurant:* III. *exceptis Rhemis*, V. *Caesar contra eos exercitum Axonam flumen transducit.* VII. *Bibracti oppido*, VIII. *atque item Q. Titurio Legato, a Belgis obpugnatis, subsidia mittit.* X. *Illi, frustra istis obpugnationibus tentatis, ad tuendos suos quisque fines, copias partiuntur.* XII. *Caesar discedentes insequutus, Suessiones*, XIII. *Bellovacos*, XV. *et Ambianos in deditionem accipit.* XVI. *Nervios, fortiter se defendentes, debellat.* XXIX. *Item Aduatucos.*

---

1 I. Quum esset Caesar in [a] citeriore Gallia [b] in hibernis, ita [c] uti supra demonstravimus, crebri ad eum rumores adferebantur, litterisque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, contra populum Ro-
2 manum conjurare; obsidesque [d] inter se dare: [e] conjurandi has esse caussas: primum, quod vererentur, [f] ne, omni pacata Gallia, ad eos exer-
3 citus noster adduceretur: deinde, quod [g] ab nonnullis Gallis sollicitarentur, partim qui, ut Ger-

VARIAE LECTIONES.

a *Interiore* V. pr. a m. pr. sed corr. ead. m. b *in* deest Oxon. c *ut* MSS. 2. *supra* deest MS. Urs. et Oxon. *superius* MS. Brant. L. pr. Lov. Pal. B. tert. Dorv. et Edd. R. V. M. aliaeque. d desunt *i. se* Pet. e *conjurando* V. sec. f *quod* et *duceretur* Ed. Inc. g *a* MSS. et Edd. quid.

*Partim qui ut Germanos*] Penultimam vocem reposui ex editione Veneta, et Metaphraste; nec sine ea constat sententia, ut vidit acutissimus vir, *J. F. Gronovius* ad *Livii* 23, 27. DAVIS. Voculam hanc, Librariorum incuria in MSS. omissam, nec a *Scaligero* aliisque Recentiorum observatam, optime ex Graeco et Vett. quibusdam Editt. restituit *Davisius*. CLARK.

*Versari noluerant*] Ita omnino legendum esse, (non, ut Scaliger et Recentiores omnes, *nollent*;) ostendit tum temporum ratio, (jam enim ante ejecti erant e Gallia Germani;) tum Interpr. Graecus, qui habet, *ΠΡΟΤΕΡΟΝ* οὐκ ἠβουλήθησαν; tum MSS. codices, in quibus omnibus, unica tantum corrupta literula, legitur, *voluerant*. IDEM. Legendum *noluerant*, ut recte *Cl. Clarkius*: et ita dudum ediderant *Gryphius* et *Ursinus*: ex Gallia enim Germani jam erant expulsi. MSSti *voluerant*. Perperam; ita tamen ut indicent, quae vera sit lectio. DAVIS. *Cur. sec.* Primo *ut* recte docet addi debere Gronovius, sed male capit pro *quamvis*, *licet*, deceptus scilicet vulgari lectione τοῦ *nollent*. *Ut* jam habent omnes fere Edd. ante Scaligeranam, item Lovan. et Dukeri Codd. Ursinus primus dixit, in suis MSS. illud non videri, qui et sequens *nollent* produxit; cum antea editum esset *noluerant*, quod et flagitat sensus, et MSS. mei ad unum omnes praeter Andinum et Scaliger. exhibent; nisi quod unus det *noluerunt*. E meorum nullo enotavi *voluerant*. quamquam perparva in MSS. sit distinctio inter *n* et *u*.

*Ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus*] Legendum censet *Fr. Hotomannus*, *ab nonnullis enim potentioribus*. Quae quidem conjectura mihi videtur paullo audacior; (omittit

manos diutius in Gallia versari [a] noluerant, ita populi Romani exercitum hiemare, atque [b] inveterascere in Gallia, [c] moleste ferebant: partim [d] qui 87
mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant: ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus, atque [e] his, qui ad conducendos homines 4
facultates habebant, vulgo regna occupabantur; qui minus facile [f] eam rem imperio [g] nostro consequi [h] poterant.

### VARIAE LECTIONES.

a *vulgo noblent.* b *Inveterescere* Egm. c deest Lov. d deest G. Voss. tert. Edd. quaedam *quia* et supra. Mox *a n.* V. pr. Duk. Edd. quaed. e Sic MSS. non *iis. ab his* B. sec. f *ea* sine *rem* Egm. g deest V. tert. Egm. *non* V. pr. sec. Dorv. h *non p.* G. V. tert.

enim quatuor voculas, quae in omnibus MSS. comparent) nec sane opus est, ad eam confugiamus: nam repetendum ἀπὸ κοινȣ̃ *sollicitarentur Belgae*; et omnia evadent clara. DAVIS. et CLARK.

*Imperio nostro consequi*] Corrupte codd. nonnulli *in imperio.* quod frustra Caesari asserere Hotomannus nititur. *Imperio nostro* tantundem est quam si dicat, quando imperium nostrum est; vel quando imperium nos habemus. Sic quoque Caesar locutus 1, 18. *Imperio P. R. non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare.* VOSS. Fatendum tamen, illud *in* comparere in Bongars. sec. Cuj. Palat. Egm. Gott. Vossianis omnibus, Lovan. duobus Leidd. Duk. Dorvill. et cunctis Edd. Vett. 1, 33. *In tanto imperio populi R.* quare cum Cortio ad Sall. B. Jug. c. 14. *In imperio vestro extorrem patria,* heic loci *in imp.* praetuli: non tamen cum eo ubivis id velim intrudi: uti 1, 18. ait a se in MSS. repertum esse. In nullo meorum illic est, neque opus esse, aliis exemplis patet, nisi velimus ubique e MSS. novitiis quibusdam praepositionem inculcare. Vossio hic adstipulatur Clarkius, et carent *in* Bong. pr. Scalig. Leidensis pr. et alii. *Imperio* i. dum nos ibi imperamus. Vide ad J. Obseq. c. 61. et Cel. Drakenb. ad Livium 2, 36. *Ludis mane* etc. Adde c. 25. et 8, 96. *Galliae defectione.* B. Civ. 2, 30. *militum consiliis.* Hirt. B. Alex. c. 1. *incendio tuta est Al.* c. 34. *occupatione belli civilis.* Nep. Pelop. c. 4. *Leuctrica pugna.* Sic MSS. non *in L.* Uti videre est in notis. Adleverat orae libri sui N. Heinsius, *ea sub imperio n.* [ *Imperio* omnino praefero. Livius 5, 34. *Imperio ejus Gallia fertilis.* ubi eadem varietas.]

*Ineunte aestate*] Sic MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. Graecus item: *'ΑΡΧΟΜΕ'ΝΟΥ τοῦ θέρους.* *Scaliger* et Recentiores, [ *inita aestate*: ] quod et in MS.

1 II. [a] Iis nunciis litterisque commotus Caesar duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit, et inita aeſtate, in interiorem Galliam qui deduce-
2 ret, Q. Pedium legatum misit. Ipse, quum primum pabuli copia eſſe [b] inciperet, ad exercitum
3 venit. Dat negotium Senonibus, [c] reliquisque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quae apud eos gerantur, [d] cognoscant: seque de his rebus
4 certiorem faciant. Hi conſtanter omnes [e] nuncia-

VARIAE LECTIONES.

a *his* MSS. plerique. b *inceperat* L. pr. c *ceteris vel rel.* Pal. d *agnoscant* Lov. Dorv. e *nunciabant* L. pr.

Eliensi reperitur. CLARK. *Ineunte* legitur quoque in Leid. pr. sec. Voſſ. pr. Oxon. Andin. et tribus aliis, ac plerisque Edd. Antiquis; sed Ursinus, Faërnus, Hotom. et Brantii Codices, item Bongarsiani tres, Cujac. in quo *hieme* pro *aestate*, Petav. Egm. et ceteri cum Ed. Incerta praebent *inita:* quod idcirco minime proſcribere velim. In fine hujus libri, *inita proxima aestate.* 3, 7. *Inita hieme.* 5, 23. *inita secunda vigilia*: ubi vide tamen. Sed et Hirt. B. Afric. c. 26. *aestate inita.*

*Interiorem Galliam*] Lego *ulteriorem Galliam*; uti recte in prioribus editionibus fuerat, quod Scaligerum mutaſſe miror. Anonymus quoque, *eosque per Q. Pedium legatum suum ulteriorem in Galliam transmittit.* VOSS. Haec vera eſt lectio, licet refragetur *D. Vossius*, ac indignetur *Scaligero*, antiquiſſimas editt. secuto; ita enim exhibent non solum MS. *Norv.* sed etiam editt. *Rom. Ven. Beroald.* Et optime quidem, id enim vocatur *interius*, quod ab extremis finibus longe removetur. *Cl. Mamertinus* Pan. 2, 14, 1. *Vos in interiora imperii vestri secesseritis. Tacitus* Annal. 2, 24. *Redemptos ab interioribus* (Germanis) *reddidere. Pomp. Mela* 1, 2. p. 18. *Interiora, et littora tenent usque ad sinum Persicum.* Plura sunt ad manum exempla, sed rei notiſſimae non immorabor. DAVIS. Omnes mei Codd. et aliorum ac Edd. Vett. habent quoque *interiorem*, praeter optimos Codices Oxon. Scalig. et Leid. prim. Quare, licet retinuerim receptam jam lectionem, *ulterior* rectius mihi videtur, ut oppositum *citeriori*, quam alterum, praeſertim cum magis amet Caeſar Galliam vocare *ulteriorem*, quam *interiorem*.

*Ad eos proficisceretur*] Graecus *ΩΣ ΤΑ΄ΧΙΣΤΑ ἰέναι*. Cujusmodi vocabulum aliquod deeſſe videtur. Recentiores Editt. (*ad eos* duodecimo die *proficisceretur.*) Quod tamen in plerisque MSS. non reperitur. CLARK. Gruterus quoque *duod. die* credidit eſſe spuria, et ex Ursini MSto in textum intrusa, et certe praeter Vett. Edd. quae eas voces ignorant, desunt quoque in

verunt, [a] manus cogi, [b] exercitum in unum locum 88
[c] conduci. Tum vero dubitandum non exiſtimavit, 5
quin ad eos [xii. die] proficisceretur. Re frumen- 6
taria provisa, caſtra [d] movet, [e] diebusque circi-
ter xv. ad fines Belgarum pervenit.

III. Eo quum de inproviso, celeriusque omni- 1
um opinione veniſſet, [f] Remi, qui proximi Galliae
ex Belgis sunt, ad eum legatos [g] Iccium et [h] An-
tebrogium, primos civitatis, [i] miserunt: qui dice- 2

VARIAE LECTIONES.

a *manum* L. pr. *magnum ex. cogi et* B. sec. b *exercitus* L. pr. Scal. V. pr. sec. Duk. Oxon. Beroaldi et Aldi Edd. bene. *exercitusque* Lov. L. sec. Reg. Edd. R. M. V. Vasc. Gryph. Steph. Plant. aliaeque. c *Educi* Pal. d *movit* Egm. e *et diebus* L. pr. f *Remi.* sic MSS. plerique et Edd. Vett. semper. V. Cellar. et C. seq. Davis. vulgo *Rhemi.* g *Siccium* MSS. fere omnes et Ed. Inc. *Socium*, vel *Sucium*, vel *Jocium* alii et Edd. primae. Nullus ante Aldum *Iccium.* h Sic fere pro var. l. V. pr. *Andebrogium.* Gr. Ἀντιβρόγιον. MSS. et Edd. Vett. *Andocium Borium*, *Andecumborium*, *Andecomborium*, *Andocumborium*, *Anodocuburium.* Carr. *Andocum Bojum.* i vulgo adeſt *suae.*

Bongars. primo, sec. Petav. Palat. Oxon. Lovan. Duker. Leid. tertio et Dorvill. Uncis itaque eas inclusi; nam ejicere ob aliorum codicum auctoritatem non ausus fui cum Clarkio. Forſan scripſerat Caeſar *primo die* i. e. quam primum; vel, ut aliter dicitur, *primo quoque die:* quod non intellectum abierit in *XIImo die.* quae verba celerrimi Caeſaris praecipiti ingenio plane sunt contraria.

*Provisa*] MSS. Reg. Éliens. et Voſſii *comparata.* CLARK. Hanc lectionem a Scaligero ex Ursini et suo Codice adreptam confirmant membranae Andinae, Oxonienses et Cujacii. 3, 19. *re frumentaria provisa.* 4, 29. *frumentum provisum.* Ceteri omnes cum olim editis *comparata:* ut 1, 37. 4, 17. et passim. quod praeferebat hic Gruterus ob seq. *inproviso.* Sed aptius et celeritati convenientius videtur fuiſſe, Caesarem modo providiſſe, quomodo sibi supportaretur frumentum, quam hic in longum iter comparaſſe. V. 1, 23. 40. infra c. 5. 3, 17.

*Celeriusque omnium opinione*] Nemo dubitare poteſt, quin haec bene Latina sint: attamen in nullo codice ita reperio. *Omnium* enim deeſt in Leid. tert. et Ed. Incerta, ut apud Salluſt. B. Jug. c. 85. *Opinione asperius:* ubi adi Cortium. Cicero ad Famil. Ep. 14, 23. *Opinione celerius venturus esse dicitur.* Verum tres Bongarsiani, Petav. Lovan. Scal. Leidens. pr. Voſſ. prim. Carrar. Egmund. et quinque alii cum editionibus primis exhibent *omni opinione.* quod recipere non hab-

89 rent, se suaque omnia in fidem atque [a] potestatem populi Romani permittere, neque se cum Belgis reliquis consensisse; neque contra populum Romanum omnino conjurasse;
3 [b] paratosque esse, et obsides dare, et imperata facere, et oppidis recipere,
4 et frumento, ceterisque rebus juvare: reliquos omnes Belgas in armis esse: Germanosque, qui cis Rhenum [c] incolunt, sesec cum his conjunxisse;
5 tantumque esse [d] eorum omnium [e] furorem, ut ne

VARIAE LECTIONES.

a *in pot.* B. pr. Voss. pr. Egm. et 4 alii cum Ed. Inc. rectius. nam ita alibi saepius. b *paratos e.* Duk. V. sec. c *incolant* B. pr. sec. Lov. et 4 alii. d deest L. pr. e *furores* B. pr. f *nec* Egm. et *Suessones* Edd. quaedam, et MSS. 8, 6. ubi tamen eaedem Edd. *Suessiones*.

sitassem, nisi haberemus etiam 6, 30. *Celeriter contraque omnium opinionem.* 7, 56. *Contra omnium opinionem.* B. Alex. c. 71. 78. *Celerius omnium opinione. Omnes voluntates* sic forsan dixit pro *omnium mente* 6, 53. ubi vide.

*Primos civitatis suae*] Ejeci ultimam voculam auctoritate Bongars. sec. Petav. Lovan. Egm. et septem aliorum ac Edd. Vett. quibus accedunt Ursini et Brantii Codices. V. etiam 1, 3.

*Qui dicerent*] In optimis membranis deesse verba *qui dicerent* testatur J. Fr. Gronovius ad Senecae de Benef. 7, 30. Neque a Caesare esse censet. Eadem mihi in animo stat sententia, cum *Caesarem* alibi sic locutum esse sciam. Igitur ille B. G. 3, 8. *communem legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat.* Similiter etiam scriptor de bello Hispan. c. 19. *Caesarem adierunt: Si sibi vitam concederet, sese insequenti die oppidum esse dedituros.* Nostri tamen libri voces eas retinent. DAVIS. *Cur. sec.* Scilicet absunt haec verba a membranis Andinis, quibus suffragantur Oxonienses: et certe facile iis carere possemus. Vide 2, 17. et 34. et B. Civ, 1, 69. ubi plura. Verum quum ceteri MSS. ea retineant, nihil temere mutare velim, praesertim cum et alibi sic loquatur quoque Caesar. 1, 7. *Legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, qui dicerent, sibi esse in animo etc.* B. Civ. 2, 36. *Nuncii praemissi ab rege Juba venerunt, qui illum adesse dicerent.* B. Afr. c. 57. *missus, qui diceret etc.* B. Gall. 5, 1. *Legatos ad eum mittunt, qui doceant, nihil etc.* Eodem modo 6, 9. Scilicet variavit haec eleganter Caesar. Omisit enim B. G. 2, 7. adde B. Civ. 2, 20. Hirt. B. Alex. c. 34. In aliis locis ait, *quorum haec fuit oratio, qui ad hunc modum locuti sunt.* et similia. In quibus sine MStorum consensu innovare aliquid fas non est, quomodo Clar. Cortius

Suessiones quidem, fratres [a] consanguineosque suos, qui [b] eodem jure, [c] et eisdem legibus utantur, [d] unum imperium, unumque magistratum cum [e] ipsis habeant, deterrere potuerint, quin [f] cum his consentirent.

IV. Quum ab his [g] quaereret, quae civitates, 1
[h] quantaeque in armis essent, et quid in bello possent, sic reperiebat: plerosque Belgas esse ortos [i] ab Germanis, Rhenumque antiquitus [k] transdu-

VARIAE LECTIONES.

a *et cons.* L. pr. b *eorum* MSS. 3. c Sic MSS. et Edd. Vett. vel *et iisd.* vulgo tantum *iisdem.* d *et unum* Carr. et Edd. qdd. e *illis* L. pr. Scal. f desunt *cum his* Edd. Med. Ven. g *quaereretur* MSS. 4. deest Dorv. Ed. Inc. h *quantique* Pet. i Sic MSS. vetustiores, non *a.* k *traductos* MSS. O. et Edd. Vett.

ad Sallust. Jug. c. 62. *Mittuntur legati, qui Jugurtham imperata facturum dicerent*, temere contra omnes MStos e textu ejecit, *qui dicerent.*

*Cum reliquis Belgis*] MS. Norvic. *cum Belgis reliquis*; editiones antiquissimae *Rom. Ven. Beroald. cum Belgis reliquisque:* quam lectionem ipse verissimam arbitror: nam Germani, qui cis Rhenum incolebant, sese cum Belgis conjunxerant; illi autem erant Condrusi, Eburones, Caeraesi, et Paemani, qui *uno nomine Germani appellantur*, ut ait noster c. 4. DAVIS. Editiones aliquot Vett. (*cum Belgis, reliquisque.*) Quam et verissimam esse lectionem arbitratur *Davisius*; quia non *Belgae* solum, sed et *Germani* conjurarant. Verum cum *Rhemi* ex *Belgis* essent ipsi; *Belgaeque* in conjuratione principes et praecipui essent, quibuscum postea tantum se conjunxerant *Germani*; librique MSS. habeant, (*cum Belgis reliquis*,) eademque locutio (*reliquos omnes Belgas*) in eadem hac oratione jam proxime sequatur: utique istam lectionem omnino retinendam existimavi. CLARK. *Reliquisque* est etiam in Recentiore Codice Palatino. Ceteri MSS. et Edd. Vett. *Belgis reliquis*, ut edidi.

*Neque Contra P. R. omnino conjurasse*] Penultimam vocem nesciunt MSSti; quae proinde delenda est. DAVIS. *Cur. sec.* Deest quoque Carrar. et meis plerisque: sed quia reperi in Leidensi primo; et agnoscunt hanc vocem excerpta Codd. Andin. Oxon. et Scalig. Davisium sequi non potui; licet ea quoque careant Editiones Aldina priores.

*Cis Rhenum incolunt*] Cellarius ex Graeco Interprete et Edd. quibusdam reposuit, et, ut judicat, emendavit *Ripas Rheni inc.* Ea etiam lectio recepta est ab Aldo et Vascosano, quos secuti sunt quidem Stephanus,

2 ctos, propter loci fertilitatem ibi consedisse; Gallosque, qui [a] ea loca incolerent, expulisse: solosque esse, qui, patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata, [b] Teutonos, Cimbrosque intra fines
3 suos ingredi [c] prohibuerint: qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem, ma-
4 gnosque spiritus in re militari sumerent. De numero eorum omnia se habere explorata, Remi dicebant; propterea quod [d] propinquitatibus adfinitatibusque conjuncti, quantam quisque multitudi-

VARIAE LECTIONES.

a Scal. *in èa l.* b Vulgo *Teutones.* c *prohibuissent* Oxon. et Edd. quaedam. d *affinitatibus adpropinquantibus* V. sec. *consilio* Edd. aliquot.

Gryph. Ed. post. et Strada, habetque, quod sciam, solus Codex Oxoniensis. Ceteri omnes cum Editionibus vetustioribus *cis Rhenum*; quod Graecus interpretatus est, *πρὸς ὄχθαις τοῦ ῥήνου*, nisi in corruptum inciderit codicem. Passim Caesar, Livius et alii *incolere* absolute sumunt. Vide ad praeced. libri c. 54. et h. loco commentarios Ciacconii, Hottomanni, et Brantii, et infra ad 4, 1. *Incolendi caussa.*

*Teutonos Cimbrosque*] Ursinus *Teutones* emendat. alii *Teutonos*. Utrumque probum. Sic Caesar dixit hoc libro: *ipsi erant ex Cimbris, Teutonisque procreati.* Anonymus habet, *Cimbros et Theutones.* Quemadmodum *Santones*, et *Santoni* dicitur. Unde et frustra Glareanus pro *Santonis* emendat *Santonibus* l. 3. de bello Gall. Lucan. *Gaudetque amoto Santonus hoste.* Et Schottus Observat. Histor. 8,29. ait, se in MS. reperisse *Atrebatis*, pro *Atrebatibus*. VOSS. Ursinus non *Teutones*, sed *Teutonos* legi voluit. Atque ita exhibent MSS. mei tantum non omnes; in quibus Bongarsiani, Vossiani, Lovan. Leid. prim. Egm. Scalig. etc. ac Edd. primae, item Vascos. Steph. Scalig. aliorumque. Neque aliter in MSS. invenit Scottus, quem vide ad Aurel. Victor. c. 67. atque ita in Fastis et Inscriptionibus, nec non MSS. et Edd. Flori, Valerii Maximi, Frontini, Obsequentis aliorumque *Teutoni* vocantur. *Cimbrorum Teutonumque* tamen est 7, 77. Vide Duk. ad Flor. 3, 37. De *Santonis* vide ad 1, 2.

*Rhemi dicebant*] De prioris vocis Orthographia lis est inter eruditos; sunt enim, qui adspirationem tollendam esse censent, quia Gallicae est originis. Utro modo scribamus, parum quidem interest, nec de hujusmodi rebus vitilitigarem. Observabo duntaxat, rationem *Ch. Cellarii*, quam profert Orthog. p. 56. firmam non videri; licet enim verbum sit Celticum, non necesse est, ut adspirationem rejiciamus, quae

nem in communi Belgarum concilio [a] ad id bellum
pollicitus [b] sit, [c] cognoverint. Plurimum inter eos 5
[d] Bellovacos et virtute, et auctoritate, et hominum
numero valere; hos posse conficere armata milia
centum, pollicitos [e] ex eo numero [f] electa LX;
[g] totiusque belli imperium sibi postulare. Suessio- 6
nes suos esse finitimos; latissimos, [h] feracissimos-
que agros possidere: apud eos fuisse regem nostra 7
etiam memoria [i] Divitiacum, totius Galliae poten-
tissimum; qui quum magnae partis harum regio-

VARIAE LECTIONES.

a *et ad* Duk. Carr. V. sec. *ad b.* Pal. Dorv. et Edd. R. M. V. b *esset* L. pr. et Edd. qdd. c *cognoverunt*, *cognoverant* MSS. et Edd. qdd. d *Bellovagos* L. pr. Scal. Egm. And. MS. Urs. e *etiam ex eo n.* L. sec. Edd. R. M. V. *etiam ex n.* Cuj. f vulgo *lecta millia.* g *totius* Egm. h *ferocissimos* Voss. pr. sec. i *Devitiacum* V. pr. Lov. Egm.

in aliis verbis omnino Gallicis locum obtinet. Sic *Rhedones* memorantur B. G. 2, 34. et alibi. Sic *Rheda* nostro, *Horatio* et aliis. Gallicam originem testatur *Quintilianus* Inst. Orat. 1, 5. *Plurima Gallica valuerunt*, *ut* Rheda *ac petoritum*; et postea *Rheda Gallicum*, puta vocabulum. DAVIS. At in exemplis, quae adfert Davisius, eadem est incertitudo, et MSS. saepe efferunt sine adspiratione. *Remi* certe semper MSS. Caesaris.

*Lecta millia* LX.] Non male; sed contra MSS. Nam in Codicibus aliorum et meis tantum non omnibus et Edd. ante Aldum exaratur *electa*; v. ad Frontin. 1, 2, 1. et *millia* non comparet in Bongars. pr. sec. Petav. Lovan. Egmund. et aliis quinque, neque in Ed. Incerta, et intelligitur satis e praecedentibus. Nullus est locus, in quo non variant MSS. et Editi in vocibus *lectus* et *electus*: quare secure consensum Codicum hic sequi possumus.

*Suos esse finitimos; latissimos* etc.] Testatur *Brantius*, editionem *Beroald.* habere *suos esse finitimos*, fines *latissimos* etc. quod etiam de MS. *Carrar.* et impresso *Flor.* docet *J. M. Brutus*. DAVIS. Idem testatur de suo Codice Ursinus, et de Regio Clarkius. Inveni quoque ego in Vossianis pr. et sec. Leid. pr. et sec. Palat. Duker. Dorvill. Petav. a m. sec. et Edd. Rom. Mediol. Ven. At contra etiam *latissimos* non comparet in Bongars. pr. nisi a m. sec. quare nihil adhuc determino. *Lati agri*, *campi*, *arva* apud auctores passim. *Latos et fertiles*, ut hic, jungit Cicero Orat. 3. in Verr. c. 51. ut quidem legit Gronovius ad Livium 23, 46. At Gruterus ibi Graeviusque praeferunt *laetos*, sollemni scilicet variatione. *copiosissimos agros* et *latos fines* jungit Hirtius 8, 2.

7 num, tum etiam Britanniae, [a] imperium [b] obtinuerit: nunc esse regem Galbam: ad hunc, propter justitiam, [c] prudentiamque, [d] totius belli summam
8 omnium voluntate deferri: oppida habere [e] numero XII; polliceri milia armata [f] quinquaginta: totidem Nervios, qui maxime feri inter ipsos [g] habeantur,

VARIAE LECTIONES.

a *regnum* Lov. B. sec. Dorv. Ed. R. V. M. b *obtinuerat* Edd. eaedem. c *pr. suam* Bruti, Hottomanni, meique Codd. 16. et Edd. Vett. d ita MSS. et Edd. Vett. vulgo *summ. tot. b.* e *milia p.* Egm. f *quingenta* V. pr. g *habebantur* L. pr. V. sec.

*Galbam*] *Adram* Dio nominat; forsan praenomen hoc, illud cognomentum est. Ait Ciaconius, Galbam esse Romanam familiam. Atqui disertim Gallicum nomen esse ait Suetonius. Et nos hodie retinemus, dum piaguem *een kalf* vocamus. Sed hoc aliis notatum. VOSSIUS.

*Longissimeque absint*] Non patior hanc lectionem, quamvis a viris doctis tramissam. Omnino vel alieno haec loco leguntur, vel omissum aliquid est, *a cultu* aut *omni humanitate*, ut supra locutus *Caesar*. Itaque malim legere: *longissimeque ab omni cultu absint*. Sane Anonymus *Celsi*, et plerumque *Caesaris* etiam, si non verborum, at certe mentis exscriptor, tantum habet, *Nervios omnium ferocissimos*. Nec temere omisisset, *longissime eos abesse*. Nam quod Graecus transtulit, *ἐσχάτως τῶν Βελγῶν*, nihil me movet, et manifeste falsum est. An ergo Nerviis minus remoti Menapii, et qui his adjacent? Quare, si quid judico, legendum ut dixi; vel expungenda verba *longissimeque absint*, vel denique transferenda in eum locum, ubi ait, *Paemanos. qui uno nomine Germani appellantur*, ubi subderem *longissimeque absunt*. VOSSIUS. Putarim his vocibus longum solummodo intervallum denotari; non autem Nervios a Rhemis omnium Belgarum esse remotissimos; adeo ut *Vossii* medicina nihil sit opus. Sarta itaque tecta maneat lectio vulgata. DAVIS. Sic apud *Appulejum* Metam. l. 10. p. 212. mulier marito suadet *ad* longissime *dissitas destinare villulas*. *Lampridius* in Heliogabalo c. 23. *In longissimis a mari locis omnia marina semper exhibuit*. *Amm. Marcellinus* 20, 6. *Propugnatores viso hoste* longissime etc. Et 31, 5. *Castraque a Fritigerno locavere* longissime. In his exemplis non omnium remotissima, sed *valde remota* denotantur. IDEM. *Cur. sec.*

*Morinos — totidem*] In vetustissimis editt. *Rom.* et *Ven.* hic locus ita legitur: *Morinos* XV. *millia*, *Menapios* VII. *millia*, *Velocasses et Veromanduos totidem*, *Caletes*, vel *Caletos*, X. *millia*. Sic et aliae antiquitus impressae; num vero rectius, nescio. DAVIS.

*Menapios* IX. *millia*] Anonymus l. 2. p. 43. VII. habet, et Graecus *ἑπτακισχιλίους*. sed relinquo vulgatam. VOSSIUS. *VII.* plerique MSS. et Edd. Vett.

[a] longissimeque absint: xv [b] milia [c] Atrebates: Ambianos x milia: Morinos xxv milia: Menapios ix milia: [d] Caletos x milia: [e] Velocasses et Veromanduos totidem: [f] Aduatucos xix milia: [g] Condrusos, Eburones, [h] Caeraesos, [i] Paemanos, qui uno nomine Germani adpellantur, arbitrari ad xl. milia. 9 10

VARIAE LECTIONES.

a *longissimoque* B. pr. Egm. *longissimique* Pet. *longissime* V. sec. *absunt* L. pr. b Abest hic et infra a Lov. Cujac. Oxon. c *Atrebatas* B. sec. non male. Vide ad c. 16. d Sic MSS. et Edd. Vett. V. Rhellic. et Ciacc. vulgo *Caletes.* quod invexit Ursinus. Vide tamen ad 7, 75. e *Vellocasses*, *Melocasses*, *Ceulocasses*, MSS. nonnulli. f MSS. et Edd. Vett. *Catuacos*, *Catuatos*, vulgo *Aduaticos.* g *Condruosos*, *Condruoses*, *Condrivenses*, et similia monstra MSS. et Edd. Vett. h *Ceroesos* MSS. plerique et Ed. Inc. *Cerosos* L. pr. et Cuj. *Ceresos* alii et Edd. R. V. M. *Καιρήσους* Gr. Int. i *Cemanos* L. pr. Cuj.

*Aduaticos* xxix. *milia*]. Anonymus xix. millia. Oros. *Atuatici* x *et* viii. *millia*, sed in v. c. est *septem* pro octo. in MS. alio xviii. quod probum secundum Orosii supputationem. Graecus habet *μυρίους καὶ ἐννακισχιλίους.* Etiam Freculphus xviii. millia: itaque emenda hic quoque xix. Orosius in universum ait fuisse *ducenta octoginta duo millia.* nam ita ex v. c. apud eum legendum est. in vulgatis est male lxxii. Caetera quod attinet, congruunt Caesar et Orosius, nam demtis xv. Atrebatum millibus, quae Orosius omisit, et praeterea positis xix. milibus, pro xxix, quae ab Aduaticis missa, idem ac Orosianus numerus efficietur, videlicet ducenta lxxxii. millia, praeterquam, quod uno millenario Caesaris numerus major, nam in Orosio xviii. Aduatici est, in Caesare idem scribere non ausim, propter auctoritatem Graeci, Anonymi et MS. codicis, qui omnes refragantur. Notandus autem hic error Orosii, qui ait omnes hos populos ex sylva in Caesarem erupisse, ejusque exercitum propemodum delevisse: quod a Nerviis factum ipse infra Caesar ostendit. Anonymus vero in hoc numero Velocasses et Veromanduos omittit. IDEM. In *Julio Celso* l. 2. p. 42. scribitur *Catuanos decem novem millia*, lege *Aduaticos* vel *Atuaticos* quod mendum a *Graevio* sublatum non esse miror. Sic in vett. editt. *Caesaris* legitur *Catuatos*, sed ex *Orosio Hotomannus* recte emendavit. DAVIS. *Morinos*, *XXV. millia*: *Menapios*, *IX. millia*: *Caletes*, *X. millia*: *Velocasses et Veromanduos*, *totidem*: *Atuaticos*, *XXIX.*) Vett. quaedam Editt. exhibent: *Morinos XV. millia*; *Menapios*, *VII. millia*; (Sic et Graec. Interp. et MSS. Reg. et Vossii:) *Velocasses et Veromanduos*, *totidem*; *Caletes*, *X. millia*; *Atuaticos*, *XXIX. millia*, (MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Interpr. Gr. *XIX. millia.*) Utra verior sit lectio, non constat. CLARK. Numeris hisce inmorari, neque

1 V. Caesar Remos cohortatus, liberaliterque
92 oratione prosecutus, omnem senatum ad se convenire, [a] principumque liberos obsides [b] ad se adduci jussit. quae omnia ab his diligenter ad diem
2 facta sunt. Ipse Divitiacum Aeduum [c] magno opere [d] cohortatus, docet, [e] quanto opere Reipublicae communisque salutis intersit, manus [f] hostium [g] distineri, ne cum tanta multitudine uno tempore

VARIAE LECTIONES.

a *Principiumque* V. tert. b desunt *ad se* Ed. Vasc. Str. Steph. Gr. p. c *magnopere* vulgo. d *adhortatus* Carr. Duk. e vulgo *quantopere*. f *omnium h.* V. pr. g MSS. et Edd. qdd. *detineri*, *destineri*.

lectoremque fatigare non lubuit. Dixisse solummodo sufficiat, in meis quoque Codicibus eandem esse confusionem, quam viri docti, qui in Jungermanni Editione recensentur, ac in mea, reperuerunt, nec tamen rite conciliare potuerunt. *Aduaticis* tamen solum dedi *XIX. milia*, ut recte legi voluerunt Brantius et Vossius; non *XXIX.* nam MSS. mei tantum non omnes habent *decem et novem.* seu *novendecim XIX*; nisi quod Bong. sec. Voss. sec. et Duker. habeant *decem et octo.* Immo omnes Editiones priscae, item Vascos. Aldi, Steph. Gryphii post. *XIX.* exhibent. Ceterum *Aduatucos* rescripsi e Codice Cujaciano, sive, ut alibi, *Atuatucos.* Vide notata a viris doctis et Schotto Observ. 3, 19. et infra c. 16. 5, 27. per *d* malo. quia hinc nata est corruptio *ad Vaticam* 6, 32. et apud Antoninum in Itiner. *Aduaca.* Vide p. 378. Ed. Wessel. *Aduaticos* pro *Catuacos* emendavit etiam Petrus Divaeus de Galliae Belg. Antiq. l. 1. p. 28. Antv. 1566.

*Liberaliterque oratione prosecutus*] Benigne eos allocutus. Sic B. G. 4, 18. *Quibus* (Sicambris) *pacem et amicitiam petentibus* liberaliter *respondit.* Sic cum alibi, tum B. C. 3, 104. DAVIS. B. G. 4, 19. et B. Alex. c. 71. *liberaliter pollicitus.*

*Quanto opere*] Sic rescripsi rursus auctoritate Bongarsiani primi, Vossiani primi, Leidensis primi, Lovan. Egmundani, et aliorum trium cum Ed. Incerta. V. ad c. 13. et c. 38. *magno opere*, ut paullo ante hic etiam ex Voss. primo reposui.

*Reip. communisque salutis intersit*] Pro *reip.* in Vossiani primi margine scriptum est manu antiqua *Rei popularis. Salutis* non agnoscunt Bongars. prim. nec Petavian. sed in margine Bong. inepte additum est Reip. *privatae.* Forsan per *Reip.* intellexit Romanam, per *commune* innuit Remorum statum. Vide nos ad Frontin. 3, 2, 6. *rebus ad commune pertinentibus.* Ovid. Metam. 12, 7. *Gentisque simul commune Pelasgae.* Lucan. 2, 390. *In commune bonus.* Infra 7, 2. *Communis salutis*

confligendum sit. Id fieri posse, si suas copias 3
Aedui in fines [a] Bellovacorum introduxerint, et eo-
rum agros populari coeperint. His mandatis, eum 93
ab se dimittit. Postquam omnes Belgarum copias 4
in unum [b] locum coactas ad se venire vidit, neque
jam longe [c] abesse, ab his, quos miserat, explo-
ratoribus, et ab Remis cognovit; flumen [d] Axo-
nam, quod est in extremis Remorum finibus, exer-

VARIAE LECTIONES.

a *Bellobacorum* B. pr. b deest vulgo *locum*, et statim *vidit*. c exsulat a Lov. Dorv. *esse* Duk. d *Anxonam* Scal. *Axona* Cuj. B. tert. *Anxonem* L. 3.

*caussa*. Oxon. Codex non habet *salutis*. Sed nil temere muta. B. Civ. 1, 34. *Interesse Reipubl. et communis salutis*.

*Manus hostium distineri*] Eorum copias in partes diversas trahi. *Dis enim separantis est*, ut recte *Servius* ad *Virgilii* Aen. 11, 381. *Lucretius* l. 5. *Et mare, quod late terrarum* distinet *oras*, hoc est, a se invicem dividit. Male igitur nonnullae Caesaris editiones habent *detineri*. DAVIS. Vide ad Lucan. 4, 675. Tennul. ad Frontin. 1, 3, 5. et hic Brantium. 3, 11. *Qui eam manum distinendam curet*. 7, 37. *Victoriam distinere*. ubi vide quoque. c. 51. *Manus distinendae caussa*. c. 59. *legiones flumen distinebat*. c. 84. *Romanorum manus tantis munitionibus distinetur*. B. Civ. 3, 44. *Caesaris copias, quam maxime posset, distineri*. Adde Hirt. B. Alex. c. 17. B. Afric. c. 55. *distentus triplici bello*. Adi etiam ad B. Civ. 2, 17.

*In unum locum coactas*] Addidi vocem *locum*, quam vulgo nunc non agnoscunt, sine dubio typographi tantum culpa primum omissam in Ed. Amstel. A. 1697. Nam habent eam MSS. omnes et Edd. ea priores, atque ita plene loqui amat Caesar. 1, 34. *exercitum in unum locum contrahere*. 3, 16. *in unum locum coegerant*. 6, 10. et 7, 9. *unum in locum copias cogere*. B. Civ. 3, 73. *coactoque unum in locum exercitu*. *conferre in unum locum* 6, 17. Aliter scio, Latinissime dici *in unum cogi*. Sed non agitur, quid magis minusve eleganter scriptum sit, sed quid scripserit Caesar.

*Ad se venire vidit*] Non temere vocem *vidit* omisere viri docti. Admonere tamen volui, et in antiquissimis membranis eam ab Schotto repertam, et apud Flodoardum legi Histor. Eccles. Rhem. 1, 11. Ubi haec verba Caesaris exscribit. Ait quoque Schottus, vocem *abesse*, quae statim sequitur, in membb. desiderari. VOSS. Monuit Ciacconius, non esse *vidit* in aliis codicibus; et Brutus id testatur de Carrar. neque habent Edd. Vascos. Steph. Stradae, et aliae. Verum MSS. quos ego vidi, et Gruterus ad Ed. Gryphianam A. 1538. contulit, ad unum o-

citum [a] transducere [b] maturavit, atque ibi castra
5 posuit. Quae res et latus unum castrorum [c] ripis fluminis muniebat; et, post [d] eum [e] quae [f] essent, tuta ab hostibus [g] reddebat, et, commeatus ab Remis, reliquisque civitatibus, ut sine periculo ad
6 eum [h] portari possent, efficiebat. In eo flumine pons erat. ibi praesidium ponit; et in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum VI. co-

VARIAE LECTIONES.

a *traducere* MSS. et Edd. Vett. semper. b *maturat* Duk. a m. pr. c *rip. fl.* desunt Edd. R. M. V. d vulgo *ea*. e *quo* B. sec. *quem* B. sec. f *erant* vulgo, et Cuj. *erat* L. pr. *et post* etc. usque ad *et com.* desunt B. pr. a m. pr. et Edd. R. M. V. g *redderet* Pal. h *deferri* G. V. tert. *venire* L. tert. Ed. Inc.

mnes et Edd. veteriores *vidit* servarunt; nec video, cur temere ex uno alteroque Codice deleri debeat. *Copias Belgarum ad se venire vidit* nunciis litterisque Labieni (v. c. 1.) aliisque rebus, quas animadvertebat; eas vero non longe abesse, *cognovit* ab exploratoribus et Remis. de similibus vide supra ad c. 43.

i *Flumen Axonam*] Anonymus *Maronem*, lege *Matronam*. Videtur ignorantia peccasse, quia uterque amnis Rhemos attingit. Sed Axonam hic recte scribi situs locorum evincit. VOSSIUS.

*Post ea quae erant — reddebat*] Ita in recentioribus editt. legitur ex conjectura *P. Ciacconii*; MSS. vero et impressi veteres exhibent *post eum quae erant*, quae sane lectio potest retineri, si *pronomen* ad *exercitum* referas, ut fecit Metaphrastes. DAVIS. Ita Scaliger et Recentiores, ex conjectura *Ciacconii*. MSS. autem (*post* Eum *quae essent*). Quod ideo mutavit *Ciacconius*, quia, vox *eum* quo referretur, non intelligeret. Vidit Davisius veram esse illam, quam haberent MSS. lectionem. Sed vocem *eum* minus recte ad *exercitum* refert: cum *Caesar* multo elegantius intelligatur. Quomodo et id, quod proxime sequitur *ad eum*, intelligitur utique ad Caesarem. CLARK. *Eum* et *essent* consensu MStorum et Edd. Vett. reposui. *erant* tamen video jam in Ed. R. Steph. *eam* in Plantin.

*Posset*] Scalig. Leidens. prim. et sec. Vossian. prim. Duker. et Ed. R. Stephani *possent*. Quod placet. Celsus: *Venturis commeatibus*. Passim Caesar cum reliquis scriptoribus *commeatus* numero plurali adhibet. 3, 3. *Neque commeatus subportari, interclusis itineribus, possent.* ut ibi constanter est in MSS. 8, 30. 37. *Commeatus complures intercipiebat*. B. Civ. 1, 36. *Reliquas merces commeatusque*. B. Alex. c. 25. *Insidiabantur nostris commeatibus*. B. Afric. c. 8. *Auxilia, commeatus, frumentum mittenda curarent.*

hortibus [a] relinquit. Castra in altitudinem pedum 94
XII. vallo, fossaque [b] duodeviginti pedum munire
[c] jubet.

VI. Ab [d] his castris oppidum Remorum, no- 1
mine Bibrax, aberat milia passuum VIII. id ex itinere magno inpetu Belgae obpugnare coeperunt.
Aegre eo die sustentatum est. Gallorum eadem, 2
atque Belgarum, obpugnatio [e] est haec. Ubi cir-

VARIAE LECTIONES.

a *Reliquit* MSS. et Edd. qdd. V. ad 1, 46. b *duo et v.* Pet. *unde v.* B. sec. c *jussit* L. pr. d vulgo *ipsis.* e vulgo *est. Hi ubi.*

*Relinquit*] Sic recte MS. *Norv.* in editis *reliquit.* DAVIS. *Relinquit* plerique etiam mei.

*In altitudinem*] Sic quidem cum Edd. mediae aetatis vulgo edunt; nec quisquam de alia lectione admonet. At vero ita in meorum Codicum nullo reperitur. Omnes Gruteriani, meique exhibent *Altitudine*, neque aliter Edd. primae, quotquot vidi, item nuperae Amstel. et Lugdunensis. Et hoc Latinum esse, nemo sanus negaverit. Sed 1, 8. *Murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit*, quomodo ibi constanter habent MSS. praeter Vossianum secundum. 7, 8. *discussa nive VI in altitudinem pedum.* Ibi tres MSS. *altitudine.* c. 73. *tres in altitudinem pedes fodiebantur scrobes.* ubi eadem varietas. 2, 29. *aditus in latitudinem*, sed et ibi MSS. variant. alibi *in circuitu*; de quo vide ad 5, 42. sed Accusativum *in altitudinem* et *longitudinem* praefero. *in latitudinem patere* 1, 2. 2, 7. 8. ut bene scripti et Editi, paucissimis exceptis. 3, 13. *ex pedalibus in latitudinem trabibus.* 6, 14. et saepissime. At 7, 46. MSS. plurimi cum vulgatis, *in longitudine VI. pedum murum praeduxerant.*

*Munire jubet*] Bongars. primus *muniri*; ut volunt quidam semper legi, si non addatur Accusativus personae. Sed ille satis subintelligitur. Vide me ad Lucan. 10, 347. et Frontin. 2, 5, 46. 3, 15, 6. *frumentum in forum comportare jussit.* Liv. 41, 3. *ligna projicere jubent*: et saepissime. Cicero Catil. 3, 8. *Iidemque jusserunt, simulacrum Jovis facere majus.* Variatur in his crebro. sic idem Bongars. pr. 5, 11. *Revocari atque desistere jubet*, habet *revocare.* Immo omnes fere MSS. c. 33. *jusserunt pronunciare.* ac B. Civ. 2, 25. *pronunciare onerariis jubet.* B. G. 7, 47. *Receptui canere jussit* Leid. pr.

*Ab ipsis c.*] MSS. *ab his castris.* Quod et melius convenit. Graec. Ἀπὸ ΤΟΥΤΟΥ etc. CLARKE. Mei omnes quoque *his*, excepto Leid. primo. *his*, *hiis*, *iis* etiam Vett. Edd. posset fuisse *istis.* Ab Aldo profectum est *ipsis.* Sed haec leviora sunt.

*Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est*] Sunt,

cumjecta multitudine hominum totis [a] moenibus, [b] undique lapides in murum jaci coepti sunt, mu-
3 rusque defensoribus nudatus est; testudine facta,
95 [c] portas succedunt, murumque subruunt. Quod tum

VARIAE LECTIONES.

a *mentibus* L. pr. Scal. Cuj. pro var. lect. b deest Dorv. Lov. Edd. R. M. V. c vulgo *portis*.

quos ea verba offendant: ego quamvis nihil hic improbem, volui tamen indicare Flodoardi locum, qui 1, 2, ita haec citat, *Gallorum atque Belgarum oppugnatio haec: ubi circumjecta multitudine*, etc. VOSS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii: (— *oppugnatio est haec: Ubi etc.*) Quo modo si scribatur, delenda erit vox, (*eadem*) quae proximo praecessit: ut defuisse quidem in hoc loco, a *Flodoardo* citato, indicat *Vossius*. Nec tamen quicquam mutandum. CLARK. In nullo MSS. est *hi*. *Eo* est in Andinis. *At* Pet. Cujac. Leid. prim. Bong. tert. Scalig. *ac* Bong. prim. Duker. Voss. sec. *Hic* Gott. Voss. tert. *hec* vel *haec* Bong. sec. Voss. prim. Egmund. Lovan. cum quinque aliis et Ed. Incerta. Quod idcirco interim reposui, donec quid certius proferatur. Neque video, necesse esse, ut *eadem* deleatur, licet exsulet plane a Vossiano primo, quod egregie Clarkii confirmaret conjecturam. Sensus est: Obpugnatio, quae Gallis atque Belgis est communis, est haec. B. Civ. 1, 78. *Genus erat hoc pugnae etc.* Quamquam, ut verum fatear, cum Grutero potius suspicer, turbatricem voculam *haec* seu *hi*, esse subdititiam, ac delendam. *Hic idem* jungitur tamen alibi. B. Civ. 1, 13. *Qui hunc eumdem ordinem duxerat.* 1, 74. et 3, 102. *Idem hoc fit etc.* 3, 66. *Eadem haec occupaverat.* B. Alex. c. 28. *Eadem haec accidisse.* Lucan. 5, 257. *Haec eadem est hodie.* Vide tamen, quae de eo versu illic notavi.

*Portis succedunt, murumque subruunt*] Adeo vetus prava lectio *portas succendunt* est, ut etiam Anonymum Celsi exscriptorem deceperit. ait enim l. 2. p. 44. *Denique jam murum subrui, jam portas incendi, etc.* At ridiculus nimium Hottomannus, cum adeo anxie se fatigat, quid sit *murum subruere*. Nec putat locum id in subita oppugnatione habere. Ego contra statuo, et ipse sua verba Caesar explicat, cum ait *portis succedunt*. nam facilius avellitur lapis, ubi terminatur murus, quam aliis partibus, ubi compages tota firmitudinem habet, et ubi lapis alter alterum claudit. Itaque illud *subeunt murum*, quod reponit Hottomannus, etiam indignum puto, quod vel in mentem Caesaris veniret. VOSS. *Succedunt* in suo Codice legit quoque Interpres. Vertit enim *τῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἐπιβάντες*. in Ed. Incerta est *portes succedunt*, vitiose. Basil. Vascos. et post Aldum editores omnes vulgarem receperunt lectionem. At nemo adhucdum Interpretum id in MSto codice invenit. MSSti constantissime tum aliorum et Scotti

[a] tum facile fiebat. [b] nam quum tanta multitudo lapides ac tela [c] conjicerent, in muro consistendi potestas erat [d] nulli. 95 Quum finem obpugnandi nox fecisset, [e] Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido praeerat, unus ex 4

VARIAE LECTIONES.

a *Tam* B. pr. *tamen* Ed. Inc. b vulgo deest *quum*. *q. forte* B. sec. c vulgo *conjiciebant ut esset*. Leid. pr. *conjiciebat*. *conjecerit* Pal. Dorv. *conjecerant* MS. Lips. d *nulla* L. pr. e *Jacius* L. pr. Scal. suprasc. *Ictius*, ut G. Ed. Inc. *Icius* B. sec. Egm. *siccius* Duk. ut supra. *Joctius* Ed. Med. *Loctius* Ven.

Observ. 3, 19. tum mei, numero viginti, ac principes Edd. praeferunt *portas succendunt*. Idque contra Ursinum, qui multis exemplis, quibus infinita addi possent, *portis succedere* probavit, revocandum censebat Gruterus. Mihi tamen secus videtur, sed omnino retinendum judico *portas*, quod non intelligentes librarii *succedunt* mutarunt in *succendunt*; eo magis, quod in Vett. libris *n* soleat in hisce addi; ut *thensaurus*, *formonsus etc.* adi Pier. ad Virgil. Ecl. 2, 1. et alios plures. 2, 20. *Sontiates* MSS. pro *Sotiates*. 4, 19. *frumentis succensis* MSS. plerique pro *succisis*. *Rescinderant* pro *resciderant* saepe et 7, 58. *Cingentorix* saepe pro *Cingetorix*, *Orgentorix*, pro *Orgetorix*, *Vercingentorix* pro *Vercingetorix*. *Adrumentum* pro *Adrumetum* B. Civ. 2, 23. B. Afr. c. 3. etc. *Chersonensus* pro *Chersonesus* B. Alex. c. 10. *tricensimus etc.* pro *tricesimus*. adi Ursin. ad B. Afric. c. 97. *Agendicum* et *Agedincum* pro *Agedicum*. l. 6. inf. et alibi. Adde notata ad B. Civ. 2, 9. *Succedere* autem tam Accusativo, quam Dativo jungi docuit jam olim Servius ad Virgil. Ecl. 5, 6. exemplo Sallustii, *cum murum hostium successisset*. Consule insuper J. F. Gronov. ad Livii 31, 46. *Tam prompte succedentium muros*. et quos laudat Cel. Burm. ad Calpurnii Declam. 29. *Pecora jugum succedunt*, et ad Gratii Cyneg. vers. 165. *Succedere Tigrim*. Tacit. Ann. 2, 20. *Ut, si murum succederent*. ubi male tentant reponere *muro*. Silius 10, 596. *Ut hostis Nequicquam armatos ausit succedere muros*. Appulej. l. 5. Met. p. 162. Ed. Elm. *Tectum et larem nostrum succedite*. Avienus in Arat. p. 89. Ed. Grot. *Tectaque justa virûm passim succederet*. et in Orbis descr. 916. *Succedunt flumen Araxis*. Immo MSS. B. Civ. 2, 24. *Itinere, quod mare succedit*. Hinc corrigendus etiam Mart. Capella init. l. 2. *Succedit plaustra Bootes*. Inepte vulgo editur *succendit*. Saepius alibi *succedo*, *succido*, *succendo*, *accedo*, *accendo* sunt permutata. Vide me ad Obseq. c. 116. et Lucan. 7, 607. Ceterum *testudine succedere*, ut hic, jungit Tacitus Hist. 3, 27. *Elatis super capita scutis, densa testudine succedunt*. *Succedere* autem et *subruere* Sallust. Jug. B. c. 57. *Alii succedere, ac murum modo subfodere, modo scalis aggredi*. ubi vide Cortium.

*Nam tanta — conjiciebant, ut — esset*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. (*Nam,*

96 [a] iis, qui legati de pace ad Caesarem venerant, nuncios [b] ad eum mittit, *Nisi subsidium sibi* [c] *submittatur, sese diutius sustinere non posse.*

1 VII. Eo [d] de media nocte Caesar, [e] iisdem ducibus usus, qui nuncii ab [f] Iccio venerant, Numidas, et Cretas sagittarios, et funditores [g] Baleares
2 subsidio [h] oppidanis mittit. quorum adventu, et

VARIAE LECTIONES.

a *his* MSS. plerique. b desunt *ad e.* L. pr. c vulgo *mittatur se.* d *die* Lov. Ed. Rom. sed vide ad B Afric. c. 63. e *hisdem, isdem* MSS. nonnulli. f *Ictio, Joctio, Loctio, Jaco* MSS. et Edd. qdd. *a Siccio* Duk. et Carr. g *Baliares* Ursin. *Balleares* Duk. *Balearesque* MSS. 4. h *oppugnatis* Oxon.

eum *tanta — conjicerent: — erat*) Quod perinde est, dein iidem Codd. *unum nuncium.* CLARK. Perinde cum sit, revocavi ego eam lectionem, quam video in MSS. extare. Omnes enim mei et Edd. optimae habent *quum conjicerent, erat,* praeter Oxon. et Leid. prim. in quibus *namque,* quod non displicet. Vide etiam Hotom. Brantii et Bruti varias Lectiones.

*Praeerat, unus etc. nuncios ad eum mittit*] Ciacconii conjectura est *praeerat,* quam confirmant Oxon. et Egmund. Ceteri MSS. omnes et Edd. priores, item Aldi, Vascos. Gryphii post. Steph. *praefuerat.* dein omnium etiam, Clarkii, meique Codd. et Edd. primae usque ad Aldum *unum nuncium,* quod quid sit, capere non possum. Gruterus putabat *praef. esse* scriptum pro *praefectus erat,* et *nuncium* e Glossa esse additum, sed quid tum fiet voce *unum*? An fuit: *inter suos, qui eum* (pro *tum*) *oppido praefecerant, unum ex iis etc. venerant, ad eum mittit?* vel *quem tum?* Prius magis ad MStorum accedit lectionem. *Mittit* elegantius dici subaudito *nuncio* vel *nunciis* (nam plures fuisse patet e c. seq.) vidimus ad 1, 34.

*Nisi subsidium sibi mittatur*] Iidem Codices *submittatur.* CLARK. Simplex verbum legitur in Leid. primo, Scalig. et Oxon. ut cap. seq. *subsidio oppidanis mittit.* 5, 15. *Missis subsidio cohortibus.* Ceteri tum Ursini et Brantii, tum mei et Edd. primae *submittatur.* Quod idcirco restitui. Adi Davis. ad B. G. 7, 85. 2, 25. *Subsidium, quod submitti posset.* 4, 26. *iis subsidia submittebat.* l. 5. in f. *submittit cohortes equitibus subsidio.* B. Civ. 1, 43. *submissis subsidiis.* c. 45. *subsidia a lateribus submitti.* 3, 64. *cohortes subsidio submisit.* Forsan *sibi* hic quoque delendum est, per se satis subintelligendum. *sese* etiam rescripsi pro *se,* auctoribus cunctis MSS. et Edd. plerisque.

*Decessit*] In editis *discessit.* Nos autem sequimur conjecturam *J. F. Gronovii,* quem vide ad *Livii* 4, 3. DAVIS. *Davisius,* ex conjectura *Gronovii,*

Remis cum spe defenſionis ſtudium propugnandi ac-
ceſſit; et hoſtibus eadem de cauſſa spes [a] potiundi
oppidi [b] disceſſit. Itaque paullisper apud oppidum 3
morati, agrosque Remorum depopulati, omnibus
vicis, [c] aedificiisque, [d] quos adire [e] poterant, in-
censis, ad caſtra Caesaris omnibus copiis [f] conten-
derunt: et ab milibus paſſuum minus II. caſtra po-

VARIAE LECTIONES.

a *potiendi* B. pr. a m. pr. V. pr. sec. sed v. 3, 6. b *deceſsit* Edd. Davis. et. Clark. c *aed. Remorum* B. pr. a m. pr. d *quo* vulgo. e *potuerant* MSS. 13. et Edd. Vett. f *contenderent* V. pr.

scribit (*decessit.*) Quae Lectio et in *Vossii* MS. reperitur. CLARK. At refragatur Gronovio et Davisio Cl. Cortius ad Salluſt. B. Jug. c. 41. ubi ille et Cl. Waſſius docent, MStos conſtanter retinere, *formido mentibus discesſit.* Et certe hic quoque MSS. omnes servant *discessit*; nisi quod in recentiſſimo Voſſ. tertio exaretur *descessit*. Verum cum hae praepositiones perpetuo in compositis confundantur, mihi magis placet *decessit*. Idem Salluſt. Jug. c. 88. *Postquam invidia decesserat.* quomodo MSS. illic habere docet Cortius. Curt. 8, 1. *postquam ira mente decesserat.* Adde Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 6, 6. *postquam mei cura discesserat.* et quae nos adduximus ad Lucan. 4, 284. *Recessit metus* Vellejo 2, 62. sed et illic Cl. Burm. conjecit *decessit*. Nihil ego adhucdum definio: quare auctoritate MStorum motus *discessit*, quod temere nimis e Gronovii conjectura ejecerat Davisius, reposui. Plura exempla pro *decedere* adfert Celeb. Drakenburgius, ut nuper deprehendi ad Livii locum indicatum; ubi vulgo et in MSS. *hae sollicitudines discessere.* Adde Cort. ad Plin. Ep. 6, 20.

*Quo adire poterant*] Ut 7, 14. *Vicos atque aedificia incendi oportere hoc spatio quoquo versus, quo adire poterant.* Edd. Romo Med. Ven. *quae.* Lovan. Carr. et 6. alii *quot.* At Bongars. prim. sec. Voſſian. prim. Petav. Egmund. Leid. tert. et Ed. Incerta *quos*. Recte, ni fallor. *Adire locum* paſſim occurrit. Vide ad Frontin. 3, 9, 3. *Castellum, quod una semita adibatur.* Fraudi fuit librariis, quod masculinum genus junxerit propiori neutro, ut patet ex Bong. primo, in quo inde additum *Remorum*. Sed Syllepsi usus eſt Auctor, et pronomen digniori generi adcommodavit. Vide quos laudavi ad Obseq. c. 79. et quae habet Cortius ad Salluſt. B. Jug. 49, 5. *Ipsi atque signa militaria obscurati.* et ad Plin. Ep. 5, 19, 3. Hirt. B. Afric. c. 26. *Oculos mentemque dispositos.* c. 80. *die et nocte confecto.* Sic enim MSS. meliores. Idque hic eo magis locum habet; quod *vicis aedificiisque* tantumdem eſt, ac si dixiſſet, *vicorum aedificiis.*

*Cum omnibus copiis*] Sic omnes MSS. et veteres impreſſi; recentiores enim praepositionem omiserunt, quam reducen-

4 suerunt: quae [a] castra, ut [b] fumo, atque ignibus
97 [c] significabatur, amplius milibus passuum VIII. in
[d] latitudinem patebant.

1 VIII. Caesar primo, et propter multitudinem
hostium, et propter [e] eximiam opinionem virtutis,
2 [f] proelio supersedere statuit: quotidie tamen eque-
stribus proeliis, quid hostis [g] virtute posset, et quid
3 nostri auderent, periclitabatur. Ubi nostros non

VARIAE LECTIONES.

a Deest Pet. b *ex fumo igneque* L. pr. *ac ign.* Duk. *ign.* Ed. Inc. c *significabantur* MSS. 3. d *latitudine* L. pr. tert. Ed. Inc. e *nimiam* B. pr. a m. pr. f *proeliis* L. sec. Carr. g *virtutis* Cuj.

dam censuimus, cum haec lectio Grammaticae non repugnet. DAVIS. et CLARK. Vehementer discrepant Interpretes in hac praepositione. Hotomannus et Ursinus delendam censebant; Brantius autem ex MSS. omnibus revocavit; posteriores rursus ejecerunt: at Davisius et Clarkius rursus eam inseruerunt ex MSS. ut ajunt, omnibus. Bene, si quidem hoc verum est. nam sic 1, 26. *Cum omnibus copiis eos sequi coepit.* Item c. 38. *cum omnibus suis copiis Vesontionem contendere.* 4, 21. *cum omnibus copiis in Morinos etc.* 7, 7. B. C. 1, 19. 2, 36. Verum errat vehementer Davisius. *cum* non adparet in Bongarsianis, nec Vossianis, nec Petav. Oxon. Lovan. Leid. primo, Egmond. neque in 3. aliis ac Ed. Incerta, Stephani aliisque. Et sic c. 19. *Subsequebatur omnibus copiis.* ibid. *omnibus copiis provolaverunt.* c. 44. *omnibus copiis auxilio venerunt.* Adde 2, 33. 4, 24. et ad 5, 49. *tantulis copiis.* et *omnibus copiis* B. Civ. 1, 41. Leid. pr. solus *cum omnibus copiis.* sed c. 63. *omnibus copiis transeunt*, et pluries. Eadem variatio B. Civ. 2, 38. Adde Cl. Drak. ad Liv. 1, 14. *Egressus omnibus copiis.* Quum ita praepositionem tantum agnoscant recentissimi Codices, ut Duker. Dorvill. Palat. Leid. sec. ejeci eam, nec quemquam rursus intrusurum esse confido.

*Periclitabatur*] Periculum faciebat, tentabat. *Plautus* Amphit. 2, 2, 56. *An periclitamini, quid animi habeam.* Vide et 3, 2, 33. DAVIS. Jam Hotomannus hanc lectionem vindicavit loco Caesaris 7, 36. *Quin equestri proelio, quid in quoque esset animi, periclitaretur*, uti quidem vulgo legitur: nam plerique ibi Codd. *perspiceretur* vel *perspiceret.* ubi vide plura de utroque loco. B. Civ. 1, 72. *Cur fortunam periclitaretur?* cum hic Ursinus videretur e suo Codice malle, *sollicitationibus exquirebat.* Quae verba imperiti interpretis scholion esse Hotom. existimat. Inveniuntur tamen etiam in veterrimis membranis Andinis, Leidensi primo, Oxon. Cujaciano Vossiano primo, et secundo; ac Bongars. tertio et margine Ed. Vasc. et Stradae. In Leid. secundo utrumque legas.

esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura obportuno atque [a] idoneo, quod is collis, ubi castra posita erant, [b] paullulum ex planitie editus tantum [c] adversus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa [d] occupare poterat, atque ex utraque parte lateris dejectus [e] habebat; [f] et frontem leniter fastigatus [g] paullatim 98
ad planitiem redibat: ab utroque latere ejus collis

VARIAE LECTIONES.

a Post hanc vocem deesse censet *capto* Glar. et Glandorp. b *paullum* Pal. Dorv. Edd. M. V. c *idversus* Pal. d *tenere* Apud. Scal. Cujac. Urs. Cod. e *habebatur* L. tert. f vulgo *in fronte leviter.* g *paullulum* MSS. 4.

in Petaviano ad Marg. *al. exquirebat.* In Leid. tertio et Ed. Incerta *experiebatur*; quo modo et Celsus; quae certe mera est Glossa. Vocem *sollicitationibus* temere damnare non ausim. Sed forsan pro *equestribus proeliis* scribendum: *equestris proelii* (quomodo Lipsius sui libri margini adlevit, quasi e MSto) *sollicitationibus periclitabatur*, vel *perspeculabatur. Sollicitationes proelii* sunt leves velitationes, quibus hostem lacessimus. Eo sensu passim *lacessere* et *commovere proelium:* de quibus ad 1, 23. vide notas. Jam autem *commovere* et *sollicitare* sunt synonyma. Hinc crebro *sollicitare terram*, *citharam*, *mare*, et similia, quae nemo nescit. Vid. Gronov. Obs. 2, 8. Broukh. ad Tib. 1, 8, 30. aliosque. Martialis de Spectac. c. 28: *Et freta navali sollicitare tuba. Sollicitare pacem* Livius 1, 21. Immo *sollicitare*, pro *lacessere hostem*, Ovid. Fast. 5, 40. *Et magnum bello sollicitare Jovem.* Lucan. 4, 665. *Sollicitatque ferox non aequis viribus hostem.*

*Ex utraque parte lateris dejectus habebat*] Ejicio vocem *habebat.* Sic infra dicit: *magis ut loci natura, dejectusque collis, et necessitas*, etc. Nec, quod sciam, quisquam autorum *dejectus* pro *dejectione* usurpavit. Graecus: καϑ᾽ ἑκάστην μὲν τῶν πλευρῶν κατωφερὴς ἦν. VOSS. Memoria lapsus est vir eruditus. *Livius* 9, 2. *Angustias septas* dejectu *arborum saxorumque ingentium objacente mole invenerunt. Seneca* Cons. ad Marciam c. 18. *Dejectus fluminum, et ex uno fonte in Orientem Occidentemque defusi amnes.* Sed et hujusce libri c. 22. *dejectus substantive* est accipiendus. Inanis igitur est *Vossii* conjectura. DAVIS. Adde Cl. Drakenburg. ad Silium 12, 190. et socerum meum ad Valer. Max. 3, 2, 1. *Altitudine dejectus.*

*In fronte*] Longe plurimi MSS. tum aliorum, tum mei, et Ed. Inc. Steph. Gryph. aliaeque *in frontem*: rectius sine dubio. Vide ad c. 5. atque ita suo e codice voluit Gisan. Ind. Lucret. V. *in.* Sed Leidensis primus, Scalig. et Cujac. solum habent *fron-*

transversam fossam [a] obduxit circiter passuum CD:
4 et ad extremas fossas castella [b] constituit, ibique
tormenta conlocavit: ne, quum aciem instruxisset,
99 hostes ([c] quod tantum [d] multitudine poterant) [e] ab
5 lateribus pugnantes suos circumvenire possent. Hoc

VARIAE LECTIONES.

a *duxit* And. b *instituit* Carr. c *qui* MSS. 2. et Edd. quaedam. d *in multitudine* Petav. V. Misc. Obs. vol. 2. ad Appul. Met. 11. p. 239. et infra. e Sic MSS. meliores. vulgo *a l. suos pugn.*

*tem*, de cujus lectionis veritate non dubito. Adi Davis. ad 1, 49. et Observ. Miscell. Vol. sec. ad Appuleji Metam. l. 8. p. 171. ac Ovidii Indicem V. *frontem*, et *faciem*. Infra c. 18. *Infima apertus*.

*Leviter*] MSS. Eliens. et Vossii, (*in frontem* leviter.) MS. Reg. (*leniter*.) Quae est vera lectio, Sic enim alibi loqui solet *Caesar*. 7, 19. (leniter *acclivis*.) 7, 83. (leniter *declivi*.) CLARK. Lege *leniter*; quod *Clarkius* ex *Regio*, nos ex *Petav. Bongars*. pr. sec. *Pal. Lovan. Gottorp. Voss. Egmond*. monemus. DAVIS. *Cur. sec.*

*Fastigiatus*] Proba lectio, nec mutanda. Frustra ex membranis Andreas Schottus *castigatus*, corrigit. Frustra quoque Ciacconius et alii (ut Hotom. et Brantius), parum probam putant vocem *fastigiatus*, pro qua *fastigatus* reponunt. Sic Caesar ipse l. 5. de ponte, *prona ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent*. Pomponius Mela quoque 1, 4. de Africa, *pergit incurva ad occasum, fastigiatque se molliter*. Ubi frustra Pintianus legebat *fastigatque*. Schottus edi curavit *castigatque*. Etiam Plinius 2, 25. ait, *easdem breves et in mucronem fastigiatas*. Sed et Livius l. 7. *Ipse collis est in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigiatus*. Nihil clarius dici poterat: metae pyramidum formam habent, et in cacumen tenue desinunt, hoc fastigiatum vocavere veteres. Sunt quoque vv. cc. qui *leniter* habent: utrovis modo proba lectio. Sic *leviter inflexum* Cicero dixit 1. de Divinatione. *Leviter hominem, clementerque accepit*, 6. Verrina. Tacitus pro eo *clementer assurgens* dixit. Itaque idem sunt *leviter, leniter*, et *clementer*. VOSS. *Fastigatus*. Sic scribendum, non *fastigiatus*, ut veteres editi. *Silius* Italicus 5, 50. *Sensim* fastigans, *compressa cacumina nectit*. Vide *Is. Vossium* ad *Melae* 1, 4. p. 24. et *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* 1, 38. DAVIS. *Leniter* cum Editis quibusdam praefert quoque Hotomannus et Cellarius. Idem ego inveni in omnibus Vossianis, Leid. pr. sec. Scalig. Dorvill. et Edd. Aldo antiquioribus: neque aliter Gronovius notarat e membranis Andinis. c. 29. *Una ex parte leniter adclivis aditus*. 7, 19. *Collis leniter ab infimo adclivis*. ubi etiam plerique *leviter*, ut quoque c. 83. *loco leniter declivi*. et B. Civ. 2, 24. *Leniore fastigio*. et saepe alibi. Livius 25, 36. *fastigio leni subvecta*. Vide omnino Cl. Drak. 2, 50. *in editum leniter collem*, et

facto, duabus legionibus, quas proxime conscripserat, in castris relictis, ut, si [a] qua opus esset, subsidio duci possent, reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Hostes item [b] suas copias ex castris [c] eductas [d] instruxerant.

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *quid.* MSS. Edd. Vett. *quo.* b *et suas* VV. CC. Urs. c *adductas* Egm. d *instrucserant* B. pr. *instruxerunt* MSS. et Edd. add.

me ad Lucan. 4, 11. *Lenique excrevit in altum Pingue solum tumulo.* Eadem varietas apud Lactant. L. de Opif. Dei c. 10. *Inferius quoque genarum non indecens tumor, in similitudinem collium leniter exsurgens.* Antiquissimus Cod. Bonon. recetius illic *Leviter.* ut Cicero de Nat. Deor. 2, 57. *Genae leviter eminentes.* at Walterus illic et in Lactantio ac alibi praefert *leniter.* Deinde *fastigatus* hic, et 4, 17. et de B. Civ. 2, 10. amplectitur quoque ad Silii locum Cl. Drakenburg. qui multis ibi doctissime de hoc verbo disputat. Verum miror, Viros doctos aliam hic lectionem ita negligere, ut vix ejus mentionem faciant, et eam *plane absurdam* appellet Hotoman. nempe *castigatus.* Quam exhibuerunt tamen omnes Edd. priscae usque ad Beroaldum, et in suis MSS. esse testantur Brutus, Faernus, Brantius, ac Scottus Observ. 3, 19. Immo adfirmare ego possum, nullum meorum habere *fastigatus* aut *fastigiatus.* Omnes ad unum numero viginti et plures *castigatus;* nisi quod in Bong. pr. Petav. Egm. Dorvill. L. tert. et Lipsii ac Scotti, aliisque cum Ed. Incerta exaretur *castigatus castratus*, unde vir doctus conjiciebat *cast. ac stratus.* Tot autem MStorum, tam antiquorum, auctoritati ego refragari vix ausim. Corruptos tamen eos autumat Gronovius, et addit, vulgares olim Pomponii Melae editiones 1, 4. habuisse, *castigat se molliter.* Illa etiam *ad planitiem redire*, nescio, an non melius quadrent τῷ *castigari*, quam *fastigari*, ut metaphoram adhibeat a fronte humana, quomodo supra vidimus in Lactantio de genis. Statius Carm. 2, 1, 43. *Et castigatae collecta modestia frontis.* Adde Bersm. et Burm. ad Ovid. Amor. 1, 5, 21. *Quam castigato planus sub pectore venter.* Ubi plane infra *castigatum pectus* est *planus venter*, ut hic *castigata frons* i. e. leniter depressa, non nimis extuberans, *redit ad planitiem.* praeterea illa Glossa, quae in tot MSS. additur, *castratus* docet, jam antiquitus *castigatus* in MSS. fuisse lectum. nam ea non exsculpi potest e sensu τοῦ *fastigati.* Gruterus quoque *castigatus* amplectitur, seque in Suspicionum libellis de hoc loco contra Hotomannum differere ait. At illa Suspicionum pars numquam lucem vidit, sed tamen τὸ *fastigatus* confirmatur 8, 14. *in summam planitiem jugi pervenit, quae declivi fastigio muniebatur;* et B. Civ. 1, 45. *declivis locus tenui fastigio vergebat*, et 2, 24.

*Redibat*] MS. Scotti Animadvers. 3, 19. item Bongars. prim.

1 IX. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum. [a] hanc si nostri transirent, hostes exspectabant; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos adgrederentur,
2 parati [b] in armis erant. Interim proelio equestri inter duas acies [c] contendebatur. Ubi neutri transeundi initium [d] faciunt, secundiore equitum proe-
3 lio [e] nostris, Caesar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen [f] Axonam [g] contenderunt, [h] quod [i] esse post nostra castra demon-

VARIAE LECTIONES.

a *hac* VV. CC. Urs. b *in* deest Edd. R. V. M. c *contendebant* Pal. et Edd. qdd. d *facerent* MSS. 2. et Ed. Inc. e vulgo *nostrorum*. f *Axona* B. tert. g *contenderant* Duk. h idem *ibi* suprasc. *quem*, et corr. *quod*. i deest Ed. Inc.

sec. Petav. Egmund. et tres alii *rediebat*. Apud Flor. 3, 13. *In perniciem redibant*. MSS. 3. Vossiani *rediebant*. Eadem varietas in Frontino 2, 5, 31. ubi vide. infra 7, 82. MSS. multi *interiebant*. Suet. Jul. 32. MS. Harlem. *deperiebat*. Et sic passim ludunt librarii.

*Si quid opus esset, subsidio duci possent*] Sic in suo Codice invenit Metaphrastes; vertit enim, εἴ τι δέον εἴη, cum in MSS. et antiquis editt. legatur, *si quo opus esset subsidio, duci possent*; vel alia interpunctione, *si quo opus esset, subsidio etc.* Sed probam lectionem amplexi sunt editores nuperi. DAVIS. Hotomanni conjectura est *quid* contra Editos et MSS. etiam Scotti, in quibus *quo*. Leid. prim. *quod*. sed optime Petavianus *qua*, quod merito Grutero adrisit. Vide ad 1, 6. *qua vix singuli carri ducerentur*.

*Sec. equitum nostrorum proelio*] Sic Egmond. Bongars. tert. Leid. sec. *equitum* deest in Petav. *nostrorum* exsulat ab Edd. Rom. Med. Ven. Ceteri cum Ed. Inc. item Petav. *proelio nostris*. recte omnino, vel, ut est in Leid. pr. *sec. nostris equitum pr.* Equestre proelium erat secundum Caesarianis.

*Sin minus*] Flodoardus: *Si minus potuissent*. VOSS. Plerique e vett. Codd. habent, *sin minus* possent, *agros* etc. *Flodoardus* vero, MSS. *Norv.* et *Steph.* *potuissent*. Utraque vox ex Glossemate in textum irrepsit, ut notavit etiam *Fr. Hotomannus*. Recte igitur ac prudenter se gessit Graecus interpres, qui nec hujus, nec illius rationem habuit. DAVIS. MS. Reg. et Edit. Rom. *si minus* possent. MSS. Eliens. et Vossii, *si minus* potuissent. CLARK. Manut. Hotom. Brantius, aliique in suis MSS. esse testati *possent*, vel *potuissent*, nihilo minus Glossam putant. Contra censet Scott. Observ. 3, 19. In nullo meorum de-

ſtratum eſt. [a] Ibi vadis repertis, partem suarum 4
copiarum transducere conati sunt; eo consilio, ut, si poſſent, caſtellum, cui praeerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontemque [b] interscinderent:
[c] si minus potuiſſent, agros Remorum popula- 5
rentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant; [d] commeatuque noſtros prohiberent.

X. Caeſar certior factus [e] ab Titurio omnem 1
equitatum, et levis armaturae Numidas, funditores, sagittariosque pontem transducit, atque ad

VARIAE LECTIONES.

a *ubi* Pet. b *intersiderent* Egm. c Sic MSS. meliores; non *sin* et saepiſſime. d vulgo *commeatusque n. sustinebant*. e Sic B. pr. V. pr. Oxon. Egm. Ed. Inc. vulgo *a*.

eſt. Sed habent cum Edd. *possent* vel *potuissent*; quod eſt in pluribus et melioribus libris. V. ad 1, 44.

*Commeatusque nostros sustinebant*] Commeatus noſtris suppeditabant. Sic Cotta in orat. inter fragm. Hiſt. Salluſtii dixit: *Cum interim vectigalia parva et bellis incerta vix partem sumtuum sustinent*. MSS. tamen *Carrar*. *Norvic*. aliique cum Editt. *Flor*. et *Steph*. exhibent, *commeatuque nostros prohiberent*, ut et Graecus interpres; sic etiam *Rom*. et *Ven*. nisi quod in illis legatur *commeatusque*. Sed mihi perplacet vulgata lectio, quam e nonnullis Codd. eliminarunt Librarii, quod phrasin paullo difficiliorem non intelligerent. Si qua opus eſſet mutatione, facile poſſem, *commeatuque nostros sustinebant*, id eſt, alebant, ut etiam habet editio *Vascos*. DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Voſſii: *commeatuque — prohiberent*. Graecus: τῶν ἐπιτηδείων ἀποκωλύειν: senſu nihilo minus commodo. CLARK. Loco notae meae repone: *Commeatusque nostros sustinebant*] Ex *Carrar*. *Petav*. *Cujac*. *Norvic*. *Bongars*. tribus, aliisque MSStis lege: *commeatuque nostros prohiberent*; quod ex veterrimo *Lovan*. reposuit etiam *Nic. Heinsius* ad *Claudiani* Rapt. Pros. 1, 104. DAVIS. *Cur. sec.* Vulgata lectio in officina Aldi nata eſt. Noſtri etiam omnes, et Scotti aliorumque cum Edd. Vett. *Commeatuque nostros prohiberent*: nisi quod in uno alteroque recentiore et Ed. Rom. Med. Ven. sit *commeatus*. 1, 49. *ne diutius commeatu prohiberetur*. 4, 30. *frumento commeatuque nostros prohibere*. Adde 8, 7. B. C. 1, 17. Vide Doct. A. van Staveren ad Nepot. Hannib. c. 3. *prohibere transitu*. Olim solummodo credidi, *commeatusque* mutandum eſſe in *commeatu*, ad Front. 3, 15, 3. sed tunc nondum tot MStos consulueram.

*Caesar certior factus*] Vocem *Caesar* in membranis desiderari

2 eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes inpeditos nostri in flumine adgressi, magnum
3 eorum numerum occiderunt; [a] per eorum corpora reliquos audacissime transire [b] conantes, multitudine telorum repulerunt; [c] primos, qui transie-
4 rant, equitatu circumventos interfecerunt. Hostes, ubi [d] et de expugnando oppido, et de flumine transeundo spem [e] se fefellisse, intellexerunt, neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi caussa viderunt, atque [f] ipsos res frumentaria [g] deficere coepit; [h] concilio convocato, constituerunt,

VARIAE LECTIONES.

a *et per* Pet. b *conatos* Ox. c *primosque* L. pr. Carr. Ox. et Edd. qdd. d deest Pet. L. sec. Dorv. et Edd. R. M. V. e *sese* L. pr. et Edd. R. V. M. deest in MSS. 2. f Sic plurimi MSS. et Edd. Vett. vulgo *eos. ipsis* Carr. B. sec. L. pr. tert. Duk. Ed. Inc. *eis* B. tert. male. V. ad 3, 5. g *decipere* Oxon. h *consilio* MSS. plurimi et Edd. qdd. *vocato* Oxon.

Schottus affirmat, etiam Flodoardus omittit, sed retinenda est. VOSS. Hic etiam omittunt *Caesaris* nomen decem MSS. mei, et Edd. Vett. sed Leid. pr. Egm. et duo alii cum iisdem Editis ponunt post *Titurio*. Ridicule Voss. prim. *ab Titurio Ariovistus*. Scriptum videtur olim per compendium *C.* quae littera dein ob seq. *certior* neglecta est.

*Levis armaturae Numidas*] Equites erant jaculis tantum armati, ut multis probat *J. Lipsius* Mil. Rom. l. 3. Dial. 8. DAVIS.

*Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes*] Erravit itaque *Plutarchus*, qui Vit. *Caes.* p. 717. E. docet eos a Romanis oppressos fuisse, αἰσχρῶς ἀγωνισαμένους, *ignaviter proeliantes*. Hoc certe parum iis convenit, qui ab universa antiquitate Gallorum fortissimi vocitantur. IDEM.

*Convenire*] Corruperunt hic rursus Manutius et Hotomannus Caesarem, dum sanare credunt. Ante eos edebatur *convenirent*; atque ita omnes MSS. *constituerunt optimum esse, reverti, et*, scilicet ut, *convenirent*. Modorum variationem non raro ab auctoribus adhiberi, illos fugit. at vide, lector, soceri notas ad Val. Max. 2, 6, 11. et quos laudavi ad Frontin. l. 3. Praef. *quae usui sunt, tum quae instruere possint.* ut et Cort. ad Plin. Ep. 5, 7. Infra 5, 1. *qui doceant etc. et demonstrant.* Forsan hinc etiam praeferenda est MSS. lectio 4, 35. *Etsi idem fore videbat, et, si hostes essent pulsi, celeritate periculum effugerent*, vulgo *ut*. 6, 10. 20. *quae visa sunt, quaeque judicaverint:* ubi itidem variatur.

optimum esse, domum suam quemque reverti; et quorum in fines [a] primum Romani exercitum [b] introduxissent, ad eos defendendos [c] undique [d] convenirent; ut potius in suis, quam [e] in alienis [f] finibus decertarent; et domesticis copiis rei fru- 101 mentariae uterentur. Ad eam sententiam, cum reliquis caussis, haec quoque ratio eos deduxit, quod, [g] Divitiacum atque Aeduos finibus [h] Bellovacorum adpropinquare, cognoverant. His persuaderi, ut diutius morarentur, [i] neque suis auxilium [k] ferrent, non poterat.

VARIAE LECTIONES.

a *primi* Edd. R. V. M. b *retrodux.* Ed. Med. *inretrod.* Ven. c *utique* V. C. Urs. d vulgo *convenire.* e vulgo abest *in.* f deest MSS. 3. et Ed. Inc. g *D. quoque* MSS. 7. et qdd. post Aldum. Recte Faernus delendum jam censuit. h *Bellovagorum* V. pr. L. pr. Scal. Egm. et V. sec. i vulgo ut. k *ferre* L. pr. sec. Scal.

7, 17. *praestare, perferre calamitates quam non parentarent.* c. 54. *Exposuit quos accepisset, et in eam fortunam deduxisse.* Immo plane, ut hic, c. 78. *constituunt ut experiantur, et utendum cons.* B. Civ. 1, 83. *Tenebant propositum, proelium committere, et ut impediret opera.* sic enim MSS. uti suo loco ostendam. Adde Clark. ad B. Civ. 3, 19.

*In suis, quam alienis f.*] Ita post Scaligeri editionem hodie omnes edunt; et adstipulatur unus alterque Codex. Verum Bongarsiani, Vossiani, Leidenses, Lovan. Egmund. Gottorp. Palat. Duker. Dorvill. aliique cum Editis priscis addunt repetitam praepositionem *in*. Quod et apud alios occurrit. Vide Cel. Burm. ad Phaedr. F. 4, 4. *In uno saepe quam in turba;* et quos laudat Cort. ad Plin. Ep. 6, 2. *in hoc aut in illud.* Nec aliter passim Livius. Vide Cl. Drak. ad 1, 57. *In ea regione atque in ea aetate;* et ad 4, 58. *in senatu quam in tribunis.* sed praesertim Caesaris stylo convenit. at saepe non observarunt librarii, et interpretes. 1, 21. *in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat.* c. 33. *In servitute atque in ditione.* c. 40. et c. 42. *Non solum in suis, sed etiam in illorum finibus.* 2, 3. *In fidem atque in potestatem populi Romani permittere.* 2, 25. *In conspectu Imp et jam in extremis rebus.* 3, 9. *in concluso mari atque in apertissimo Oceano.* Unde quoque c. 29. non male ex MSS. quibusdam legas: *in Aulercis, reliquis item in civitatibus.* 6, 10. *In civitatibus, in pagis et in domibus.* c. 16. *in furto aut in latrocinio etc.* c. 21. *in venationibus atque in studiis rei m.* B. Civ. 1, 5. *in incendio atque in desperatione.* sic enim MSS. Ad-

1 XI. Ea re constituta, secunda vigilia magno cum strepitu [a] ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine, neque imperio, quum sibi quisque primum itineris locum [b] peteret, [c] et domum pervenire [d] properaret, fecerunt, ut consimilis fugae profe-
2 ctio videretur. Hac re statim Caesar per speculatores cognita, insidias veritus, [e] quod, qua de
102 caussa discederent, nondum [f] perspexerat, exer-
3 citum, equitatumque castris continuit. Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem [g] equita-

VARIAE LECTIONES.

a *ac tum* habentur solum in marg. L. pr. b *peterent* B. tert. ut alibi. c *et* abest And. d *properarent* Edd. R. V. M. non male. *properando* And. Oxon. *praepar.* Pal. e deest V. pr. f *prosp.* MSS. 4. g *equitum* B. pr. a m. pr. f. pro *equitem.*

de B. Civ. 2, 35. 3, 82. et VV. LL. 1, 1. 2, 3. sic repetitur *pro* B. G. 1, 44. *cum* 3, 1. ubi vide plura. *ad* 4, 24, 5, 1. 27. 7, 32. *propter* c. 8. supra, et aliae saepissime.

*Domesticis copiis*] Pro *copia domestica.* Vide not. ad B. G. 1, 31. DAVIS.

*Ne suis auxilium ferrent non poterat*] Lego: *ut diutius morarentur*, neque *suis auxilium ferrent.* Ita sane repraesentant *Buslid. Norvic. Beroald. Gryph.* eandemque lectionem Graecus exprimit. DAVIS. *Cur. sec.* Non solum illi codices, sed et Bongarsiani, Leidenses, Scaliger. Vossiani, Lovan. Oxon. Egm. et reliqui cum Edd. quotquot vidi, ante Plantinianam exhibent *neque.* In MS. per Lipsium consulto sub littera O, sive Ortelii, est *neu*, non male profecto. Cl. Wasse conjiciebat *ne qua.* Sed quid mutatione opus est?

*Insidias veritus* etc.] Si *Dioni* credimus, locorum inscientia in causa fuit, cur Caesar Belgas non statim insequeretur. Καῖσαρ, inquit, ᾔσθετο μὲν τὸ γιγνόμενον, eos nempe abiisse, οὐκ ἐτόλμησε δὲ σφᾶς εὐθὺς ἀγνοίᾳ τῶν χωρίων ἐπιδιῶξαι. Vide l. 39. p. 93. DAVIS. De simili fugae profectione vide, si tanti sunt, collectanea Cl. Bosii Animadv. ad Caesar. p. 14.

*Eique Q. Pedium*] Bongars. prim. sec. Petav. Lovan. Egmundi et tres alii cum Ed. Incerta *his Q.* Palat. et Edd. priscae usque ad Beroaldum *iis.* Optime: immo Leid. prim. a m. pr. *morarentur.* Pulcherrimam Synthesin pessime corruperunt novatores. Equites enim intelliguntur. Lucan. 4, 366. *Decurrit miles ad amnes. Incumbunt ripis, permissaque flumina turbant.* Sic praeter Reg. pr. etiam Codd. a Cortio visi. Adi illic ad 3, 672. et quae congessi ad Frontin. 1, 4, 8. quem tamen locum illustr. ac doctissimus Buhe-rius in litteris ad me datis con-

tum, qui novissimum agmen moraretur, praemisit. [a] His Q. Pedium, et L. Aurunculeium Cottam, legatos praefecit. T. Labienum legatum cum legionibus [b] tribus subsequi jussit. Hi novissimos 4
[c] adorti, et multa milia passuum prosecuti, magnam multitudinem eorum [d] fugientium [e] conciderunt: quum ab extremo [f] agmine, [g] ad [h] quos ventum [i] erat, consisterent; fortiterque inpetum nostrorum [k] militum sustinerent; [l] priores, quod 5
abesse [m] a periculo viderentur, neque ulla neces- 103

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *eique*. b deest Egm. c *adorsi* L. pr. d *fugientum* MS. e *occid.* Carr. f *ordine* Carr. MS. Brant. Pal. Lov. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. g vulgo adest *hi*. h *quod* L. pr. B. tert. i *fuerat* L. pr. k deest Duk. a m. pr. l *prioresque* Pal. *prioresque quod* Carr. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. aliaeque. m *a* deest L. pr. Duk.

jecit hoc modo legendum esse: *in eam tandem persuasionem h. perducto, se illam viam ad processum* (pro *processione*, ut apud Modest. p. 372. Ed. 1670. et Appul. l. 9. Met. p. 149. Ed. Colv. v. ad B. Afr. c. 75.) *Romanorum tenere*. Cort. ad Sallust. multis locis. Infra 4, 2. *Quibus Gallia delectatur, quaeque impenso parant pretio*; ut e MSS. legendum. 7, 21. *conclamat multitudo; quod facere consuerunt*. B. Civ. 3, 49. *Caesaris exercitus utebatur*; *quibus etc.* c. 93. *aciei etc. Illi celeriter procucurrerunt*. B. Alex. c. 11. *navis; licet illis gravius accidisset*, ut habent MSS. B. Afric. cap. 61. *pars . . . progressi*. c. 79. *ala, qui occurrerent*. B. Hisp. c. 11. Sic etiam ex MSS. tum Cl. Dukeri, tum Leidd. tribus legendum in Flori 2, 6, 48. *Ad magnanimitatem populi Romani probandam, quod illis ipsis, quibus obsidebantur, diebus*: vulgo *obsidebatur*. Adde Cl. Dukerum tum alibi, tum ad 1, 9. in f. et ita millies.

*Sustinerent. Priores*] Mutata distinctione scribendum, *sustinerent; priores* etc. ut etiam legit Metaphrastes. DAVIS. — *Conciderunt. Quum — hi — sustinerent; priores* (*quod abesse a periculo viderentur*) — *continerentur;* — omnes *in fuga sibi praesidium* posuerunt] Diversa interpunctione turbatur in plerisque Editis haec sententia. Plerique MSS. pro *posuerunt*, habent *ponerent*. Tumque hoc modo interstinguendum: [—*conciderunt; quum — hi — sustinerent; priores* (*quod abesse a periculo viderentur, neque — continerentur*,) omnes *in fuga sibi praesidium* ponerent.] Verum isto modo turbat sententiam vox, *Omnes*. MSS. Vossii habent, *ponere;* quod idem est ac, *posuerunt*. Graecus, *ΠΑΣΑΝ ἐλπίδα*; ac si *Omne*, non *Omnes*, legisset. Quam esse veriorem de-

sitate, neque imperio continerentur, exaudito clamore, [a] perturbatis ordinibus, omnes in [b] fuga sibi
6 [c] praesidium [d] ponerent. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit [e] diei spatium: sub occasumque Solis [f] destiterunt, seque in castra, [g] ut erat imperatum, receperunt.

1 XII. [h] Postridie ejus diei Caesar, prius quam se hostes ex [i] terrore ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui [k] proximi Remis erant, exercitum [l] duxit; et, magno itinere confecto, ad oppi-

VARIAE LECTIONES.

a *et pert.* L. sec. b *fugas* Pet. B. sec. c vulgo *subs.* contra MSS. o. d vulgo *posuerunt.* V. C. Urs. *sumerent.* e deest B. sec. f vulgo *sequi d.* g Sic MSS. et Edd. pp. non *uti.* h *post tridie* Egm. et Dorvill. passim. i *pavore* Oxon. et Edd. qdd. mediae. *errore* Aic. k *proxime remanserant* Egm. l *deduxit* MS. Hot. cui placet. frustra.

mum lectionem existimo, (quanquam proba est et illa, quam edidi;) totamque περικοπήν hoc modo scribendam, [*Quum ab extremo agmine hi, ad quos ventum erat, consisterent, fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent: priores,* (*quod abesse a periculo viderentur, neque ulla necessitate, neque imperio continerentur,*) *exaudito clamore, perturbatis ordinibus,* omne *in fuga sibi praesidium ponere.*] Observandum porro, in MS. Reg. et Editt. recentioribus, pro *praesidium*, legi *subsidium:* sed *praesidium* saepius a Caesare hoc sensu usurpatum. Item vocem *Hi*, [*Quum ab extremo agmine* Hi, *ad quos ventum erat, consisterent,*] in MSS. deesse; nec ullo quidem sententiae detrimento. CLARK. Primo exclusi τὸ *hi*, quod non compareret neque in MSto, neque Editione veteri; quare et R. Stephan. non admisit. Dein cum Clarkio *praesidium* quoque revocavi, ex iisdem et aliorum MStis et Edd. priscis. In Oxon. tamen et Andino est *subsidium*, ut primus edidit Plantin. Tandem *ponerent* restitui, quod testantur Viri docti in suis se reperisse Codicibus: in meis etiam est omnibus praeter Leid. prim. et Egmund. qualem Codicem nactus Aldus primus τὸ *posuerunt* expressit. *Ponere* vero, quod Cl. Clark. dicit esse in Vossiano, ego quidem invenire non potui. Inperfectum hoc dependet a superiori *quum*; quare cum Davisio post *consisterent* sustuli punctum, minoremque admisi distinctionem. Sensus est: *Quum ultimi consisterent, et priores tantum fugerent, omnes,* quod itidem mutare e conjectura non necesse est. Fateor tamen, clario-

dum [a] Noviodunum contendit. Id ex itinere [b] ob- 2
pugnare [c] conatus, quod vacuum [d] ab defensoribus [e] esse audiebat, propter latitudinem fossae, murique altitudinem, paucis [f] defendentibus, [g] ex-
pugnare non [h] potuit. Castris munitis, vineas age- 3
re, [i] quaeque ad obpugnandum usui erant, com-
parare coepit. Interim [k] omnis ex fuga Suessio- 4
num multitudo in oppidum proxima [l] nocte conve-
nit. [m] Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere 5
jacto, turribusque constitutis, magnitudine operum, quae neque viderant ante Galli, neque [n] au-

VARIAE LECTIONES.

a *Novod.* L. pr. *Novidomum* B. tert. b *oppugnatus q. obpugnatum q.* Edd. R. M. V. *exp.* L. pr. c *cognatus* B. pr. d MSS. et Edd. multi *a.* e deest Dorv. Edd. R. M. V. f *defensoribus* Gott. Ed. Inc. g *opp.* Edd. Inc. M. V. h *potuerit* Pal. i *quae ad* L. pr. k *omnes* B. pr. Pal. l *luce* Ed. Inc. *in nocte* B. pr. dein *pervenit* Edd. R. M. V. m *celeriterque* Duk. n *abdiverant* Pal.

rem fore locutionem, si *prioresque* legamus; quod idcirco fere amplexus forem; si antiquiores, quam quos nominavi in VV. LL. addicerent Codd. Penes lectorem arbitrium esto. Monendum praeterea, Grutero suspecta esse, ut Glossam, verba, *ad quos ventum erat.* Nec valde hic refragor ob MStorum varietatem. Satis per se intelliguntur *novissimi.*

*In fuga sibi subsidium posuerunt*] Schottus in membranis *ponerent* reperit. Neutrum male. VOSSIUS.

*Sub occasumque solis*] *Sub occasum* sine *que* quaedam Edd. *sub occasu solis* Carr. Urs. MS. Leid. pr. Oxon. Bong. tert. *sub occasuque* Duk. Leid. tert. et Ed. Inc. Unde adparet rectum esse vulgatum, aut saltem ab plurimis et optimis MSS. confirmatum *sub occasumque.* Adi collectanea ad Frontin. 1, 5, 9. *sub occasum solis:* et Cl. Drak. ad Liv. 2, 55. ubi eadem, ut fere semper, est variatio. *Sub luce* et *lucem* infra 7, 61. 83. 8, 49. *sub decessu.* B. C. 1, 28. *sub noctem.*

*Sequi destiterunt*] Testantur Brantius et Scottus, in suis MSS. non reperiri *τὸ sequi.* Addo, non legi istud verbum in Bongars. pr. sec. Petav. Lovan. Palat. Dorvill. Leid. sec. tert. Gottorp. a m. pr. uti nec in Edd. Rom. Mediol. Ven. Incerta, aliisque. Quod multo elegantius mihi visum est. *Destiterunt* scilicet *interficere.* *Sequi* natum videtur ex seq. *seque.* Vide Heins. ad Ovid. Epist. Her. 4, 8.

*Vineas agere*] Non dubitat

104 dierant, et celeritate Romanorum permoti, legatos ad Caesarem de deditione mittunt, et, petentibus Remis, ut conservarentur, inpetrant.

1 XIII. Caesar, obsidibus acceptis, primis civitatis, atque ipsius [a] Galbae regis duobus filiis, armisque omnibus ex oppido traditis, in [b] deditionem Suessiones accepit; exercitumque in [c] Bello-
2 vacos [d] ducit. Qui quum se, suaque omnia in oppidum [e] Bratuspantium contulissent, atque ab eo oppido Caesar cum exercitu circiter [f] milia passuum v abesset, omnes majores natu ex oppido egressi, manus ad Caesarem tendere, et voce significare coeperunt, sese in ejus fidem ac potestà-
3 tem venire; neque contra populum Romanum armis contendere: item, quum ad oppidum [g] accessisset, castraque [h] ibi poneret, pueri, mulieresque ex muro [i] passis manibus, suo more, pacem [k] ab Romanis petierunt.

XIV. Pro

VARIAE LECTIONES.

a *Galliae* L. pr. b *deditiones* Pal. c *Bellovagos* L. pr. Sc. Egm. Voss. pr. sec. et passim. d Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *duxit*. V. ad. 1, 46. male Edd. qdd. *accipit*. e *Brantusp*. Lov. f deest B. 2. Egm. a m. pr. g *accessissent* Pet. *venisset* Leid. pr. h deest Duk. dein *ponerent* Pet. i *sparsis* V. pr. a m. sec. *expansis* B. tert. V. ad 1, 51. k Sic MSS. meliores et Edd. Vett. ut et mox *ab suis*.

*Hotomannus*, quin legendum sit *aggerem*, cum intelligens, quo fossae explentur. Sed, ne κακοφωνίαν memorem, omnes libri reclamant, nec res ipsa postulat, ut quidquam mutemus. In eum enim finem agebantur vineae, ut iis tecti milites urbibus expugnandis operam darent, V. *Turneb.* Adv. 11, 24. DAVIS.

*Armisque*] MS. Reg. *Armis*. Quali oratione ἀσυνδέτῳ saepissime in hujusmodi utuntur Caesar et Hirtius. Vide supra 1, 24. et infra §. 36. l. 7. §. 34. De Bello Civ. l. 3. §. 12. 35. et 84. De Bello Alexand. c. 44. §. 42. et §. 62. Annot. ad l. 7. de Bello Gallico §. 62. item Annot. ad §. 22. et §. 24. de Bello Africano, et alibi pas-

XIV. Pro his Divitiacus (nam post discessum 1
Belgarum, dimissis Aeduorum copiis, ad eum [a] reverterat) facit verba. *Bellovacos omni tempore in* 2
*fide, atque amicitia civitatis Aeduae fuisse: inpul-* 3
*sos ab suis principibus, qui dicerent, Aeduos,* [b] *a Caesare in servitutem* [c] *redactos, omnes indignitates contumeliasque perferre, et ab Aeduis defecisse, et populo Romano bellum intulisse. Qui* [d] *hujus* 4
*consilii principes fuissent, quod intellegerent, quantam calamitatem civitati intulissent, in Britanniam profugisse.* [e] *Petere non solum* [f] *Bellovacos, sed* 5
*etiam pro his Aeduos, ut* [g] *sua clementia ac mansuetudine in eos utatur. Quod si fecerit, Aeduo-* 6
*rum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum: quorum auxiliis atque opibus, si qua bella* [h] *inciderint,* [i] *sustentare* [k] *consuerint.*

XV. Caesar honoris Divitiaci, atque Aeduo- 1
rum caussa, sese eos in fidem recepturum, et con- 105
servaturum, dixit: [l] sed, quod erat civitas magna

VARIAE LECTIONES.

a *reversus erat* L. pr. b *ad Caesarem* B. pr. L. tert. Ed. Inc. scribe *ab* C. c *reductos* Ed. Inc. d *hujusmodi* Carr. Duk. *ejus* Bong. tres, Pet. Egm. et 6. alii cum Edd. R. M. V. Vasc. e *praeterea* V. sec. *praeterea petere* Edd. R. M. V. *propterea pet.* Pal. L. sec. Dorvill. f *pro Bellovacis* B. tert. g *suà* exsulat a L. pr. h *incident* Egm. i *sustentari* Lovan. et Ed. Inc. quod verum puto. k Sic MSS. sedecim et Edd. pp. V. ad 1, 43. *consuerit* Dorv. vulgo *consueverint.* l vulgo *et.*

sim. CLARK. Sed omnes mei hic servant encliticam.

*In oppidum Bratuspantium*] Idem videtur ac Caesaromagum *Ptolemaei*, mutato nomine in honorem aut Julii aut Augusti Caesaris. Vide *Hadr. Valesium* in Gall. notit. p. 113. et *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. 2, 3. p. 245. DAVIS.

*Petere non solum Bellovacos*] Editt. Antiquissimae hunc locum exhibent auctiorem; in iis enim legimus, *praeterea petere* etc. quae quidem lectio vulgata non est deterior, nam ad aliam rationem transit Divitiacus, cur servandi sint Bellovaci. IDEM.

*Et, quod erat*] Hoc profectum est a libris Ursini, habent-

[a] inter Belgas auctoritate, [b] atque hominum mul-
2 titudine praestabat, DC obsides poposcit. His tra-
ditis, omnibusque armis ex oppido conlatis, ab eo
loco [c] in fines [d] Ambianorum pervenit, qui se, sua-
3 que omnia, sine mora, dediderunt. [e] Eorum fines
Nervii adtingebant: quorum de natura moribusque
4 Caesar quum quaereret, sic reperiebat: *Nullum*
*aditum esse ad [f] eos mercatoribus: nihil pati vini,*

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *m. et inter.* b vulgo *ac.* c *usque in* B. tert. L. sec. d *Ambionorum* B. pr. e *eorumque* Duk. f *hos* L. pr. Ox.

que nonnulli mei, ut Oxon. Scalig. Antea edebatur *Sed;* quomodo etiam MSS. Regius, Palat. Duker. Leid. sec. Dorvill. et Edd. multae: melius profecto. quare probat etiam Cl. Wasse; creditque, in MS. olim fuisse *set* vel *at.* Graecus etiam ὅτι δὲ. Celsus, *tamen.* Verum Bong. pr. sec. Petav. Lovan. Voss. omnes, Egmund. Gott. et Leid. tert. cum Ed. Incerta neutrum habent. Mox *et inter* etc. conjunctionem non agnoscunt Codices Ursini, Bongars. Vossiani, Leid. pr. tert. Gott. Egm. Lovan. Eliens. Duk. et Ed. Inc. Verissime. Aliter enim bis idem dicit, *civitas magna;* et *multitudine hominum praestabat.* Dein pro *ac* MSS. tantum non omnes et Edd. quaedam *atque.* Sic ergo locus hic scribendus: *sed, q. er. civ. magna inter B. auctoritate, atque h. m. praest.* vel, quia prius *et* in optimis MSS. deest, hoc pacto: *Dixit; quod erat civ. magna inter B. auctoritate; at, quod hom.* Ut duas rationes dicat, quare eos conservaret. prima fuit honor Divitiaci, et Aeduorum, quam publice prae se ferebat. Altera ratio quod erat civitas magna auctoritate, quae ejus clementiam tam late praedicaret, ut facile reliqui Belgae sese quoque in deditionem, ejusque fidem permitterent.

*Ad luxuriam pertinentium* ] Haec verba in MSto non exstare monet Scotus Observ. 3, 21. Absunt etiam a Bongars. primo et secundo, item Petav. a m. pr. Egmond. Lovan. Gottorp. Cuslid. Leid. tert. ac Voss. tertio et Ed. Incerta. Quasi vellet Caesar innuere, nullam omnino rem extraneam illuc inferri licere; et hoc videntur firmare praecedentia de nullo ad eos mercatorum aditu. Unde, licet Celsus et Graec. Interpres, qui inciderunt in interpolatos Codices, agnoscant; mihi tamen vehementer suspecta sunt, et orta ex verbis seqq. ac 1, 2. *Minimeque ad eos mercatores saepe commeant, atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, inportant.* Juvat meam sententiam locus 4, 2. *Mercatoribus est ad eos aditus, magis eo, ut, quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se inportari desiderent.* Gruterus saltem abjici volebat participium *pertinentium.*

*reliquarumque rerum, ad luxuriam pertinentium, inferri: quod* [a] *iis rebus* [b] *relanguescere animos* [c] *eorum, et remitti virtutem existimarent: esse homines feros,* [d] *magnaeque virtutis:* [e] *increpitare, atque incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano* 106
*dedidissent,* [f] *patriamque virtutem projecissent: confirmare,* [g] *sese neque legatos missuros, neque ullam conditionem pacis accepturos.*

VARIAE LECTIONES.

a Sic vetustiores multi, non *his*. b *elanguescere* Pal. Leid. sec. tert. Carr. Duk. Dorv. Edd. R. V. M. aliaeque. *languescere* L. pr. c vulgo *animos, eorumque.* d *magnae v.* Oxon. L. sec. e *increpare* L. sec. f vulgo *et patriam* ab Aldo contra MSS. et Edd. Vett. Steph. Gryph. aliosque. g *se* Leid. pr.

*Animos, eorumque remitti etc.*] Hanc etiam ob caussam vinum ad se omnino importari non siverunt Suevi, ut docet *noster* 4, 2. Num ratio sit idonea, non quaeremus; lectionem certe eo nomine dignamur, licet repugnet *P. Ciacconius*, qui reponendum censuit: *his rebus relanguescere animos eorum, remittique etc.* sed non vidit effatum esse *generale*, adeo ut pronomen *eorum* ad *animos* sit referendum. Si quid esset mutandum, reponerem ex MSS. *Norv. Brant.* et editis nonnullis: *His rebus relanguescere animos eorum, et remitti.* Qui sensus idem est, ac is, quem extudit vir eruditus. DAVIS. *Animos eorum, et rem. virt.* vel *et virt. rem.* MSS. mei longe plurimi optimique, ut Bong. Lovan. Vossiani, Egmund. et alii magno numero, item Reg. Eliens. ac omnes Edd. ante Aldum, quantum scio: quare secure ita reposui: nisi quis malit delere *eorum*: nam in aliis MSS. hoc ordine scribitur, *virtutemque remitti eorum.*

*Dedidissent*] Bong. pr. Vossiani pr. sec. Egmund. Duker. Dorvill. Leid. tert. et Ed. Incerta *dedissent*. Quod fors non temere spernendum. Notat enim: se Romanis permisissent, suique copiam fecissent; quo sensu, neque tantum obscoeno, Terent. *se dare*, saepe, aliique utuntur: ut jam in Lexicis monitum. Malim tamen retinere vulgatum, tum quia usitata est formula *dedere se*, ut contra *dare obsides* etc. vide Erud. Arntzen. ad Aurel. Victor. de Vir. Ill. c. 23. tum quia haec varietas in MSS. est perpetua; ut vidimus in Frontino; et infra occurret saepius. Sic c. 32. 3, 27. Adi etiam ad B. Civ. 3, 11.

*Confirmare*] Affirmare. Eadem potestate occurrit apud *Ciceronem* cum alibi, tum de Amic. c. 3. DAVIS. 6, 33. *Reversurum confirmat.* B. Civ. 1, 74. *se statim signa translaturos confirmant.*

*Triduo iter fecisset*] *Ursinus* ait, *Faërnum* legisse *triduum*, non *triduo*. Et merito quidem;

1 XVI. Quum per eorum fines [a] triduum iter fecisset; inveniebat ex [b] captivis, [c] Sabim flumen [d] ab castris suis non amplius milia passuum x abesse:
2 trans id flumen [e] omnis Nervios consedisse; adventumque ibi Romanorum exspectare una cum Atrebatibus, [f] et Veromanduis, [g] finitimis suis.
3 nam his utrisque persuaserant, [h] uti eamdem belli
4 fortunam experirentur. exspectari etiam ab his
5 Aduatucorum copias, atque esse in itinere: mulieres, quique per aetatem ad pugnam inutiles [i] viderentur, in eum locum conjecisse, quo propter paludes exercitui aditus non [k] esset.

1 XVII. [l] His rebus cognitis, exploratores, cen-
107 turionesque praemittit, qui locum idoneum castris

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *triduo*. b *capt. eorum* Carr. V. pr. sec. L. pr. sec. Cuj. Pet. a m. s. Duk. c Sic MSS. et Edd. Vett. et infra. d *a* MSS. et Edd. qdd. e Sic Ox. f *Viromanduis* Leid. pr. g *finitissimis* B. pr. h Sic MSS. plerique et Edd. qdd. non *ut*. i *esse vid.* Carr. V. pr. L. pr. et duo alii. MSS. Ursini *esse videbantur*. k *essent* L. pr. Oxon. l vulgo add. *Caesar*.

sic enim repraesentant *Petav. Gottorp. Bongars.* pr. sec. tert. *Norvic.* aliique MSSti, a quorum fide stamus. Alioquin utraque locutio aeque est Latina. DAVIS. *Cur. sec. Triduum* etiam Clarkii. MSS. et Brantii, omnesque mei, praeter Leid. prim. et Oxon. neque aliter habent Veteres Editiones. Male rursus mutarunt Veneti vel Aldus. 1, 26. *triduum morati*. 4, 4. *triennium vagati*. et *reliquam partem hiemis:* ubi eadem variatio, uti et 6, 36. *omnes superiores dies*. ubi etiam vide.

*Atrebatibus*] MSS. Scott. Bongars. prim. sec. Lovan. Egmund. cum septem aliis et Ed. Incerta *Atrebatis*. V. ad 2, 4. et G. Voss. ad Vellej. Paterc. c. 105. *Caninefates Attuarii*, *Bruteri recepti*, *Cheruscae gentis*, *et Inguiomerus*. Ita enim lego cum Doctiss. Cannegiet. Diss. de Brittenb. p. 100. sed malim derivare tum a Nomin. *Atrebatae*. ut *Massagetae*, *Dahae*, *Persae* etc. *Atrebatium* tamen vel *Atrebatum* in Genitivo effert.

*Et Veromanduis* ] Hoc *Jul. Celsus* Vit. Caes. l. 2. p. 48. nominat *Viromanduos*; memoria autem lapsus est doctissimus *Graevius*, cum ibi notarit, *Veremondos Caesari* dictos esse. *Antoninus* sane in Itin. eos appellat *Veromandos*, quod nomen fere hodieque servant. DAVIS.

*Etiam ab his Aduaticorum co-*

[a] deligant. [b] Quumque ex [c] dedititiis Belgis, reli- 2
quisque Gallis complures, Caesarem secuti, una
iter facerent: quidam ex his, ut poſtea ex captivis
cognitum eſt, eorum dierum consuetudine [d] itineris
noſtri exercitus perspecta, nocte ad Nervios per-
venerunt, atque iis [e] demonſtrarunt, inter singulas
[f] legiones inpedimentorum magnum numerum in-
tercedere; neque eſſe quidquam negotii, quum pri-
ma legio in caſtra veniſſet, reliquaeque legiones
[g] magnum spatium abeſſent, hanc sub sarcinis [h] ado-
riri: qua pulsa, inpedimentisque direptis, futu- 3
rum, ut reliquae [i] contra [k] consiſtere non aude-
rent. [l] Adjuvabat [m] etiam eorum consilium, qui 4
rem [n] deferebant; quod Nervii antiquitus, [o] quum

VARIAE LECTIONES.

a *delegant* V. sec. b *Quum ex* MSS. 13. et Edd. Vett. ac R. Steph. c *dediciis* vel *deditiis* MSS. quidam. d deeſt Pal. B. tert. L. sec. Dorvill. Edd. R. V. M. et MS. Scotti; cui placebat. Sed Gr. Interpr. etiam ὁδȣ̃. e *demonstraverunt* G. V. tert. f *legionum* G. g *magno spatio* L. pr. *magna spatia* Scal. *per m. sp.* B. tert. L. sec. h *ad. posse* B. tert. L. sec. i deeſt Duk. k *sistere* Pet. V. sec. l *adjuvabant*, *adjurabant*, *adjurabat* MSS. nonnulli. m deeſt L. pr. n *differebant* B. pr. sec. Pet. Egm. G. sed vide ad 1, 35. *deferebat* V. pr. o Exſulat a B. pr. sec. Pet. Pal. Lov. Egm. G. Busl. Dorv. et Edd. pp.

*pias*] Anonymus: *Aduatici quoque, (sic enim scriptum invenio) sive, ut reor, Aduaci, ut eis se conjungerent, properabant.* VOSS. Edd. quaedam, ut Scal. Clarkii etc. habent *Atuati corum*. Sed mei omnes servant, d. praeter Cuj. et Scalig. at Bong. prim. Voſſiani, et Leidenses, item Cujac. Scalig. et alii pro *i* habent *u*, *Aduatucorum*. Egm. *Aduatinorum*. *Aduatucos* itaque hic et infra exhibui. Vide jam supra ad c. 4.

*Caesar his rebus cognitis*] MSS. Anglici, meique ad unum omnes, et Edd. primae, ac R. Steph. non agnoscunt vocem *Caesar:* neque magis neceſſarium eſt, quam Cap. praec. *Quum iter fecisset.* Quare delevi rursus membranarum auctoritate. V. 1, 28. et ad 5, 49. 6, 32. 34. 7, 11. 54. 8, 13. 17.

*Perspecta*] Davisius edidit tacite *prospecta*, quod et inveni in Leid. tert. sed fruſtra. c. 11. *Quod, qua de caussa discederent, nondum perspexerat.* Curt. 8, 10, 30. *Non tamen ante se recepit in castra, quam cuncta perspexit.* Sic MSS. potiores, vulgo *prosp.* Plura vide ad Frontin. 1,

equitatu nihil possent, (neque [a] enim ad hoc tempus ei rei student, sed, quidquid possunt, pedestribus valent copiis) quo facilius finitimorum equitatum, si praedandi caussa ad eos [b] venissent, inpedirent, teneris arboribus incisis, atque inflexis
108 crebris*que* in latitudinem ramis, (*enatis*) et rubis

VARIAE LECTIONES.

a deest Oxon. b Sic MSS. 17. et Edd. Vett. vulgo *venisset.*

2, 1. *Quibus curae esset, perspicere regias vires.* Appul. l. 7. init. *cuncta membra curiose perspexerat:* ubi itidem MSS. aliquot *prospexerat.* ut rectius est l. 4. p. 71. *suspendit se fenestra sagaciter prospecturus omnia*, scilicet ex alto. Quomodo emendavimus quoque de B. Afric. c. 3. *de vallo prospecularetur:* atque ita *prospicere* ex alto vel longinquo passim: quod hic locum non habet.

*In castra venisset*] MSS. Reg. et Eliens. (*in* castris *venisset.*) Quae Lectio defendi potest. *venisset* (et *consedisset* scilicet,) *in castris.* Quomodo dixit Cicero, *venit in Senatu.* Vide infra ad 4, 12. CLARK. Lovan. quoque et quinque alii, sed recentissimi cum Ed. Incerta, *in castris.* Vide praeter alios Cort. ad Sall. Catil. cap. 42. et Hirt. B. Afric. c. 70. *In castris suos reduxit.* Sic enim ibi servant Codd. optimi. Vide tamen Davisium. Verum talia contra plurimos et longe meliores Codd. ut hic, temere inculcanda non sunt.

*Atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis enatis*] Ultimam vocem delendam censuit *Jos. Scaliger*, sed perperam, ut videbimus. Editt. *Rom.* et *Ven.* habent, *atque inflexis crebris in latitudinem ramis enatis.* Unde puto legendum, *atque implexis crebris etc.* Certe hae voces non raro confunduntur. Sic apud *Marcianum Capellam* l. 4. p. 134. ed. Grot. *Ne inflexa tortos stringat intimatio*, ubi optimae notae MS. CCCC. habet *implexa*, et recte quidem. *Fulvius* sane *Ursinus* testatur, in nonnullis Codd. legi: *Teneris arboribus incisis atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis curvatis.* Sed haec mera est παραδιόρθωσις, quae ταυτολόγον facit *Caesarem.* Porro non absimilia de Morinis, Atrebatibus, Eburonibus et Menapiis tradit *Strabo* Geogr. l. 4. p. 194. ac de Mardis *Curtius* 6, 5. DAVIS. Conjicit Davisius legendum, *atque implexis crebris in etc.* Sed nulla mutatione opus. Scaliger de voce (*enatis*) dubitat: sed sine caussa: sententiam enim recte exhibet Graecus, πολλοὺς κλάδους ΕΝΕΦΥΤΕΥΣΑΝ. CLARK. Errat Davisius, legens *inplexis.* Incidebant arbores, et inflectebant i. curvabant ramos, quo illi in latitudinem enascebantur. Curt. loco per ipsum laudato: *teneros arborum ramos manu flectunt.* Sed dubium mihi non est, quin hic locus in seqq. sit interpolatus. Nam illa *inflexis crebrisque* non comparent in MSto Scotti, qui deleri volebat Observ. 3, 21. Non visuntur certe etiam in Andinis, Bongars. primo, Egmund. Lovan. Oxon. Petav. ac tribus

sentibusque interjectis, [a] effecerant, ut instar muri hae sepes munimenta praeberent: [b] quo non modo [c] intrari, sed ne perspici quidem [d] possit. His rebus quum iter agminis nostri inpediretur, non [e] omittendum [f] sibi consilium Nervii aestimaverunt.

VARIAE LECTIONES.

a *effecerat* V. pr. *effecerunt* Egm. b *quod* L. pr. *que* L. tert. Ed. Inc. *qua* Hott. e conjectura. c vulgo *non int.* d Sic MSS. longo plurimi et Edd. Vett. quaedam. al. *posset.* e *obmittendum* B. pr. tert. V. pr. Oxon. ut saepe MSS. apud alios quoque. f deest in MSS. 8 et Edd. Vett. dein vulgo *existimaverunt.*

aliis cum Ed. Incerta. sed *inflexis crebris* retinenda. In Straboni, loco, ex hisce Caesaris verbis desumto, l. 4. p. 194. Ed. Par. συμπλέκοντες i. e. inflectentes τὰς τῶν θάμνων λύγους. In MSS. est συντέμνοντες i. e. incidentes. Ibi consule Casaubon. Infra 5, 9. *Crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi.* Dein *enatis* non comparet in Scalig. Leidensi primo, ac varia lectione Petaviani; in Leid. tert. ac Ed. Inc. *renatis.* Omnino putem ego, vocem *enatis* esse a mala manu, et ab iis, qui crediderunt, ramos illos rursus e terra repullulasse, radicibus pluribus actis: atque ita copulam *que* τῷ *crebris* adsutam; quae abest a nonnullis. Sic certe etiam cepit Gruterus, immo Graecus Interpres vult aperte, ramos ab iis terrae insitos esse. Verum quomodo rami e terra *in latitudinem* enasci possunt? Clare deprehendere mihi videor, e vocis *inflexis* Glossa, quae erat *curvatis* (ut patet ex Ursini MSS.) corrupta alias Glossas, ut *enatis, renatis* etc. effictas esse, ac dein in textum inrepsisse. Curt. 9, 1, 10. *Rami instar ingentium stipitum flexi in humum, rursus, qua se curvaverant, erigebantur adeo.* Si servare omnia malis, lege et distingue cum MS. Dorv. Edd. Rom. Med. Ven. *incisis, atque inflexis crebris in lat. ramis, enatis et rubis, sentibusque int.*

*Interjectis*] Eleganter Leidens. prim. *intertextis.* Quod verum puto, et corruptum ex c. 22. *Sepibusque densissimis interjectis, prospectus inpediebatur.* sed ibi alius est sensus. Proprie *texere* adhibent Veteres de vimine, sentibusque. Adi prae ceteris Ill. Heins. ad Ovid. Fast. 4, 435. *calathos e vimine textos.* infra c. 33. *scutis ex cortice factis aut viminibus intextis.* 5, 40. *pinnae loricaeque ex cratibus adtexuntur.* 6, 16. *Contexta viminibus membra.* B. Civ. 2, 2. *contextae viminibus vineae.* Vide et B. Afric. cap. 47.

*Munimenta*] Petav. Scalig. et Leid. pr. *munimentum.* At Bongars. prim. sec. Vossian. prim. sec. Egmund. Leid. tert. et Ed. Inc. *munimentis.* Latet quid, quod nunc forsan eruere nequivi. At si constaret, *munimen* ab aliis, quam poetis, esse adhibitum, conjicerem, *munimen iis p.* Certe in plerisque MSS. Livii 2, 10. scribitur, *Id munimen illo die etc.* Sed vide Cl. Drakenburg. At idem *hortamen* aeque ac *hortamentum* usurpavit. V. etiam ad c. 25. *Hae* abest ab Egmund.

1 XVIII. Loci natura erat haec, quem [a] locum
109 nostri castris delegerant. Collis ab [b] summo aequaliter [c] declivis ad flumen Sabim, quod supra nomina-
2 vimus, [d] vergebat: ab eo flumine pari [e] adclivitate collis nascebatur adversus huic, et contrarius, [f] passus circiter cc. [g] infima apertus, [h] ab superiore parte silvestris; ut non facile introrsus [i] perspici
3 [k] posset. [l] Intra eas silvas hostes in occulto sese

VARIAE LECTIONES.

a vulgo deest *locum*. *quae* Pal. Dorvill. b *a* MSS. et Edd. qdd. c *declivius* V. pr. *declivus* V. sec. ut alibi saepe. V. ad 7, 88. d *urgebat* V. sec. e *declivit*. MSS. Urs. Cuj. L. pr. f *passibus* MSS. 5. g vulgo *infimus*. h *a* MSS. et Edd. qdd. *superiori* Edd. R. M. V. i *prospici* Ed. Elz. k *possit* MSS. 4. et Ed. Inc. l *inter* L. pr. V. sec. B. tert.

*Non modo intrari*] Ita ex Vett. Editt. Rom. et Venet. restitui. Scaliger et Recentiores, *non modo non*. Sed optimi Auctores secundam negationem saepius omittunt. CLARK. Ante Clarkium Brantius et Scottus docuerunt, alterum *non* auctoritate suorum MSS. et Ed. Vet. esse ejiciendum. Deest quoque Leidensi primo, secundo, Lovaniensi, Dorviliano, Voss. tertio, Palatino, Bongars. tertio, Edd. Mediol. ac Ven. Saepissime *non modo* pro *non modo non* ponitur, sequente scil. *sed ne*. Adi ante omnes Sanctium et Perizon. Minerva 4, 7. §. 5. 6. nec raro noster ipse. Vide Davis. ad 3, 4. *Non modo defesso, sed ne saucio quidem*. 8, 33. *Non modo equitatum, sed ne legiones quidem*. Adde Cort. ad Plin. Ep. 8, 7.

*Existimaverunt*] Bongars. pr. *extimaverunt*. Petav. Lovan. Egmund. *estimaverunt* i. e. *aestimaverunt*. Verissime hoc loco, ubi agitur de perpensione, quid praeferendum, quidve postponendum sit. Saepe nimis temere admittunt viri docti *aestimare* pro *existimare:* quum semper fere in MSS. permutentur. Vide Casaub. ad Sueton. Aug. c. 2. Cort. ad Sallust. Cat. c. 8. Davis. ad B. Civ. 3, 95. sed inprimis Cel. Burmann. ad Quinctil. Instit. 5, 10. et Phaedr. F. 3, 4. *Ridicule magis hoc dictum quam vere aestimo*. Restituendum quoque infra 5, 13. *Ut aestimatur*. 7, 14. *Multo illa gravius aestimavi*. 7, 39. *levi momento aestimare*. V. et B. Civ. 3, 1. 26. *levius aestimaverunt*. ubi adi etiam Ciaccon. de *existimare* vide ad B. Civ. 3, 102.

*Quem*] MSS. Eliens. et Vossii, *quem locum:* quomodo et saepius loquitur Caesar. CLARK. Oxoniensis etiam, probante Cl. Wassio, immo Bongarsiani, Vossiani, Petav. Leid. prim. Scal. aliique, uno aut altero recentiore excepto, item Edd. Inc. Aldi, Stephani, Gryphii, Plantini aliaeque addunt *locum*. Quod flagitat Caesaris perpetuus stylus; ut taceam de aliis auctoribus, qui

continebant: in aperto loco, secundum flumen, paucae stationes equitum videbantur. Fluminis erat altitudo circiter pedum III.

XIX. Caesar, equitatu praemisso, subsequeba- 1
tur [a] omnibus copiis: sed ratio, ordoque agminis 2
aliter se habebat, ac Belgae ad Nervios detulerant.
nam quod [b] ad hostis adpropinquabat, consuetudine
sua Caesar VI. legiones expeditas ducebat: post eas 3

VARIAE LECTIONES.

a *cum o.* Egm. b vulgo deest *ad*.

crebro ea repetitione utuntur. 1, 6. *Erant itinera duo, quibus itineribus.* c. 16. *Diem instare, quo die.* c. 29. *tabulae sunt repertae, quibus in tabulis.* c. 31. *proelio vicerit, quod proelium.* 2, 35. *ab his nationibus, quae nationes.* ut est in Leid. pr. 3, 1. *In vico, qui vicus.* c. 3. *Consilium. quo in consilio.* 4, 7. *ea in loca, quibus in locis.* c. 19. *his rebus, quarum rerum caussa.* c. 32. *in ea parte, quam in partem.* 5, 12. 13. 17. 7, 12. 69. ubi etiam vide. Adde 8, 54. *praesidia: ex quibus praesidiis.* B. Civ. 2, 23. 26. 31. 35. et in seqq. pluries.

*Infimus apertus*] Recte Celeb. Burmannus vulgatum minus eleganter dictum putat, et ex variata scriptura patet, aliter paullo locutum esse Caesarem. Nam in Oxoniensi scribitur, *infimus aperitur.* in Leidensi primo, *infimis ap.* In Dukeriano, *inferius apertus.* in Bongars. sec. *in fine ap.* At Petavian. *infima apertus.* Verissime, sive in Accusativo per Graecismum capias, sive in Ablativo, retractis huc verbis, *ab parte.* Sic 7, 19. *Collis ab infimo adclivis* c. 73. *ab infimo revincti.* Adi virum laudatum ad Ovid. Fast. 5, 382. supra vidimus legendum, *frontem fastigatus* cap. 8.

*Fluminis erat altitudo circiter pedum trium*] Ciacconius et Ursinus emendant, *latitudo pedum trecentorum*, vel *altitudo pedum* XXX. Caussam addunt, quia infra Caesar ait, ausos transire latissimum flumen, et altissimum. Sed fide parum bona allegant verba Caesaris, nam ille non ait altissimum flumen, sed *altissimas ripas:* quae longe diversa sunt. Nam potuit decessisse aqua fluminis, ut pedum non plus quam trium esset, nihilominus ripae altitudinem retinebant.] Graecus: ὄρη ἀποτομώτατα ἀναβαίνειν. Ego sane scire velim, quomodo, si fluminis altitudo erat pedum XXX, transire Nervii illud potuerint. Atqui infra Caesar: *Ipsi transire flumen non dubitaverunt, et in locum iniquum progressi.* VOSSIUS.

*Quod hostis appropinquabat*] Non Nervii, sed ipse Caesar appropinquabat. *Cujac. Voss.* et *Bongars.* tert. exhibent, *quoad hostis*, vel *hostes.* Lege: *Quod ad hostes appropinquabat.* Vide scriptorem de Bell. Hispan. capp.

totius exercitus inpedimenta [a] conlocarat: inde duae legiones, quae [b] proxime conscriptae erant, totum agmen claudebant, praesidioque inpedimentis erant.
4 Equites nostri cum funditoribus sagittariisque flumen [c] transgressi cum hostium equitatu proelium
5 [d] commiserunt. Quum se illi [e] idemtidem in silvas ad suos reciperent, ac [f] rursus [g] ex silva in nostros inpetum facerent, neque nostri longius, quam [h] quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, ceden-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. o. et Edd. Vett. Steph. ac Ciacc. vulgo *collocabat*. b *proximae* Dorv. c *transgressis* V. pr. a m. pr. d Sic MSS. et Edd. Vett. Scal. et Recentiores cum Carr. *committunt*. e *itidem* L. pr. f *rursum* L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. g Sic B. pr. sec. Pet. Lov. V. pr. Egm. et 6 alii cum Ed. Inc. Steph. etc. non *e*. h *quae* Pal. B. tert. Dorv. inverse Oxon. *quem quam*.

3. 9. DAVIS. *Cur. sec.* Jam olim animadvertit Faërnus, Caesarem debuisse in motu esse, non hostes, qui trans flumen Sabim exspectabant; quare ille quidem, testante Ursino, legebat *hosti.* atque ita etiam Lipsius. *quo h.* Palat. Duker. et Dorvill. sed *quo ad* etiam Leid. prim. secund. Voss. sec. et Petav. pro varia lectione. Immo diserte Vossian. primus a manu prima habuit, *quod ad hostis*, suprascripto *e*. *hostes* etiam Ed. Incerta, sed *hostis* est retinendum; qui accusativus corrumpendi locum caussam praebuit.

*Porrecta ac aperta loca*] Hoc modo verba collocamus, fidem secuti editt. *Rom.* et *Ven.* quum recentiores cum MSS. plurimis habeant, *porrecta ac loca aperta*, qui quidem ordo est durissimus. Videntur Librarii ultimam vocem, quam incuria omiserant, alieno loco donasse in eorum gratiam, qui *pulchros habere malunt Codices, quam emendatos*, ut loquitur *Hieronymus* Praef. ad Jobum e Graec. vers. et emend. Ex hac observatione corrigendus est *Corn. Severus* in Aetna, vs. 274. ubi sic legitur: *Haec rerum maxima merces Scire quid occulto* naturae terra *coercet.* Legendum *terrae natura*, hoc est, ipsa terra, ut apud *Lucretium omnis natura animantum* passim denotat *omnes animantes.* Vide, si opus est, *Tan. Fabrum* ad 1, 132. Ex simili incuria natum est mendum apud *Lactantium* de ira Dei c. 4. *Cum putaret Epicurus, alienum esse a Deo, malum facere atque nocere — ademit ei etiam beneficentiam, quoniam videbat consequens esse, ut, si habeat iram Deus, habeat et gratiam.* Manifestum est, legi oportere: *Ut, si habeat gratiam Deus, habeat et iram*, quod et sequentia docent. DAVIS. *Loca aperta*) Sic MSS. Davisius ordinem hunc verborum durissimum existimat; ideo hic scribit, *porrecta ac aperta loca.* Et, si vox *porrecta*

tes insequi auderent; interim legiones [a] sex, quae [b] primae venerant, opere dimenso, castra munire coeperunt. Ubi prima inpedimenta nostri exerci- 6
tus ab his, qui in [c] silvis abditi latebant, visa sunt; quod tempus inter eos committendi proelii [d] con-
venerat, ita ut intra [e] silvas aciem ordinesque con- 111
stituerant, atque ipsi sese confirmaverant, subito omnibus copiis [f] provolaverunt, inpetumque in nostros equites fecerunt. His facile pulsis, [g] ac 7

VARIAE LECTIONES.

a deest L. pr. b *ante* MSS. Urs. Cuj. L. pr. dein *dimisso* Scal. c *silva* L. pr. V. pr. sec. B. tert. *silvas* L. tert. Ed. Inc. ut 1, 12. *in silvas se abdiderunt.* d *convenerant* Pet. V. pr. e Sic MSS. plures et meliores et Ed. Inc. vulgo *silvam.* f *pervolaverunt* MSS. et Edd. qdd. *provolarunt* al. g *atque* Duk.

referatur ad *loca*, durissimus quidam esset verborum ordo. Verum cum *porrecta* saepe usurpetur absolute, jam *porrecta ac loca aperta*, tale est, quale si dixisset auctor, *porrecta* camporum, *ac loca aperta:* qui ordo verborum nequaquam durus est. CLARK. Verborum tamen ordinem, quem praetulit Davisius, firmant Duker. MS. et Edd. Med. ac Veneta: quare eum non tanto opere damnare possum: debuisset etiam Cl. Clarke exemplum protulisse, ubi duo adjectiva in eodem genere conjungantur, quorum alterum ad substantivum adpositum non pertineat. Quid quod in istis omnibus, *plana, porrecta, deserta, invia* et similia, intelligatur substantivum *loca.* Verum in Davisiana lectione durius est, *ac aperta.* Forte hinc cum Hotomanno et Grutero aliquis crederet, *aperta* e Glossa esse natum, praesertim cum non compareat in Petaviano, qui habet, *porrecta ad loca.* In aliis etiam *ad* reperiri monet Hotom. Sed ita 4, 23. *aperto ac plano litore.* in nonnullis abest *aperto.* Plura vide ibi. 7, 18. *in loco edito atque aperto.* B. C. 1, 71. *in loco aequo et aperto.* Si in aliquibus MSS. idoneis abesset *loca,* facile paterer. V. ad 5, 7. [et ad 6, 38.]

*Ut intra silvam*] Hoc est, *postquam.* sic *Livius* 2, 47. *Ut cessit.* Vide et c. 62. In editis legebatur, *ita ut intra silvam etc.* sed voculam primam, quae sensum turbabat, delendam censuimus, fide nixi MS. *Norvic.* et Graeci Interpreti, quod etiam *Pet. Ciacconio* ex conjectura placuit. DAVIS. Ita edidit Davisius, interpretaturque *postquam.* Editi plerique et MSS. *ita ut,* hoc est, *eo modo, quo.* Quae lectio ferri quoque potest. MSS. Eliens. et Vossii: *Ut intra silvam aciem ordinesque ita constit. etc.* CLARK. Ut MS. Eliens. sic etiam habent Bong. pr. sec. Petav. Lovan. Egm. Gott. et Leid. tert. cum Ed. Inc. sed Leid. prim. sec. Oxon. Vossiani a me inspecti aliique retinent *ita ut:* quod revocavi. Certe *ut* non capio de tempore,

proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt; ut paene uno tempore et ad silvas, et in flumine, et [a] jam in manibus nostris hostes viderentur.
8 Eadem autem celeritate adverso colle ad nostra castra, atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt.

VARIAE LECTIONES.

a deest Cuj. L. pr. Oxon. Duk. et Ed. Steph. al. *etiam*.

sed modo: nam aliter *ubi*, *ut* eodem sensu subjungeret Auctor. 7, 76. *Ita ut ante demonstravimus:* ubi itidem in MSS. multis deest *ita*.

*Constituerant*] Conjicit Ciaccon. scribendum esse *construxerant*. de qua locutione quaedam ad B. Civ. 1, 43. Hic vero vulgatum, quod omnes confirmant Codices, retineo. 4, 35. *legiones in acie constituit*. Immo 5, 51. *aciemque iniquo loco constituunt*. 7, 67. MSS. plerique, *aciemque constitui jubet*. Adde ad B. Civ. 1, 41. *copias sub castris constituit*. Sic MSS. Frontin. 2, 1, 12. *sic constituit aciem*. *signa*, *agmen* Livius. V. Gronov. ad 27, 16. et passim noster aliique. sic et *instituere*, de quo vide ad 3, 24. Utrumque, tam *instituere*, quam *constituere*, in MSS. 4, 12.

*His facile pulsis*] Caesar ait, equitibus suis pulsis Nervios in legiones invasisse. Aliter Anonymus l. 2. p. 49. *Jam Romani exercitus*, inquit, *pars maxima ad metandum castra praecesserat*, *proxima impedimenta medium de more locum occupabant: duae legiones ad eorum custodiam sequebantur. In hos Nervii omnes*, *ut a proditoribus docti erant*, *praecipiti impetu irruerunt*: *atque inde praeter spem repulsi*, *pari velocitate conversi ad eos*, *qui in opere erant*, *miram perturbationem Romanis injecerunt*. VOSSIUS.

*Proturbatis*] Sic primum e V. Cod. legit Faërnus, quod adripuit Scaliger et sequentes. Antea cum MSS. plerisque edebatur *perturbatis*. Sed *pro* servant Bongars. prim. Egm. et Vossian. prim. pro var. lect. Adi notata ad Frontin. 2, 2, 4. *Equitatum pedites proturbantem*. Aliud est *Ordines perturbare* 5, 37. et B. Civ. 2, 26. *Auxilia regis inpedita et perturbata*. B. Alex. c. 75. *permixtos milites perturbant*. passim autem ut in aliis compositis, sic in hoc turbant libri. Vide ad 7, 80. *de vallo proturbare*.

*Decucurrerunt*] Recte ita Ursinus e suo Codice et Charisio: quod merito amplexus est Scaliger. Habent enim optimi meorum, ut Andin. Bongars. prim. Leidens. pr. aliique. Plurimi tamen cum Edd. Vett. *decurr*. V. ad Front. 1, 5, 15. 2, 2, 4. 2, 4, 7. C. seq. *decucurrit*. Cel. Drak. ad Livium 1, 12, 8. *Ab arce decucurrerat*. Saepius infra, ut et *concucurrit*, *procucurrit*. B. Civ. 2, 41. 3, 91. etc. Hirt. B. Afr. c. 31. 68.

*Et jam in manibus nostris*]

XX. Caesari [a] omnia uno tempore erant agenda: 1
vexillum proponendum, [b] quod erat insigne, quum 112
ad arma concurri [c] oporteret: [d] signum tuba dandum: ab opere revocandi milites: qui paullo longius, [e] aggeris petendi caussa, processerant, [f] arcessendi: acies instruenda: milites cohortandi: si-

VARIAE LECTIONES.

a *autem o.* B. pr. b Hae 8 voces suspectae sunt Manutio, Lipsio, et Grutero. Carr. et Duk. MSS. *quidem er. propon. ins.* c *oportebat* B. tert. Carr. d Tria verba desunt in Cuj. Cl. Wasse conj. *signum ab op. rev. mil. tuba d.* quo facit L. pr. et Scal. *revocari.* Pet. *revocandum.* e *agri* Pet. f Sic MSS. *arcessiendi* Egm. Vide supra.

Ultimam vocem delendam censet *J. F. Gronovius* ad *Livii* 2, 46. Cujus emendationi suffragatur scriptorum usus. Retineo tamen vulgatam lectionem, cum innumeris exemplis constet, Caesarem ea plene extulisse, quae alii fere ἐλλειπτικωτέρως. Sic et in vet. Inscript. apud *Gruterum* p. 499. plus vice simplici habemus, *in animum* nostrum *inducere*, cum alii fere dixerint, *in animum inducere.* Vide *Chr. Cellarii* App. ad Curas Poster. p. 407 — 409. Phrasis, quam hic adhibet *noster*, denotat, ita propinquos esse hostes, ut pene manibus nostris tangi possent. Adi *J. Lipsium* Var. Lect. 3, 12. DAVIS. Adde Cort. ad Sall. B. Jug. c. 57. *Cupere proelium in manibus facere.* Recte autem *τὸ nostris* e Caesaris pleno stylo defendit Davisius.

*Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret: signum tuba dandum*] Cum infra iterum dicatur *signum dandum*, docti viri fuere, qui vel hoc vel illud expungendum putarent. Tradit hoc Ciacconius. Hottomannus sana putat: caeterum idem a Caesare repetitum, quasi tumultuariae pugnae indicium. Sed Caesaris mentem non cepit. Tria hic sunt, Vexillum, Classicum, Tessera. Observatum id Rhellicano, cui honorem bene intellecti loci inviderunt reliqui, qui postea scripsere, vel malignitate, vel quia ignorarunt. Graecus etiam recte cepit. Nam *signum* postremo loco σύνθημα vertit, quod *tesseram* notat, quae militibus dari solita, ut socium ab hoste discerneret. Arnobius quoque *symbolum* vocat, quod alii σύνθημα. unde l. 5. p. 230. *Ipsa denique symbola, quae rogati sacrorum in acceptionibus respondetis.* At quam necessaria in bello sit, vel sola Diodori Siculi verba ostendant l. 11. p. 9. Ubi ait, Persas mutuam in caedem versos esse: διὰ τὸ μήτε ἡγεμόνος παραγγελίαν, μήτε συνθήματος ἐρώτησιν, μήτε ὅλως διανοίας κατάστασιν ὑπάρχειν. *Propterea quod nec ducis imperium, nec tesserae inquisitio, nec certus animorum status esset.* Itaque et apud Graecos fuisse observo nuntios, qui eam ad ducum singulos perferrent. Unde Euripides in Phoenissis vs. 1146. Nam ibi de se ipso ait nuntius:

2 gnum [a] dandum. Quarum rerum [b] magnam partem [c] temporis brevitas, et [d] successus et incursus hosti-
3 um inpediebat. [e] His difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque usus militum; quod superioribus proeliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi [f] praescribere, quam ab aliis doceri, poterant: et quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar disce-

VARIAE LECTIONES.

a *tuba d.* Cuj. b *curam magna p.* B. sec. non male, si *magnam* serves. c *temporum* L. pr. d *subcessus* B. pr. e *in his* Carr. Duk. f *magis pr.* VV. CC. Urs.

*Παρῆν δ' ἑκάςῳ τῶν δὲ μοι θεάματα Σύνθημα παρφέροντι ποιμέσι λόχων. Fui autem spectator horum omnium, Tesseram ferens ducibus ordinum.* Ubi Graecus *ξύνθημα* interpretatur, *σημεῖόν τι, ἴδιον εἰ γινώσκουσι, ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς ἰδίους φονεύειν.* Apud Romanos *tesserarii* nuncupati. unde Veget. 2, 7. *Tesserarii, qui tesseram per contubernia militum nuntiant.* At lapsus idem interpres, cum vexillum *ἀετὸν* vertit. Vexillum tunica punicea erat, ut satis ex veteribus notum. Nec aquilae hic usus ullus, nisi quando imperator ante proelium exercitum alloquebatur. Tunc enim aquilae et vexilla cohortium ante imperatorem locari solita. Sed allocutione hic Caesarem non loqui satis arguant, quae sequuntur, *quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret.* Dein, quae paullo post subdit, *milites cohortandi.* VOSS. Videatur de tribus hisce signis, vexillo, tuba et tessera omnino Lips. l. 4. Mil. D. 2, 12. unde patet, vulgatam lectionem satis sanam esse. De Vexillo et Tuba adde Curtium 5, 2. De Tesserariis vide Inscript. Gruter. Florent. et Gudii; Cujac. Observ. 6, 33. et Stewech. ad Veget. Unde apud Frontinum 3, 14, 1. forsan legendum, *Munatius in tessera*, vel simile quid.

*Et incursus hostium*] Ita nonnulli Codd. Graecus item, *ἡ τῶν πολεμίων ἐπιδρομή*. MS. Eliens. *successus hostium.* Quod idem est. Al. *et successus et incursus.* Quorum alterum forte est Glossema. CLARK. *Et successus et incursus hostium impediebat*) Scribe, *et successus hostium impediebat*, deletis duabus voculis, quas nesciunt *Lovan. Norvic. Petav. Bongars.* pr. sec. *Gottorp.* et *Egmond.* Explicationis enim causa sunt additae. DAVIS. *Cur. sec.* Non agnoscunt etiam Faërni ac Brantii libri, neque etiam duo ex meis ac Ed. Incerta cum excerptis Pulm. Verum amat Caesar duas voces jungere, quarum altera alterius est interpretatio, ut saepe monendum erit. Ita 7, 30. *patienda et perferenda.* B. Civ. 1, 5. *extremum et ultimum SC.* 2, 4. *invisis, latitantibus* etc. 3, 13. et alibi. Adde Dav. ad B. Alex. c. 71. et passim. *Incursus* et *inpetus* alibi. V. ad 8, 18. Nam male Clarkius cum Aldo, Vascos.

dere, nisi munitis caſtris, vetuerat. Hi, propter 4
propinquitatem et celeritatem hoſtium, nihil jam Caeſaris imperium spectabant; sed per se, quae videbantur, adminiſtrabant.

XXI. Caeſar, neceſſariis rebus imperatis, ad 1
cohortandos milites, quam [a] in partem fors obtu- 113
lit, [b] decucurrit; et ad legionem [c] decimam devenit.
Milites non longiore oratione [d] cohortatus, 2

VARIAE LECTIONES.

a *quas i. partes* L. sec. b Sic B. pr. L. pr. V. pr. Pet. et alii. MSS. et Edd. qdd. *decurrit*. c *decumam* B. pr. a m. pr. Egm. Vide ad c. 24. d vulgo *est coh.* Edd. qdd. *hortatus*.

Gryphio, Stephano aliisque exclusit *et successus:* licet etiam ita egerit Leidensis primi librarius. Rarioris enim uſus vocis *successus* interpretamentum eſſe τὸ *incursus*, non contra, satis patere opinor. *Successus* enim hic notat celerrimum et prosperum incursum. Ita 1, 24. *Ipsi confertissima acie rejecto nostro equitatu, sub primam aciem successerunt.*

*Spectabant*] Legatur *expectabant*, quod jubent *Gottorp. Voss. Egmond.* reliquique codices. DAVIS. *Cur. sec. Spectabant* ab Ursino e suis MSS. eſt profectum, quod primus recepit Scaliger; et confirmatur solummodo ab Andino et Leid. primo. Recte; licet alterum videri alicui poſſit rectius, ut *exspectabant* sit: non morabantur, dum imperaret Caeſar, sed per se agebant. Terent. Eun. 3, 5. *Sto exspectans, si quid imperent.* At *spectare nihil imperium* eſt nihil revereri, non curare, non exspectare, an videant, quid imperet. ut 6, 39. de uſus militaris imperitis. *Ad tribunos ora convertunt. Quid ab his praecipiatur, exspectant.* Crebro haec confunduntur. Adi Viros doctos ad Senec. de Vita B. c. 11. Juſtin. 12, 3. *Reditum in patriam spectantibus, conjugesque ac liberos animo jam complectentibus.* Sic enim lego cum Vorſtio et MSS. multis, in quibus unus a me inspectus; non *exsp.* Cicero pro Lig. c. 1. *Domum spectans et ad suos redire cupiens.* Infra 5, 29. *non hostem, sed rem spectare.* V. etiam ad c. 44. et B. Civ. 3, 43.

*Quam in partem sors obtulit*] Non improbarem, si *fors* legeretur: quae vox huic loco magis congrua. Sic 8, 19. *Victi tamen, perculsique, majore parte amissa, consternati, quo sors tulerat, confugiunt.* Sed hic in V. C. legitur *fors*, quod probo. Etiam lib. de Bello Alexandrino, ubi nunc eſt, *nam in operibus hostium expugnandis, in proeliis quotidianis, quandocumque sors obtulerat*, etc. malim et hic *fors*. VOSS. In aliis *sors obtulit*; sed nos secuti sumus editionem Francof. A. D. MDLXXV. aliasque nonnullas, in quibus *fors* legitur. Optime;

quam uti suae pristinae virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hostiumque inpe-
3 tum fortiter sustinerent; [a] quod non longius hostes aberant, quam [b] quo telum adjici posset, proelii
4 committendi signum dedit. Atque [c] in alteram partem

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Et q.* Edd. qdd. *et quia.* b *quod* Cuj. c Hoc ordine MSS. vulgo *item i. a. p. ipse* Duk. deest L. tert.

ut vidit *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* 22, 5. DAVIS. *Fors* exhibent Bongarsiani, Petav. Vossian. prim. Leid. sec. Oxon. et alii multi cum Edd. Inc. Vas. Str. Steph. Gryph. et Plantin. V. ad Lucan. 2, 12. 4, 503. *fors invida*: sic enim jam malo. 7, 335. *fors isto in Marte locasset*, ex vera conjectura Cl. Wesselingii, Probab. c. 31. p. 272. 9, 550. *Fors obtulit, inquit, Et fortuna viae.* Sic Cortius; bene, si e MSS. B. Alex. c. 22. *Quandocumque fors obtulerat.* Adi eum ad Sallust. Jug. c. 1. et Davis. ad B. G. 7, 87. *quas fors obtulit*, et prae omnibus Cl. Drakenb. ad Sil. 15, 105. *Quae fors infida dedisses.* Val. Max. 2, 4, 5. *Quae fors obtulerat.* ubi itidem turbant. MS. Harl. *sors foris*: atque ita lege e MSS. apud Nemes. Ecl. 3, 47. ubi forsan fuit, *quod fors dedit, hoc capit usu.* pro *usui*, vel *in usum*, vel *usu suum facit*, jure primum occupantis.

*Oratione est cohortatus — Et, quod* etc.] MSS. Reg. et Eliens. omissis voculis [*est* et *et*,] legunt: [*oratione cohortatus — : quod etc.*] Quae vera Lectio est, et Caesarem sapit. Sic enim et Graecus, *τοῖς τε ϛρατιώταις παρακελευσάμενος*, etc. Et in MS. Vossii deest istud, *Et.* Et in Edit. Vet. Rom. deest, *Est.* Quorum utrumque igitur a Librariis, longioris periodi contextum non capientibus, insertum videtur. CLARK. Meis quoque MSS. quatuordecim et Ed. Inc. ac Mediol. abest, et statim *et* non comparet in ullo Codice nec Ed. Inc. quare delevi subdititias voculas.

*Adjici*] Novem MSS. et Ed. Inc. solemni more *adici*; *addici* unus, alter *abduci*. *Abjici* Pal. *abici* And. et Leid. pr. *Jaci* Bong. sec. sed Cuj. *adigi*, quomodo ille et Brantius hic et infra legi volebant. Sed *adjici* recte servat Gruterus ob caussas, quas promere dicit se in Suspicionum libellis de coenis adjicialibus. Crebro haec composita in nostro et aliis confunduntur. *Adjicere telum* optime exposuit Cl. Bos, ita mittere, ut perveniat ad locum destinatum, qui intra teli jactum est. V. eum Animadv. ad Caes. c. 3. plura de his infra dicenda erunt. nam idem *adigere* notat.

*Ad galeas induendas*] In VV. CC. est *inducendas*, quod non rejiciendum Ursino videtur. Sed frustra est. Caesar vult ostendere brevitatem temporis, itaque ait, vix tantum spatii fuisse, quod induendis galeis sufficeret. Nam Romani iter facientes galeas plerumque pectori aut tergo appensas gestabant. Quibus induendis sane haud multum temporis

tem item cohortandi [a] cauſſa profectus, pugnantibus [b] occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas, hoſtiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut 114
non modo ad insignia adcommodanda, sed etiam ad galeas induendas, [c] scutisque tegimenta detra-

VARIAE LECTIONES.

a *gratia* V. pr. suprascr. *causa*. b deeſt in B. pr. et Edd. Vasc. Gryph. al. in quibus *est coh. c. pr.* c *scutorumque* B. pr. suprasc. *que* deeſt Lov. Dorv. L. sec. m. *tegmenta* vulgo.

requiritur. Praeterea quo fine induxiſſent galeas, qui in proelium ruunt? Nam tegumenta tunc detrahi solita, vel sequentia verba oſtendant. Anonymus etiam l. 2. p. 49. *et tam nihil spatii fuit, ut, ne dicam consuetae solemnitates proeliorum omitterentur, sed vix galeas induendi licentia superesset.* VOSS. *Inducendas* legitur in Petav. Bongars. primo, sec. Voſſiano primo, Leidensi primo, Lovaniensi, Egm. Voſſ. sec. et aliis ac Edit. Plant. a Lipsio procurata. quod temere non spernendum reor: non tamen eo sensu, quo Ursinus citat c. 33. *scutis, quae pellibus induxerant.* de ea signific. vide ad Lucan. 4, 132. Heins. ad Ovid. Met. 12, 408. Infra B. Civ. 2, 10. et alibi. *Inducere galeas* idem notaret, quod induere, capiti innectere. ut apud alios *inducere calceos*. Conſule me in Animadv. Misc. V. 2. ad Appulej. l. 7. Met. p. 137. Ovid. Art. Am. 2, 495. *sacris inducta capillis Laurus erat.* quod non mutandum. Virg. Aeneid. 2, 579. *manibusque inducere coestus.* quod aliis *induere.* In genere omnia dicuntur *induci*, quae aliquid tegunt; unde et galeae recte *induci* dicuntur, quae tegunt caput. Paullo ante *etiam* exſulat a Duker. non male. Saepe enim in locutione *non modo, sed* omittitur *et* vel *etiam*. Vide supra ad 1, 18.

*Scutisque tegmenta detrahenda*] Nimirum curiosi talium Romani: nam ornata vel picturis, vel aliis insignibus scuta habuere. Imprimis sub Caeſare id fuiſſe crediderim, de quo ait Suetonius, *habebatque tam cultos* (sc. milites) *ut argento et auro politis armis ornaret. Simul et ad speciem, et quo tenaciores eorum in proelio essent metu damni.* Graecorum etiam antiquissimis observatum, clypeos imaginibus ornare, non ad speciem tantum, sed velut omina belli, et terrendis hoſtibus. Hinc apud Euripidem Phoeniſſis legas: Τύδευς λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος Χαίτῃ πεφρικός: δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιταν Προμηθευς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν. *Tydeus, habens in clypeo pellem leonis, Setis horrentem, dextera vero facem Gigas Prometheus ferebat ut incensurus urbem.* Et paullo poſt de Capanei clypeo: Σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τόποις ἐπῆν Γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν Φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βίᾳ, Ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις. *Ferreo vero clypeo tergo impressus erat Gigas e terra natus, in humeris totam urbem Sustinens, vectibus convulsam violenter: Ut esset signum nobis, qualia passura esset urbs.* VOSSIUS. Tegmenta erant e corio facta. Taxiles ad Tigranem de

6 henda, tempus defuerit. Quam quisque [a] in partem
115 ab opere casu devenit, [b] quaeque prima signa conspexit, ad haec constitit; ne, in quaerendis suis, pugnandi tempus dimitteret.

1 XXII. Instructo exercitu, magis, ut loci natura, [c] dejectusque collis, et necessitas [d] temporis; quam, ut rei militaris ratio, atque ordo postulabat: quum diversis locis legiones aliae alia in parte hostibus [e] resisterent, [f] sepibusque densissimis, ut

VARIAE LECTIONES.

a MSS. fere omnes et Ed. Inc. ac Steph. *ab op. in part.* et arridet Hotomanno. b *quaque* L. 1. Idem cum Oxon. Sc. et Ed. Steph. *signa prima.* c *delectus* B. pr. Pet. L. pr. Sc. V. pr. Lovan. Egm. Scott. et alii cum Ed. Inc. sed v. ad c. 8. *delectatus* V. sec. d deest Edd. R. V. M. e *insisterent* L. sec. f *sentibusque* V. pr. c c. 17.

Luculli militibus apud *Plutarchum* in Luc. p. 510. *Οὔτ᾽ ἐσθῆτα λαμπρὰν οἱ ἄνδρες λαμβάνουσιν ὁδοιποροῦντες, οὔτε θυρεοῖς ἐκκεκαθαρμένοις Χρῶνται καὶ κράνεσι γυμνοῖς, ὥσπερ νῦν, τὰ ΣΚΥΤΙΝΑ τῶν ὅπλων σκεπάσματα περισπάσαντες.* Nimirum solebant Romani non minus ac Barbari varias formas aut colores scutis addere, ideoque iis tegmenta inducebant, ne pulvere aut aëris injuria corrumperentur. Vide *J. Lipsium* in Anal. ad Mil. Rom. l. 3. Dial. 2. DAVIS.

*Tegmenta*] Leid. tert. et Ed. Inc. *indumenta* e Glossa. *tegumenta* Edd. Rom. Med. Ven. et Plantin. cum Cl. Wasseo. Vide Duk. ad Flor. 3, 20. sed Bongars. prim. Petav. Vossian. prim. Leidens. prim. Egmond. et duo alii recte *tegimenta*, quomodo 6, 21. B. Civ. 2, 9. et 3, 44. 62. 63. et passim scribunt vetustissimae membranae. Consule Stewech. ad Vegetium 5, 14. et Drák. ad Liv. 4, 39. Ill. Heins. ad Silium 1, 402. et Ovid. Art. 3, 112. *Cui tegimen septem terga fuere boum.* De tegimentis scutorum adi Drakenb. ad Silium 2, 473. — *nudos Linquentes clipeos armorum tegmina mandunt.*

*Detrahenda*] Bongars. prim. Carrar. et novem alii cum margine Ed. Plantin. *detrudenda.* quod forsan notat, raptim et cum subita vi deripienda. Vide notata a Cl. Drakenb. ad Liv. 2, 10. *inpetu detrudere virum.*

*Ne in quaerendis suis*] Ita legimus ex MS. *Norv.* et editt. *Rom. Ven.* aliisque plurimis, cum nonnullae habeant, *neque inquirendis suis*; unde *Pet. Ciacconius* scribendum existimavit, *ne inquirendis suis.* Cujus autem fide recentiores exhibeant, *ne in quaerendo suos*, me quidem fugit. DAVIS. *In quaerendis suis*) Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vet. et Davisii. Scaliger et recentiores *in quaerendo suos.* CLARK. E suo Codice Scaliger exhibuit *quaerendo suos*; quomodo est etiam in Andino. *Inquirendo suos* habet Leid. prim. cum V. C. Ursini.

ante demonſtravimus, interjectis, prospectus [a] impediretur; neque [b] certa subsidia conlocari, [c] neque quid in [d] quaque parte opus eſſet, provideri, neque ab uno omnia [e] imperia adminiſtrari poterant. Itaque in tanta rerum iniquitate, fortunae quoque 2
eventus varii [f] sequebantur.

XXIII. [g] Legionis nonae et decimae milites, ut 1
in siniſtra parte acie [h] conſtiterant, pilis [i] emiſſis, curſu ac [k] laſſitudine exanimatos, [l] volneribusque 116

VARIAE LECTIONES.

a *impedirent* Dorv. Edd. R. M. V. b *ita certa* Carr. *qua* Duk. a m. sec. c *nec* L. pr. d *qua* Carr. Duk. *quid qua in p.* Aic. e deeſt Duk. f e Carr. Brutus *subseq.* g *Legionum* Ed. R. Steph. non male. h vulgo *aciei.* et *constiterunt* Edd. R. M. V. i *missis* V. tert. k *lacessitudine* B. pr. l Sic Oxon.

*Quum diversis locis legiones aliae*] MSS. *Carrar. Brant.* et *Norv.* cum editis nonnullis habent, *cum diversis legionibus aliae etc.* Hinc *Pet. Ciacconius* legendum conjecit, *cum diversae legiones aliae alia in parte etc.* Sed qui omnino videt, satis videt, sanam eſſe vulgatam scripturam, quam etiam in suo Codice invenit Graecus, qui hoc modo locum vertit: *Τῶν τε ταγμάτων ΠΟΛΛΟΙΣ ΤΟΠΟΙΣ ἄλλον* (leg. *ἄλλων*) *ἄλλῃ τοῖς πολεμίοις ἀνθισαμένων.* I nunc, et ex corruptis Codd. sanam lectionem sollicita! DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Editt. Vett. *diversis legionibus alii* etc. Cum Davisio tamen lectionem vulgatam amplector. CLARK. Etiam MSS. Scotti, Bongars. prim. Petav. Lovan. Voſſiani, Leidenses, quorum unus cum Edd. Ven. Med. et Rom. *alii*, Egmund. Gottorp. Duk. Dorvill. et Ed. Inc. ac Florent. *quum diversis legionibus aliae.* Quod non video, cur admitti nequeat. *Diversis legionibus* ablativus eſt, ut ita dicam, absolutus; pro discretis, sejunctis, divisis, ut ſtatim: *alia in parte diversae duae legiones. Diversus gurges, diversa juventus*, et similia. V. ad Lucan. 3, 235. 10, 235. et sexcenties. *diversus equitatus* in MS. Lov. infra 7, 67. B. Civ. 1, 40. *diversam aciem in duas partis constituit.*

*Aciei*] Faërnus e MSS. legit *acie*, teſte Ursino. Nec dubito, quin vere. Sic enim habent ex meis Bongars. prim. Petav. Scalig. Lovan. Busiid. Leidens. prim. et tert. item Egm. et Aicard. cum Ed. Incerta et Excerptis Pulm. docetque Gellius 9, 14. Caeſarem in libro de Analogia secundo *hujus die* et *hujus specie* dicendum putaſſe Hirt. B. Afric. c. 51. *pars acie instructa* MSS. et Edd. poſt Ursinum. de eo genitivo vide prae ceteris Viros doctos ad Virgil. Georg. 1, 208. Waſſe Ind. Salluſt. V. *Acie* et ad Jug. c. 56. Cruc. Heins. et Burm. ad Ovid. Metam. 3, 341. Cortium denique ad Sall. Jug. c. 52. et Plin. Ep. 8, 6, 6. et quos laudant. *Die*

confectos Atrebates (nam his ea pars obvenerat) celeriter ex loco superiore in flumen compulerunt; et transire conantes, insecuti gladiis, magnam par-
2 tem eorum inpeditam interfecerunt. Ipsi transire
[a] flumen non dubitaverunt; et in locum iniquum
[b] progressi rursus [c] regressos ac resistentes hostes,
3 [d] redintegrato proelio, in fugam dederunt. Item alia in parte diversae duae legiones, undecima, et octava, profligatis [e] Veromanduis, quibuscum erant congressi, ex [f] loco superiore in ipsis fluminis ripis
4 proeliabantur. At [g] tum totis fere a fronte, et [h] ab

VARIAE LECTIONES.

a deest Ed. R. b *congressi* L. tert. Ed. Inc. c *regressos ac* desunt MSS. Urs. Hotom. Brant. Eliens. Bong. pr. Lov. Pet. et 6. aliis cum Edd. R. M. V. Inc. sed Graec. agnoscit cum ceteris. *regressi* V. pr. d *sed int.* Pet. *redintegratos* And. e *Virom.* B. pr. Pet. L. pr. V. pr. Egm. et alii cum Ed. Inc. f *ex eo loco* V. pr. g vulgo *ac totis* vel *at t.* h Sic B. pr. Lov. Egm. aliique et Edd. qdd.

pro *diei* saepe in MSS. invenias. ut apud Justin. 2, 11. vulgo apud Obseq. c. 125. *fide* pro *fidei* in Leidensi primo 5, 3. *die* pro *diei* in Dorvill. 7, 11. et B. C. 1, 14. 3, 76. in Petav. et Pal. B. Afric. c. 61. 69. in Scal. Vide et 7, 16. et omnino c. 83. *Meridie. Re* pro *rei* in Scal. 7, 56.

*Exanimatos*] Crebro hac voce usus est *Caesar* pro eo, qui ob lassitudinem aegre spiritum trahit. Sic et *Plautus* Asin. 2, 1, 17. *Sed quid illud quod exanimatus currit hic Leonida?* Haec significatio ex eo est orta, quod *anima* interdum oris halitum denotat. *Terentius* Phorm. 5, 6, 28. *Animam compressi, aurem admovi.* Vide et *Plautum* Asin. 2, 11, 24. DAVIS. Vide ad 3, 19. *cursu contenderunt, exanimatique pervenerunt.*

*Dederunt*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. *conjecerunt.* CLARK. *Conjecerunt* mei longe plurimi, ut 3, 6. et saepe. sed *dederunt* exhibetur ab MStis Ursini, Scalig. Cujac. Andin. Leid. primo, et Oxon. qui codices ex diverso exemplari, quam alii, videntur esse descripti, quod multis locis patere potest. Utrumque Latinum esse, negabit nemo. quare recepta nunc lectio non movenda est. 5, 51. *hostes in fugam dat.*

*At totis fere* etc.] MSS. Brantii, Scotti, et mei omnes, quantum scio, cum Edd. primis praebent *attonitis.* Edd. mediae, *ac totis.* Nempe scribendum erat, ut feci, *at tum totis*, id est, eo tempore et ea re, quia legiones a sinistra et a fronte Atrebatas et Veromanduos longius prose-

siniſtra parte nudatis caſtris, [a] quum in dextro cornu legio duodecima, et non magno ab [b] ea intervallo septima conſtitiſſet; omnes Nervii [c] confertiſſimo agmine, duce [d] Boduognato, qui summam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt: quorum pars aperto latere legiones circumvenire, pars summum caſtrorum locum petere coepit.

XXIV. Eodem tempore equites noſtri, levis- 1
que armaturae pedites, [e] qui cum iis una fuerant, quos primo hoſtium inpetu pulsos dixeram, quum se in [f] caſtra reciperent, adversis hoſtibus occurre-

VBRIAE LECTIONES.

a *quo* MSS. Br. et mei 8. et Ed. Inc. *quod* Pet. Oxon. et Edd. add. non male. b *ea* deeſt Oxon. c *cum ferocissimo* V. sec. d *Boduagnato* Duk. V. sec. *Boduegn.* V. tert. *Boduogmato* Egm. *Bodogn.* Ed. Inc. e *quique* Carr. V. pr. Duk. Oxon. Edd. Flor. et R. Steph. forſan rectius. Vide c. 19. f *castris* L. pr.

quebantur, iis in partibus nudata sunt caſtra; inde Nerviis occaſio nata eſt, confertiſſimo agmine in xii. et vii. legionem inruendi. Neque aliter Graecus interpres: *ἐν τούτῳ δὲ*.

*Nervii confertissimo agmine, duce Boduognato*] Ergo perperam Anonymus Celsi exscriptor Boduognatum Veromanduorum vocat ducem. VOSSIUS.

*Coepit*] Eleganter Leidensis primus *coeperunt*. Synthesi sive Syllepsi, non Poëtis tantum, sed hiſtoricis omnibus frequentiſſima, cujus exempla ex aliis proferre, me puderet. Idem cum aliis 5, 45. *pars necabantur*. 6, 40. Egmond. *pars ceciderint*. 7, 76. *pars eruptionem, pars deditionem censebant*. ubi eadem confusio. Adde B. African. c. 3. in fine. Male autem et contra MSS. omnes editi, *locum castrorum*.

*Aliam in partem fugam petebant*] Usitatior eſt loquendi formula, *aliam partem fuga petebant*, sicut et hoc in loco scribendum censuit *Pet. Ciacconius*. Attamen *fugam petere* dixit etiam *Virgilius* Aeneid. 12, 263. *Claudian.* in Ruffinum 2, 132. *Incertus*, peteretne fugam, *veniamve subactus Posceret* —. *Sextus Rufus* in breviar. c. 17. *dum fugam petit, occisus est*. Ideo nihil mutandum. DAVIS. Hoc abunde demonſtrant complura veterum loca. *Livius* 9, 23. *Qua potest quisque* fugam *per diversa petunt*. *Ovid.* de Art. amandi 1, 552. *Terque* fugam petiit, *terque retenta manu*. *Claudianus* in Rufin. 2, 132. *incertus*, peteretne fugam *veniamve subactus posceret* —. *Sextus Rufus* in Brev. c. 17. *Dum* fugam petit, *occisus est*. Similiter *Aur. Victoris* Epit. c. 41. et *Lucanus* 4, 749. IDEM. *Oùr. sec.*

bant, ac rurſus aliam in partem fugam petebant:
2 et calones, qui [a] ab Decumana porta, [b] ac summo
117 jugo collis, noſtros victores flumen [c] transiſſe, conspexerant, praedandi cauſſa egressi, quum respexissent, et hoſtes in noſtris caſtris versari vidiſſent,
3 praecipites fugae seso mandabant: simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor fremitusque oriebatur; aliique aliam in partem [d] perterriti fere-
4 bantur. Quibus omnibus rebus permoti equites [e] Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio eſt

VARIAE LECTIONES.

a vulgo abeſt *ab*. b vulgo *a*. c vulgo *transire*. d *perterritique* L. tert. e MSS. et Edd. qdd. *Treveri*.

*Qui a Decumana porta ac summo jugo collis nostros victores flumen transire conspexerant; praedandi caussa egressi*] Ita MSS. Reg. et Voſſii exhibent, (*qui a decumana* etc.) Scaliger Aliique, *qui Decumana etc.* Deinde MSS. Reg. Eliens. et Voſſ. et Editt. Vett. habent, *ac summo jugo etc.* Scaliger Aliique, *ac summo jugo etc.* Graecus, ἀπό τε τῆς μεγάλης πύλης καὶ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς etc. Ego, re tota perpenſa, vix me contineo, quin (cum Scaliger et Recentiores hoc modo ediderint, *Calones, qui Decumana porta a summo jugo collis nostros victores flumen transire conspexerant, praedandi causa egressi, etc.* quae eſt perplexior conſtructio:) transpositis solummodo duobus vocabulis scribam: (*Calones, qui* a summo jugo collis *nostros victores flumen* transiſſe *conspexerant*, Decumana porta *praedandi* cauſſa egreſſi, etc.) Iſtud *transisse* eſt ex MSS. Reg. Eliens. et Voſſii et Editt. Veteribus. Meliusque hic convenit, quam *transire*. CLARK. Non male quidem hunc locum conſtituit Clarkius, sed neceſſitatem mutandi lectionem, ut ante Scaligerum edebatur, non video. Conſpexerant in vel ab porta, quae erat in jugo montis, ut patet c. 18. adeoque a jugo ipſo, victores transiſſe flumen: inde caſtris egressi erant, quod neceſſario intelligitur factum eſſe ab eis eadem Decumana porta. Habent autem *ab Dec. porta* Voſſian. prim. Scalig. Leidens. prim. et secund. Oxoniensis et alii. *a Dec.* Voſſ. sec. *ac summo jugo* servant MSS. omnes praeter Ciacconii librum, unde videtur mutaſſe Scalig. nisi quod in Bongars. primo sit, *ac de summo jugo*; quod certe non eſt spernendum. *Ab porta* eſt ab ea parte, qua eſt porta. De qua locutione alibi, ut 7, 82. latius egimus. Sic 3, 25. *ab Decumana porta castra munita*. 6, 37. *ab Decumana porta in castra irrumpere conantur*. Juven. 5. 29. *A limine moverat unum, Protuleratque pedem*. Sic pleriquo MSS. et Edd. Vett. vulgo *de*. Vide Burm. ad Ovid. Ep. Her. 18, 10.

singularis, qui, auxilii caussa [a] ab civitate [b] missi, ad Caesarem [c] venerant, quum multitudine hostium 118 castra nostra compleri, [d] legiones premi, et paene circumventas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, [e] diversos [f] dissipatosque in omnes partes fugere vidissent, [g] desperatis nostris rebus, domum contenderunt: Romanos pulsos superatosque, castris inpedimentisque eorum hostes potitos, civitati [h] renunciaverunt.

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. 10. et Edd. pp. b *ad Caes. missi* MSS. plerique et Edd. Vett. c *advenerant* V. sec. Edd. R. V. M. d MSS. et Edd. qdd. *nostras leg.* nonnulli *castra compleri*, *nostras leg.* alii *c. comp. nostra*, *leg.* forsan delendum est *nostra* cum Petav. et Aic. sic c. 26. *et castra*, *et legiones.* e *divisos* Carr. Duk. male. f *dissipatos* Duk. g *desperantes* V. sec. *desperati* L. sec. h *nunc.* L. sec. Dorv. Edd. R. M. V.

*A portu navita movit iter.* Lucan. 8, 204. *a littore occurrere.* Appul. l. 5. p. 107. *emergit a mari.* Male Edd. Elmenh. Scriv. aliaeque, *e mari.* Ibid. *a foribus boans.* Ceterum *decima* est in Leid. pr. et supra scriptum Bongars. pr. *decimana*, uti idem cum aliis in ultimo citato loco: at contra c. 21. pro *decimam* idem scribit *decumam.* Quid praeferam, haereo. Nam veteres Grammatici etiam hic incerti fuere. Constat quidem, Antiquiores talia per *u* expressisse. Sed pro *u* scriptum esse *i* alii dicunt a C. Julio Caesare, alii a C. Caesare Caligula. Consule, quos laudat G. J. Vossius de Gramm. l. 1. p. 55. 56. Burm. ad Quinctil. Inst. 1, 7. Drakenb. ad Liv. 3, 17. Dein *transisse* reposui cum Bong. primo, Petav. Voss. primo, Egm. et 5. aliis, et Edd. primis, Vascos. Gryph. sec. Steph. aliisque.

*Clamor fremitusque oriebatur*] Editt. *Ven. Beroald. Basil. Vascos. exaudiebatur*; quae lectio, si *Fr. Hotomannum* sequamur, non est rejicienda. DAVIS. Etiam Romana, Ven. Mediol. ac Steph. etc. Quasi id hauserint ex Graeco Interprete: *Βοή τε καὶ βρόμος ἐξηκούετο.* Sic lege cum Cl. Wasseo, non, ut vulgo, *φόβος.* In nullo MS. illud *exaudiebatur* comparet. Ita tamen 6, 48. *clamorem exaudiunt.* 7, 48. *exaudito clamore.* Adde c. 61. 81. Si vel unus addiceret Codex, crederem, verum esse, *exoriebatur.* Virg. Aen. 2, 313. *Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.* Nunc vulgatum servo. 7, 47. *Orto clamore.* Saepius haec turbantur. Vide Cl. Drak. ad Liv. 4, 45.

*Caesar ab decimae legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus*] Vir maximus, Justus Lipsius, cui aeternum et Caesar, et omnes Romanae militiae scriptores debebunt, Elect. 2, 7. corrupta haec verba existimat. Caussa

1 XXV. Caesar, ab [a] decimae legionis cohortatione [b] ad dextrum cornu profectus; ubi suos urgueri, signisque in unum locum conlatis duodecimae legionis confertos milites sibi [c] ipsos ad pugnam esse inpedimento; quartae cohortis omnibus centurionibus occisis, [d] signiferoque interfecto,

VARIAE LECTIONES.

a *a* MSS. 3. et Ed. Vasc. b *a dextro* Egm. c vulgo *ipsis*. d *signifero* L. pr. *signiferosque interfectos* Dorv. *signiferisque interfectis* Edd. R. M. V.

illi, quod jam ante Caesar dixit, se a decima legione in aliam partem ad cohortandum militem abiisse. Itaque cum in v. c. legisset *cohorte* pro *cohortatione*, non dubitavit rescribere, *cum decimae legionis cohorte*. Nam solitum Caesari ait, assumere plerumque ex hac legione cohortem aliquam ad tutelam sui. Sed enim nequaquam mihi unius codicis, aut potius sola Lipsii, quamvis maximi viri, auctoritas antehabenda videtur omnium codicum auctoritati. Nam non dubito, illud *cohorte* per abbreviaturam scriptum pro *cohortatione*. sed lineolam superscribere librarium omisisse. Quantum autem ad verba Caesaris, et historiae ordinem, ego illa rectissima, hunc omnino bonum non puto modo, sed pro certo habeo. Dixit primo Caesar, se decimam legionem cohortatum; exin in alteram partem decurrisse. tum digressionem facit, ac commemorat rationem proelii, non autem eorum, quae ipse fecit. Mox, his expositis, redit, unde digressus erat, ad decimam legionem. Et verba illa: *Caesar ab decimae legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus*; tantundem valent, ac si scripsisset: *Igitur Caesar, ut supra dictum, ab decimae legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus*. Ita cuncta clara esse nullus ambigo. VOSS. *Cohortamine* exaratur in Vossiano primo: quomodo *hortamen*, *adhortamen* apud Livium et alios. et fors *molimen* supra c. 17.

*Sibi ipsis*] MSS. Reg. et Vossii, (*sibi* ipsos.) Quae elegantior lectio est. CLARK. *Ipsis* rectum quidem; sed exararunt etiam *ipsos* Bongars. Vossiani, Leidenses, Petav. Lovan. Oxon. Egm. cum ceteris omnibus et Edd. Incerta, Vasc. Gryph. Steph. aliisque. Melius omnino, sed non contra Edd. ubique inculcandum. Vide praeter alios de hoc crebro loquendi modo Rivium ad Cicer. Famil. 7, 1. et Cel. Burm. ad Phaedr. F. 4, 18. et quo nos dimittit cum Cl. Dukero ad Flor. 3, 18. ac Cort. ad Sallust. B. Cat. 20. Drak. ad Liv. 2, 19. Infra 7, 70. *se ipsi inpediunt*. c. 82. *se ipsi induebant*. B. Civ. 3, 72. *sibi ipsos majus adtulisse detrimentum*. B. Afr. c. 93. *sibi ipsum manus adtulisse*. et passim.

*Impedimenta*] Codd. plerique, (*esse impedimento* vidit.) Quod erat ex inscitia Librariorum, periodi longioris syntaxin non advertentium. CLARK. Adnotat etiam Hotomannus, omnia haec pendere a verbo *vidit*, satis lon-

signo amiſſo, [a] reliquarum cohortium omnibus [b] fere
centurionibus aut vulneratis, aut occisis, in his 119
Primopilo, P. Sextio Baculo, fortiſſimo viro, multis [c] gravibusque vulneribus confecto, ut jam [d] se
ſuſtinere non poſſet, reliquos eſſe [e] tardiores, et
nonnullos [f] ab noviſſimis deſertos proelio excedere,

VARIAE LECTIONES.

a *reliquarumque* V. tert. Gott. b deeſt Eliens. Edd. R. Inc. et Gr. Int. c *gravioribus* L. pr. *gravibus vulneribusque* MSS. 3. d *sese* Duk. e *traditores* B. pr. f Sic MSS. potiores.

ginquo, nisi forte aliud ejusmodi absit; quare etiam, cum in Steph. et Aldino inveniret hic quoque *vidit*, incertus haesit, num admitteret. Certe ego quoque inveni hoc *vidit* in Cujac. Bong. Leidenſibus, Voſſianis, Petav. Oxon. Egm. Gottorp. Duker. Dorvill. et Edd. Rom. Incerta, Mediol. Ven. aliisque, et conſule notata ad 1, 41. 42.

*Primipilo*] V. c. *Primopilo*. Vide Urs. Lips. alios. VOSS. *Primopilo* ex meis habent Leidenſis primus, et Scalig. quod receperunt Scaliger et Davisius, me non refragante, ex MSS. Ursini. at *primipili* legas in MS. Scotti, Lovan. Duker. Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. ac Ven. ut subintelligatur ἀπὸ κοινῦ *Centurione*: quod placet. Sall. Jug. c. 38. *Centurio primipili*, ubi vide. Infra 3, 5. *Baculo primipili centurione*. B. C. 1, 13. *Pupius primipili centurio*: item c. 46. Atque ita bene vindicavit Lips. Mil. lib. 2. Dial. 8. locum Livii 7, 41. *Primus centurio erat, quem nunc primipili adpellant*. De hac crebra variatione conſule etiam Cl. Drakenburg. ad Livium 2, 27. *Primipili centurioni*, et A. Manutium de *Primipilo* in Tomo 1. Thes. Saleng. Diſſ. 11. *Primipilus* Latinum eſſe non puto, licet in plerisque MSS. exſtet, sed depravatum ex *Primipili* vel *Primopilo*.

*P. Sextio Baculo*] Viri docti *Bibaculo* emendant. Ego deliberandum cenſeo. Anonymus, Graecus interpres, v. c. et MS. noſter *Baculo* retinent. Vid. Inscript. VOSS. Vide Hotom. et Brant. *Pactio* eſt in Andinis membranis. *Baccio* in Voſſiano primo; sed correctum eadem manu *Baculo*. 3, 5. nihil mutant Libri. 6, 38. in Leidensi secundo eſt *Bibaculus*. quomodo ibi legit quoque Davisius.

*Ut jam se sustinere*] Notandum eſt, in Oxonienſi et MS. Scaligeri non scriptum eſſe illud *se*, quomodo cum aliis auctoribus sine casu noſter τὸ *sustinere* adhibet. Vide ad Frontin. 2, 1, 6. supra c. 6. *se diutius sustinere non posse*. 4, 32. *suos ab hostibus premi, atque aegre sustinere*, scilicet *proelium*; quod et addit auctor: ut 6, 38. B. Civ. 1, 64. *Nonnumquam sustinere extremum agmen*. item c. 71. 3, 94. *sustinere Pompejani non potuerunt*. B. Alex. c. 15. *sustinent illi*.

*Desertos*] In Bongars. primo exaratur tantum *deserto*: quod

ac tela vitare, [a] hoſtis neque [b] a fronte ex inferiore
loco subeuntes intermittere, et ab utroque latere
[c] inſtare, et rem eſſe in anguſto vidit, neque ullum
[d] eſſe subsidium, quod submitti poſſet; scuto [e] ab
120 noviſſimis uni [f] militi detracto (quod ipse eo sine
2 scuto venerat,) in primam aciem proceſſit, centu-
rionibusque nominatim adpellatis, reliquos cohor-
tatus milites, signa inferre, et manipulos laxare jus-
3 sit, quo facilius gladiis uti poſſent. Cujus [g] ad-

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. Egm. b deeſt *a* L. pr. Scal. c *intrare* Pet. d abeſt a L. pr. et Scal. e *a* MSS. et Edd. qdd. *uno* Gott. V. tert. f *militum* L. sec. V. sec. g vulgo *hujus*.

egregie confirmaret Lipsii conjecturam, qui margini sui codicis adscripserat, *nonn. e novissimis deserto proelio.* Atque ita videtur cepiſſe Interpres Graecus: *καὶ ἐνίους γ'* (al. *ἐνίων γ'*) *αὐτῶν τοὺς ὑστάτους ἔκ τε τῆς μάχης ἐξιέναι.* Celſus vero: *quosdam sensim cedere, quosdam proelio excedere. Deserere proelium* esset omittere proelium, desinere a proeliando, quomodo *deseri bellum*, *decus* et omnia dicuntur, quae inchoata omittuntur deinceps. Adi Cel. Burm. ad Phaedr. Prolog. l. 3. et Doct. A. Gronov. ad Juſtin. 2, 8, 1. Sic *deserere cerimonias* Val. Maxim. 1, 1, 2. Haec vero lectio licet admittatur, non tamen opus eſt, *ab* vel *a* mutare in *e*. Praepositio enim *ab* videtur tum corruptionis fuiſſe cauſſa. *Nonnulli ab novissimis* pro *ex nov. novissimorum*: uti ſtatim, *ab novissimis uni.* Apud Val. Max. 4, 5, 2. Ex. *unum e Lacedaemoniis*, MS. optimae notae Harlem. habet, *a L.* Ut verum tamen fatear, non admodum placent juncta *deserto excedere* (nam vel *deserere proelium*, vel *excedere proelio*, satis fuiſſet) nisi vel *recedere* legas, vel aliud nomen addas, quod forſan abſorptum a sequenti *ac*; ut fuerit: *deserto proelio, excedere acie, ac tela vitare.* Videant acutiores: nam vulgatum nequaquam se mihi probat, et aliud quid latere, e Celſo ac Metaphraſte patet.

*Rem esse in angusto vidit*] Nempe *loco*, haec enim vox non raro subintelligitur. Hinc emendare licet *Pedonem Albinovanum* El. 1, 379. ubi in vulgatis legitur, *Nata quod es alte*, quae quidem scriptura metro repugnat. Cum igitur *Naugerii* Codices habebant, *Nata quod ex alte es*, quemadmodum teſtatur *Nic. Heinsius*, legendum plane, *Nata quod* ex alto *es*, non *es celse* vel *excelso es*, ut ille voluit. Vide vs. 62. et 349. DAVIS. Alibi, *Erat res in magna difficultate.* ut 7, 35. B. Civ. 3, 15. Vide omnino Cel. Drakenb. ad Liv. 3, 6. *Quum exitus haud in facili essent.*

*Scuto ab novissimis uni militi detracto*] Florus 3, 10. *fu-*

ventu spe inlata militibus, ac redintegrato animo, quum pro se quisque in conspectu Imperatoris, [a] et jam in extremis suis rebus [b] operam [c] navare [d] cuperent, [e] paullum hostium inpetus [f] tardatus est.

XXVI. Caesar quum septimam legionem, quae 1
[g] juxta constiterat, [h] item urgueri ab [i] hoste vidisset, [k] Tribunos militum monuit, ut paullatim sese legiones conjungerent, et conversa signa in hostes inferrent. Quo facto, quum alius [l] alii subsi- 2

VARIAE LECTIONES.

a Sic distinxi. *et* L. sec. Dorv. vulgo *etiam*. b *opere* And. c *novare* L. 1. Pet. Egm. et Gott. a m. sec. *gnavare* a m. pr. *gnavere* Ed. Inc. d vulgo *cuperet*. e *paullulum* Leid. pr. f *retardatus* Edd. qdd. g *vix* L. pr. Egm. Scal. h *iterum* Dorv. Edd. R. M. V. i *hostibus* L. pr. k *et Tr.* B. pr. l vulgo *aliis*.

*gientem* vocat: Anonymus p. 50. *lentius dimicantem*, quod praeferam. VOSSIUS.

*Hujus*] Codd. omnes fere, *Cujus*. CLARK. MSS. tum aliorum, tum mei ad unum omnes et Edd. Vett. *cujus*: quod idcirco reposui. Si quid mutari debet, rectius foret *Ducis*.

*Spe illata*] Conjicit Vir Doctissimus, *Jos. Wasse* (in Addendis suis ad *Sallustium*, p. 308.) legendum (*innata*:) quomodo et alibi loquitur *Caesar*. Sed perinde est. CLARK. Adi 1, 46. passim ita *inferre metum*, *terrorem*, *desperationem* apud nostrum et auctores optimos occurrit. Immo 6, 43. *spe consequendi inlata*: B. Civ. 3, 38. *Inlata suspicione*.

*Pro se quisque*] *Per se*, reponebat amicus quidam meus. Sed vetus locutio est, quae idem valet, ut *Pro sua virili parte*. *Livius* I. 2. *Cum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex agris demigravit*. Sic *noster* B. C. 1, 33. *Maximeque timoris caussa pro se quisque id munus legationis recusabat*. Hotom. Cum amico *Hotomanni* sentiebat Graecus interpres, qui vertit, ἑκάστου τ' αὐτῶν δι' ἑαυτοῦ. Sed neuter phrasin intellexit. DAVIS. *Pro se*) Merito hic ridet Davisius et Hotomannum, et amicum ejus; quorum alter, *per se*, reponit; alter illud (*pro se*,) interpretatur, *pro sua virili*. CLARK. Minime Davisius ridet Hotomannum, qui exponit *pro sua virili parte*: nam haec interpretatio vera est; sed ejus amicum et Graecum Interpretem. Sollemnis est formula *pro se quisque*, seu, quantum quisque potest. Sic Plautus, Terent. Livius et alii sexcenties. Vide ad Ovid. Metam. 3, 642.

*In extremis suis rebus*] *In* deest in plerisque Codicibus. CLARK. Abest sane a Bongars. primo, Petav. Vossianis omnibus, Buslidiano, et 4. aliis, ac

dium ferrent, neque timerent, ne [a] aversi ab hoste circumvenirentur, audacius resistere, ac fortius
3 [b] pugnare coeperunt. Interim milites legionum duarum, quae in novissimo agmine praesidio inpedimentis fuerant, proelio nunciato, cursu [c] incitato,
4 in summo colle ab hostibus [d] conspiciebantur: et
121 T. Labienus, castris hostium potitus, et ex [e] loco superiore, quae res in nostris castris [f] gererentur, conspicatus, decimam legionem subsidio nostris
5 [g] misit. Qui, [h] quum ex equitum et calonum fuga, quo in loco res [i] esset, quantoque in periculo et castra, et legiones, et Imperator [k] versaretur, cognovissent, nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt.

VARIAE LECTIONES.

a *adversi* MSS. qdd. b *repugnare* L. pr. c *incitati* Hotom. Vide ad B. C. 1, 79. d *circumspic.* Edd. R. M. V. e *eo loco* V. tert. et Leid. pr. a cujus m. pr. abest *superiore.* f *gereretur* L. sec. Reg. Edd. R. M. V. *gerebantur* Duk. g *inmisit* Dorv. L. sec. h *q. equitatu* L. pr. i *essent* Egm. k *versarentur* MSS. 3. *vexaretur* Leid. pr.

Edd. primis, et plerisque veteribus. Vide, quae diximus ad c. pr. *Imperio nostro.* 2, 4. *Extremo tempore.* Malim tamen cum aliis MSS. hic retinere ad Amphiboliam vitandam; nam tum dativus videri posset. Repetitionem praepositionis a nostro amatam esse vidimus ad c. 10. *In extrema spe salutis* c. 27. Dein optime Leidens. primus *cuperent*, quod reposui. V. 1, 39. Pro omnibus adi N. Heins. et Burm. ad Ovid. Metam. 5, 212. et Commentat. ad Sallustium.

*Aliis alii — ferrent*] MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. *alius alii — ferret.* MS. Eliens. corrupte, *alius alii — ferre.* CLARK. Pro *aliis* in Bong. pr. Voss. pr. Petav. Lovan. et sex aliis atque Edd. priscis exaratur *alius.* pro *alii* tres recentissimi modo *aliis.* Egmund. *in aliis ferret* etiam iidem, qui habent *alius* praeter Duker. qui elegantissime servavit *ferrent*, ut *timerent. ferre* L. tert. et Ed. Inc. *alius* cum plurali, ut 1, 39. *Quorum alius, alia caussa inlata, quam s. a. p. n. e. dicerent, petebant:* ut habet Cod. Lovan. Dictys Cret. 2, 43. *super alium alius ruinae modo praecipitarentur.* Adde Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 6. *alius alio more viventes.* Drak. ad Liv. 3, 50, 12. *alius in aliam partem discurrunt.* V. et 4, 26. Vulgato tamen opem fert locus 5, 16. *alios alii exciperent. Alius ferret* confirmari etiam pos-

XXVII. Horum adventu tanta rerum [a] commu- 1
tatio facta est, ut nostri, etiam qui volneribus con-
fecti procubuissent, scutis [b] innixi, proelium red-
integrarent; [c] tum calones, perterritos hostes con-
spicati, etiam inermes armatis [d] occurrerent; equi- 2
tes vero, ut turpitudinem fugae virtute delerent,
omnibus in locis [e] pugnae se legionariis militibus
praeferrent. [f] At hostes, etiam in extrema spe sa- 3
lutis, tantam virtutem praestiterunt, ut, quum primi
eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent,
atque ex eorum corporibus pugnarent: his dejectis, 4
et [g] coacervatis cadaveribus, [h] qui supeeressent, ut
[i] ex tumulo, tela [k] in nostros conjicerent, [l] et pila

VARIAE LECTIONES.

a *commutatione* B. pr. V. sec. b *innisi* V. sec. c deest Cuj. Ed. R. Steph. d *occurrerunt* MSS. plerique et Edd. Vett. in Ed. Steph. primum adparet *occurrerent.* e vulgo *pugnabant*, *quo se.* f deest Egm. g *coacerbatis* B. pr. *et his d.* Ciacc. male. h *scilicet qui* Pet. et *superfuerant* L. sec. i *ex eo t.* L. pr. k *nostris* Egm. *conicerent* MSS. *coicerent* L. pr. l Sic MSS. uno aut altero excepto; et Edd. primae. vulgo *pilaque. et proelia* Ed. Inc.

set ex B. C. 1, 21. *ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur.* et 2, 29. *alius alii tradiderat.* Sed et ibi variant MSS.

*Decimam legionem subsidio nostris misit*] Falsus est *Plutarchus*, qui de vit. Caesar. Tom. 1. p. 718. A. *δωδεκάτῳ τάγματι*, *duodecimae legioni*, hoc facinus attribuit. DAVIS.

*Nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt*] Quam maxima celeritate progressi sunt, ut suis auxilium ferrent. Hanc elegantiam non cepit Metaphrastes, qui habet, *ὐδὲν ἀνῆσαν τῆς ταχύτητος.* IDEM. V. Graev. ad Cic. l. 4. ad Att. Ep. 6.

*Omnibus in locis pugnabant, quo se leg.*] Editis adstipulantur soli recentissimi Codices Leid. sec. Duker. et Dorvill. Ceteri magno numero habent cum Ed. Inc. *pugnant.* Scilicet cum *occurrerent* abierat in *occurrerunt*, hic quoque fingere debuerunt Indicativum: sed omnia pendent a praecedentibus, *tanta commutatio facta est, ut:* quare obsecutus sum auctoritati vetustissimorum MSS. Andini, Oxoniensis et Ed. R. Stephani: *in locis pugnae se etc.* sensu claro et aperto.

*In extrema spe salutis*] Andreas Schottus Observat. Poëticar. 2, 36. probare hinc niti-

5 intercepta remitterent: ut non [a] nequidquam tantae virtutis homines [b] judicari deberet ausos esse trans-
122 ire latissimum flumen, adscendere altissimas ripas, [c] subire [d] iniquissimum locum: quae facilia ex difficillimis animi magnitudo [e] redegerat.

1 XXVIII. Hoc proelio facto, et prope ad [f] internecionem [g] gente [h] ac nomine Nerviorum [i] redacto, majores natu, quos una cum pueris, mulieribusque in aestuaria ac paludes conlectos dixeramus, [k] hac pugna nunciata, quum victoribus nihil inpe-
2 ditum, victis nihil tutum arbitrarentur; omnium, qui supererant, consensu, legatos ad Caesarem [l] miserunt, seque ei [m] dediderunt, et in commemo-

VARIAE LECTIONES.

a *nequiquam* B. pr. V. pr. Lov. V. ad Luc. 2, 491. Cort. ad Sall. Cat. 20, 2. b *indicari* Lov. c *ac s.* MSS. 2. Edd. qdd. d *nequissimum* G. V. tert. e *redegerant* V. pr. f *internitionem, interitionem* MSS. et Edd. qdd. g *gentis* L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. h *agnomine* Pet. V. pr. *ac nominis* Edd. R. M. V. i *redacta* Pet. k *ac* B. pr. V. pr. L. pr. a m. pr. Glossam putat suo more Gruterus. l *mittunt* V. tert. G. Ed. Inc. m *dederunt* Ed. Inc.

tur, *spem* pro desperatione poni. Mihi nihil absurdius dici potuisse videtur. aliud enim *spes*, aliud *extrema* vel *nulla spes*. VOSS. V. et c. 33. *Extremum tempus* B. Civ. 2, 4.

*Ut ex tumulo tela*] Tanquam ex tumulo, ὡς ἀπὸ τοῦ γηλόφου, ut recte Graecus. Interpunge igitur, *ut ex tumulo, tela etc.* picta post vocem penultimam minima distinctione. DAVIS.

*Deberet ausos esse*] Ita reponi jussit G. Canter. Novant. Lect. 2, 28. habentque Edd. Basil. et Vascos. teste Brantio; priores cum MSS. quantum scio, omnibus, *deberent*. quod ut locum habere posset, Faërnus legit, *ausi quod essent*; quomodo diserte exaratur in cod. Oxoniensi. *Ausi sunt* Leid. sec. *ausos sese* Lovan. et Dorvill. Post *deberent* Hotom. cum Edd. primis plenam ponit distinctionem: et *Ausos esse* per admirationem dictum autumat. Quales infinitivi non raro, apud Justinum praesertim, occurrunt. sed quid tum praecedentia significabunt? Forsan fuerat olim simpliciter, *ut non nequidquam t. v. h. judicari deberent ausi transire*: ut ex affuto verbo *esse* nata sit omnis variatio. *Debuerint* mallet Ciacconius.

*Quae facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat*] Reddiderat. Phrasis est rara, qua

randa civitatis calamitate, [a] ex DC, ad III senato-
res; ex hominum milibus LX, [b] vix ad D, qui arma
ferre possent, [c] sese redactos esse dixerunt: quos 3
Caesar, ut in miseros ac subplices usus misericordia
videretur, diligentissime conservavit; suisque finibus
atque oppidis uti jussit; et finitimis imperavit, ut
ab [d] injuria et maleficio se suosque prohiberent.

XXIX. [e] Aduatuci, [f] de quibus supra scripsi- 1
mus, quum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent,
[g] hac pugna nunciata, ex itinere domum [h] reverte-
runt: [i] cunctis oppidis castellisque desertis, sua 2
omnia in unum oppidum, egregie natura munitum,
contulerunt. Quod quum ex omnibus in circuitu 3

VARIAE LECTIONES.

a Non convenit in numero cum Gr. et aliis. V. Comment. Cellarius in textu reposuit CD. b deest V. tert. G. Duk. Dorv. et Edd. R. M. V. Inc. c deest L. pr. a m. pr. d *injuriis* L. pr. e Sic rursus MSS. meliores. f hae 4 voces desunt L. pr. a m. pr. g *ac* B. pr. V. pr. h *reversi sunt* L. pr. i *cunctisque* Edd. R. M. V. *et castellis* L. pr. *que* deest V. sec.

tamen alibi usus est *noster*. Sic B. G. 4, 3. *Vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque* redegerunt. Ita enim ex MSS. et vett. Editt. restituimus, cum in recentioribus sit *reddiderunt*, pro Genio Correctorum, qui mutarunt ea, quae non intelligebant. DAVIS. *Hermas* Past. l. 3. Sim. 9. c. 2. *Quod si voluero eos quadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum est.* et c. 32. *tu eum totum inutilem* redegisti. Vide sis Ausonium, Mosella vs. 224. IDEM. *Cur. sec.*

*In aestuaria ac paludes collectos dixeramus*] Ex veterrimo *Lovan.* scribendum *conjectos*; ut recte conjecit *Joan. Glandorpius*. Vide supra c. 16. 3, 24. et Cl. *Drakenborchium* ad *Silii* 17, 93. DAVIS. *Cur. sec.* MSS. omnes retinent *conlectos* seu *collectos*; etiam Lovan. Deceptus est Davisius nota litterae *H.* quia Heinsius eum consuluerat Codicem; sed hoc loco notatur, ita Heinsium conjecisse, ut meo exemplari patet. Eadem varietas 3, 24. *Auxiliis in mediam aciem conjectis.* ubi tamen MSS. plurimi *conlectis* vel *conlocatis*. Vid. etiam ad 8, 4. et doct. Juvenem A. V. Staveren ad Nep. Alcib. c. 7.

*Supererant*] Edd. Rom. et Med. *superant*. Veterrimus Vossianus *superarant* i. e. superstites erant, locutione satis jam no-

partibus altiſſimas rupes despectusque haberet, una ex parte [a] leniter adclivis aditus, in [b] latitudinem non amplius [c] cc pedum, relinquebatur: quem locum duplici altiſſimo muro [d] munierant: [e] tum magni ponderis saxa, et praeacutas trabes in muro
4 [f] conlocarant. Ipsi erant ex Cimbris, Teutonisque [g] prognati; qui, quum iter [h] in provinciam noſtram, atque Italiam facerent, iis inpedimentis, quae secum agere, [i] ac portare non poterant, [k] citra flumen Rhenum depositis, cuſtodiae ex suis ac

VARIAE LECTIONES.

a *leviter* Reg. Eliens. V. ad c. 8. b *altitudinem* Carr. B. pr. Lovan. et 4. alii cum Edd. pp. aliisque. *altitudine* Egm. V. sec. *Latitudine* Petav. V. pr. V. ad c. 5. c cc *milium* V. pr. sec. male. V. Gr. Interpr. d *muniebant* Carr. *munierunt* Egm. e *tunc* MSS. et Edd. qdd. f *conlocabant* MSS. ferè omnes et Edd. pp. *conlocaverant* L. pr. Praecedentes 5 voces desunt V. tert. G. Ed. Inc. g *procreati* Oxon. et Ed. Ald. Plant. h *per prov.* MSS. Urs. Carr. L. pr. V. sec. pr. pro V. Lect. et Edd. quaedd. i *vel* L. tert. al. *et*. k *circa* V. pr.

ta. Inspice modo Fabri theſaurum, et quos laudat Socer meus ad Val. Max. 1, 1, 20. Titium ad Nemes. Cyneg. vs. 115. Infra 6, 19. *Uter eorum vita superarit.* Non tamen ubivis haec temere inculcanda. nam *superesse* pro *supervivere* recte dicitur, et sexcenties. Adi omnino Gellium 1, 22. Capite praec. dictum erat, *qui superessent.*

*Ex itinere*] Notatu dignum eſt, in Voſſiano primo legi *inere* suprascripto *ti*; at in Bongars. primo, omnium codicum antiquiſſimo, *itere*. quod viri docti non citant modo e Naevio et Attio, aliisque antiquis; sed et probant in Propertio 2, 10, 40. *Memento, Hoc itere ad lapides cana venire meos.* Vide etiam Sosip. Charis. l. 1. p. 108. Ed. Putsch. et infra 7, 55. Contra aliis in Nominativo eſt *itiner*.

*Ipsi erant ex Cimbris*] Dion. l. 39. *κἂν τύτῳ Ἀτυατικοὶ, πλησιόχωροί τε αὐτοῖς ὄντες, καὶ τὸ γένος τό τε φρόνημα τὸ τῶν Κίμβρων ἔχοντες: Interim Atuatici, vicini illorum, qui et genere et animis Cimbri erant.* Putabam primo, *φώνημα* legendum, ut diceret, Aduaticos et genere et lingua Cimbros fuiſſe; quod quamvis verum credam, retineo tamen lectionem vulgatam. Nam vult Dio, ut genere Cimbri erant, ita nec animo minus Cimbros, id eſt, hoſtiles et infenſos Romanis fuiſſe. VOSS. Male hoc Nerviis adſcribit Appianus Epit. B. Gallici p. 1163.

ac praesidio VI milia hominum [a] una [b] reliquerunt. [c] Hi, post eorum obitum, multos annos a finitimis 5
exagitati, quum alias bellum inferrent, alias inlatum defenderent, consensu [d] eorum omnium [e] pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt.

XXX. [f] Ac, primo adventu exercitus nostri, 1
crebras ex oppido excursiones faciebant, parvulisque proeliis cum nostris contendebant: postea, 2
[g] vallo pedum XII, in circuitu XV milium, crebrisque castellis circummuniti, oppido [h] sese contine- 124
bant. Ubi, vineis actis, aggere [i] exstructo, tur- 3

VARIAE LECTIONES.

a deest MS. Urs. b *reliquerant* Duk. Edd. R. M. V. c deest Pet. d deest Carr. Duk. e *patefacto* Duk. a m. pr. f *at* MSS. 5. Ed. Inc. g *vallum* V. tert. G. h *XII* deest male B. pr. Pet. Lov. L. pr. Egm. et 4. aliis et Edd. pp. Crediderunt jungenda *pedum* XV *milium*. Sed recte Voss. Vide ad 1, 15. i *se* B. pr. k *constructo* L. pr.

*Quum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent*] Ineptit Ursinus, cum legendum putat, *per provinciam nostram*. Cimbri per provinciam iter non fecere. Pars ad Rhodanum a Mario caesi, pars Alpes transgressi Tridentinis jugis, quae procul a provincia. Consule historicos. VOSSIUS.

*Custodiae ex suis ac praesidio*] MSS. *Norv.* et *Brant.* cum edit. *Rom. Ven. Steph.* habent, *custodiam ex suis ac praesidium*, quod non repudiandum censuit *Fr. Hotomannus*, vulgatae autem lectioni praetulit *Gabr. Faërnus*, nec forsan immerito. DAVIS. MSS. Regius item et Eliensis, Bongarsiani, Petav. Palat. Leidenses, Scalig. Egmund. et 3. alii cum Edd. primis habent *custodiam*. Iidemque, exceptis Leid. primo, et Scaligerano, *praesidium*. Quod satis Latinum esse scio. sed solet aliter Caesar. *praesidio*, vel *custodiae ac praesidio*, bene retinent Vossian. primus et secundus, Carrar. Oxon. Andin. Leid. prim. Duker. et alii. Vide omnino, quae notavimus ad 1, 51. *praesidio utrisque castris*, *quod satis visum est*, *reliquit*: ubi alii corruperant in, *praesidium reliquit*, alii, *praesidio relicto*. 7, 49. *Quem minoribus castris praesidio reliquerat.*

*In circuitu* XV *milium*] Vocem *passuum* desiderari ait Hotomannus. miror, tantum virum adeo ignarum Romani moris, quasi non plerumque ea subintelligatur. Sic 3, 22. *Viridovix contra eum duum millium spatio consedisset.* Sed innumera in Caesare, Tacito, aliis loca occurrunt. itaque citare supersedeo. VOSS. Vide supra ad 1, 15. fin.

rim procul constitui viderunt, primum inridere ex muro, atque [a] increpitare vocibus, quo tanta ma-
4 chinatio ab tanto spatio [b] institueretur? quibusnam manibus, aut quibus viribus, praesertim homines [c] tantulae staturae (nam [d] plerumque homi-

VARIAE LECTIONES.

a *crepitare* L. pr. *increpare* L. sec. b vulgo *instrueretur*. c *tantillae* L. tert. Ed. Inc. d vulgo *plerisque hom*. vel *plerumque omnibus*.

*Quò tanta*] Sic Lips. Scalig. et ceteri. Sed MSS. et Edd. Vett. *quod*. forsan fuerat *quoi* hic et alibi, pro quo deinceps invaluit *cui*. Vide ad 7, 55. *quoi esset usui*. Haec certe caussa est, cur corruptus sit locus Lucani 10, 166. *Infudere comae, quod nondum evanuit aura, Cinnamon*. Immo lege *quoi* sive *cui*: ut emendavit jam Ill. Heins. ad Lactant. de Phoen. vers. 83. *Cinnamon hinc, auramque procul spirantis Amomi*.

*Ab tanto spatio instrueretur*] Sic omnes Editt. veteres, nec in diversarum lectionum συλλογαῖς ulla est notata varietas. Recentiores tamen habent, *ab tanto spatio institueretur*, quam lectionem exulare jussi, cum altera locutio sit proba. *Seneca* de Vit. Beat. c. 26. *Ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectant, nec, quo illa pertineant, quae ex longinquo instruuntur, intelligunt*. Vide et *Hirtium* Bell. Afr. c. 51. DAVIS. *Instrueretur*) Sic ex MSS. et Editt. Vett. omnibus, restituit Davisius. Scaliger. et Recentiores, *institueretur*. CLARK. Male *institueretur* Scaligero adscribunt. nam ita jam edidit R. Stephanus, et comparet in margine Gryph. ac Plantin. Edd. Immo exstat in MSto Scaligeri, per Vossium collato, Cujaciano, Leidensi primo et Oxon. Non itaque tam temere haec lectio fuerat proscribenda, sed retinenda. 4, 18. *pons institui coeptus est*. 5, 11. *naves instituat*. 40. *magnus muralium pilorum numerus instituitur*. ubi in nonnullis, *instruitur*. c. 52. *Institutas turres, testudines, munitionesque hostium admiratur*. Rursus B. Civ. 1, 54. *pontem institutum biduo perficit*. et alibi. 3, 46. *institutae fossae*. B. Alex. c. 63. *instituta opera* in MS. Petav. Plura similia vide apud Cl. Burmann. ad Val. Flacc. 4, 487. *Instituere toros*. Crebro autem et alibi hae voces permutantur. V. Graev. ad Justin. 2, 15. *bellum instituit*, et notata ad Frontin. 3, 15, 6. *conviviis sub id tempus institutis*. vulgo *instructis*. adeo ut non dubitem, quin *institueretur* verior sit lectio, et altera sit Glossa. Sic et *instituere remiges* 3, 9. *exstrueretur* memoriae culpa citat Lipsius l. 2. Poliorc. Dial. 4. ubi illum Senecae locum adducit.

*Plerisque hominibus*] MSS. et Editt. Vett. *plerumque omnibus*. CLARK. *Beroald*. *Ursin*. *Gryph*. aliique vett. editi dant, *plerumque* omnibus *Gallis*. Legi queat: *plerisque* omnibus *Gallis*. Elegans est locutio satisque nota vel ex *Terentii* Andr. 1, 1, 28. Forsan tamen *Caesar* reli-

nibus Gallis, [a] prae magnitudine corporum suorum, brevitas nostra contemtui est,) tanti oneris turrim [b] in [c] muros sese conlocare confiderent?

XXXI. Ubi vero moveri, et [d] adpropinquare 1
[e] moenibus viderunt, nova [f] atque inusitata specie

VARIAE LECTIONES.

a *pro* Edd. qdd. b *turrem.* c *muro* L. pr. Scal. et Edd. Paris. sed v. ad B. Civ. 1, 17. d *adpropinquari* Carr. e *muris* And. L. pr. Oxon. Scal. Ed. R. Steph. f *et* V. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V.

quit, *plerumque hominibus Gallis*, ut habent *Gottorp. Egmond. Petav. Bongars.* pr. sec. tert. aliique MSSti. DAVIS. *Cur. sec.* Deceptus est Cl. Davisius exemplari Celeberrimi Fabricii, cui illae variantes adscriptae erant, at desumptae ex Ed. Gryphii, in qua non *hominibus*, sed *omnibus* editum est: adeoque nulla adnotata erat varietas. Omnes enim illi Codices (Bongarsianum primum ipse contuli) reliquique a me visi et Edd. quotquot consului, ante Scaligerum, habent, *plerumque omnibus*, praeter MS. Carrar. et Dukerianum: *plerumque hominibus. plerisque omnibus* conjecerunt etiam ex Terentio Manutius, Hotoman. et Wasseus. ac, ni excerpta fallunt, sic exhibet clare Codex Scaligeri, unde ille sine dubio hausit *plerisque.* Adde Heaut. 4, 7, 2. Phorm. 1, 3, 20. *plerique ingenio sumus omnes*, et alibi. Confer Gell. 8, 12. Sic *omnes reliqui alii* Hirt. B. Afric. c. 63. Sed *plerumque*, sive *omnibus* sive *hominibus* legas, non moveri hinc debet. Graec. *πολλάκις οἱ Γάλλοι*. Duo jam dicit Caesar, *fere semper* et ab *omnibus* Gallis Italorum brevitatem contemni. Sic 5, 57. *Equites plerumque omnes tela intra vallum conjiciebant.* ubi etiam malebant Viri docti: *plerique.* quamquam *hominibus* ego praefero, cum hic non opus sit, *τὸ omnibus* addi, et elegantius dictum sit, *hominibus Gallis.* Vide omnino J. F. Gronov. Observ. 2, 13. Haec vox autem cum *omnibus* non raro confunditur. Consule Cl. Wass. ad Sallust. B. Catil. p. 154. et quae notantur ad Nepot. Them. cap. 9. *Omnium Grajorum*, ac Cl. Drak. ad Liv. 3, 54, 6. Plura dicam infra ad 6, 16. *Natio est omnis* vel *omnium Gallorum. Plerumque* et *homines* sic jungit B. Civ. 1, 85. *Plerumque hominibus accidere soleat.* nisi ibi leg. *homini*, ut suo loco patebit.

*Turrim in muros*] Juxta muros. *Gabr. Faernus* et *Fulv. Ursinus* reponunt, *in muro.* Frustra: cum in eo turres locari non potuerint, ut notavit *J. Lipsius* Poliorc. l. 2. Dial. 4. DAVIS.

*Non se existimare*] Bongars. prim. Petav. Lovan. Egmund. et alii cum Ed. Incerta omittunt *τὸ se.* sexcenties in hac constructione pronomen *se* per Ellipsin omittitur. V. socerum meum ad Valer. Max. 4, 1, 8. Cort. ad Sallust. B. Cat. 31, 7. Plin. Ep. 3, 14. Nepot. in Dion. c. 6. si MSS. fides. Drakenb. ad Liv. 1, 23. Innumera addi possent exempla; sed his minutiis parco. Vide paullo post c. 32. §. 3. et 5, 27.

commoti, legatos ad Caesarem de pace miserunt;
2 qui ad hunc modum [a] locuti: *Non se existimare, Romanos sine ope* [b] *divina bellum gerere; qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promo-*
3 *vere [et ex propinquitate pugnare] possent: se, suaque omnia eorum potestati permittere,* dixerunt.
4 *unum petere, ac* [c] *deprecari; si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis* [d] *audirent, statuisset,* [e] *Aduatucos esse conservandos,*
5 *ne se armis* [f] *despoliaret. sibi omnes fere finitimos*

### VARIAE LECTIONES.

a *loc. sunt* V. sec. b *deorum* vulgo. c *precari* L. pr. d vulgo *audissent.* e Sic MSS. plures et meliores, non *Atuaticos.* f MSS. et Edd. qdd. *disp.*

29. 36. 41. ac 7, 2. B. Civ. 2, 12. 20.

*Ope deorum*] MSS. et Editt. Vett. *divina.* CLARK. Carrar. quoque et omnes mei, exceptis Leid. pr. Scalig. et Oxoniensi, exhibent *divina;* Graec. *θείας ἐπικουρίας.* Celsus: *Coelesti auxilio.* V. Cicer. de Nat. Deor. 2, 66. An fuit olim, *Deûm* vel *divûm.*

*Promovere, et ex propinquitate pugnare possent*] Legendum censet *Pet. Ciacconius, promoverent, ut ex propinquitate etc.* sed cum Codd. vulgatam lectionem magno consensu retineant, haec loco suo non est dimovenda; aeque enim est commoda, ac viri doctissimi conjectura. Ceterum tradit *Jul. Celsus* l. 2. Vit. *Caes.* p. 52. cum haec agerentur, machinas muris fuisse admotas, quod minus verum est, ut ex *Caesare* apparet. DAVIS. Codices magno consensu non retinent vulgatam lectionem. nam praeterquam quod Regius et Leidens. sec. habeant, *ut ex* etc. omnia haec: *et ex propinquitate pugnare,* non comparent in Bongars. primo, Andin. Petaviano, Lovaniensi, Oxon. Egmund. et tribus aliis, atque Ed. Incerta: ut omnino suspicer, supposita haec esse, vel saltem aliud quid latere, quod me adhucdum fugit. Agnoscit ea verba Metaphrastes, non autem Celsus. Uncis ea inclusi, nec minus suspectum est sequens *τὸ dixerunt.* Vide supra.

*Audissent*] Ursini Codices, Bong. prim. Petav. Lovan. Voss. pr. Leid. prim. Egmund. et multi alii cum Edd. Incerta et R. Stephani, *audirent:* quod idcirco reposui. Fors fuerit, *audirint.*

*Si prius, quam aries murum attigisset*] Proditum Plinio 7, 56. Arietem primo equum appellatum, et inventionem ejus tribui Epeo, qui Trojano bello interfuit. Unde non dubito, equum Trojanum, quo urbs expugnata, non revera molem fuisse

*esse inimicos, ac suae virtuti* [a] *invidere; a quibus se defendere, traditis armis, non possent. sibi prae-* 6 *stare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a populo Romano pati, quam ab* [b] *his per* [c] *cruciatum interfici, inter quos dominari* [d] *consuessent.*

XXXII. [e] Ad haec Caesar respondit: *Se magis* 1 *consuetudine sua, quam merito eorum, civitatem* 126 *conservaturum, si prius, quam* [f] *murum aries adtigisset, se* [g] *dedidissent; sed deditionis nullam esse* 2

VARIAE LECTIONES.

a *irridere* V. sec. b *aliis* L. pr. *aliis his* L. sec. c *cruciatus* L. pr. bene. d *consuevissent* L. tert. Ed. Inc. e *quibus* addunt V. pr. sec. L. pr. sec. et 2. Urs. f Hoc ordine MSS. *acies* L. sec. g *dedissent* MSS. 7. et Ed. Inc. ut saepe. V. ad c. 15.

illius animalis forma, sed arietem. Et eodem cuncta illa, quae a poëtis ficta, referri possunt. Nam hac machina disjecti urbis muri, quod ab ipsis Trojanis factum, nullus adeo insipiens sit, qui credat. Praeterea cum Q. Smyrnaeus ait l. 12. de equo loquens: — *ἐπεὶ ῥα ὁ ἐσθλὸς Ἐπειὸς Πόσσιν ὑπὸ βριαροῖσιν εὔτροχα δούρατα θῆκεν: — Nam ille industrius Epeus Validis pedibus versatiles rotas subjecerat.* quodque Maro dixit: — *pedibusque rotarum Subjiciunt lapsus;* manifeste indicat, ambulatoriam turrim fuisse. Adeoque miror, Palaephatum de Incred. c. 17. aliter haec accepisse. Jam quid utero manifestius? An non arieti tabulata sua? VOSSIUS.

*Deditionis nullam esse conditionem nisi armis traditis*] Hoc est, *sine armorum traditione deditio non procedet*, ut loquitur *J. Celsus* Vit. *Caes.* p. 52. DAVIS.

*In Nervios fecissset*] MSS. Reg. et Eliens. in *Nerviis*. Nihilominus eleganter. CLARK. *Nerviis* exstat quoque in Bongars. primo, Lovan. Egmond. et plerisque aliis ac Ed. Incerta. Recte: atque ita legendum docuit Cel. Burmann. ad Quinctil. Decl. 15, 6. *In te solo venefica.* Corrigendus quoque Appul. l. 3. Met. p. 52. *Cape in perfida muliere vindictam.* Sic enim MSSti quatuor. vulgo *de*. Adi etiam Doct. A. Gronovium ad Justin. 1, 7. *si quid in Croeso crudelius consuluisset.* uti praeter alios Codices habet Cantabrig. et uterque Dorvillii mei Codex. Ovid. Metam. 1, 441. *numquam talibus armis Ante, nisi in damis, capreisque fugacibus, usus.* Art. Am. 2, 545. *Hoc in legitima praestant uxore mariti.* Valer. Max. 3, 17. *Ausurum se in tribunis etc.* 5, 9, 3. *Idem fecit in filio.* Quod et restituendum Nepoti in Dion. c. 6. *in filio suam vim exercuit.* ubi vide Doct. van Staveren. Atque ita ex unico MSto

*conditionem, nisi armis traditis: se id, quod in*
[a] *Nerviis fecisset, facturum, finitimisque imperatu-*
*rum, ne quam* [b] *dedititiis* [c] *populi Romani injuriam*
3 [d] *inferrent.* Re nunciata ad suos, quae [e] impera-
4 rentur, facere dixerunt. Armorum magna [f] mul-
titudine de muro in fossam, quae erat ante oppidum, jacta, [g] sic, ut prope summam muri aggerisque [h] altitudinem acervi armorum [i] adaequarent: et tamen circiter parte tertia, ut postea [k] perspectum est, celata, atque in [l] oppido retenta, portis patefactis, [m] eo die pace sunt usi.

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *Nervios.* b *deditiis* Pet. c *populo* V. sec. d *facerent* Edd. R. M. V. e vulgo *illi se quae.* f *multitudo* Pet. g *fuit* Pet. h deest Carr. i *coaeq.* V. pr. Sed eadem manu suprascr. *ad. adaequarentur* Egm. k *compertum* L. pr. et Edd. Aldi, Gryph. Stephan. Plant. aliaeque. l *oppidum* MSS. 2. recentissimi, et Edd. R. M. V. *oppida* V. sec. m *ea* D. pr. Edd. Gryph. Steph. aliaeque. *parte* Scal.

reposuit Ernst. Cortius in Sallust. B. Cat. c. 11. *foeda in civibus facinora facere;* ubi vide. Infra 7, 21. *Quod facere in eo consuerunt.*

*Illi se*] Desunt hae duae voces in MSS. et Edd. Vett. CLARK. In solis Leid. primo, Oxon. et Scalig. haec verba adesse videntur. A ceteris exsulant, et jure. Quare ego quoque relegavi. V. Cap. superius. 7, 90. et B. Civ. 3, 12. *Quae imperaret, facturos pollicentur.* ubi eadem variatio, ut passim.

*Facere dixerunt*] Perperam Hotomannus conjicit, melius fortasse legi, *facturos.* Notissimum est, sub praesenti latere vim futuri, ut 7, 83. Drak. ad Liv. 3, 56, 4. et vel *posse*, vel *velle*, vel *debere* (ut 7, 14. 8, 24.) subintelligi. Ne innumeros citem, adi modo Cl. Graev. ad Cic. Ep. ad Att. 4, 16. *adfirmat, se vivo illum non triumphare:* et quos laudat Cel. Duker. ad Flor. 1, 12. *Adactus miles jurejurando, nisi capta urbe non remeare*, pro remeaturum, seu velle remeare. Hinc sexcenties *agebat* pro *agere volebat*, et similia. Vide et infra ad 3, 13. *regi arbitrabantur.* Ut et viros doctos ad 4, 21. *Obsides dare polliceantur.* et 6, 9. *si obsides velit, dare pollicentur.* 7, 21. *penes eos summam victoriae constare intellegebant.* c. 36. *prohiberi videantur.* c. 62. *libertatem se consequi videant.* quod etiam temere sollicitatur. 8, 52. *Judicabat caussam suam facile obtineri.*

*Sub vesperum*] Hoc bene dictum esse, vidimus ad 2, 27. *ad*

XXXIII. Sub vesperum Caesar portas claudi, 1
militesque [a] ex oppido exire jussit, ne quam noctu 127
oppidani [b] ab militibus injuriam [c] acciperent. Illi, 2
[d] ante inito, ut intellectum est, consilio, quod, deditione facta, nostros praesidia deducturos, aut denique [e] indiligentius servaturos crediderant, partim cum his, quae retinuerant et celaverant, armis; partim, scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus [f] induxerant; tertia vigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones adscensus vi-

VARIAE LECTIONES.

a Desunt Duk. b Sic rursus MSS. c *reciperent* Duk. et Margo Plant. Ed. d *autem* G. Ed. Inc. e *indulgentius* L. 1. Scal. V. pr. inter versus. *intelligentius* V. tert. f *induderant* MSS. Ursini. *incluserant* MS. Urs. L. sec. Carr. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. aliaeque male. V. ad c. 21.

*vesperum*; et 2, 11. *sub occasum solis*. Monendum tamen, egregios Codices, Andinum, Scalig. et Leidensem prim. hic exhibere *sub vespere*. B. Civ. 2, 43. *primo vespere*. Virgil. Aen. l. 5. init. *vespere ab atro*. nam *sub* hoc sensu etiam ablativum recipere, exemplis, ad quae ibi lectorem remitto, videri potest. *Sub bruma* 5, 13. Adde Periz. ad Sanctii Min. p. 675. et Cl. Duker. ad Flor. 2, 11. *sub adventu hostis*.

*Praesidia non inducturos*] Sic MSS. Reg. et Vossii. Graecus item, *μη κατασήσειν*. Al. *praesidia deducturos*. Quod perinde est. CLARK. Probavit hoc etiam Manutius, ediderуntque ita Beroaldus et R. Stephanus. Et sane ita quoque exaratur in Andino, Scalig. Oxon. Leid. primo, secundo, Voss. primo (qui habet *indulturos*) et secundo, ac Cujaciano, habentque Vascos. et Strada in Marg. adeo ut, si ita in Vett. Edd. admissum fuisset, non temere ejecissem. Nunc tamen cum Clarkio intrudere nolui; quia constat, milites jam in urbe fuisse, licet fatear, illos non posse dici esse *praesidium*, sed et quia vulgatum servant MSS. Ciacconii, Brantii, meique ceteri, in quis Bongars. Petav. Lovan. Egmund. etc. *Deducere* hoc sensu 5, 27. *eductos ex hibernis milites ad Labienum deducere*. Liv. 25, 25. *deducto praesidio tradidit tumulum Romanis*. ubi vide Gronovium. Vide et 7, 68. 87. *cohortes ex castello deducit*; ubi vulgo *educit*. Immo videtur potius dicturus fuisse, *non introducturos*. ut B. Civ. 1, 13. ut statim, *intromissis militibus nostris*: nisi quod ibi *inmissis* cum aliis MSS. vel *intro inmissis*, (vide Variantes) aeque probum sit; si

debatur, omnibus copiis repente ex oppido erup-
3 tionem fecerunt. Celeriter, ut ante Caesar [a] im-
perarat, ignibus significatione facta, ex proximis
4 castellis eo concursum est: pugnatumque ab hosti-
bus ita acriter, ut a viris fortibus, in extrema spe
salutis, iniquo loco, contra eos, qui ex vallo tur-
128 ribusque tela jacerent, pugnari debuit; quum [b] in
5 una virtute omnis [c] spes salutis consisteret. Occisis
ad hominum [d] milibus IV, reliqui [e] in oppidum re-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. fere o. et Edd. pp. vulgo *imperaverat*. b Sic MSS. et Edd. Vett. non *una in*. *in* deest B. pr. c *salutis* deest Oxon. adscripsit Ill. Heinsius, *spes salusque*. Sed vide ad 6, 22. d *milia* MSS. et Edd. nonnulli. male. V. infra ad B. Civ. 3, 53. e *oppido* Lov. L. sec. Dorv. Edd. R. V. M.

non melius. *Inmitti milites* frequenter occurrit, hostili animo et, ut praedentur vel occidant, venientes.

*Repente*] Bongars. prim. Lovan. Egmund. Gott. Leid. tert. Vossian. tert. Excerpta Pulm. Ed. Incerta *repentino* habent. Recte: nam et Plautus et Cicero ita locuti sunt. et de similibus vide Heins. et Cl. Burm. ad Ovid. Am. 3, 3, 11. *aeterno*. nisi malis, quod videtur mihi elegantius, *repentinam* cum Petaviano. ut *repentinum periculum* 3, 3. *consilium* c. 8. *res* 5, 28. *adventus* 5, 39. *excursio* 6, 23. *inpetus* 7, 29. vel potius *repentem*; unde ceterae Glossae vel corruptelae natae sunt. Curt. 10, 2. *Quid haec repens consternatio*. Plena manu exempla vide apud Cuper. Obs. 1, 12. et Heinsium ac Burm. ad Ovid. Met. 12, 61. *Seditioque repens*. et quos insuper laudat Drakenb. ad Silii 15, 604.

*Ita acriter*] MSS. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. [*ita acriter* est.] MS. Reg. [*ita* jam *acriter* est.] CLARK. *Est* legitur quoque in MSS. Ursin. et Carrar. ac undecim meis. in Gott. Leid. tert. et Vossiano tert. ac Ed. Incerta exaratur, *pugnatum est ab h. i. ac*. si post *acriter* placet reponi *est*, delendum ex Carrar. post *τὸ concursum*.

*Quum jam defenderet nemo*] In Codice *Carrar*. et editt. *Rom*. *Ven*. et *Flor*. additur, *captum oppidum*, sinè quibus vocibus locus *J. M. Bruto* plane mutilus videtur. Ego vero non dubito, quin studiosi cujusdam sint additamentum, qui materiam, de qua hic agitur, contractam margini adleverat: haec autem adnotatio tandem, ut fit, in contextum orationis est adscita. Sic apud *Silium* Italicum 2, 375. haec leguntur: *Factaque censendi patrum de more potestas Hic Anno, reddi propere certamine rapta Instat et auctorem violati*

jecti sunt. Postridie [a] ejus diei, refractis portis, 6
quum jam defenderet [b] nemo, atque [c] intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Caesar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum 7
[d] numerus ad eum relatus [e] est milium LIII.

XXXIV. Eodem tempore a P. Crasso, quem 1
cum legione una miserat ad Venetos, Unellos, [f] Osismios, Curiosolitas, [g] Sesuvios, [h] Aulercos,

VARIAE LECTIONES.

a *ej. d.* desunt Pet. b *captum oppidum nemo* Reg. L. sec. Dorv. Edd. M. R. V. inepte. c *inmissis* Oxon. Ed. R. Steph. *ultro inm.* L. pr. Scal. d *numeros* Oxon. e abest a Duk. f *Osisinos* vel *Osismos*, *Osimos* MSS. et Edd. Vett. sed vide Ursin. Ciaccon. et Brant. et Cas. ad Strab. p. 298. Ed. Amst. *Οσισίνυς* etiam male Graec. g *Sesunios* Pet. *Sesineios* Duk. *Sesuvicos* L. tert. *Sesuivos* Edd. R. M. V. *Sesumos* Ed. Inc. *Sesuinos* al. h *Aulericos* Edd. R. M. V.

*foederis addit:* Qui ad haec vel minimum sapit, hos versus, licet refragetur *Dausquius*, ineptos esse videt et *Silio* indignos, quod *Fr. Modio* Epist. 81. suboluit; ille tamen non tradit, unde factum, ut ibi compareant. Nimirum quidam in animo habens, Annonis orationem paucis complecti, tres hosce versiculos orae Codicis sui adscripsit, qui a Librariis in *textum* postea sunt recepti. Simili scribarum incuria, dicam? an nimia diligentia corruptus est *Sulpicius Severus* Hist. Sac. 2, 24. *Adversus hos*, inquit, *Alexander acie confligit. Eo proelio vincitur Ptolemaeus, cadit Alexander. Vincitur Ptolemaeus et paullo post interficitur.* Non modo *ταυτολόγως*, sed etiam contra fidem Historiae. Lege: *Adversus hos Alexander acie confligit; eo proelio vincitur: Ptolemaeus cadit. Alexander etiam* (quae vox ab *et* in MSS. lineola tantum distinguitur) *paullo post interficitur*, adeo ut voces, *vincitur Ptolemaeus*, e Glossa in textum irrepserint. Haec maxime concinna videtur *Sulpicii* emendandi ratio. DAVIS.

*Sectionem ejus oppidi universam vendidit*] *Cicero* l. 1. de Inventione: *Hoc commode reprehenditur, si dici potest ex hostibus equus esse captus, cujus praedae sectio venierit, etc.* Qui vero sectionem emebant, *sectores* appellabantur. *Asconius* in Verrem 3. *Sectores autem dicti sunt, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum simul auctionabantur, proque his pecunias pensitabant, postea pro compendio suo singula quaeque populo vendituri etc.* Ea autem auctio hasta proposita fiebat. *Festus: Hastae subjiciebantur ea, quae publice venundaban-*

Rhedones, quae sunt maritimae civitates, [a] Oceanumque adtingunt, certior factus eſt, omnes eas
129 civitates in ditionem poteſtatemque populi Romani eſſe redactas.

1 XXXV. His rebus geſtis [b] omni Gallia pacata, tanta hujus belli ad barbaros opinio [c] perlata eſt, [d] uti ab his nationibus, quae trans Rhenum [e] in-

VARIAE LECTIONES.

a Haec usque ad *civitates* deſunt Pet. b *omnique* L. sec. c *prolata est* Bong. pr. *venit* Egm. d Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *ut ab n.* e *incolunt* L. sec. *colerent* L. tert. et Ed. Inc. non male. Sed v. ad 1, 54.

*tur, quia signum proelii est hasta. Cicero* Philipp. 2. *Hasta posita pro aede Jovis Statoris, bona Cn. Pompeji Magni voci acerbissimae subjecta praeconis. Qui ad illud scelus auctionis auderet accedere, inventus est nemo, praeter Antonium.* Et l. 2. Offic. *Sic par est agere cum civibus, non hastam in foro ponere, et bona civium voci subjicere praeconis.* Ciaccon. Vide *P. Nannium* Misc. 9, 2. DAVIS. Vide Comment. reliquos.

*Sesuvios*] Nullus veterum hunc populum memorat. Ne Caesar quidem alio quam hoc loco. Ursinus et Ciacconius suspicabantur, *Lexovios* legendum. Ego omnino ita corrigo. Nec dubitaſſet eorum alteruter, si attendiſſet, quae verba 3, 9. legantur. sunt autem haec: *Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexovios Nannetes, Ambiliates, Morinos, Diablintes, Menapios adsciscunt.* et c. 11. *Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus* III. *in Unellos, Curiosolitas, Lexoviosque mittit.* ac poſtea eodem libro conjungit iterum *Aulercos* cum *Lexoviis:* ait enim, *Aulerci Eburonices, Lexoviique.* uti superiore loco. nam triplices Aulerci, Diablintes, Cenomani, Eburonices. denique 3, 29. *Exercitum in Aulercis Lexoviisque, reliquis item civitatibus, quae proxime bellum fecerant, collocavit.* In \ et. Cod. Scal. erat *Esbios*, quod fortassis corruptum quis arbitretur ex *Essuos*, quorum 5, 24. meminit. Sed corrupte ibi legi notabimus, ubi ad eum locum deventum erit. Facile autem *Lexovii* vel *Lexuvii* mutari in *Sesuvii* potuit, nam saepe videas in Vett. Codd. haec nomina a minore litera incipere, et tum persimiles sunt *s* et *l.* itaque unum tantum *x* in *s* mutari praeterea opus. tum habes pro *Lexuviòs*, *Sesuvios*. VOSS. Vide *Hadr. Valesium* not. Gall. p. 494. DAVIS. Adde 7, 75.

*In ditionem potestatemque redactas*] Sic recte Ursinus et Ciacconius, ac Scaligeri et seqq. Edd. atque ita forſan MS. Oxoniens. Reliqui tum editi, tum scripti, quod sciam, *deditionem.* Sed vulgo Viri docti ubivis jam malunt, *ditionem.* Vide Ferrar.

colerent, mitterentur legati ad Caesarem, quae se obsides daturas, imperata facturas, pollicerentur. Quas legationes Caesar, [a] quod in Italiam Illyri- 2
cumque properabat, [b] inita proxima aestate ad se reverti jussit. Ipse in [c] Carnutes, Andes, [d] Turo- 3
nesque, quae civitates propinquae [e] his locis erant, ubi bellum gesserat, legionibus in hiberna deductis,

VARIAE LECTIONES.

a *eo quod* B. pr. a m. sec. V. 1, 23. b *initio proximae aestatis* Cuj. et Leid. pr. Vide ad C. sec. c *Carnotes* B. pr. d *Turones* vulgo. sed MSS. et Edd. Vett. addunt *que* vel *quae*. B. pr. *T. quaeque*. e *in iis locis prop*. Edd. R. M. V.

ad Cicer. Phil. 4, 5. et Gronovium ad Livium plurimis in locis, Cl. Duker. ad Flor. 1, 18. aliosque. Sic etiam MSS. Salm. et Harlem. apud Sueton. Caes. 79. *Piratas quum in ditionem redegisset*. vulgo. *deditionem*. ut *venire in deditionem*, de quo agemus ad B. G. 6, 9. Vide tamen, an ubique contra MStos ejici debeat *de*; si construatur cum verbo *redigere* et *venire*. et an non significare possit, redigere hostem eo, ut se dedat; et *venire in deditionem* sit dedere se, praesertim quando, ut hic, additur, *in potestatem*. quae vox temere Grutero suspecta est, et male a Leidens. primi contextu abest. *Ditio* et *potestas* junguntur a Cic. Orat. de lege Agraria contra Rull. c. 27. *Redigas in istam decemviralem ditionem ac potestatem*. pro Quinctio c. 2. *Cujus in ditione ac potestate sunt*. Discernit etiam Livius 26, 43. *Qui simul in potestate vestra erunt, ex templo omnia in ditionem tradent*.

*Quae se obsides daturas*] MSS. Reg. et Eliens. *qui*. CLARK. *Qui* etiam est in Oxon. Duker. Leid. tert. Gott. et Ed. Inc. quod probari posset. *qui daturos* et *facturos* Leid. sec. et Celsus. Sed vetustiores rectius servant *quae*; immo Leid. prim. addit *nationes*; quod optime Caesaris stilo convenit. Adi notata ad c. 18. *Loci natura erat haec, quem locum*, et 3, 1.

*In hiberna*] Frequens et ubivis obvia locutio. Sed Bongars. primus, Lovan. Buslid. Egmund. Petav. et Gottorp. a m. pr. Leid. tert. Excerpta Pulm. et Edd. Incerta ac Plant. a Lipsio procurata exhibent, *hibernacula*. Eodem sensu, quo *hiberna*. Et certe sic ea vox sumitur apud posteriores scriptores, et Claudian. Cons. Hon. 4, 322. ubi vide Barthium. nam aliter sumi solent a Livio et aliis *hibernacula* pro tentoriis, quae hieme pellibus erant contecta. Vide tamen Cel. Wasse ad Sallust. B. Jug. c. 110. (103.) *Marius exercitu in hibernaculis composito*. Sic certe MSS. uno alteroque recentiore excepto, et Edd. Vett. Cl. tamen Cortius ibidem et c. 37. ubi eadem variatio, negat, *hibernacula* poni posse pro *hibernis*

4 in Italiam profectus est. Ob [a] easque res, ex litteris Caesaris, dies XV subplicatio [b] decreta est, quod ante id tempus [c] accidit nulli.

VARIAE LECTIONES.

a *Eas* Edd. Fl. Scal. et recentiores contra MSS. o. et Edd. Vett. *quas ob r.* Carr. b *decreta concessa* Dorv. c Sic MSS. mei omn. item Urs. Carr. et Ed. Inc. aliaeque. *accidat* corrupte Edd. R. M. unde vulgo *acciderat.*

in urbe actis; quare confidenter in textum admisit *hiberna.* Concedo quidem, ita rarissime usurpari; sed inveni tamen apud Nepotem in vita Agesilai c. 3. ubi, cum antea dixisset, eum *Ephesum hiematum exercitum reduxisse, etc.* subjicit: *Huic quum tempus esset visum, copias extrahere ex hibernaculis.* Ergo et illic scribendum *ex hibernis* contra MSStos Codices. Adde vitam Eumenis c. 8. Livius etiam, cum scripsit 22, 32. *hibernaculis mature communitis,* aeque potuisset relinquere *hibernis.* nam semper *hiberna* non fuerunt in urbibus, sed modo in locis munitis, ut vel e solo Caesare saepius potest patere. Ceterum hic in Bongars. primo, Voss. primo, Lovaniensi, Egmund. item in vetustissimo Cod. S. Benedicti Floriacensis atque Scaligerano per D. Vossium collato, majusculis characteribus inter alia haec erant adscripta, de quibus ad inscriptionem operis monui:

JULIUS CELSUS CONSTANTINUS V̄C̄ LEGI.

FLAVIUS LICERIUS FIRMINUS LUPICINUS LEGI.

# C. JULII CAESARIS 131
# COMMENTARIORUM
## DE
# BELLO GALLICO
## LIBER III.

---

**ARGUMENTUM LIB. III. DE BELLO GALLICO.**

*Ser. Galba Legatus quasdam inter Alpes et Rhodanum sitas gentes, secundis aliquot proeliis, subigit.* **II.** *Sedunos Veragrosque rebellantes gravi clade affligit.* **VII.** *Eodem tempore et rebellant Veneti, Unelli, Curiosolitaeque, et alii ad Oceanum in Celtica populi.* **XII.** *Caesar, diu frustra terrestri bello lacessitis Venetis,* **XIV.** *tandem navali eos superat.* **XVII.** *dum interea etiam legati, Q. Titurius cum Unellis;* **XX.** *P. Crassus cum Aquitaniae compluribus populis, feliciter bellum gerunt.* **XXVIII.** *Caesar, Morinos Menapiosque adgressus, ob anni tempus exercitum reducit.*

---

1 I. Quum in Italiam proficisceretur Caesar, Serv. Galbam cum legione duodecima, [a] et parte equitatus, in [b] Nantuatis, Veragros, Sedunosque misit, qui ab finibus Allobrogum, et lacu Lemanno, et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent.
2 Caussa mittendi fuit, *quod iter per* [c] *Alpis, quo magno cum periculo, magnisque* [d] *cum portoriis*
3 *mercatores ire* [e] *consuerant, patefieri volebat.* [f] Huic
132 permisit, si opus esse arbitraretur, uti in [g] eis lo-
4 cis legionem, hiemandi caussa, conlocaret. Gal-

VARIAE LECTIONES.

a *Ac* Egm. b MSS. plerique et Edd. Vett. usque ad Ed. Plant. hic et infra male *Antuates* vel *Mantuates*. V. Comment. et Cas. ad Strab. p. 313. Ed. Amst. Pet. *Nantuatos*, sed *is* Accus. est in B. pr. L. pr. Sc. V. pr. sec. c sic V. pr. d vulgo deest *cum*. e sic B. pr. V. pr. Egm. et 5 alii cum Edd. pp. f *hic omisit* V. sec. g sic Lov. et Edd. add. alii *his* vel *iis*.

*Serv. Galbam*] Errat vehementer Glandorp. quando hic legi vult, *Sergium Galbam*. Nam *Sergius* gentis est nomen; *Servius* vero praenomen, et peculiare quidem gentis Sulpiciae. Adi Ursinum et Casaubon. ad Sueton. Galb. c. 4. Scott. ad Aurel. Vict. de Viris Ill. c. 47.

*Quo itinere*] Deest in plerisque Codicibus. CLARK. Hanc praecedentis substantivi repetitionem frequentem esse in Caesare, multis ostendi ad 2, 18. et 35. Sic mox *in vico, qui vicus.* 5, 2. *Ad portum Itium, quo ex portu.* Verum contra MSS. ubivis intrudendam esse non opinor: quare hic Cl. Clarkio non ausculto. quippe *itinere* non comparet, quantum scio, neque in ullo Codice, nec in Ed. Veteri.

*Magnisque p.*] MSS. et Edd. Vett. *cum portoriis*. Quae verior lectio. CLARK. Recte hic judicat Clarkius. agnoscunt praepositionem repetitam tum aliorum tum mei MSS. omnes et Edd. primae, ex constanti Caesaris stylo. Adi collectanea ad 2, 10. Sic 1, 44. *Secum et cum Sequanis.* Infra c. 23. *magna cum auctoritate, et magna cum hominum multitudine.* quae loca adscripserat Cl. Wasse. 5, 53. *quanto cum periculo, et quanto cum virtute*; ut est in plerisque MSS. 6, 11. *In omnibus civitatibus et in omnibus pagis*, e MSS. Non nego, facile abesse posse; sed nec prius *cum* erat necessarium: at aliter visum Caesari. Sic e MSS. restituimus 4, 44. *ad lacessendum et ad committendum proelium.* 8, 41. *sine periculo et sine suspectione hostium.* B. Civ. 1, 72. *sine pugna et sine vulnere suorum.* c. 73. *sine timore et sine stationibus.* 2, 28. *Apud Domitium et apud se Quaestorem*, 3, 6. *ex victoria et ex liberalitate.*

ba, secundis aliquot proeliis [a] factis, castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum [b] undique legatis, obsidibusque datis, et pace facta, constituit, [c] cohortis duas in Nantuatibus conlocare, [d] et ipse cum reliquis ejus legionis cohortibus in vico Veragrorum, qui adpellatur [e] Octodurus, hiemare. qui vicus, positus in valle, non 5
magna [f] adjecta planicie, altissimis montibus [g] undique continetur. Quum hic in duas partes flumine 6
divideretur, alteram partem ejus vici Gallis con-

VARIAE LECTIONES.

a Deest Edd. R. V. M. b deest Lov. in Voss. pr. inter versus. c Sic V. pr. d exsulat τὸ *et* vulgo. e Sic B. pr. recte. V. Ciacc. MSS. reliqui et Edd. Vett. *Octodorus*. f *abjecta* L. pr. g deest Lov.

*Portoriis*] Ita vocat pecuniam, quam a mercatoribus exigebant incolae, ut per ea loca merces suas liceret *portare*. Sic apud *Suetonium* Jul. c. 43. *peregrinarium mercium portoria* sunt pretium, quod ob importatas merces peregrinas solvitur. Vim vocis non intellexit Metaphrastes, qui vertit πολλοῖς φορτίοις, quasi *portoria* idem denotarent, ac *onera*. DAVIS.

*Ipse etc. hiemare*] Ut videtur, Scaliger et Recentiores ejecerunt copulam *et* Ursini suasu, qui duobus Codd. abesse eam dicit, sed caussam non video tam temere eam proscribendi. Agnoscunt eam mei MSS. et Edd. priores, ad unum omnes. Quare revocavi. Idem Ursinus supra, *in eis locis*, frustra suspicatur, *locis* esse adjectitiam vocem, explicandi caussa.

*Hic in d. p. flumine divideretur*] Parum vel nihil refert. Monendum tamen, ex Codicum vestigiis legendum videri, *hunc flumen divideret*; nisi altius vulnus inhaereat latenter, de quo inquirendum erit. Primo pro *hic* comparet *hinc* in Bongars. primo, Petav. Leid. pr. Scalig. Lovan. Egmund. et duobus aliis. *Huic* in Ed. Inc. *hac* Dorvill. *hunc divideret* habent Andin. Gottorp. et Voss. tert. Dein *flumen* exaratur in Bongars. primo, Petav. Lovan. Egmund. Gottorp. et tribus aliis. Verum Metaphrastes non facit mentionem τοῦ *fluminis*: ait enim: διῃρημένης οὖν εἰς δύο μέρη ταύτης, ἕτερον μὲν etc. quasi ipse per juratum agrimensorem limites divisisset. Immo vix video, quomodo hic flumini locus sit in vico, qui undique altissimis continebatur montibus; stagnum potuit esse aquarum de montibus in hanc vallem decidentium. Atque ita cepit Orosius 6, 8. *Mediamque oppidi partem, quae torrente distinguebatur*; nec raro *flumen* de *torrente* dicitur: unde junctim occurrit *flumen torrens*. Sed mi-

ceſſit, alteram, vacuam ab [a] illis relictam, cohortibus ad hiemandum adtribuit. Eum locum vallo [b] foſſaque munivit.

1 II. Quum dies hibernorum complures transis-
133 sent, [c] frumentumque eo comportari juſſiſſet, subito per exploratores [d] certior factus eſt, ex ea parte vici, [e] quam [f] Gallis conceſſerat, omnes noctu disceſſiſſe, [g] montesque, qui [h] inpenderent, a maxima multitudine Sedunorum et Veragrorum teneri.

### VARIAE LECTIONES.

a *iis* et *his* MSS. et Edd. qdd. b deeſt Oxon. c *et fr.* MSS. Urs. et L. pr. deſunt usque ad *subito* in Edd. R. M. V. d *Caesar f. e. certus* V. sec. incpte. e *qua* V. sec. f deeſt V. tert. G. g *que* abeſt a V. pr. h *inpedirent* L. pr. Egm. V. sec.

rum, alibi in tota hac hiſtoria *fluminis* non haberi rationem; cum ab hac parte aliquo modo tutus eſſe potuerit Galba.

*Alteram partem — attribuit*] MSS. et antiquitus editi habent: *alteram partem ejus vici Gallis* ad hiemandum *concessit*, *alteram vacuam ab illis relictam cohortibus attribuit*. Voces autem transpositas loco suo reſtituit insignis *Hotomanni* et *Ciacconii* conjectura. Suſpicor tamen, bigam illam vocum ex Glossemate ortum habuiſſe; cum enim oris Codicum eſſent adlitae, ut doceretur, quamobrem altera pars vici cohortibus fuit attributa, tandem, ut fit, in textum irrepsere, licet imperitia scribarum loco non commodo illas donaverit. Hoc eo fit probabilius, quod Graecus interpres verba, de quibus agimus, in suo Codice non invenit. Certe hujusmodi Gloſſis non paucae etiamnum foedantur veterum loca. Sic apud *Minucium Felicem* in Oct. p. 27. legimus: *Audio eos* (Chriſtianos) *turpissimae pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari*, ubi vocem *asini* nescio quis inſersit, ne scilicet nesciremus, quodnam animal nomine *turpissimae pecudis* intelligeret *Minucius*. Similiter apud *Justinum* Martyrem Apol. 2, 6. p. 12. edit. Oxon. voces *Ποσειδῶνος καὶ Πλύτωνος* e margine in textum sunt admiſſae, sed alieno loco poſitae; cum, ut senſus aliquis eliciatur, eſſent poſt verba, *τῶν λεχθέντων ἐκείνῳ ἀδελφῶν*, inserendae. DAVIS. Transpositio ex conjectura Hotomanni et Ciacconii, quos secuti sunt Recentiores. Habent enim MSS. et Vett. Editt. ( — *Gallis* ad hiemandum *concessit*; *alteram — cohortibus attribuit*. Caeterum cum hae voces, *ad hiemandum*, a Graeco Interprete sint praetermiſſae; ingeniose conjicit Davisius, eas, oris Codicum primo adscriptas, in Textum deinceps irrepſiſſe. CLARK. Gott. et

neri. Id [a] aliquot de caussis acciderat, ut subito 2
Galli belli renovandi, legionisque obprimendae con-
silium caperent. [b] Primum, quod legionem, ne- 3
que eam plenissimam, detractis [c] cohortibus dua-
bus, et compluribus [d] singillatim, qui, commeatus
petendi caussa, [e] missi erant, [f] absentibus, propter
paucitatem despiciebant: tum etiam, [g] quod, pro- 4
pter iniquitatem loci, quum ipsi ex montibus in
vallem [h] decurrerent, et tela conjicerent, ne pri-
mum quidem posse inpetum [i] suum sustineri, exi-

VARIAE LECTIONES.

a *aliquibus* MSS. 2. b *primo* Edd. R. M. V. c *cohortis cohortibus* V. pr. d vulgo *sigillatim*. e *amissi* B. pr. a m. pr. f deest B. pr. Lov. Egm. et 3. aliis ac Inc. Ed. In Petav. est inter versus. g deest Cuj. L. pr. Scal. h *decucurrerent* B. pr. i vulgo abest *suum*.

Voss. tert. non agnoscunt illa: *alteram partem ejus vici Gallis ad hiemandum concessit*. In Scaligero est, *altam partem*.

*Neque eam plenissimam*] Orosius et Freculphus *vix mediam* vocat. VOSS. *Tam plenissimam* exaratur in Bong. Vossiano pr. Lovan. Egmund. cum sex aliis, et Edd. Rom. Inc. Mediol. Ven. Vir doctus conjecit *jam*, sed vulgata non est sollicitanda temere; aut *tam* e MSS. recipiendum. Adi ad 1, 44. *Munera tam amplissima*.

*Sigillatim, qui*] Reponit *Hotomannus*, *qui sigillatim*. Ejus conjecturae favet Graecus interpres; vertit enim: οἱ καϑ' ἕνα. DAVIS. Sed nihil opus. CLARK. Recte autem Ursinus et Brantius monent, in MSS. et Edd. Vett. esse *singulatim*, vel *singillatim*. Quorum posterius cum Graevio, aliisque praefero. Ex meis *singillatim* praeter Edd. primas et insequentes habent Bongars. pr. Petav. Lovan. Oxon. Egmund. Dorvill. pluresque. *Singulatim* vero Vossianus prim. et Duker. quod nonnullis magis placet. Utrumque servant Codices praestantissimi, nec obstat analogia. Vide Faern. ad Ter. Phorm. 5, 9, 42. qui *singillatim* edidit, Cl. vero Bentl. *singulatim*. Eodem modo Wasse et Cortius differunt in loco Sallustii Cat. 49. ubi vide. sed *singillatim* etiam MSS. 6, 5. 52.

*Ne primum quidem posse impetum sustineri*] MSS. et Editt. Vett. (*ne primum quidem posse* (scilicet legionem illam) *impetum suum* sustinere.) Quae Lectio elegantior est, et sine caussa a Scaligero ac Recentioribus mutata. Graecus ὡδὲ τὴν πρώτην ΣΦΩ͂Ν ὁρμὴν τοὺς ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΔΕΞΕΣΘΑΙ. CLARK. *Suum* consensu omnium MStorum, et

5 stimabant. Accedebat, quod suos [a] ab se liberos [b] abstractos [c] obsidum nomine dolebant; et Romanos, non solum itinerum caussa, sed etiam perpetuae possessionis, culmina Alpium occupare conari, et ea loca finitimae provinciae adjungere, sibi persuasum habebant.

III. His nunciis [d] acceptis, Galba; quum ne-
134 que opus [e] hibernorum, munitionesque [f] plene essent perfectae, neque de frumento, [g] reliquoque commeatu satis esset provisum; quod, deditione facta,

VARIAE LECTIONES.

a *a* MSS. 3. b *abstrahi* L. tert. et Ed. Inc. c *obsidii* V. sec. d deest Edd. R. V. M. e *tempus h.* MSS. Urs. Ciacc. Oxon. V. pr. pro Var. R. f *plenae* B. pr. V. pr. L. sec. Dorv. et Edd. pp. g *aliquoque* Duk.

Edd. ante Scal. (qui Faernum id delentem secutus est,) et postulante Caesaris perspicuitate, reposui; at *sustineri* in Activum mutari non opus est; licet varient MSS. nam Vascos. Aldus, Gryph. Steph. Strada, Plantin. aliique etiam habent *sustineri*, et servant Bongars. Petav. Oxon. Leid. prim. Scalig. Egmund. et alii multi.

*Itineris*] Sic MS. Reg. Al. MSS. Editt. Vett. *itinerum*. CLARK. Caussam non video, cur ex uno Regio codice *itineris*, quod jam Hotom. et Brantius e MSS. correxerant in *itinerum*, in textu refinxerit Clarkius. Accedunt quidem Carr. Leid. sec. Dorvill. et Edd. Rom. Med. ac Ven. sed ceteri, iique vetustiores omnes, retinent *itinerum*; quomodo saepissime loquitur Caesar.

*Sibi persuasum habebant*] Minus usitata, imo insolens locutio. Nullus, quod sciam, veterum dixit, *mihi persuasum habeo*; sed, *mihi persuasum est*. Itaque cogitabam, an alia distinctione, et litera tantum una mutata, scribere liceret: *Et Romanos, non solum itinerum caussa, sed etiam perpetuae possessionis, culmina Alpium occupare conari, et eo loco, finitimae provinciae adjungere sibi, persuasum habebant.* VOSSIUS.

*Opus hibernorum munitionesque plene essent perfectae*] Hic ferrum et ignem adhibet *P. Ciacconius:* vel enim legit, *opus hibernorum plene esset perfectum*, vel deleta prima vocula, *hibernorum munitiones plene essent perfectae;* sed nulla opus mutatione; est enim ἓν διὰ δυοῖν et *opus hibernorum munitionesque* idem significat, ac *opus munitionum hibernorum*. Sic apud *Virgilium* Aen. 1, 65. — *molemque et montes insuper altos Imposuit* — hoc est, *molem altorum montium*. Vide *G. J. Vossium* Inst. Orat. l. 5. p. 313. DAVIS. Nodum hic in scirpo quaerit

[a] obsidibusque acceptis, [b] nihil de bello [c] timen-
dum exiſtimaverat; consilio celeriter [d] convocato,
sententias exquirere coepit. quo in consilio, quum 2
[e] tantum repentini periculi praeter [f] opinionem ac-
cidiſſet, ac jam omnia fere superiora loca [g] multi-
tudine armatorum completa conſpicerentur, neque
subsidio veniri, neque commeatus subportari, in-
terclusis itineribus, poſſent; prope jam deſperata 3
salute, nonnullae [h] hujusmodi sententiae diceban-
tur, ut, inpedimentis relictis, eruptione facta, [i] iis-

VARIAE LECTIONES.

a *que* exſulat ab Edd. R. M. V. b *nil existimaret* Ed. Dav. contra MSS. et Edd. o. c *timendo* B. pr. d *revocato* G. L. tert. pro V. l. Ed. Inc. e *in tant.* V. pr. sec. Egm. Scal. Ed. Inc. f *opinationem* B. pr. a m. pr. g deeſt Duk. V. sec. h *hujuscem* G. *ejusm. dic. sent.* L. pr. i MSS. et Edd. odd. *hisdem, isdem* et semper.

Ciacconius, dum vel (*opus*) vel (*munitionesque*) delendum exiſtimat. Nam praeterquam quod, *opus hibernorum munitionesque*, idem significare poſſit ac, *opus munitionum hibernorum*, (id quod annotavit Davisius;) liquet porro, vocem, *opus*, latiore omnino significatu uſurpari, quam *munitiones*. CLARK. Refellitur Ciacconius maxime simili noſtri loco B. Civ. 1, 20. *Opera munitionesque prope esse perfectas.* Hirt. de B. Alex. c. 1. *Munitiones operibus augentur.*

*Existimaverat*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Editt. Rom. Recentiores, *existimaret*. IDEM.

*Consilio celeriter convocato*] Ita hic et paullo poſt legitur in editt. *Rom.* et *Ven.* quemadmodum etiam ex conjectura reposuit *J. F. Gronovius* ad *Livii* 44, 11. Alii Codd. habent, *concilio celeriter convocato*, et, *quo in concilio*. Mendose. DAVIS. *Consilio* hic et paullo poſt recte Bong. pr. Lovan. Oxon. Egm. et tres quatuorve alii cum Edd. primis. V. et ad 5, 28. *ad consilium rem deferunt.*

*Posset*] Codd. plerique *possent*. CLARK. Male itaque revocavit ille singularem; nam praeter Edd. primas, etiam Stephanus, Scaliger, Davisius aliique ediderunt *possent*: quod exhibent mei omnes. Adi ad 2, 5. *Commeatus ut sine periculo ad eum portari possent*, ut legendum diximus.

*Rei eventum experiri*] Ne haec quidem phraſis sueta scriptoribus antiquis. Fulvius Ursinus non incommode *opperiri* emendabat. Anonymus a' *Quo tamen consilio non rejecto, sed dilato, elegerunt armis potius experiri, quam fuga, siqua esset ad salutem via.* Etiam Gron-

dem itineribus, quibus eo pervenissent, ad salutem
4 contenderent. Majori tamen parti placuit, hoc reservato ad extremum consilio, interim rei [a] eventum experiri, [b] et castra defendere.

1 IV. Brevi spatio interjecto vix, ut [c] his rebus,
135 quas constituissent, conlocandis, atque [d] administrandis tempus daretur, hostes ex omnibus partibus, signo dato, [e] decurrere; lapides, gaesaque
2 [f] in [g] vallum conjicere. Nostri primo integris viribus fortiter repugnare, neque ullum frustra telum

VARIAE LECTIONES.

a Deest *rei* Edd. R. V. M. b *et* abest copula a B. pr. c deest *his* sive *iis* a B. o. Pet. Lov. Egm. et 3 aliis cum Ed. Inc. d *ministr.* MSS. 5. et Ed. Inc. *quas* non est in Pal. Dorv. e *dec. in pedes*, *l.* V. pr. sec. Duk. f Sic recte Urs. et seqq. MSS. duo *gessa* et Edd. Vett. vel *gesa*, ut in Glossis Philox. *tela* male MSS. plurimi et Ed. Inc. *caesa* B. pr. V. pr. Lov. *iesa* Pet. *hastas*, *tela* L. pr. quae merae Glossae; ut alibi. g *vallem* L. pr. V. sec.

eus: τῆς τούτου τοῦ πράγματος ἀποβάσεως πειρᾶσθαι. Itaque ego omnino reor Caesarem scripsisse, *experiri*. Et puto licere dicere, *experiri quomodo res procedat*, nam idem hic eventus est. VOSS. Haec loquendi ratio insolens visa est *F. Ursino*, qui propterea emendavit, *rei eventum* opperiri. Sed absque causa sontica. *Curtius* 5, 8, 17. *Ut eadem constantia animorum, qua praeterita tolerastis, experiamini, quicquid deinde fors tulerit*. Sed et *noster* B. G. 2, 16. *belli fortunam experiri* dixit. DAVIS. Recta haec omnino et sana sunt. Livius 25, 27. *fortunam navalis certaminis experiri*. Justin. 2, 11, 19. 5, 6, 7. *fortunam maris experiri*. Eadem conjuncta verba habet Curtius 8, 13, 12. *Parva rei discrimine, summae experiebatur eventum*. Noster 1, 31. *fortunamque, quaecumque accidat, experiantur*. Vide etiam ad 7, 78. B. Civ. 2, 30.

*Rebus quas constituissent collocandis*] In V.V. CC. legitur quoque *colloquendis*, quod Hotomanno impense placet. Ego neminem ita locutum memini. Plautus Milite *colloqui aliquem* dixit: at non, *colloqui rem aliquam*. Tacito frequens, *disserere rem aliquam*. sic 1 Annal. *bona pacis in cassum disserebant*. Sed minus id usitatum aevo Juliano. Itaque damno prorsus sententiam Hotomanni. Praesertim cum Caesar dicat jam constitutum de rebus fuisse, quid igitur postea colloquio opus? VOSS. Haec locutio non satis proba videtur *J. M. Bruto*; ejus nimirum animo non obversabatur locus *Hirtii*, qui *rebus omnibus confectis et collocatis* usus est Bell. Alex. c. 33. DAVIS. Mire nugantur, qui emendant, *collo-*

ex loco superiore mittere: [a] ut quaeque pars castrorum [b] nudata defensoribus premi videbatur, eo occurrere, [c] et auxilium ferre: sed hoc superari, quod 3
diuturnitate pugnae hostes defessi [d] proelio excedebant, alii integris viribus succedebant: quarum 136
rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat; ac non modo defesso ex pugna excedendi, sed 4
ne saucio quidem [e] ejus loci, ubi constiterat, relinquendi, ac sui [f] recipiendi facultas dabatur.

V. Quum jam amplius horis VI continenter pu- 1

VARIAE LECTIONES.

a *et quaecumque* And. L. pr. Scal. MSS. Urs. Cuj. Ed. Steph. *ut quaque* Egm. b *denud.* Car. Duk. c *et ei* Pet. d *cum pr.* V. pr. inter versus, Edd. Aldi, St. Gryph. Plant. male. e *et* L. pr. *eo* Scal. f *parciendi.* L. pr.

*quendis.* CLARK. Bene defendunt hanc lectionem contra MSS-tos aliquot, in quibus et Bongars. prim. cum Edd. quibusd. et viros doctos, Vossius et Davisius. Geminus plane locus est Ciceronis ad Famil. Ep. 2, 13. in f. *Cum prima aestiva attigissem, militaremque rem collocassem:* ubi itidem Ursinus reponendum conjicit, *militemque in ea.* Gruterus hic conjecerat: *vix ut de rebus, q. c., conloquendi, ne dum administrandi.*

*Gaesaque in vallum conjicere*] Gaesa tela sunt Gallica. *Servius* ad *Virgilii* Aen. 8, 662. *Gaesa,* inquit; *hastae viriles; nam etiam viros fortes Galli Gaesos vocant.* Vide quae collegit *J. Lipsius* Pol. 4, 4. DAVIS.

*Neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere*] Iterum nugatur Hotomannus, et legit *inferiore.* Nam, inquit, Galli edita loca armatis compleverant. Fateor, sed iidem decurrerant in vallem subjectam. Jam qui e vallo in planitiem tela conjicit, ille ne ex loco inferiore jaculatur? λῆρος. VOSS. Nec minus mire hic dormitarunt viri eruditi, Ant. Muretus, (Var. Lect. 10, 15.) qui hoc ad *Gallos* et *montes* transferendum vellet; et Hotomannus, qui emendat, (*ex loco* inferiore.) Cum nihil manifestius sit, quam (*ex loco* superiore,) idem esse videlicet atque (*ex vallo.*) Uti annotavit Brantius et Vossius. CLARK. Adi 1, 26. et Yv. Villiom. in Controv. Titil 6, 11. quae recte citat Brantius.

*Occurrere*] Ill. Heinsius margini pro conjectura adlevit, *accurrere:* et Leidensis prim. ac tert. cum Ed. Incerta exhibent *concurrere.* frustra. *Occurrere* idem est, quod celeriter succurrere, et, ut suo more explicat Caesar, auxilium ferre; sive simpliciter, praesto esse. Adi Cel. Burm. et quos laudat, ad Sabini Epist. Demoph. vers 19. *Forsitan*

gnaretur, ac non ſolum vires, ſed etiam tela no-
ſtris deficerent, atque hoſtes acrius inſtarent, lan-
guidioribusque noſtris, vallum ſcindere, et [a] foſſas
complere coepiſſent, resque eſſet jam ad extremum
2 perducta [b] caſum, P. Sextius Baculus, primipili
centurio, quem Nervico proelio compluribus con-
fectum vulneribus diximus, et item [c] C. Voluſenus,
tribunus militum, vir et conſilii magni et virtutis,
ad Galbam [d] accurrunt, atque unam [e] eſſe ſpem ſa-
lutis docent, ſi, eruptione facta, extremum auxi-
3 lium experirentur. Itaque, [f] convocatis centurio-

VARIAE LECTIONES.

a *foſſam* B. pr. b vulgo *ded.* c MSS. et Edd. pp. *Gajus* vel *G.* et ſtatim *viri* MS. Scalig. d *occurrunt* L. pr. Ed. Scal. V. cap. praec. *accurrerunt* MSS. 3 Ed. Inc. e deeſt MSS. Urs. et Oxon. f *vocatis* Duk.

*aut nondum fractis occurrere rebus.* ac ſocerum ad Val. Max. 1, 7. Ext. 10. et Snakenburg. ad Curt. 7, 5, 10. *Ut filiis ſuis occurrerent.* Infra 7, 24. *Ut quo primum occurreretur, vel cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſit.* c. 84. *Nec facile pluribus locis occurrit.* Hirt. B. Afric. c. 17. *Subſidio ſuis occurrunt*: ubi eadem varietas. c. 85. *ut ſuis ſubſidio occurrerent.* c. 31. *donec ſibi veteranorum pars in ſecundo commeatu occurriſſet.* Adde c. 79.

*Non modo defeſſo*] Pro eo, quod eſt *non modo non*; alteram enim e particulis negativis omittunt boni auctores. Vide notat. ad B. G. 8, 33. DAVIS. V. et ad 2, 27.

*Vires et tela noſtris deficerent*] Dativum hic mordicus retinent MSS. et Edd. Vett. cum tamen 2, 10. *Atque ipſos res frumentaria deficere coepit*: ubi nonnulli *ipſis*. Quare emendat Heinſius hic quoque pro loquendi more, optimis ſcriptoribus adhibito, *noſtros*, ad Ovid. F. 3, 665. additque locum B. Civ. 2. 4. *Noſtros vires laſsitudine deficiebant*, ſed et illic vulgo, et in pleriſque MSS. exſtat *noſtris*; ſed Leid. *noſtro*, et Petav. Voſſian. aliique, *noſtros.* B. G. 5, 32. *Ut eum omnia deficere viderentur.* ubi itidem variatur. Accuſativum tamen omnes MSS. retinent 7, 50. *quem jam ſanguis viresque deficiunt*, et longe plurimi B. Civ. 3, 99. *eum vires deficerent*: eumque praefero; forſan hic abeſſe poſſet, praeſertim quia ſequitur *noſtris*: etiam *vires deficere exercitum* dixit Livius 28, 15. Plura vide in notis Cl. Burm. ad Phaedr. 5, 5. *turbam deficiunt loca*; Drakenb. ad Silium 8, 661. et 10, 193. *Non haſta viros, non deficit enſis*: quo utroque loco conſtanter MSS.

nibus, celeriter milites certiores [a] facit, paullisper intermitterent proelium, ac tantummodo tela missa exciperent, seque ex labore reficerent; post, [b] dato signo, ex castris erumperent, atque omnem spem salutis in virtute ponerent.

VI. Quod jussi sunt, faciunt; ac subito omni- 1
bus portis eruptione facta, neque cognoscendi, 137
quid [c] fieret, neque sui conligendi hostibus facultatem relinquunt. [d] Ita commutata fortuna, eos, qui in spem [e] potiundorum castrorum venerant, undique circumventos, interficiunt, et ex hominum mi-

VARIAE LECTIONES.

a *facti* V. prim. acute. b Sic MSS. plerique. *a. d. e* vulgo. *ex* deest Edd. R. V. M. c *facerent* L. pr. d *itaque* L. pr. V. pr. sec. e vulgo *potiendorum*.

tamen Dativum habent; uti et apud Valer. Maxim. 5, 1. Ext. 3. *Nisi vinum nobis defecisset.* et 7, 10. Ext. 1. *Tempus deficiet externa narrantem*, multi, *narranti*. Consule soceri mei notas, et Cort. ad Plin. Ep. 3, 9, 9. Et fors utrumque casum usurparunt antiqui: unde et *deficio* neutrum et *deficior* formarunt. de passivo plura ad 8, 3.

*Deducta*] Male Scaliger Ciacconii conjecturam in textum recepit. In Marg. Ed. Plant. *producta*. Omnes vero MSS. et Edd. habent *perducta*, id est, plane deducta: quae vis praepositionis *per* in omnibus fere compositis.

*P. Sextus Baculus*] Orosius et exscriptor ejus Freculphus *Pacuvius* corrupte habent. In Anonymo nostro, ut antea, constanter est, *P. Sextius Baculus*. VOSS. Editt. *Rom.* et *Ven.* (et Med.) exhibent, *P. Sextius Bibaculus*, et hoc modo ubique reponendum censuerunt *Joan. Brantius* et *Fr. Hotomannus*, quem vide ad B. G. 2, 25. DAVIS.

*Eos qui in spem potiendorum castrorum venerant*] Ciacconius et Ursinus, *qui spe p. c. venerant* legunt, absurde profecto. Nam omnino haec differunt: ait Caesar, barbaros jam spem habuisse castra expugnandi: illi, eos venisse, ut castris potirentur. Sic etiam locutus 1, 18. *Si quid accidat Romanis, summam in spem regni per Helvetios obtinendi venire.* VOSS. Sic quoque 7, 12. *In spem auxilii venerunt.* c. 29. *Simul in spem veniebant de reliquis* etc. B. Civ. 1, 71. *In eam spem venerat.* Cort. ad Cic. l. 9. ad Fam. Ep. 1. *In spem tamen venio.* Dein *potiundorum* Bong. prim. Petav. Egm. et 6 alii cum Edd. priscis. Recte, ut saepius alibi. *spes potiundi oppidi*. 2, 7. *faciundi, interficiundi* etc. 1, 7, 13. 31. 5, 29, 41. 7, 56. B. C. 1, 42. 2, 39. 3, 21

libus amplius xxx, quem numerum barbarorum ad
2 castra venisse constabat, plus tertia parte interfecta, reliquos perterritos in fugam conjiciunt, ac, ne in locis quidem superioribus, consistere patiuntur. Sic
3 omnibus hostium copiis fusis, armisque [a] exsutis, se [b] in castra munitionesque suas [c] recipiunt. Quo proelio facto, quod saepius fortunam tentare Galba nolebat, atque alio [d] se in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus [e] viderat, maxime frumenti, commeatusque inopia permotus, postero die omnibus ejus vici aedificiis incensis, in [f] pro-

VARIAE LECTIONES.

a *exustis* V. pr. b *in munitiones suas* And. *intra munitiones s.* Oxon. *que* deest quoque V. sec. *suas* exsulat a V. pr. c *receperunt* V. pr. a m. pr. d Sic MSS. longe plurimi; non *sese. neque alio* Plant. Ed. m. *a. alio quam* L. pr. e *videbat* Edd. Scal. et seqq. cum Faërno. Sed MSS. mei et Brantii o. *viderat* et Edd. Vett. *aliis se* MSS. Urs. f *provincia* V. pr.

Bis hoc restituit Heinsius Ovidio Met. 9, 751. 10, 569. aliique aliis locis.

*Plus tertia parte interfecta*] Etiam Anonymus, *amplius* x *millibus*. Orosius tamen et Freculphus xxx milia caesa ajunt. Quod non tam librarii, quam illorum esse errorem arbitror. VOSSIUS.

*In Illyricum*] Bongars. pr. et Leidens. pr. carent τοῦ *in*: et saepe regionum nominibus contra vulgarem Grammaticorum regulam non additur; uti contra urbium nomina saepe praepositionem recipiunt. Consule notata ad Lucan. 8, 108. 428. 845. Davis. ad Hirt. Praef. l. 8. *Rerum gestarum Galliae*. et ita Apulej. l. 2. Metam. Ed. Colv. p. 28. *Meritoque ignoras, Thessaliae te consistere*. Pricaeus legit sine necessitate, *medioque*. Vide et Colv. ad l. 1. p. 9. *Macedoniam profectus*. qui tamen locus non est sanus. Hoc sensu foret capiendum in Catalectis Scalig. p. 91. *Qualia Trinacriae doctus amat juvenis*. Siquidem vera est lectio. nam placet magis, quod Cl. Broukhusius sui libri margini adlevit, *Trinacria*; ut sit dictum *Juvenis Trinacria*; quemadmodum *hospes Epheso*, *Zazyntho*, *Vinum Chio*, *Magius Cremona*; de quo ad B. Civ. 1, 24. nam *Juvenis Trinacriae* pro *Siculo* inepte dicitur. De Accusativo vide Sanctium et ad eum Perizon. Min. 4, 6, 3. ac quos laudat Cortius ad Sallust. Jug. 7, 2. *Quos Hispaniam mittebat*, aliosque. Justin. 7, 1. *Cum Emathiam venisset*. Sic praeter alios duo etiam MSS. a me visi. vulgo *in* E. Vide et infra Davis. ad 5, 55. B. Civ. 1, 31. *Cum Africam*

vinciam reverti contendit; ac, nullo hoste prohibente, aut iter [a] demorante, incolumem [b] legionem in [c] Nantuatis, [d] inde in [e] Allobrogas, [f] perduxit, ibique hiemavit.

VII. His rebus gestis, quum omnibus de caussis 1
[g] Caesar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, atque [h] ita, inita hieme, in Illyricum profectus esset, quod eas quoque nationes adire, et [i] regio- 138
nes cognoscere volebat; subitum bellum in Gallia
[k] coortum est. Ejus belli haec fuit caussa. P. Cras- 2

VARIAE LECTIONES.

a *demonstrante* And. b *exercitum* Edd. R. M. V. c Sic per B. pr. L. pr. et 4 alii cum Ed. Inc. *Antuatos* V. pr. sec. d deest V. pr. e *Allobrogos* V. sec. *Allobroges* MSS. plerique et Edd. Vett. f *duxit* Oxon. g deest L. pr. a m. pr. h exsulat a Cuj. L. pr. a Pet. τὸ *inita*. i deest Lov. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. *recogn.* V. sec. Duk. k *ortum* L. sec. Dorv. Edd. R. V. M.

*venisset* MSS. duo. Adde B. Civ. 3, 10. c. 41. *Macedoniam ad Pompejum pervenit* MSS. omnes fere: et omnes c. 106. *Aegyptum iter habere*. B. Alex. c. 35. *Profectus est Armeniam* MS. Petav. V. etiam c. 13. et sic MSS. omnes in B. Hisp. c. 35. *Lusitaniam proficiscitur*. In Ablativo si ponatur regionis nomen, aeque sine praepositione, ac cum ea construi solet.

*Proximus mari Oceano*] Miror, Ciacconium dicere, illud *mari* abundare, et expungendum esse. Nam eodem modo dixit. l. 1. de B. G. *Eam rem non minus ex usu terrae Galliae, quam P. R. accidisse*. eodem modo *flumen Rhenus*, et *digitus pollex* dixit. Nam *Oceanus* est peculiare nomen illius maris. Cui ignarum illud Taciti: *Mari Oceano, aut longinquis omnibus septum imperium?* VOSS. Ita ex MSS. restituit *F. Ursinus*, et ita legi in optimis quibusque Codd. testatur *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* 8, 32. cum pleraeque editt. minus eleganter habeant, *proximus mari Oceano*. Sed sive hoc sive illo modo scribamus, nemo dubitet, quin infeliciter rem gesserit *P. Ciacconius*, qui vocem *mare* inducendam censuit. *Catullus* Carm. 116. *Usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum*. *Lucius Ampelius* lib. Memor. c. 1. *Aqua*, *ex qua mare Oceanum*. *Pomponius Mela* 2, 6. p. 246. *Paullatim se in nostrum et Oceanum mare extendit*. Idem 3, 3. dixit *Oceano litore*, si Manuscriptis ab *Is. Vossio* laudatis fidem habeamus. DAVIS. *Mare Oceanum*) Sic MSS. et Recentiores Editt. elegantius quam Vett. quae habent, *mari Oceano*. Merito autem hic reprehen-

sus [a] adolescens cum legione VII proximus [b] mare
3 Oceanum in [c] Andibus hiemarat. Is, quod in his locis inopia frumenti erat, praefectos, tribunosque militum complures in finitimas civitates, frumenti
135 commeatusque petendi caussa, [d] dimisit: quo in numero [e] erat T. [f] Terrasidius missus in [g] Esubios; M. [h] Trebius Gallus, in [i] Curiosolitas; Q. [k] Velanius, cum T. [l] Silio, in Venetos.

VARIAE LECTIONES.

a *adol.* B. pr. Oxon. Egm. b MSS. et Edd. qdd. *mari Oceano. propius m.* O. V. C. Urs. c vulgo abest praep. et est *hiemabat, qui in* L. pr. V. pr. d *dimiserat* Edd. R. V. M. et Faërn. *dimittit* L. sec. e *est* MSS. et Edd. qdd. f *Considius* Dorv. g vulgo *Eusubios* vel *Unellos*. h *Tribonius* MSS. Urs. i *Carios* MSS. qdd. k *Velonius*, *Velinius*, *Vellanius* MSS. qdd. l *Sillio* MSS. plurimi.

dit Davisius Ciacconium, qui vocem [*mare*] delendam vellet; cum et alii Autores optimi, et ipse Caesar alibi, *mare Oceanum* dicat. CLARK. Accusativum exhibent Bong. prim. Andin. Petav. Leid. pr. Voss. pr. Scalig. Egm. Lovan. et quinque alii cum Ed. Inc. Vide ad 1,54. *Proximi Rhenum.* Dein *mare* vel *mari* servant MSS. ad unum omnes, Editique praeter Aldin. Adi notata ad 1, 1. *continetur Garumna flumine, Oceano mari;* ut scribendum conjeci, necdum poenitet.

*In Andibus*] Ita ex MSS. et Edd. Vett. restituimus; cum Scaliger et Recentiores male omiserint praepositionem. Non enim Urbis nomen est, sed populi. Quod et Cellarius observavit. CLARK. Legendum *in Andibus*, ut habent *Petav. Gottorp. Voss.* et *Egmond.* non enim urbis, sed populi nomen est, quemadmodum *Cellarius* et *Clarkius* notarunt. DAVIS. *Cur. sec. In* addunt praeterea Bongars. primus, Andin. Scalig. Oxon. Leidenses et Vossiani omnes, Lovan. Duker. Dorvill. et cuncti aliorum cum editis. Dein *hiemarat* reposui ex Bongars. prim. Scal. et MSto Hotomanni. In ceteris MSS. meis aliorumque *hiemaverat* praeter Codices ab Ursino citatos et Faërno: a quo vel ab Aldo manavit, *hiemabat.* nam antiquiores Edd. dant *hiemaverat.* Ceterum in Andinis membranis exaratur, *in Andegavis.*

*Frumenti petendi caussa*] MSS. *frumenti caussa.* Gr. Interpr. ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. Scaliger et Editt. recentiores, [*frumenti* commeatusque petendi *caussa.*] Quod videtur esse interpretamentum Hotomannus conjicit, *frumentandi caussa.* CLARK. Delevit cum Faërno Clarkius e textu *commeatusque*; quam sane vocem una cum τῷ *petendi* non agnoscunt mei Codices plerique cum Hotom. Brantii et Bruti libris ac primis Edd. non tamen Scaliger intrusit *commeatusque petendi*, nam eas voces jam agnoscunt Vascos. Aldus, Steph. Gryph.

VIII. *Hujus* [a] *est civitatis longe amplissima au- 1
ctoritas omnis* [b] *orae* [c] *maritimae regionum earum, quod* [d] *et naves* [e] *habent* [f] *Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare* [g] *consuerunt; et scientia atque usu nauticarum rerum* [h] *reliquos antecedunt; et in* [i] *magno inpetu maris, atque aperto, paucis portibus* [k] *interjectis, quos tenent ipsi, omnes fere,*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. *enim civ.* MSS. 3. et Ed. Inc. *civ. amplissimae longe* Lov. Dorv. b *horae* MSS. quidd. semper. c *maritumae* Oxon. d deest *et* Carr. Duk. e *habeant* L. pr. a m. pr. f *Naneti* suprasc. m. recentiore semper in B. pr. infra quoque *Nanetici belli*. *Venetii* L. pr. passim. g Sic rursus hic et statim MSS. et Edd. Vett. *consuerint* V. pr. a m. pr. h vulgo *ceteros*. i deest praep. Gott. et Ed. Inc. k *portubus* alii.

Strada, Plantinus et alii. Immo comparent quoque in Andino, Leidensi primo, Oxon. Cujac. Scalig. quare ego quidem retinui. Et sane cur non potius ejecerunt *frumentique*, ut placebat alii Viro docto: nam praecesserat *inopia frumenti*; vel *petendi?* Sed nulla variatione opus est; multo minus inepta Hotomanni conjectura, *frumentandi*. Solet Caesar saepe jungere *frumentum commeatumque*. Vide ad 1, 48. *Uti frumento commeatuque intercluderetur*. 3, 6. *frumenti commeatusque inopia*. 4, 30. *frumento commeatuque prohibere*. 7, 38. *Magnum numerum frumenti commeatusque*. B. Afr. c. 8. *Commeatus frumentum*. *Petere* autem *commeatum* eodem sensu jam habuimus c. 2.

*Eusubios*] Ciacconius legendum existimat, *Lexuvios*; Cellarius, *Unellos*. Graec. Ὀυνέλλων. Quod et probabilius; sic enim infra, *Unellos, Curiosolitas, Lexovios*, conjunctim memorat Caesar. CLARK. Ita reposuit *Ursinus* ex suo *Faërnique* codice, nec aliter edidit *Beroaldus*. At *Eusubios* non memorant alii scriptores. *Norvic. Gottorp. Ortel.* dant *Eusebios*. Lego, *missus in Unellos*. et sic exhibuit *Gryphius*. Metaphrastes etiam Graecus: εἰς τὴν τῶν ΟΥΝΕΛΛΩΝ. Vide sis infra c. 11. DAVIS. *Cur. sec. Eusubios* exhibent jam Edd. Rom. Med. Ven. Habent MSS. *Esubios*, *Esobios*, *Eusebios*, *Esbios*, *Subios*, *Sesuvios* denique. Sed *Esubios* optimi, ut interim edidi. *Unellos* ediderunt jam olim Aldus, Vascos. Stephanus, Gryphius, Plantinus, aliique. Vide ad 7, 75. *Ad Venetos Unellos*.

*Hujus civitatis est longe amplissima auctoritas*] Anonymus: *Is frumenti finitimas legatos singulos, ad Venetos vero geminos destinavit: quod gens illa esset omnium ejus regionis potentissima, cujus hodie, quod sciam (si transeunt res humanae) ne nomen quidem aut vestigium ullum extat.* Ubi scribe, *Is frumenti caussa ad civitates finitimas*, etc. VOSSIUS.

*Usu nauticarum rerum cete-*

2 qui [a] *eo mari uti consuerant, habent vectigales.* Ab
140 iis [b] fit initium retinendi Silii atque [c] Velanii, quod per eos suos [d] se obsides, quos Crasso dedissent,
3 [e] recuperaturos existimabant. Horum auctoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita et repentina consilia) eadem [f] de caussa Trebium [g] Terrasidiumque retinent: et celeriter missis legatis, per suos principes inter se conjurant, nihil, nisi communi consilio, acturos, eumdemque omnis fortunae

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. o. praeter Egm. et L. pr. qui a manu pr. non habet *uti* et Edd. Vett. item *consuerunt* praeter Pet. vulgo *eodem consueverunt.* b *fuit* MSS. et Edd. qdd. c *Vellani* L. pr. Duk. d *sese* Duk. e *reciper.* B. pr. a m. pr. f abest L. pr. g *Considiumque* Duk. a m. sec.

*ros ant.*] Egmund. exhibet *nautarum.* nam *rerum* ab eo Cod. exsulat, uti et a Bongars. primo, Lovan. Vossianis, Egmund. Gott. Leid. sec. tertio, Dorvill. At *rerum* agnoscunt Scalig. Leidensis pr. et Oxon. item Petav. et Duker. Sed hi tantum a manu secunda. Non adparet quoque in Ed. Incerta. Quae vox tamen videtur modo omissa ob repetitas easdem syllabas; nam *reliquos* tum aliorum MSS. tum mei, exceptis Leid. pr. Oxon. et Petav. omnes exhibent cum Edd. Veteribus. Aliter conjici posset, olim scriptum fuisse *nauticorum.* quomodo passim vocantur illi, qui navem gubernant. Cui lectioni favet Graecus: ἐμπειρίᾳ τῶν ναυτικῶν. de cujus vocis plurimo usu adi Stephanum in Thes.

*In magno impetu maris atque aperto*] Libero, quem littora in arctius coëuntia non impediunt. Miror quid in mentem venerit *P. Ciacconio,* qui legit, *in mari magni impetus atque aperto,* cum omnes Codd. vulgatam lectionem teneant, cujus sensus facilis est et rei congruus. DAVIS. Lipsius orae libri adscripserat *ambitu.* ut c. 9. *in vastissimo atque apertissimo mari.* Sed recte se habet vulgatum, pro *mari impetuoso.* V. 8, 18. et Cel. Burm. ad Prolog. Phaedri l. 3. *Hebrique tenuit inpetus.*

*Portubus*] Sic edidit Davisius rursus cum aliis Edd. sed *portibus* habent Edd. primae, item Aldi, Plantini, Scaligeri et aliae. Vossius de Anal. 2, 18. scribit, *apud Caesarem in* 3. *de B. Civili nunc* portubus, *nunc* portibus *editum invenias: sed in MSStis est* portubus *per U.* At vero hic loci *portibus* exstat in Bongars. pr. Leid. pr. Voss. pr. Lovan. Egm. et aliis multis. *Portis* Voss. sec. c. 12. *Raris ac prope nullis portubus.* MSS. magno numero et Edd. eaedem *portibus.* B. Civ. 1, 35. MSS. plerique cum Edd. primis etc. *portibus recipere,* nec secus c. 73. 3, 15. *mari portibusque* MSS. a me visi. uti et c. 25. *longius portibus.* Quare

exitum esse [a] laturos; reliquasque civitates sollici- 4
tant, ut in ea libertate, quam a majoribus [b] acceperant, permanere, quam Romanorum servitutem
perferre, mallent. Omni ora maritima celeriter ad 5
suam [c] sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt, *si velit suos* [d] *recipere, obsides* [e] *sibi remittat.*

IX. Quibus de rebus Caesar [f] ab Crasso certior 1
factus, quod [g] ipse aberat longius, naves interim

VARIAE LECTIONES.

a *relaturos* VV. CC. Urs. b *acceperint* Ciacc. c *voluntatem* L. tert. Ed. Inc. d *recuperare* L. pr. Oxon. Cuj. Pet. et Edd. quaedd. *reciperare* V. C. Urs. ut mavult cum Brantio. V. 5, 27. deest in B. pr. e deest *sibi* V. C. Urs. Cuj. et L. pr. f Sic MSS. et Ed. Inc. g *ille* Edd. A. Steph. Gryph. Plant. et aliae.

*portibus* restitui. In Hirtio quoque variatur B. Afric. c. 97.

*Retinendi Silii atque V.*] Monet Ursinus, in Vett. Codd. post has voces additum esse: *et si quos intercipere potuerunt.* Idem testari possum de Cujaciano, Leidensi primo, et margine Petaviani. Verum nec in Graeco Interprete, nec Celso comparent. Caesare tamen non indigna videntur.

*Eundemque omnis*] Ultima vox est, ut videtur, quarti casus; *Accusativos* enim *plurales tertiae declinationis* ita terminarunt veteres. Vide *A. Gellium* Noct. Att. 13, 20. et *Henr. Norisium* ad Cenot. Pis. Diss. 4. c. 3. DAVIS. Male Ciacconius libentius legeret *omnes.* Vide ad initium horum Commentar.

*Mallent*] Ita exarant MSS. Hotomanni et mei cum Edd. primis, praeter Oxon. (forte etiam Petav.) in quo *malint*, ut exhibuerunt Vascos. Ald. Gryph. Steph. aliique. Sed et alibi Caesar post praesens adhibet inperfectum subjunctivi, si MSStis habenda est fides. V. ad 1, 8. B. Civ. 2, 39. *Accelerat, ut posset.* Bell. Civ. 3, 109. *Ut in potestate haberet, efficit.* B. Afric. c. 37. *imperat, ut essent praesto.* c. 85. *Ut fuga salutem pararent, egrediuntur.* c. 88. *hortatur, ut servitia manumitterent: et cohortatur, ut portae aperirentur.*

*In flumine Ligeri*] Bongars. pr. Lovan. Petav. et 4 alii cum Edd. primis, *Ligere.* Sed MSS. Scalig. et Leid. prim. dant *Ligeris.* ut *flumen Rheni* etc. *flumine Tiberis* Valer. Max. 2, 4, 5. ubi alii *Tiberi.* Vide et VV. LL. B. Alex. c. 28. *Mons Cevennae* MSS. 7, 56. *Oppidum Thapsi* MSS. B. Afric. cap. 28. ubi plura.

*Quod influit Oceanum*] Sic B. G. 1, 8. *Quem flumen Rhodanum influit.* In aliis legitur, *quod influit in Oceanum.* Sed praepositio, ut monet *F. Ursinus*,

longas aedificari in flumine Ligeri, quod influit [a] in Oceanum, remiges ex provincia [b] institui, nautas
2 [c] gubernatoresque [d] comparari jubet. His rebus
141 celeriter administratis, ipse, quum [e] primum per
3 anni tempus potuit, ad exercitum [f] contendit. Veneti, reliquaeque [g] item civitates, cognito Caesaris adventu, simul quod, quantum in se facinus admisissent, intellegebant, legatos, quod nomen [h] ad

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo praepositio deest. b *nostra i.* L. tert. Ed. Inc. *instituit* L. pr. *constitui* Edd. R. V. M. c *que* deest L. tert. Ed. Inc. d *comparare* V. pr. suprasc. *i.* e vulgo *quam pr.* f *pervenit* V. pr. suprasc. eadem m. *contendit.* g deest Edd. qq. et MSS. 2. h vulgo *apud.* et mox *abs* contra MSS. et Edd. Vett.

abest a Vett. Codicibus, quam ideo expungendam censuimus. DAVIS. Abest sane haec praepositio a Leid. primo, Oxon. Scalig. et una vel altera editione. Sed in ceteris MSS. et Edd. comparet, et magis respondet stylo Caesaris, qui praepositionem geminare amat. Certe ubique retinendam esse, ubi plurimi et meliores jubent Codices, negabit nemo, ut contra non inculcanda est, ubi Codd. abnuunt. Vide ad 1, 48. *ad nostros adequitare.* B. G. 1, 8. non habent MSS. *Quem, sed qui in flumen Rh. influit:* ubi adduxi 7, 57. *in flumen Sequanam influit.* 4, 10. *in Oceanum* et *in Rhenum influit.* Ibid. *multisque capitibus in Oceanum influit.* 6, 33. *Quod influit in Mosam.* B. Alex. c. 29. *Quod in Nilum influebat.*

*Quam primum potuit*] Sic Scaliger. et seqq. MSS. omnes et Edd. Vett. *quum primum.* ut c. 11. *quum primum posset.* Sed jam restituit id Clarkius.

*Cognito C. adventu*] Turbant hic rursus MSS. nam Bongarsiani, Vossiani, Leidenses, Cujac. Petav. Egm. Lovan. Gott. Duk. Dorvill. nec dubito de aliis, item Edd. Rom. Incerta, Mediol. Ven. addunt, *certiores facti.* quod genus quidem duplici ratione recte se habet, et forsan etiam ab Auctore profectum est. Vide ad 2, 7. et multis locis Frontini, Cortium ad Sallust. B. Cat. c. 6. *Civitates, quos luxuria atque avaritia vexabant.* B. Civ. 3, 81. *Nulla fuit civitas quin imperata facerent.* Sic MSS. quidam 7, 36. *unam esse civitatem. Ejus auctoritate reliquos contineri,* ubi vide plura. c. 61. *legiones atque omnes perturbatos.* B. Civ. 2, 41. *prima et secunda post hos.* B. Afric. c. 53. *legiones, veriti etc.* et similia saepissime, praesertim, quando nomina urbium ponuntur cum Adjectivis et verbis Pl. Num. et Mascul. Gen. de quibus vide Voss. ad B. Civ. 2, 19. et praeter alios inprimis saepe ad Livium Gronov. ut 8, 11. infra 6, 3. 7, 87. Sed quid erit, *cognito adventu certiores facti?* Certe vel superest aliquid, vel deest, vel scribendum erat, *de subito C. adventu,* sive *inopi-*

omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuis-
set, retentos ab se, et in [a] vincula [b] conjectos;
pro magnitudine periculi bellum parare, et maxi-
me ea, quae ad usum navium [c] pertinent, provi-
dere [d] instituunt, hoc [e] majore spe, quod multum
natura loci confidebant. Pedestria esse itinera [f] con- 4
cisa [g] aestuariis, navigationem inpeditam propter
[h] inscientiam locorum, paucitatemque portuum scie-

VARIAE LECTIONES.

a *vincla* Lov. V. pr. sec. Dorv. Egm. b *convinctos* V. sec. *rejectos* Ed. Inc. c Sic MSS. Bongg. Leidd. Voss. Pet. Egm. aliique et Edd. R. Inc. Steph. aliaeque *pertinerent* Edd. A. Gr. Plant. Elz. Dav. et Clarkii, cum aliis. d *instituere* Egm. e *majori* Edd. R. V. M. f *conscisa* MSS. 3. g *aestuariam* n. L. sec. Dorv. Edd. R. V. M. h *inscitiam* Edd. qdd. male.

*nato*, vel *inopino*. *Cognoscit* et *certior factus* in MSS. et Edd. vulgo jungitur quoque 7, 1. ubi vide.

*Legatos, quod nomen apud omnes nationes*] An legati vocandi, quos supra tribb. militum dixit, emissos ad frumentum conquirendum? Sane licet. Dio tamen l. 39. p. 109. ait, primo missos milites frumenti caussa: ubi illi retenti sunt, legatos, qui repeterent. Quod non displicet. Tamen Caesar ipse dicit infra: *retentio equitum Romanorum*. Quibus verbis manifeste ostendit, frumenti conquisitores, quia publico missu venerant, abs se legatos appellari. Et legati apud Livium *nuncios se populi Romani* vocant. VOSS. Legatos — retentos *abs se et in vincula* conjectos) Lege: *Quod, quantum in se facinus admisissent, intelligebant*, legatis retentis *abs se, et in vincula conjectis*: hoc enim facinus est, quod admiserant. Ac ita vel in suo codice legit, vel legendum conjecit Graecus, ut ex ejus versione patet. DAVIS. *Cur. sec.* MSS. nihil mutant, neque mutandi caussam video. *admisisse scelus* erat, *legatos ab iis fuisse retentos*.

*Nomen apud omnes nationes sanctum*] *Gottorp. Voss.* et *Egmond.* dant *ad omnes*, nec immerito sic legit *Cl. Drakenborgius* ad *Silii* 13, 606. DAVIS. *Cur. sec.* Placet hic describere inedita Gruteri verba: *Ad omnes nationes. Sic MSS. nostri, aliorumque, sic Edd. principes annorum centum: Substitutum exinde apud. Frustra. Eadem notio etiam alteri praepositioni: quemadmodum diu est, quod ad Ciceronis Philippicas demonstravit* Hier. Ferrarius: *heicque ad marginem Codicis sui annotavit* P. Daniel, *earum nomen Musis.* Hactenus Gruterus. Adde Ursin. et Brantium. Et sic quoque Vossiani omnes, Lovan. Duker. Dorvill. Leid. sec. ac tert. et Edd. Stephani ac Elzev. 4, 16. *Tantum esse nomen atque opinionem ejus exercitus etiam ad*

5 bant: neque nostros exercitus, propter frumenti inopiam, diutius apud se morari posse, confide-
6 bant. [a] ac jam, ut omnia contra opinionem [b] ac-
142 ciderent, tamen se plurimum navibus posse. Romanos neque ullam facultatem habere navium, neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, va-
7 da, portus, [c] insulas [d] novisse: ac longe aliam esse navigationem in [e] concluso mari, atque in vastis-
8 simo atque apertissimo Oceano, [f] perspiciebant. His initis consiliis, oppida muniunt, frumenta ex agris
9 in oppida comportant: naves in Venetiam, ubi Caesarem primum [g] bellum gesturum constabat, quam
10 plurimas possunt, cogunt. Socios sibi ad id bellum

VARIAE LECTIONES.

a *et* Pet. b *acciderant* B. pr. V. pr. sec. Lov. Dorv. Duk. a m. pr. forsan *acciderint*. *accidissent* L. sec. c Sic MSS. o. praeter unum alterumque recentiorem, item Ed. Inc. aliaeque. vulgo *insulasque*. d *nosse* L. pr. e *cluso* L. pr. tert. *intercluso* Ed. Bas. f *respiciunt* L. pr. *prosp*. V. tert. G. g *esse bellum* vel *bellum esse* vel *b. g. esse* MSS. plurimi et Edd. Vett. Scal. e MSS. Urs. delevit, nec habent *esse* Cuj. L. pr. Ox. Duk.

*ultimas Germanorum nationes*. et saepius. Adde Ill. Heins. ad Ovid. Fast. 4, 310. *Ad rigidos promtaque lingua senes*. et Perizonii ac Soceri mei notas ad Valer. Max. 3, 7, 5. plura vide ad 1, 31. *ante fuerant ad Caesarem*. 5, 53. *ad exercitum manere decrevit*. 8, 2. *Cohortibus ad inpedimenta relictis* MS. Andin. vulgo additur, *tuenda*. B. C. 3, 60. *contemtionem illis ad omnes adtulit*.

*Romanos neque ullam* etc.] Nemo hic quidquam de varietate admonet: quum tamen Bongars. Leidenses, Scalig. Vossiani, Egmund. et alii plures cum Ed. Incerta exhibeant: *posse*, *quam Romanos*. in Petaviano videtur esse *que*. *ullam* deest a M. prima in Bong. pr. An scripsit auctor, *namque R.*?

*Vastissimo atque apertissimo*] Uncis fere inclusissem verba quaedam, et alio charactere expressissem, quae omnino arbitror e Glossa in textum inrepsisse: sed cum incerta sint, quaenam suppositia sint, nihil novare ausus fui. At non agnoscunt *vastissimo atque* Oxoniensis neque Andinus; uti nec Edd. Rom. Mediol. Ven. In Leidensi primo et Scaligerano per Vossium conlato: *incluso vastissimo mari at*

lum a Osismios, b Lexovios, Nannetes, Ambiliatos,
Morinos, c Diablintes, Menapios adsciscunt: au-
xilia ex Britannia, quae contra eas regiones posita
est, d arcessunt.

X. Erant hae difficultates e belli gerendi, quas 1
supra ostendimus. sed multa Caesarem tamen f ad
id bellum incitabant; g *injuriae retentorum* h *equi-* 2
*tum Romanorum, rebellio facta post deditionem,*
*defectio datis obsidibus, tot civitatum conjuratio:*
in primis, *ne, hac parte neglecta, reliquae natio-* 143
*nes sibi idem* i *licere, arbitrarentur.* Itaque, quum 3
intellegeret, omnes fere Gallos novis rebus studere,
et ad bellum k mobiliter celeriterque excitari; om-
nes autem homines natura libertati studere, et

VARIAE LECTIONES.

a Eaedem hic LL. in MSS. quae 2, 75. b Sic Pet. Cuj. L. pr. et alii, ut c. 17. 7, 75. et saepe: non *bios.* c *Diabrintres, Diablintres* MSS. plurimi et Edd. Vett. *Diablindes* L. pr. Scal. V. Cellar. d *arcessiunt* L. pr. V. 1, 31. e *belligerandi* L. pr. et alibi. f *id ad* G. g *injuria* MSS. 2. h *militum* Carr. Duk. Lips. i deest V. pr. k *molliter* Duk. a m. pr.

*que in ap.* Contra *atque apertissimo* non visitur in Bongars. primo, nec MS. Hotomani. uti 4, 23. *Aperto ac plano litore,* MSS. plerique carent τῷ *aperto. in* ante *aperto* rursus addit Dorvill. et alius. Pro *atque* in MSS. et Edd. quibusdam *ac.* Sed *vastissimo atque* videtur delendum; intrusumque ex c. 12. *Vasto atque aperto mari.* Hic unum sufficit, quod obponatur *concluso.* c. 8. *In magno impetu maris atque aperto.* Verum tamen, cum varie quoque legatur *apertissimo,* nam Carrar. habet *amplissimo,* Leid. pr. *aperto,* Scalig. *in paratissimo;* immo in optimo Bong. alioque non adpareat, nec obposita captasse Caesarem pateat, possunt facile duo ultima esse supposititia. *Vastum* et *clausum* sic jungit Lucanus 3, 651. 652. quem locum notaverat etiam Cl. Wasse: *Brachia nec licuit vasto jactare profundo, Sed clauso periere mari.* *Vastum mare, vasti campi,* millies pro lato [illegible]perto aequore ponuntur.

*Ambialites*] Miror, ipsi Scaligero id nomen adeo placuisse, ut editioni suae insereret. Ego omnino *Ambianos* ex MS. meo et v. c. emendo. quam lectionem quoque Ciacconius et Ursinus in codd. suis repererunt. Nisi magis placeat, quod in Orosio et

a conditionem servitutis odisse; prius quam plures civitates conspirarent, partiendum sibi, ac latius distribuendum exercitum putavit.

1 XI. Itaque T. Labienum legatum b in Treviros, qui proximi flumini Rheno c sunt, cum equitatu
2 d mittit. Huic mandat, Remos, reliquosque Belgas adeat, atque in officio e contineat; f Germanosque, qui auxilio g a Belgis arcessiti dicebantur, si per vim navibus flumen transire conentur, pro-
3 hibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis XII, et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci

VARIAE LECTIONES.

a *conditiones* Carr. b *inter* L. pr. c deest L. pr. Oxon. d *misit* V. pr. e *teneat* Carr. Duk. f *Germanos* G. Aic. et Ed. Inc. g *ab* B. pr. G. V. pr. inter versus.

Freculpho est, *Ambivaritos*. Prius tamen retinuerim. VOSS. *Ambianos* etiam Andin. Oxon. et Leid. pr. quod etiam recepit Clarkius. *Ambururitos* Ortelii Cod. a Lipsio conlatus. Ceteri *Ambiliatos*, ut dedi, vel *Ambiliates*, et Edd. Vett.

*Multa Caesarem ad id bellum incitabant*] Dissentit Strabo, qui bellum susceptum a Venetis ait, prohibendae navigationis Britannicae caussa, quod ea insula pro emporio ipsis erat: ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν κωλύειν τὸν εἰς τὴν Βρεττανικὴν πλȣν, χρώμενοι τῷ ἐμπορίῳ. VOSSIUS.

*Libertati studere*] En rursus codicum discrepantiam. Bongarsiani, Vossiani cum plerisque vulgatum retinent. Sed Ursini Codd. Petav. Cujac. Leid. prim. Scalig. Andin. Oxon. *libertatis studiose incitari*, vel *studio inc.* quod tamen fere explicationem putarem alterius locutionis cum Ursino, cui olim etiam placuerat. Nisi *incitare se* et *incitari studio* locutiones essent Caesari adamatae. Vide infra ad c. 12. et B. Civ. 1, 79. *Incitati cursu*.

*Auxilio a Belgis arcessiti*] Veterrimus Codex Petavianus initio habuit, *in auxilio*, sive inter auxilia, vel auxiliares copias. quod si plures confirmarent Codices, non damnarem. Sic enim omnino legendum, ut conjeci, e MSS. apud Frontin. 2, 13. *Quum in auxilio Aegyptiis adversus Persas venisset*. Justin. 5, 11. *In eo proelio x milia Graecorum in auxilio Cyri fuere*: ubi male Schefferus contra plerosque MSS. ejici vult τὸ *in*. Val. Max. 3, 2, 12. *a Thracibus, quorum is magnum numerum in praesidio habebat*, i. e. Auxiliares. Florus 3, 3, 13. *Quae quasi subsidio Noricos insederat Alpium tumulos*. MSS. aliorum et quatuor Leidd. *in subsidio*; nec dubito quin recte:

jubet, ne ex his nationibus auxilia in Galliam mit-
tantur, ac tantae nationes conjungantur. Q. Titu- 4
rium [a] Sabinum legatum cum legionibus III in Unel-
los, [b] Curiosolitas, [c] Lexoviosque mittit, qui eam
manum [d] distinendam curet. D. Brutum [e] adoles- 5
centem classi, Gallicisque navibus, quas ex [f] Picto-
nibus, et [g] Santonis, reliquisque pacatis regioni-
bus convenire jusserat; [h] praeficit; et, quum pri-
mum posset, in Venetos proficisci jubet. Ipse eo
pedestribus copiis contendit.

XII. Erant [i] ejusmodi fere situs oppidorum, ut 1

VARIAE LECTIONES.

a Deest Lov. b MSS. plerique et Ed. Inc. *Corsosolites. Curiosolotos* Duk. c Sic L. pr. ut c. 17. d MSS. nonnulli *destin. detin. destinandam* male. e *adul.* B. pr. Ox. Egm. f *Pecton.* MSS. 7. g *Sanct.* MSS. qq. male Glar. *Sanctonibus.* V. ad 1, 11. h MSS. et Edd. qdd. *praefecit.* i *hujusmodi* L. sec. Dorv. Edd. R. M. V.

Salmasius et Dukerus legunt, *in subsidium.* Infra 6, 33. *legioni, quae in praesidio relinquebatur.* Sed et illic locum denotare potest. Eutropius 6, 22. *Qui Pompejo in auxilium apud Thessaliam fuerat.* MS. *auxilio.*

*D. Brutum adolescentem*] Brutus egregiae erat indolis, eaque prudentiae specimina ediderat, ut Caesar ei tantum munus non sine gravi ratione credidisse videatur. Fieri tamen potest, ut amor paternus in causa partim fuerit, cur adolescens ad tantam dignitatem sit provectus; Caesar enim cum Servilia, Bruti matre, consuevit, *καὶ καϑ' ὃυς μάλιςα Χρόνυς ὁ ἔρως ἐπέφλεγην, γενόμενον τὸν Βρῦτον ὑπέπεισόπως ἐξ ἑαυτῦ γεγονέναι.* Verba sunt *Plutarchi* in Bruto p. 986. Vide et *Suetonium* in Jul. c. 1. DAVIS. Dele Notam. nam Decimum Brutum cum M. Bruto imprudens confuderam. IDEM. *Cur. sec.*

*In extremis lingulis promontoriisque*] Meliores libri habent, *linguis. Festus : Lingua promontorii genus non excellentis, sed molliter in planum devexi. Pacuvius* in Chryse: *Id promontorium, cujus lingua in altum projicit,* apud *Gellium* 4, 17. Sic et *Livius* saepe. *Ciaccon.* Si pluribus exemplis opus est, suppeditabit *A. Schottus* Obs. 3, 28. DAVIS. *Linguis*) Sic MSS. Reg. et Vossii, MS. Eliens. et Editi plerique, *lingulis.* Quod idem est. CLARK. Quinam sint illi meliores libri, quos laudat Ciacconius, nescio. *linguis* habet Carrar. et Edd. Flor. Vascos. Stradae, Steph. Gryph. A. 1546. (nam priores exhibent *lingulis*) et Elzev. Qualis etiam ille Codex Vossii sit, quem Clarkius laudat, itidem ignoro. Nam omnes Vos-

144 posita in extremis lingulis [a] promontoriisque, neque
pedibus aditum haberent, quum ex alto se aestus
[b] incitavisset, quod [c] bis [d] accidit semper, hora-
rum XII spatio; neque navibus, quod, rursus [e] mi-
2 nuente aestu, naves in vadis adflictarentur. Ita
[f] utraque re oppidorum obpugnatio [g] inpediebatur:
3 [h] ac, si quando magnitudine [i] operis forte supe-
rati, extruso mari [k] aggere ac molibus, atque his
ferme [l] oppidi moenibus adaequatis, suis fortunis
desperare coeperant; magno numero navium ad-
pulso, cujus rei summam facultatem habebant, sua
[m] deportabant omnia, seque in proxima oppida

VARIAE LECTIONES.

a *promunt.* MSS. plerique de more. *promunturiisque* V. pr. b *incitasset* MSS. 3. c *bis* deest Oxon. d *accedit* Egm. e *inminuente* L. pr. f *varia* V. sec. deest Lov. G. g *impedibatur* B. pr. a m. pr. antique, et ita alibi MSS. apud nostrum. h *at* L. pr. tert. Ed. Inc. non male. i deest Lov. k *pro agg.* L. pr. *pro mari agg.* Scal. l vulgo deest *oppidi.* m Sic MSS. et Edd. Vett. *o. dep.* al.

siani a me visi cum reliquis cunctis Bongarsii, Leidensibus, Andino, Lovan. Petav. Palat. Oxon. Duker. Dorvill. aliorumque MSS. et Edd. priscis servant *lingulis.* Ex Egmund. et Gott. nihil adnotatum erat. *Lingulae* sunt *tenues linguae*, ut ait Lucanus 1, 614. ubi etiam vide, et hic Hotom. ac Brantium et Salmas. Plin. Exercitat. p. 57.

*Quum ex alto se aestus incitavisset*] Cum aestus accessisset, nam, ut verbis utar *Silii* Italici 3, 59. *Luna, immissis per caerula bigis, Fertque refertque fretum, sequiturque reciproca Tethys:* ita enim ob metrum lege, non *Thetis*, ut habent editi. Sic locutus est noster 4, 17. *Ut quo major vis aquae se incitavisset, hoc arctius illigata tenerentur.* DAVIS. Pro XII. Petrus Bertius Diss. de Agg. et Molibus c. 10. T. 2. Th. Saleng. legit XXIV. ut debuit scribere, nisi errarit Caesar.

*Extruso mari aggere*] Lipsius margini adlevit, *excluso*, quomodo varia habet lectio Bong. primi. At nil muto. Graecus bene: ἐξωθείσης Χώμασι τῆς θαλάσσης. *submotum* dixit eo sensu Seneca, et Lucan. 8, 445. Vide Torrent. et alios ad Horat. Od. 3, 1, 33. *Contracta pisces aequora sentiunt, Jactis in altum molibus.* Alio sensu Mela 2, 6, 7. *extrudere montem, promontorium in mare* dixit loca, quae in mare excurrunt, ut si hic construas: *extruso aggere in mare.*

*Ferme*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. *oppidi.* CLARK. *His ferme moenibus adaequatis*) Ex *Petav. Gottorp.*

[a] recipiebant: ibi se rurſus iisdem obportunitatibus 4
[b] loci defendebant. Haec eo facilius [c] magnam par- 5
tem aeſtatis faciebant, quod noſtrae naves tempeſtatibus [d] detinebantur; summaque erat vaſto atque aperto mari, [e] magnis aeſtibus, raris ac prope nullis [f] portibus, [g] difficultas navigandi.

XIII. [h] Namque ipſorum naves ad hunc modum 1
factae, armataeque [i] erant. *Carinae aliquanto pla-* 145
*niores, quam nostrarum navium, quo facilius vada, ac decessum* [k] *aestus excipere possent: prorae* 2
*admodum erectae, atque item puppes ad magnitu-* 3
*dinem fluctuum* [l] *tempestatumque adcommodatae.*

VARIAE LECTIONES.

a *rejiciebant* Lov. b male Ciacc. delet. c *magna parte* Egm. et Edd. qdd. male. d *deteneb.* B. pr. a m. pr. e *magno* Lov. Egm. V. sec. f vulgo *portub.* g *facultas* G. V. tert. h *Nam* MSS. 4. et Edd. pp. i deeſt L. pr. k *aestuum* Edd. R. V. M. l *tempestatiumque* V. C. Urs.

*Norvic.* aliisque codicibus legendum, *his* oppidi *moenibus adaequatis*. Sic etiam Graecus. DAVIS. *Cur. sec. Fere*, pro *ferme*, habet solus Oxoniensis; ceteri MSS. omnes, ut et Urſin. dant, *oppidi*. Cujac. et Leid. pr. *isdem m. oppidi*. Repoſui itaque *oppidi*, ut etiam habent Edd. pleraeque, sed ita, ut *ferme* retinuerim cum MS. Brantii et Editis nonnullis. Ejecit *oppidi* Aldus; dein Gryph. in pr. Ed. ac Plantin. et seqq.

*Hoc eo facilius*] Sic MS. Regius. Al. *haec*. CLARK. Carrar. quoque et Duker. *hoc*. Reliqui omnes cum Edd. *haec*. quod cur mutaverit Clarkius, cauſſam non video. Dein *portibus* dedi per *i* ex MSS. optimis duodecim, pluribusve, et multis Editis. V. ad cap. 8.

*Namque ipsorum naves ad hunc modum factae*] Orosius: *Barbarorum naves solido robore intextae, cavernisque praevalidis obduratae*. Nescio, quid per cavernas velit, quare dispiciendum cenſeo. Nec, si *catenis* legas, satis commodum senſum video. VOSSIUS.

*Ac decessum aestus*] Petav. praebet, *ad dec.* sive cum aeſtus decedit. Recte quidem, ut *vada* sit Nominativus. Nunc verbum *excipere* videtur rectius convenire cum *decessu*, quam *vada*. Ea sane eſſet hypallage pro, *vadum excipit navem*. Sexcenties enim *excipere* aliquem dicuntur loca, in quae se contulit. Phaedr. 1, 12. *Silva tum excepit ferum*. *Excipere alnos ordinibus cuparum* Lucan. 4, 422. *Excipere* tamen *decessum* recte poſſunt dici

*a naves b totae factae ex robore, ad c quamvis d vim*
4 *et contumeliam perferendam. transtra e pedalibus in latitudinem trabibus confixa clavis ferreis, digiti*
5 *pollicis crassitudine; f anchorae, pro funibus, fer-*
6 *reis catenis revinctae; pelles pro velis, g alutaeque tenuiter confectae. Hae sive propter lini inopiam,*

VARIAE LECTIONES.

a *navesque* Carr. Duk. Dorv. et Edd. R. M. V. aliaeque. b *maximo robore* MS. et Edd. Par. Vasc. ad marg. c *quasvis etc. perferendas* Egm. d *vim et* desunt Carr. e ita B. pr. Pet. Lov. V. pr. Egm. Carr. et 7 recentiores, atque Edd. pp. vulgo *ex p.* dein MSS. et Edd. o. quod sciam usque ad Scal. *altit.* Sed solemni confusione. f *uncorae* MSS. plerique hic et infra passim. g *saluteque*, *salliteque* et similia MSS. pauci et Ed. Inc. Mox vulgo deest *Hae.*

naves: ut omnia, quae incurrunt in nos, etiam Metaphorice *excipere* dicimur. Idem 1, 221. *Excepturus aquas sonipes.* Atque ita ultimo substantivo junxisset verbum proprium, licet praecederet aliud, quod alius significationis verbum postulare videtur. Quomodo sexcenties loqui veteres notum est. Adi modo quos laudat Cel. Duker. ad Flor. 2, 7, 8. 17, 12. et Cel. Burm. ad Phaedr. 4, 17, 31. et quos non? Vide etiam Frontin. 2, 5, 31. et plura ad Hirt. 8, 5. Argute vero, sed nimis poetice, Leidensis sec. hic habet *decipere*, hoc est *deludere*, transire vada, licet aestus decedat.

*Decessum aestus*] Carrar. Cod. *discessum*. Utrumque recte; sed male Sambucus e Voteri, ut ait, Codice, probat *desessum*. Adi notata ad Frontin. 3. c. 9. *sub discessum aestus maritimi*. Aliter et *recessum* dicebant.

*Anchorae pro funibus ferreis catenis revinctae*] Manifestus ergo error Strabonis est; quando ait l. 4. p. 195. κατεναυμάχησε δὲ ῥαδίως, οὐκ ἐμβόλοις χρώμενος (ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα) ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένον ἐπ' αὐτὸν κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις. ἦν γὰρ σκύτινα, διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων. id est: *Facile autem Caesar eos vicit, non committendis navibus (quippe Venetorum naves e crasso ligno) sed cum vento incitatae in eos ferrentur, Romani falcibus hastis praefixis, vela detrahebant. Nam pellicea erant, ob vim ventorum, catenas autem pro rudentibus tetenderant.* Unde videmus, primo non de antennis, sed velis detractis Strabonem dicere, et quando ait, pro funibus catenas habuisse, non potuerunt funes praecidi, qui non erant. Etiam Dio l. 39. p. 3. vela discissa ait. VOSSIUS.

*Sive propter lini inopiam*] Addidi *Hae* auctoritate MStorum Bongars. primi, Andin. Petav. Lovan. Vossiani primi, Leidensis primi, Egmund. cum quinque aliis, uti et Variantibus Bruti, et Ed. Incerta. quasi diceret, *hoc quidem fiebat.* qualis Glossa est

*atque ejus usus* [a] *inscientiam*; [b] *sive eo, quod est
magis verisimile, quod tantas tempestates Oceani,
tantosque inpetus ventorum* [c] *sustineri, ac tanta*
[d] *onera navium regi velis non satis* [e] *commode ar-
bitrabantur.* Cum his navibus nostrae classi ejus- 7
modi congressus [f] erat; ut una celeritate, et pulsu

VARIAE LECTIONES.

a *inscitiam* .Edd. multae. *inscientia* And. b vulgo *sive quod*. c *sustinere* B. pr. V. pr. Egm. G. Lov. Duk. Dorv. et Edd. pp. d *opera* Lov. Duk. Dorv. Edd. R. V. M. e *commodo* And. f *esset* Oxon.

in Leid. sec. *haec faciebant*. *hec* etiam Carrar. et Duk. aliique, antiquo more pro *hae*. de quo alibi. praeterea inserui *eo* ante, *quod est m. verisim. quod*, jubentibus id MSS. quatuordecim, et Edd. primis, aliisque. *eo, quod* i. e. ideo quia. Vide ad 1, 23. *sive eo, quod res frumentaria intercludi posse confiderent.*

*Posse*] Hanc vocem ex MSS. et Vett. Editt. restitui; quam *Scaliger* et Recentiores omiserant. Graecus item, *δύνασθαι*. CLARK. In erratis monuit etiam Davisius, inserendum esse *τὸ posse*: quod sane agnoscunt MSS. praeter Cujac. Andin. Scalig. Oxoniensem et Leid. prim. a manu prima: neque habent eam Edd. Manutii, et Aldi, Gryphii prima aliaeque. Reposuit forsan Davisius et Clarkius, quod putarent, tum praestare, adverbia praemitti verbo *regi*. Mihi a librariis intrusum videtur, quum sciam, passim illud verbum omitti. 2, 30. *sese conlocare confiderent*. 5, 26. *controversias minui posse sperarent*. In uno ex optimis non adparet *posse*. Vide insuper ad 2, 32. et B. Civ. 2, 31. *expugnari* posse *confidimus*. Eadem confusio in Nepot. Alcib. 4, 6. Ceterum judicat Hotom. rectius videri *arbitrantur*. Mihi secus videtur. totam gentem delevit Caesar. Adi c. 16.

*Ut una celeritate, et pulsu remorum praestarent*] Corruptus Dionis locus l. 39. p. 110. ubi ait, Romanorum naves celeritate, Venetas mole praestitisse. nam ibi legitur de Venetis, *καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ταχύτητι προεῖχον. et magnitudine et celeritate praestabant*. lege, *παχύτητι, crassitudine*, qua voce usus eadem de re Strabo, ait enim, *τὴν γὰρ παχέα τὰ ξύλα*. VOSS. *In una cel.* exaratur in Leidensi primo et Oxoniensi, probante Cl. Wassio. Certe sic invenitur apud Lucret. 5, 1354. *Nam longe praestat in arte*. Et alias saepissime eam praepositionem addi vi significationis *τοῦ per* contra Grammaticorum regulas saepe monuimus. Vide etiam Sciopp. Veris. 1, 4. et Observ. Misc. Vol. quart. Cl. Drak. ad Liv. 1, 52. Simile est *in agris vastandis hosti nocere* 5, 19. Adde varias lectiones 5, 30. 7, 38. *In mendacio permovere*. B. C. 1, 22. *In ea re civitate expulsi*. Restituenda etiam Val. Max. e MSS. 1, 8, 9. *In ista flamma Pompejus cremetur.*

*Pulsu remorum praestarent*]

remorum [a] praestaret; reliqua, pro loci natura, pro vi tempestatum, illis essent aptiora [b] et adcommo-
8 datiora: neque enim his nostrae rostro nocere po-
terant; (tanta in [c] eis erat firmitudo) neque propter altitudinem facile telum adjiciebatur; et [d] ea-
147 dem de caussa minus [e] commode scopulis contine-

VARIAE LECTIONES.

a vulgo *praestarent.* b *ac comm.* Carr. *et comm.* L. pr. c Sic L. pr. vulgo *his.* d *ea* L. tert. Ed. Inc. e Sic MSS. o. et Edd. Vett. *incommode* Edd. Manut. Aldi, Plant. et seqq. usque ad Clark.

Quia Cujacius testatus est, in suo codice legi, *p. r. incitatione pr.* Gruterus suspicabatur, *pulsu* esse e Glossa in textum admissum. *incitationem* additur quoque in Leidensi primo. Quare vehementer adridet egregia Gruteri conjectura: licet nequaquam negem, *pulsu remorum* bene dictum esse. Sed magis verisimile est, librarios *τὸ incitatione* explicuisse per *pulsu*, vocem vulgarem, quam contra, quamquam et legi posset, *pulsu remorum incitata,* deleta copula. Solet etiam Caesar id verbum hac in re adhibere. c. 14. *Navigio remis incitato.* 4, 25. *Naves longas remis incitari.* 7, 60. *lintres magno sonitu remorum incitatae.* B. Civ. 2, 6. *naves sese in eam incitaverant.* 3, 24. *scaphae se in hostes incitaverunt.* Sic fere Valer. Max. 3, 2, 10. *vehemente ictu remorum concitata classis.* Aliter passim *impellere* dicunt. Vide VV. DD. ad Ovid. Met. 8, 103. *inpulsae tonsis carinae* Lucan. 3, 527. id est, *incitatae* nostro auctori. Dein *praestaret* rescripsi; ut est in MSS. meis omnibus, Petavianum si excipias, et Editionibus primis, aliisque quam plurimis. Pertinet enim ad *classem,* oppositam *ταῖς navibus.* Nimis ambigue hic locutus esset Caesar, si plurali fuisset usus.

*Neque enim his nostrae rostro nocere poterant*] Sic iterum *noster* infra c. 14. sic et *Strabo* Geogr. l. 4. p. 159. At *Florus* 3, 10. ita scribit de navibus Venetorum: *Illae rudes et informes, et statim naufragae, quum* ROSTRA *sensissent.* Hunc vero Scriptorem graviter errasse, vel ipsa navium descriptio satis ostendit. DAVIS. Vide illic Cel. Duker.

*Telum adjiciebatur*] Sic, vel more solito *adicebatur,* MSS. et Edd. Vett. nisi quod in nonnullis sit, *adjiciebant.* Solus MS. Andinus et Edd. quaedam, ut Aldi, Plantini etc. praebent *adigebatur:* quod praeferebat Brantius. Vide ad 4, 23. *In litus telum adjici posset.*

*Et eadem de caussa minus incommode scopulis continebatur*] Hotomannus legebat: *minus commode copulis continebantur.* Ut copulae sint manus ferreae, quae navibus injiciuntur. Sed copulas ea significatione apud veteres reperiri, id vero nequaquam ostendit. Alioqui vox non absurda est. Ego non video,

bantur. Accedebat, ut, quum saevire ventus coe- 9
pisset, et se vento dedissent, [a] et tempestatem fer-
rent facilius, [b] et in vadis consisterent tutius, et ab
aestu derelictae [c] nihil saxa et [d] cautes timerent:
quarum rerum omnium nostris navibus casus erant
extimescendi.

VARIAE LECTIONES.

a *et* deest L. pr. b *in undis cons.* Carr. c *nil* L. pr. V. sec. d *cotes* L. pr. et Scal. solita variatione.

quomodo haec conciliari possint, quam si, retenta veteri lectione, *minus commode*, dicamus, naves Venetorum propter altitudinem ac latitudinem non facile haesisse inter angustias scopulorum, quippe quo intrare, aut recipi propter molem nequirent. Contra Romanas naves, quia minores, facilius intra scopulos compelli et allidi iisdem potuisse. Quod si probemus, *minus commode* Caesar dixerit, pro *minus facile*. Graecus sane habet, οὔτε ῥᾳδίως. VOSS. *Minus commode*) Sic MSS. omnes. Graecus, οὔτε ῥᾳδίως. Scaliger et Recentiores, *minus incommode*. CLARK. *Norvic.* et alii MSSti, *minus commode*. *Pal.* autem, *copulis*. Mihi ergo dubium non videtur, quin ἐυσόχως reposuerit *Hotomannus*, *minus* commode copulis *continebantur*: naves enim altiores erant, quam ut iis manus ferreae commode possent injici. D. quidem *Vossius* legit, *minus* commode *scopulis continebantur*, censetque, Venetorum naves propter altitudinem non facile haesisse inter angustias scopulorum. Sed altitudo nihil ad hanc rem confert, ideoque rejicienda est ejus explicatio. DAVIS. *Cur. sec. Copulis* etiam videtur amplexus esse Lipsius. Eam enim vocem orae libri sui adleverat; mihi vero videtur esse verissima, licet exemplum geminum plane adferre nequeam, quod solum desiderabat Vossius. Sed cur solus omne *manuum ferrearum*, *harpaginum*, *corvorum* etc. genus Caesar non potuit adpellare *copulas?* Sicut solus Lucanus, vel fors etiam Frontinus (V. ad 2, 3, 24.) de illis dixit *manicas:* praesertim cum *copula* et *manica* sint Synonyma, et manuum vincula utrumque notent. Plura de *copula* vide apud Salmas. ad Capitolin. Maximinum Junior. c. 1. *Dextrocherium cum copula de hyacinthis quatuor.*

*Saevire*] *Se saevire* Voss. pr. Lov. *saevire ventus coep. et* desunt ab And. et Oxon. *et se* non leguntur in B. pr. Pal. Lov. Gott. Voss. tert. Leid. tert. Petav. a m. pr. Dorv. et Ed. Inc. *et* solum abest a Voss. pr. sec. Egm. Duk. Leid. sec. Non male Gruterus suspicatur, *se saevienti vento d.*, aut *et se v. ded.* esse subposita. forte: *ut quum se*, *saevire v. quum c.*, *vento dedissent*. Sed quis se vento dat, quando saevire ventus incipit? Considerent acutiores. Posteriora poëtis magis, quam historicis usurpata abundare omnino videntur: sed agnoscit utrumque Graecus.

*Derelictae*] MSS. Ursini, Petav. a m. sec. Gott. Voss. sec. et

1 XIV. Compluribus expugnatis [a] oppidis, Caesar, ubi intellexit, frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis oppidis reprimi, neque his [b] noceri posse, statuit exspectandam classem;
2 quae ubi convenit, ac primum [c] ab hostibus visa est,

VARIAE LECTIONES.

a *oppugnatis* addit V. pr. b MSS. et Edd. qdd. *nocere*. c deest L. pr.

tert. *relictae*. Et sane recte *relinqui*, sive *derelinqui*, naves dicuntur ab aestu recedente, cum in vadis haerent; quomodo et *deseri*, et *destitui* passim dicuntur, quae in sicco relinquuntur, aqua minuente, sive *ἀμπώτεως γενομένης*, ut vertit Graecus. Verum hoc dixerat auctor supra: *in vadis consisterent*. Praeterea optimi Codices, Bongars. Vossian. prim. Leid. prim. et tert. Lovan. Egmund. et Ed. Incerta habent, *rei relictae*. Quare cum Ill. Heinsio malim *rejectae*. Saeviente vento, et aestu recedente in vadis consistebant tutius, et ab aestu redeunte per tempestatem *rejectae* etc. Quod verbum hac in re proprium cum aliis non raro adhibet noster. B. G. 5, 5. *Naves tempestate rejectas cursum tenere non potuisse*. c. 23. *paucae locum caperent, reliquae fere omnes rejicerentur*. V. Cel. Burm. ad Vell. 1, 1. *Tempestate in Cretam rejectus*. *Referri* et *dejici* ait infra 4, 28.

*Erant extimescendi*] MSS. et Edit. Vett. *erat extimescendus*. Quod perinde. CLARK. Pluralem cum Faërno et Ursino recepit Scaliger et seqq. eumque confirmant Leidens. prim. et Scalig. cum Graeco Interprete. Ceteri omnes tam MSti, quam Editi singularem agnoscunt; quem ego temere non mutatum mallem.

*Exspectandam classem*] Celeb. Drakenburg. e MSto Gottorp. forsan restituendum arbitratur, *exspectandum*, ad Silium 15, 105. *Nec bona censendum*. Adde Erudit. Arntzen. ad Aurel. Victor. de Viris Illust. c. 10. *ad recipiendum Tarquinios*. sane ita exaratur quoque in Vossiano tertio, qui semper fere illi consentit, et Ed. Incerta. In iisdem legitur quoque 5, 1. *ad multitudinem transportandum*. 7, 14. *ad detractandam militiam*, Edd. Rom. Ven. et Med. per *u*. Adde 8, 18. B. Alex. c. 9. Sed ii libri tantae non sunt apud me auctoritatis, ut ceterorum omnium Codicum lectionem ideo spernam; licet sciam, vulgo, sed vulgo tantum, et forsan in uno alteroque MS. ita quoque scribi B. Civ. 1, 34. *ad occupandum Massiliam*. Vide ibi, et quae notavimus ad Frontin. 3, 6, 7. *ad liberandum eorum rempublicam*; et Cel. Duker. ad Florum 1, 9. *ad augendum populi majestatem*: sed tres MSS. Leidd. ut edidit Duker. *augendam*. Nam in hisce dubiis nihil tutius est, quam optimos sequi Codices; ut apud Appulej. l. 10. Metam. p. 222. Ed. Pric. *ad explorandum mansuetudinem*. Sic enim optimi MSS. Florent. et Bertin. cum Edd. Antiquis. vulgo, *explorandam*. In quibusdam editis, ut Vascos. Gryph. Steph. etc. est, *exspectare*. Margo Plant. Ed. *exspectari*.

circiter ccxx naves eorum [d] paratissimae, atque om- 148
ni genere armorum ornatissimae, [a] profectae ex
portu, nostris adversae constiterunt: neque satis 3.
Bruto, qui classi praeerat, vel [b] tribunis militum,
centurionibusque, quibus singulae naves erant ad-

VARIAE LECTIONES.

a *potissimae* Carr. b Sic MSS. et Edd. pp. vulgo *e portu prof. profecta* B. pr. c vulgo *neque*.

*Circiter* ccxx *naves paratissimae*] Bong. prim. Petav. Vossiani omnes, Egmund. Gottorp. expressis litteris dant in accusativo, *ducentas* xx. Quod videndum, num alibi ita adhibeat noster cum substantivo in Nomin. casu.

*Paratissimae atque omni armorum genere ornatissimae*] Dio Venetos fiducia navium suarum nulla in proelium arma attulisse ait. Quod adversatur Caesaris verbis. Et fortasse veriora, quae Dion ait, hauseritque ex Ephemeridibus, quae meliori fide, ut supra ostendimus, conscriptae erant. VOSS. *Dion* l. 39. p. 110. ait, Venetos fiducia navium suarum nullum telorum genus secum adduxisse, qua de caussa *P. Giacconio* et *Vossio* frontibus adversis inter se pugnare visi sunt *noster* et celeberrimus Historicus. Mihi vero non placet commentum: crediderim enim, *arma* hic denotare vela, funes, reliquaque navibus ornandis necessaria. Sic supra c. 13. *Naves ad hunc modum factae* armataeque *erant*. Sic et 5, 1. *Ea, quae sunt usui* ad armandas naves, *ex Hispania apportari jubet*; spartum videlicet, quo conficiuntur funes ac rudentes, qui et Graecis ὅπλα dicuntur. *Hesychius*: Ὅπλα, τὰ τῆς νεὼς Χοινία. *Oppianus* etiam Cyneg. l. 1. 121. ὅπλα νηῶν pro armamentis navium dixit. *Caesaris* verbum servavit *Paulus Orosius*; qui 6, 8. hanc historiam ita narrat: *Continuo* ccxx *naves eorum paratae et omni* armorum *genere instructissimae, progressae portu, ex adverso restiterunt*. DAVIS. *Armamentis navem armare* B. Civ. 1, 36. et saepissime. Amant enim magis *armamenta* dicere, quam *arma*. Apud poëtas tamen non raro eo sensu *arma* occurrunt. Adi Cel. Burm. ad Ovid. Art. Amat. 2, 50. Vide et Davis. ad B. Civ. 2, 4. *Naves armaverant*. et passim alios.

*Neque tribunis*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Rom. [vel *tribunis*.] CLARK. MSS. omnes et Edd. ante Plantinianam a Lipsio procuratam exhibent *vel*. quod idcirco restitui, immerito sede sua expulsum. 4, 20. *Neque quem usum belli haberent, aut quantae nationes incolerent, neque etc. reperire poterat*. 5, 6. *Neque recusandi aut deprecandi caussa*. Sic enim MSS. c. 16. *Neque consistendi aut ex essedis desiliendi*. Adde 7, 64. 8, 15. *Neque pernoctare aut diutius permanere*, vulgo *neque*. B. Civ. 3, 15. *Neque lignandi atque aquandi, neque naves ad terram religandi*. ubi vulgo etiam *neque*. Corruperunt ita etiam Appul. l. 3. p. 50. Ed. Pric. *Neque tuae dignitatis, nec etiam prosapiae tuorum ignari*

tributae, constabat, quid agerent, aut quam ratio-
4 nem pugnae insisterent: [a] rostro enim noceri [b] non
149 posse cognoverant: turribus autem excitatis, [c] tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat; ut neque ex [d] inferiore loco [e] satis com-

VARIAE LECTIONES.

a *rostris* Duk. b *non p.* desunt V. pr. c vulgo *tantum tamen.* d *super.* And. *inferiori* Ed. R. e *satis commode* desunt And. Oxon. *satis* abest a Dorv. Edd. R. M. V.

*sumus.* MSS. enim et Edd. Vett. *vel etiam.*

*Quam rationem pugnae insisterent*] Non necesse est, ut cum *P. Ciacconio* reponamus, *quam rationem pugnae instituerent. Terentius* Eun. 2, 3, 3. *Ubi quaeram? ubi investigem? quem percontor? quam insistam viam? Cicero* de Orat. 3, 45. *Quonam igitur modo tantum munus insistemus*, ubi in nonnullis Codd. legitur, *instituemus.* Sed est Glossema. DAVIS. Plerique MSS. et Edd. Vett. *qua ratione.* Sed praeter alios et Ed. Stephan. bene quartum casum servant Bongars. Petav. Egmund. Vossian. prim. atque ita MSS. quidam apud Terent. Phorm. 1, 4, 15. *qua quaerere insistam via.* Appulej. l. 3. Init. *Angiportum insistimus.* Locum Terentii ex Eunucho ipse Ciacconius, aliosque ex Virgilio adduxit Brantius, et Lambinus ad Lucret. 1, 407. *Institerunt vestigia certa viai.* De verbo *insistere* adi etiam Cel. Burm. ad Sueton. Vitell. c. 2. *Insistere* autem et *instituere* saepius permutantur. vide ad c. 23. Et sic Plaut. in Sticho 3, 1, 26. *si hanc rationem instituis.* Infra 6, 9. *instituta ratione.* Verbum vero *insistere* videtur in se habere significationem ardoris, studii, maximaeque intentionis ad eam rem, quam agere instituimus. Sic 6, 5. *Totus et mente et animo in bellum Ambiorigis insistit.* Plaut. Mil. Glor. 2, 4, 4. *Age jam nunc insiste in dolos.* Virgil. Aen. 4, 533. *Sic adeo insistit, secumque ita corde volutat.* ubi videndus Servius, e Plauto adducens, *Hunc sermonem institi.* Studium rei notat etiam in Vellejo 1, 1, 17. *temporumque institerit notis.* Quo sensu capi posset etiam Appulej. l. 10. Met. p. 186. Ed. Pric. *Insistens jubebat.* quamquam et simpliciter pro *consistens* ibi non damno. Vide Miscell. Obs. T. 3. Vol. 2. p. 397.

*Noceri*] MSS. et Editt. Vett. *nocere.* Quod rectius est. Graecus, *μὴ δύνασθαι σφᾶς τὺς Γάλλυς ΒΛΑ'ΠΤΕΙΝ.* CLARK. *Nocere* est quoque in Lovan. cum tribus aliis, sed recentissimis: quare alterum, utpote rectum, loco moveri nolim.

*Tantum tamen*] Priorem voculam addidi ex editt. *Rom.* et *Ven.* cum in aliis perperam omittatur; quod factum, ut opinor, ex similitudine, quae inter hanc et sequentem vocem intercedit. Vide not. ad 1, 15. DAVIS. Scribit *Davisius*, ex Editt. Rom. et Ven. *Tantum tamen;* et priorem vocem perperam in aliis omissam censet. Sed integra est sententia sine ista voce. CLARK. Editio quidem Mediol.

mode tela adjici poſſent, et miſſa [a] ab Gallis gravius acciderent. Una erat magno uſui res praepa- 5
rata a noſtris, falces praeacutae, inſertae adfixaeque [b] longuriis, [c] non [d] abſimili forma muralium
[e] falcium. His quum funes, qui [f] antemnas ad ma- 6

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. Vett. non *a*. b MSS. plurimi *longuris* et Ed. Inc. c *non* deeſt L. sec. d *a simili* L. sec. tert. V. tert. e *faccium* V. pr. *falcum* L. sec. *fascium* V. tert. *fastium* Ed. Inc. f Sic MSS. vetuſtiſſimi et Edd. hic et ubique.

quae semper fere cum Romana conspirat, utramque vocem habet; sed sine dubio inde id ortum eſt, quod e varia scriptura, quae eſt perpetua in *tantum* et *tamen*, in textum ambae sint receptae. *Tantum* hic etiam Petavian. et placebat Grutero. Sed elegantius negligitur. nam solet *ut* subjungi; licet omittantur *tam*, *ita* vel *adeo*. ut hoc ipſo capite bis, *ut quum omnis Gallicis etc.* et, *ut nullum etc.* et cap. seq. *ut perpaucae etc.* Obſervavit hoc contra Daviſium quoque Cl. Bos. Animadvers. in Caes. p. 16. Verbulo id monui ad Frontin. 1, 1, 5. Sic *adeo* olim intruserant in Appulej. l. 1. Metam. p. 7. Ed. Colv. in fin. *Ut grabatulus* etc. Intruſum etiam infra 5, 15. *Tamen ut nostri* etc. vulgo enim *ita tamen*. et 7, 28. *Silentio ex fuga excepit, ut* etc. vulgo *sic ex fuga*. V. etiam 6, 24. 7, 67. *Liger ex nivibus creverat, ut transiri vado non posse videretur.* et 8, 41. 48. B. Civ. 2, 6. 3, 56. 96. B. Alex. c. 19. ubi vulgo male exſulabat *ut*. Adde B. Afric. c. 47. *Ita transportaverat, ut.* ubi Leid. pr. non agnoscit *ita*.

*Non abſimili forma muralium falcium*] Sunt qui *ruralium* legant, sed abſurde. Nec me Graecus moverit, qui γεωργικῶν δρεπάνων ait. Meminit falcium, quibus lapides evelluntur, Vegetius. Sed Lipſius diverſas illas a muralibus arbitratur. et has tantum detergendis moenium pinnis inſtitutas arbitratur. An vere, nequaquam adfirmaverim. Potuerunt sane eaedem et idoneae eſſe pinnis detergendis, et subruendis muris, aut lapidibus evellendis. VOSS. *Ruralium* eſt in MS. Ursini, Scalig. et Petaviano, sed egregie *muralium* defendit contra Robortellum Car. Sigonius c. 27. Thes. Critic. T. 2. p. 167. et seqq. qui conſulendus eſt. *Moralium* exaratur in Voſſ. pr. Lovan. Buslid. Egm. Gott. et Ed. Incerta. *Ruralium* R. Stephanus jam exhibuit.

*Destinabant*] *Distinebant* plerique legunt, etiam Lipſius 7, 22. ubi eſt, *quas cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant.* Libro quoque primo B. C. c. 25. legas: *has quaternis anchoris ex quatuor angulis deſtinabat.* Codicum magna varietas eſt, ut non temere ſtatuendum ſit, quae lectio praeſtet. Scio quidem, eſſe viros doctos, qui *destinare* pro deligare uſurpatum vett. dicant, sed autoritatem deſidero. Nam Appuleji (ejus verba enim adducunt) teſtimonio Caeſaris comprobare dictionem velle, id non facile faciendum mihi videtur.

los destinabant, comprehensi, adductique erant,
7 navigio remis incitato, praerumpebantur. quibus
[a] abscisis, antemnae necessario concidebant, ut, quum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque [b] consisteret, his ereptis, *omnis usus
8 navium uno tempore eriperetur. Reliquum erat certamen positum in virtute; qua nostri milites fa-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *abscissis*. b *esset* Lov. Edd. R. M. V. *essent* Dorv. *consisterent* Ed. Inc.

Apud Varronem 1, 20. reperias cominus usitatam notionem vocis *destinare*, ait enim: *Novellos quum quis emerit juvencos, si eorum colla in furcas destinata incluserit, ac dederit cibum*. Ubi *destinare* nihil aliud esse putarem, quam *dirigere*, uti cum dicitur, *destinare certos ictus*, quod et *dirigere ictus*, aut *vulnera*, Tacitus dixit. Sed jam *destitutas* ibi legendum, ex MSS. ostendit Victorius. Proinde nullus veterum, quod sciam, juvat. In glossis est: *Destinat: περισπᾷ*; vereor ne *distinet* legendum sit. nam *περισπᾷν* inter caetera est, *distinere*, *distringere negotiis*. Illud magis miror, quod in Glossis Philoxeni legitur: *destinat, ἀφοσιεῖ*. quid enim commune *τῷ destino* cum *ἀφοσιόω?* Dicam, quod subito in mentem venit. Puto legisse autorem illa Maronis: — *et me destinat arae*. et intellexisse, *destinat* hic esse *devovet*. Quod verbum in Antiquario suo Laurenbergius hic explicat, *deligat*, imperite prorsus. Sed ne temere Glossarii verba trahere ad Maronis locum videar, est simile quid in Glossario, quod MS. habemus. Ibi enim legitur, *Malagrama, herba venenosa*. lego, *Mala gramina*. Et respexit ad illud ejusdem poëtae, l. 2. Aeneid. — *coluber mala gramina pastus*. Quantum ad Caesaris verba, non arbitror mutandum quidquam, cum et Vitruvius, Augustei aevi scriptor, 5, 12. *destinare* pro deligare ter usurpaverit. Et *destinare* apud veteres significationes complures habuisse certum est. Sic ex Nonio discimus, parare, et emere notavisse. ait enim: *Destinare dicitur parare. Destinare, emere*. Lucilius l. 28. *Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem millibus destinor*. Etiam pro *designare* usus Curtius, cum ait, *conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, ferre Dioxippus nequivit*. Suetonius et medii aevi Scriptores pro mittere usurpant. Corippo *destina* columen est seu fulcrum, cum ait: *Et Thomas Libycae nutantis destina terrae*. Eodem modo usus Arnobius. VOSS. Ut probet Ciacconius vulgarem lectionem *distinebant*, adfert locum 4, 17. *binis utrimque fibulis ab utraque parte distinebantur*, sed et illic Davisius legendum putat, *destinabantur*; licet eo loco abnuant MSS. nam ceteris locis hic a Vossio adductis MSS. exhibent *destinabantur*, vel *distinabantur*. Vide ibi Comment. Hic quoque Coll.

cile superabant, atque eo magis, quod in conspectu Caesaris, atque omnis exercitus res [a] gerebatur; ut nullum [b] paullo fortius factum latere posset: om- 9
nes enim colles, [c] ac loca superiora, unde [d] erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.

XV. [e] Disjectis, ut diximus, antemnis, quum 1

VARIAE LECTIONES.

a *agebatur* L. tert. Ed. Inc. *gerebantur* L. sec. b deest Lov. c Sic MSS. non *et*. d deest Lov. e *disjectisque* Pet. *d. igitur* V. pr.

Voss. sive Cod. Scal. Leidens. primus et tertius cum Ed. Incerta servarunt *destinabant*, ut bene edidere Davisius et Clarkius. Ceteri MSS. potiores *distinebant* cum plerisque Edd. Recentiores Codd. ut et Voss. prim. *detinebant*, quod tamen foret melius, quam *distinebant*, quod *dividere, separare* notat, sive quovis modo curare, ut, quae disjuncta sint, non coëant; non vero *alligare*, ut hoc et illis locis debet.

*Praerumpebantur*] Leidens. prim. *prorumpebantur*. Ursini Codd. Lovan. et Ed. Princeps *perrumpebantur*: ut malebat Faërnus. Nil muto. Solemnis est variatio. Ovid. Metam, 14, 547. *Stupea praerumpit Phrygiae retinacula classis*. Potius malim pro *abscissis* cum MSS. Ursini et eodem Leidensi *praecisis*. de quo composito adi Heinsium ad Ovid. Epist. Her. 20, 143. Frontinus cum alibi, tum 4, 1. *Cinctu togae praeciso*; quamquam hic potius notaret, ante *abscisis*. nam sic saltem e ceteris MSS. et Edd. vetustis, quibuscum facit Scaliger, reposui. V. ad Frontin. 1, 4, 7. et Davis. ad 7, 73. *firmis ramis abscisis*. Colv. ad Appul. l. 4. p. 70. *Manum prorsus abscidimus*. male Edd. novitiae, *abscindimus*.

*Disjectis ut d. antemnis*] Ursinus videndum ait, an non legendum sit, *dejectis*; quia supra dixerat auctor: *antemnae concidebant*. Est qui *dissectis* malit: sed probo omnino *dejectis*. id est, de summo malo in naves vel mare jactis, idque confirmatur ab optimis membranis Andinis, creberrima confusione. Sic *dejectum in pelagus corpus* Lucan. 3, 660. et 691. *Tela mari dejecta*. Sed ibi praestat *disjecta*, i. e. sparsa. Ovid. Metam. 12, 289. *Insani dejectam viribus austri Forte trabem nactus*. quem locum egregie vindicavit Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 8, 289. et ita *avem coelo dejicere* pro ferire, ut cadat: de qua locutione consule Cel. Drakenb. ad Silium 2, 96. Propius accedit J. Obsequens c. 87. *Navis velum fulmine ex antemna in aquas dejectum, et impensas omnes ignis consumsit*. Sic nunc eum locum lego cum Cl. Lipsio pro, *fulmine examinatum*. Huc faciunt Dig. l. 14. Tit. 2. §. 6. *Navis adversa tempestate deprensa* (Vide Bentl. ad Horat. O. 1, 14,

15 1 [a] singulas binae [b] ac [c] ternae naves circumsteterant,
milites summa vi transcendere in hostium naves
2 contendebant. Quod postquam barbari [d] fieri animadverterunt, expugnatis compluribus navibus, quum ei rei nullum reperiretur auxilium, fuga salutem
3 petere [e] contenderunt. Ac, jam conversis in eam partem navibus, [g] quo ventus ferebat, tanta subito [h] malacia, ac tranquillitas exstitit, ut se [i] ex
4 loco movere non possent. Quae quidem res ad ne-
5 gotium conficiendum maxime fuit obportuna. nam singulas nostri [k] consectati expugnaverunt, [l] ut perpaucae ex omni numero, noctis interventu, ad terram [m] pervenerint, quum ab [n] hora fere IV, usque [o] ad Solis occasum, pugnaretur.

XVI. Quo

VARIAE LECTIONES.

a *singulis* And. b Sic MSS. o. non *aut.* c *trinae* MSS. 3. Ed. Inc. et vulgo *circumsisterent* d deest L. pr. e Edd. qdd. *animadverterent.* Beroald. *animadvertunt. animadvertere* V. sec. *animadverterant* Egm. f *contendebant* L. pr. Ox. Sc. Ed. Steph. g *in quam* MS. Urs. Pet. Ox. Sc. et L. pr. a m. sec. h MSS. et Edd. qdd. *malicia* et *malitia* inepte. *Mollities* L. pr. i Sic MSS. o. et Edd. pp. vulgo deest *ex.* dein *commovere* iidem MSS. et Edd. praeter Pet. Cuj. L. pr. sec. Ox. Scal. k *sectati* Egm. *consecuti* Lov. dein *ita exp.* L. sec. Carr. et Edd. qq. malc. V. c. praec. l *et* Edd. R. M. V. m *pervenere* Edd. R. M. V. *pervenirent* L. pr. n vulgo *hora IV.* o deest *ad* Duk.

10.) *ictu fulminis deustis armamentis et arbore et antemna etc. Inpensas* vero ibidem retineo; sive pro armamentis capias cum Burmanno ad Ovid. Epist. 7, 188. sive pro mercibus cum Cl. Wesselingo Probabil. c. 7. p. 67.

*Circumsisterent*] MSS. et Editt. Vett. *circumsteterant.* Quae Lectio aeque ferri potest. CLARK. Inperfectum solus retinet de tot meis Codd. Leidensis primus et Scalig. cum Carrar. ut ediderunt etiam Vascos. Gryphius. Steph. Strada et deinceps. Alterum itaque revocavi. Contra 4, 26. *paucos circumsistebant* MSS. omnes. at Clarkii Editio, *circumstabant.* V. et 4, 37. 5, 7. 44. Male etiam Ed. Elzev. *descendere* exhibet, pro *transcendere.*

*Tanta subito malacia*] Quid sit *malacia*, docet *Festus. Flustra*, inquit, *dicuntur, cum in mari fluctus non moventur*,

XVI. Quo proelio bellum Venetorum, totius- 1
que orae [a] maritimae confectum est. nam quum 2
omnis juventus, [b] omnes etiam [c] gravioris aetatis,
[d] in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eo
convenerant; tum, navium quod ubique fuerat, in
unum locum coëgerant: quibus amissis, reliqui ne- 3
que, [e] quo se reciperent, neque, quemadmodum
oppida defenderent, habebant. Itaque [f] se, sua- 4
que omnia [g] Caesari dediderunt: in quos eo gra- 152
vius Caesar [h] vindicandum statuit, [i] quo diligentius
in reliquum tempus a barbaris jus legatorum [k] con-
servaretur. Itaque, omni senatu necato, reliquos
sub corona [l] vendidit.

XVII. Dum haec in Venetis geruntur, Q. Ti- 1
turius Sabinus cum iis copiis, quas a Caesare acce-

VARIAE LECTIONES.

a *maritumae* Egm. b *omnis* MSS. quid. c *graviores* Ed. Inc. d *a q.* Edd. R. M. V. e deest Duk. f *sua omnia* Ox. g abest a Lov. h *judic.* Ed. Inc. i *quod* L. pr. Egm. k *observ.* L. pr. l *tradidit vendiditque* L. sec.

*quam Graeci μαλακίαν vocant.* Hanc *Sulpicius Severus* Dial. 1, 4. p. 381. ut vocis Graecae vim exprimeret, *molliciem maris* nuncupavit. DAVIS. V. Comment.

*Quae quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna*] Aliter *Florus* 3, 10. *Cum Venetis etiam navale bellum, sed major cum Oceano, quam cum ipsis navibus rixa. — Haerebat in vadis pugna, quum aestibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur.* Hunc autem scriptorem insigniter esse lapsum, cum res ipsa clamat, tum ex *Dionis* l. 39. p. 110. abunde patet. DAVIS.

*Maxime fuit obportuna*] Non spernenda sane est lectio MStorum Ursini, Cujac. Andin. Leid. primi, Oxon. et Scalig. *maximae fuit obportunitati.* ut saepe *magno usui esse.* Fraudi librariis videtur fuisse, quod scriptum invenerint *maxime.*

*Ab hora quarta*] Graec. ἐξ ὥρας τετάρτης. MSS. et plerique Editi, (*hora* fere *quarta.*) CLARK. Addidi *fere:* quod solummodo videtur operarum vitio ex Editione Amstelaedamensi A. 1697. excidisse. Priores enim, quod sci-

2 perat, in fines Unellorum pervenit. His praeerat [a] Viridovix, ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quae [b] defecerant; ex quibus exer-
3 citum, magnasque copias coëgerat. Atque his paucis diebus Aulerci [c] Eburovices, [d] Lexoviique, senatu suo interfecto, quod auctores belli esse nolebant, portas clauserunt, [e] seque cum Viridovice
4 conjunxerunt: magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque [f] convenerant, quos spes praedandi, studiumque bellandi ab agricultura, [g] et quotidiano labore re-
5 vocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris [h] sese tenebat; quum Viridovix contra eum [i] duum milium [k] spatio consedisset, quotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret, ut jam non

VARIAE LECTIONES.

a *Uridovix* MSS. Urs. Cuj. Ox. *Virodovix* Pet. *Viriduovix* Egm. et deinceps. b *desciverant* L. sec. a m. pr. c *Aulurci* B. pr. Pet. V. pr. sec. Egm. Duk. *Aurelici* L. pr. Sc. *Eburonices* MSS. et Edd. qdd. d *Lexobiique* Egm. et Edd. V. supra c. 9. e *seque Virodovici* L. pr. f vulgo *convenerat*. g *cotidianoque* G. V. tert. h *se t.* L. pr. *se retinebat* B. pr. i *duorum* L. pr. k *spatium* L. sec.

am, omnes cum MSS. cunctis agnoscunt.

*Reliquos sub corona vendidit*] Bello captos coronari, atque ita venumdari solere, et Cato, et ex eo Gellius, tradidere. Ille in libro de re militari, hic Noct. Atticar. 7, 4. Hotomannus tamen quamvis in re manifesta novas conjecturas adfert, scilicet, servos in orbem dispositos fuisse, quo facilius ab emtoribus considerari possent. Ego, etiamsi veteres nihil hac de re prodidissent, tamen justissimas me habere caussas putarem, cur ineptam hanc opinionem dicerem. Primo enim confundit *orbem* cum *corona*. *in orbem stare* dicuntur, qui rotundum globum sua multitudine faciunt. *Coronam faciunt*, qui aliquem, vel aliquid circumstant. Neque hoc pro illo usquam usurpatum scio. *Corona* semper de illis dicitur, qui cingunt vel urbem, vel concionantem, aut tale quid. *Orbis* (de militia loquor) de illis, qui cinguntur ab aliis. Praeterea si in orbem stabant servi, quare dicti, *sub corona* venire? Nam *sub hasta*, caussam habet, cum sub eam transirent. Sed ineptire Hotomannum luce clarius. Et vel vulgatus hodieque mos ostendat, quo venalibus corona appen-

solum hoſtibus in [a] contemtionem [b] Sabinus veniret, sed etiam noſtrorum [c] militum vocibus nonnihil carperetur: tantamque opinionem timoris praebuit, ut 6
jam ad vallum caſtrorum hoſtes [d] accedere auderent.
Id ea [e] de cauſſa faciebat, quod cum tanta multi- 7
tudine hoſtium, praeſertim eo abſente, qui sum- 153
mam imperii teneret, nisi aequo loco, aut obportunitate aliqua data, legato dimicandum non exiſtimabat.

XVIII. [f] Hac confirmata opinione timoris, ido- 1
neum quemdam hominem et callidum [g] delegit Gallum ex his, quos auxilii cauſſa secum habebat. Huic 2
magnis praemiis pollicitationibusque perſuadet, uti ad hoſtes transeat: [h] et quid fieri [i] velit, edocet. Qui ubi [k] pro perfuga ad eos venit, *timorem Ro-*

VARIAE LECTIONES.

a *contemptum* L. pr. et Edd. Aldi, St. Gr. Sed v. Urs. Brant. Brut. *contempnacionem* Ed. Inc. b deeſt Lov. *Titurius* V. sec. c deeſt Gott. L. tert. Aic. et Ed. Inc. non male. d *accederent. id* Edd. R. M. V. e Sic MSS. et Edd. Vett. *de* abeſt Edd. Plant. Elz. Dav. Clark. f *Ac* MSS. multi. *at* G. V. tert. Ed. Inc. g *deligit* L. pr. *dirigit* Ox. h Sic MSS. et Edd. o. ante Scalig. qui cum seqq. omisit *et*. *hostem* paullo ante Edd. R. M. V. non male. i *vellet* V. pr. a m. pr. k *profuga* L. pr. V. tert. *pro* deeſt Aic.

di solet. Arbitror quoque, servos olim, si non omnes diſtrahi eodem die poterant, incluſos fuiſſe publico alicui loco, et suspensam prae foribus coronam, quae indicio eſſet, venalia intus mancipia haberi. VOSSIUS.

*Aulerci, Eburovices*] Legendum oſtendunt Viri docti, Cellarius, Brantius, etc. *Aulerci Eburovices*, sine diſtinctione, ut sit unus scilicet populus. CLARK. Monent id quoque Glareanus, Ursinus et Ciacconius, neque aliter eſt in MSS. vetuſtioribus. Hinc malim quoque 7, 76. *Lexoviis, Aulercis Eburovicibus*. Vulgo, *Eburonibus*.

*Convenerat*] Lovan. Gottorp. et quatuor alii cum Edd. Rom. Incerta, Mediol. Ven. *convenerant*. Veriſſime: sic 2, 6. *Quum tanta multitudo lapides ac tela conjicerent*. 5, 27. *Haberent in se juris multitudo* Voſſian. prim. Hirt. B. Alex. c. 23. *Multitudini esse inpedimento, quo minus se dederent*. c. 32. *Multitudo oppidanorum Caesari occurrerunt*. B. Hisp. c. 4. *multitudo cum ex-*

3 *manorum proponit: quibus angustiis ipse Caesar a*
4 *Venetis* [a] *prematur*, docet: *neque longius abesse,*
*quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exerci-*
*tum educat, et ad Caesarem, auxilii ferendi caussa,*
5 *proficiscatur*. Quod ubi auditum est, conclamant
omnes, occasionem negotii bene gerendi amitten-
6 dam non esse: ad castra iri oportere. Multae res
ad hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum
dierum Sabini [b] cunctatio; [c] perfugae confirmatio;
inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab iis
erat provisum; spes [d] Venetici belli; et quod [e] fere
7 libenter, homines id, quod volunt, credunt. His

VARIAE LECTIONES.

a *premebatur* L. pr. b *percunctatio* L. pr. c *profugae* L. tert. Ed. Inc. d *Veneti* Pet. *Venetii* MSS. 3. Ed. Inc. V. ad 4, 21. e deest G.

*issent*. Sic MSS. Hinc emendandum reor Corn. Nepotem partim e MSS. partim conjectura, in Epaminonda c. 7. *Cujus errore eo esset deducta res, ut illa multitudo militum de salute pertimescerent*. vulgo, *deducta illa mil. mult. ut omnes* etc. Saepissime Livius. V. Cl. Drak. ad 3, 21. *Multitudo consulum fidem inplorant*. Et ita saepe in collectivis noster, ut aliquoties monendum. 5, 8. antiquissimus Bongars. *magna manus convenissent*. pro *magnae*, sed ibi *perterritae* sequitur. B. Civ. 2, 6. *magna vis telorum vulnera inferebant*. ubi omnino consulenda, quae notantur.

*Nisi aequo loco, aut opportunitate aliqua data*] Eleganter Graeci πλεονεξίαν vocant, cum quis in pugna meliori conditione utitur. sic Xenophon l. 1. Cyropaed. p. 33. τί δὲ λέουσι, καὶ ἄρκτοις, καὶ παρδάλεσιν οὐκ εἰς τὸ ἴσον καθιστάμενοι ἐμάχεσθε, ἀλλὰ μετὰ πλεονεξίας τινὸς ἐπειρᾶσθε ἀγωνίζεσθαι πρὸς αὐτά. *cur autem cum leonibus, et ursis ac pardis non aequo marte congrediebamini, sed ita semper adversus hasce feras certare conabamini, ut conditione vos meliori essetis*. Latinis nulla vox est, quae πλεονεξίας hunc significatum exprimere possit. Belgis *voordeel* est, ut cum dicunt, *met voordeel vechten*. VOSSIUS.

*Legato dimicandum non existimabat*] Proba vox *legati* hoc loco, et retinenda. Opponit Caesar hic *imperatorem*, et *legatum*. Sabinus non putabat sibi, quippe legato tantum, pugnandum esse cum magna hostium multitudine, absente Caesare, qui summum imperium tenebat. Miror, Ursinum et Ciacconium ejicere vocem hanc voluisse. IDEM.

rebus [a] adducti non prius Viridovicem, reliquosque duces ex [b] concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant, [c] et ad castra contendant. Qua re concessa, laeti, [d] ut explorata victo- 8
ria, [e] sarmentis, virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.

XIX. Locus erat castrorum editus, et paulla- 1
tim ab imo [f] adclivis [g] circiter passus M. Huc ma- 154
gno cursu contenderunt; ut quam minimum [h] spatii ad se conligendos armandosque Romanis dare-
tur, exanimatique [i] pervenerunt. Sabinus suos 2
[k] hortatus, cupientibus signum dat. Inpeditis ho-

VARIAE LECTIONES.

a *abducti* Ep. Inc. b *consilio* Lov. L. pr. et 2. alii. Edd. R. M. V. c deest copula Pet. d Sic MSS. 16. et aliorum cum Ed. Inc. vulgo *velut*. e *sacramentis* B. pr. f *Abclinis* Ox. *acclinis* Ed. Plant. g *et circ.* Ed. Elzev. h *spatium* L. pr. i *exanimatis qui pervenerant* Pet. *exanimatisque perv.* B. tert. *pervenerunt* deest Pal. k *hortatur* V. pr.

*Multae res ad hoc consilium Gallos hortabantur*] Tradit *Dio* lib. 39. p. 3. Gallos nulla consideratione adhibita hoc facinus suscepisse: *πάνυ γάρ τοι διακορεῖς καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῦ ποτῦ ἦσαν*. Sed *Caesar* multas hujusce consilii rationes protulit, et, inter alias, cibariorum inopiam. DAVIS.

*Sarmentis virgultisque collectis*] Putat Hotomannus, Hirtium 8, 15. cum ait, *Gallos in acie sedere solitos in fascibus stramentorum ac virgultorum*, et addit, hoc in superioribus commentariis demonstratum esse, ad hunc locum respexisse. Video quidem et hic et illic stramentorum virgultorumque mentionem, sed nulla sedendi hoc loco mentio, qua in quaestione cardo rei versatur. Itaque non temere affirmaverim, Hirtium hunc locum intellexisse. Praesertim cum hic Caesar dicat, Gallos collegisse fasces; et Anonymus l. 3. p. 61. *sarmentis variaque materia ex agris collecta.* VOSSIUS.

*Exanimatique pervenerunt*] *Exanimatus* pluribus locis Caesar dixit, pro eo, qui fatigatus aegre spiritum trahit. Quod non facile apud alios autores reperias. Quibus *exanimatus* plerumque consternatum et pavidum notat. Graecus sane significanter transtulit, *ἀπειπόντων*. Nam *ἀπειπεῖν* ita lassari est, ut vix spiritum ducere possis. Libro septimo *exanimatus* Caesar pro mortuo usurpavit: *ab dextro latere transjectus exanimatusque concidit.* Quomodo et Valer. Ma-

ſtibus, propter [a] ea, quae ferebant, onera, subito
3 duabus portis eruptionem fieri jubet. Factum eſt obportunitate loci, hoſtium inscientia, ac [b] defatigatione, virtute militum, [c] superiorum pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem noſtrorum inpe-
4 tum ferrent, ac ſtatim terga [d] verterent. quos [e] inpeditos integris viribus milites noſtri conſecuti, magnum numerum eorum occiderunt; reliquos [f] equi-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt *ea* L. pr. MSS. Urs. *propterea quod f.* ſtatim Edd. pleraeque *inscitia.* b *defetig.* B. pr. Egm. c Sic MSS. non *ac.* d *verterunt* Egm. e deeſt And. Ox. *inperitos* L. sec. Duk. a m. pr. f *equos* V. tert. *eq. eorum* L. pr. Ox. Scal.

ximus uſus 9, 11. *Altera cum falso mortis filii nuntio domi moesta sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est.* Qua notione *exanimis* plerumque alii autores dicunt. VOSS. Curſu laſſati ac proin aegre spiritum trahentes. Sic cum alibi, tum B. C. 3, 92. *Simul fore, ut duplicato cursu Caesaris milites* exanimarentur, *et lassitudine conficerentur.* Hujusce significatus rationem suppeditabunt not. ad B. G. 2, 23. DAVIS.

*Hostium inscientia*] In editis *inscitia:* sed alteram lectionem servat optimae notae Codex *Andinus*, ut teſtatur *J. F. Gronovius*, nec aliter MS. *Norvic.* Recte. Sic supra c. 9. *Navigationem impeditam propter* inscientiam *locorum paucitatemque portuum sciebant.* Vide porro c. 13. et B. G. 6, 43. Ita etiam loqui solent optimi quique auctores, ut notat vir doctiſſimus ad *Livii* 22, 25. DAVIS. Non modo Elienſis et Andinus, sed et Bongars. Voſſiani, Leidenſes, Petav. Lovan. Egmund. Oxon. Duker. Gottorp. et Regius, teſte Clarkio, cum Ed. Incerta exhibent *inscientia.* Adde Munker. ad Fulgent. p. 101. et Doctiſſ. A. Gronovium ad Juſtin. 4, 5. *inscientia ducum.* et inprimis Cel. Burmann. ad Quinctil. Inſtit. Orat. 9, 4. *librariorum insectari inscientiam.* Infra 7, 43. *propter inscientiam levitatemque vulgi.*

*Ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent*] *Petr. Ciacconius* reponit, *ut ne* primum *quidem* etc. Sed mutatione nihil eſt opus. *Livius* 23, 42. *Te ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo amisso, torpere. Lactantius* 5, 4. *Uno* simul *impetu profligarem.* Sic ex MSStis legendum; nam editi perperam repraeſentant, *uno* semel *impetu.* Cl. *Mamertinus* Pan. 1, 5, 2. *aperto marte atque* uno *impetu perculisti* Vide sis et *Nazarium* Pan. 9, 18, 6. ac *Tacitum* Ann. 1, 61. DAVIS. *In Add. et Cur. sec.*

*Ex tertia parte Galliae*] Lipſius libri sui orae adlevit, delcto *ex, tertia pars.* Certe scabri quid ineſt in hac locutione. Verum optime medetur Bongars.

tes consectati, paucos, qui ex fuga [a] evaserant, reliquerunt. Sic, uno tempore, et de navali pugna 5
Sabinus, et de Sabini victoria Caesar certior [b] factus: [c] civitatesque omnes [d] se statim Titurio [e] dediderunt. nam, ut ad bella suscipienda Gallorum 6
alacer ac promtus est animus, sic mollis ac minime 155
resistens ad calamitates [f] perferendas [g] mens eorum est.

VARIAE LECTIONES.

a *evaderent* conjicit N. Heins. b Sic Bong. pr. V. pr. Pet. et 4 alii. Ed. Inc. vulgo *f. est.* Lov. Aic. *est fact.* c *civitates* Carr. d *sese* Pet. e *dederunt* L. pr. f *ferendas* And. L. pr. *prof.* Ed. Inc. g delent haec verba Grut. et Lips. *est* saltem recte abest a Carr. et Duk.

primus ac Voss. tertius: *Gallia.* Ea pars est aestimanda *Gallia* pro parte tertia. Cicero pro domo c. 14. *Populus R. habebit neque ex parte dimidia reliquos Sacerdotes.* de Divin. 2, 9. *Senatum majore ex parte ipse cooptasset.* Sic passim *ex parte* i. e. pro parte. contra *ex toto.* 4, 22. *Ex magna parte Morinorum legati ad eum venerunt.*

*L. Valerius Praeconinus legatus, exercitu pulso interfectus esset, atque unde L. Manilius Procos. impedimentis amissis profugisset*] Graecus habet: *Λύκιος Βαλήριος Πρηκόνιος, στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων*, et *Λύκιος Μάλλιος αὐτὸς ὁ πρόπατος.* Locus haud dubie mendosus, quem Hotomannus quoque tentavit, pro *L. Valerius* legens *M. Aurelius.* pro *L. Manilius Procos.*, *C. Manilius consul.* Nomen illud Mallii in aliis quoque Graecis Siculis tabulis reperit Pighius, et praeterea in vet. inscriptione. Itaque non dubito hic rescribere, *Cn. Mallius.* Ursinus hoc anno proconsulem fuisse ait, quod nescio, unde probari possit. Et pro *L. Valerius* scriberem quoque *M. Aurelius*, sed nescio, quorsum illud *Praeconinus* spectet. Nam Aurelius hic, uti ex Orosio liquet, *Scaurus* cognominatus. An *Praeconinus* corruptum dicemus ex *Proconsul?* Sed videndum, quid tum *legati* vox. In v. c. Scal. erat, *L. Varius, P. Coninus.* Vid. Vellejum p. 27. b. VOSS. Cum nec *L. Valerii Praeconini*, nec *L. Manilii Procos.* in Gallia victorum recordaretur *Fr. Hotomannus*, pro *L. Valerio* reposuit *M. Aurelium*, nec *Praeconini* ullam habuit rationem; *C.* autem *Manilium Cons.* in locum *L. Manilii Procos.* suffecit, cujus emendationes amplexus est *D. Vossius.* Sed, ne dicam nimias esse mutationes, et *M. Aurelium* non fuisse *legatum*, sed *Consulem*, annus, quo P. Crassus in Aquitaniam pervenit, erat U. C. DCXCVIII. M. vero Aurelius a Cimbris et Teutonis victus est U. C. DCXLVI. C. Manilius U. C. DCXLIX. ut docet *D. Petavius* Doct. Temp. l. 13. p. 644. Quandoquidem igitur in-

1 XX. Eodem [a] fere tempore, P. Crassus, quum in Aquitaniam pervenisset, quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine, et multitudine hominum, ex tertia parte Galliae est [b] aestimanda, quum intellegeret, in [c] his locis sibi bellum geren-

VARIAE LECTIONES.

a Deest Ox. b *existimanda* Duk. et Edd. qdd. V. supra. c Sic MSS. et Edd. Vett. non *illis*.

ter P. Crassi adventum in Aquitaniam et C. Manilium victum annorum sit XLIX. intercapedo, vix quisquam est, cui tantum spatium *paucis annis* significari videbitur, praesertim cum quadriennio ante ipsius Caesaris natalem haec clades accideret. Alio igitur confugiendum est, de quo adeunda notarum appendix; longioris enim disquisitionis res est. DAVIS. Pace doctorum virorum hic locus frustra de mendo suspectus est: nam civitates hic memoratae clare ostendunt, Crassum non agitasse circa ea loca, quis antea Silani, Scauri, Cassii, Manlii, Servilii copiae deletae sunt, ad quos respicit Auctor de Bell. Gall. 1, 7. et 12. aliter pro, *Lucius Valerius Praeconinus*, ipse illico reposuissem *Pisonem Caesoninum*, qui Caesaris cognatus fuit; sed vel ex Caesaris verbis patet, aliam esse pugnam Manilianam, aliam vero illam, in qua occubuit Piso. *Hic*, inquit, *pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium Consulem interfecerat*, c. 7. et paucis interjectis: *Qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas injurias ultus est, quod ejus soceri Pisonis avum, Lucium Pisonem Legatum, Tigurini eodem proelio, quo Cassium, interfecerant.* Hoc proelium commissum dicit *Patrum nostrorum memoria*. De Manliano vero sic memorat B. G. 3, 20. *Eodem fere tempore P. Crassus quum in Aquitaniam pervenisset*; et paullo post, *quum intelligeret in iis locis sibi bellum gerendum, ubi paucis ante annis Lucius Val. Praeconinus* etc. unde nihil mihi planius, quam quod haec bella diversis temporibus administrata sint; illud nimirum Patrum, hoc *ipsius Caesaris* memoria. Inducto igitur *Pisone Caesonino*, alius quaerendus est, cujus nomen salva annalium fide retineatur. Puto itaque Bellum Sertorianum hoc in loco respici, fretus ipsomet Caesare B. G. 3, 23. *Duces vero ii deliguntur, qui una cum Sertorio omnes annos fuerant*. Si vero iidem idonei duces erant sub adventum Crassi, qui Sertorii aetate ducum munia obierant, nihil ex ratione temporum deprimi possit, quod probet, *τὸ paucis abhinc annis* ab hujus belli tempore diffidere. Sed Lucius Manilius, vel, ut alii, Manlius, ab Herculejo, Sertorii Quaestore, copiis, impedimentis, postremo vita exutus est. Quod accidit in primo congressu Pompeji et Metelli cum Sertorianis. Nec sane quidquam video, quod magnopere facit contra nostram hanc de bello Sertoriano conjecturam, nisi quod vel *paucis abhinc annis* a Caesare res gesta narratur, vel quod *Praeconini* nomen in fastis non occurrit. At vero ex *Macrobio* constat, Cae-

dum, ubi paucis ante [a] annis L. Valerius [b] Praeconinus legatus, exercitu pulso, interfectus esset, atque unde L. [c] Manilius Procos., inpedimentis [d] a- 156
missis, profugisset, non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intellegebat. Itaque, re frumentaria 2

VARIAE LECTIONES.

a *ante a.* L. pr. b *Praeconius* MSS. et Edd. qdd. *Praeconitius* Lov. et V. sec. *Cominius* Duk. *P. Communis legionum* L. pr. c MSS. et Edd. plerique more solito *Mallius.* Al. *Manlius.* d *relictis* V. tert.

saris natalem incidisse in annum U. C. 653. qui propterea (hocce proelio facto U. C. 675.) annum egit vicesimum primum, et illo etiam anno, quo Crassus Aquitaniam obtinuit U. C. 698. octavum supra quadragesimum. Cecidit ergo Manlius anno ante Crassi adventum vicesimo septimo. Quod si Caesaris, *paucis abhinc annis*, ad istam annorum intercapedinem extendi possit, res ex parte acta est. Sed hoc demum est, quod Interpretes male habet; nempe auctores, qui acta Sertorii et Metelli fuse porsecuti sunt, de Praeconino nostro dixere ne gru quidem. Sed quid tum postea? Num ideo corruptus noster, quod forte dicit, quod non dictum prius? Imo res illos prorsus latuit, proinde sedulo advertendum, *Praeconinus* non fuisse solum et unicum cognomen gentis Aeliae: quidni ergo lateat alicubi noster legatus, sub nomine alieno? Fortasse vulgo non adeo per hoc cognomen innotuit, cum fuerit et novum et ex officio inditum. Utcunque se res habet, *Pighius*, haud secus atque interpretes, quod duplex Gentis Aeliae cognomen ignorabat, locum hunc intactum praetermisit. Quod si aliquod numisma hujusce aevi erui potuerit, *Praeconini* aut *Stilonis* cognomine insignitum, de hoc nodo solvendo non prorsus desperarem: donec id fiat, conjecturis insistendum. Itaque sic censeo. Probabile est primo, ex locis Caesaris inter se collatis, Praeconinum et Manlium non eodem proelio fuisse aut tempore peremptos: contrarium saltem neque ab illo, nec ab alio quoquam probabitur. Ab illis itaque Auctoribus, qui Manlium Proconsulem, M. Domitium legatum, Antonium (qui tamen ex partibus Sertorianis fuit) et Thorium ab Hirculejo fusos memorant, nihil adduci potest contra *Praeconinum*, quem alicunde oppetiisse haud absurda suspicio est. Neque enim Domitius eodem proelio cecidit, quo Laelius; quam in rem contende *Florum* 3, 22. et *Frontinum* 2, 5. cum *Plutarchi* Sertorio. Secundo excute universos hac de re historicos: invenies solummodo quatuor legatos; tametsi 2. Imperatores, si non plures, uno eodemque tempore Sertorium hinc inde premebant; Domitium Manlii, nempe, legatum, Thorium Metelli, Memmium, et, si *Julio Obsequenti* fides habeatur, Didium Laelium, Pompeji. Unde perspicue palam est, duos ad minimum legatos et forte inter eos Praeconinum non solum vita, sed fama etiam et rumore spoliatos; utroque Imperatore nunquam ex

157 provisa, auxiliis, equitatuque comparato, multis praeterea viris fortibus Tolosa, [a] Carcafone, et

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. Urs. Cuj. L. pr. Sc. Ox. And. et Edd. qdd. In ceteris et Edd. pp. deeft haec vox.

more Romano pauciores tribus legatis, saepius plures secum ducente. Denique locum hunc levi mutatione ad veteris memoriae fidem sic accomodandum cenfeo: *Lucius Aelius Praeconinus;* aeque enim potuit Caefar omittere alterum ex Cognominibus, *Stilonem* nempe, atque alii *Praeconinum*. Neque te moveat, quod cognominis hujusce Confulares Fafti plane sint immemores: cum et *Plinius* N. Hift. 33, 2. et 37, 1. et *Suetonius* de illuftr. Gram. c. 3. diferte afferunt, Stilones Praeconinos a Praeconis officio nuncupatos, anno ante *Ciceronis* aetatem quinquagefimo, ut ex ejus de Claris Orat. c. 56. colligitur. Aelium porro hunc Varronis praeceptorem fuiffe idem tradit; *Festus* vero et *Agellius* Orationibus in ufum Pompeji, Caepionis et Rufi condendis inclaruiffe, cum Metello in exilium usque profectum: quod sane conjecturae noftrae maxime favet; nam cum Imperatores eos ut plurimum in legatorum numerum adsciverint, qui eos vel sanguinis vel amicitiae neceffitudine attigerunt, vix dubito, quin ipfe Aelius Stilo (ad quem saepius provocant Grammatici) pater fuerit ejus *Lucii Aelii*, quem hoc loco intelligit Caefar, qui propter honorem, infelici filio habitum ab Metello, illum in exilium abeuntem profecutus eft. Neque audiendus *Lipsius*, dum Stilonem de Catafta emptum narrat libro *de Magnitudine Urbis Romae;* de Daphnide autem vera sunt, quae ex *Suetonio* in legati noftri ignominiam transscripsit. *Cicero* alicubi Stilonem equitem vocat, et *Spartianus* in vita Severi Lucium quendam Stilonem inter Nobiles recenfet. *Haec rescripsit vir amicissimus* Jofephus Waffe, *de hoc loco sententiam rogatus*. IDEM.

*Tolosa*] MS. Reg. *a Tolosa*. Quomodo saepiffime loquitur Caefar. CLARK. *A* addit quoque Leidens. sec. V. infra ad 6, 3. sed *Tolosae* hic eft in Bong. primo.

*Narbone*] *Narbonae* Bongars. prim. Quomodo et in Accus. *Narbonam* summus Cafaubon. teftatur se perpetuo in optimo Caefaris Codice vidiffe ad Strabon. l. 4. p. 281. Ed. Amft. *Narbona* Leid. prim. Lovan. et quinque alii cum Ed. Incerta; ut alibi *Narbonam* in Accus. V. 7, 7. 8, 46. B. Civ. 2, 21. paffim in MSS. *Salaminam* pro *Salamina*. V. ad Nep. Arift. c. 2. *Ancon* et *Ancona* B. C. 1, 11. ubi vide. *Carmon* et *Carmona* B. Alex. c. 57. sic *Leucadam* pro *Leucada* MSS. nonnulli Flori 4, 2. ubi vide Dukerum. vulgo ibi *Leucadem*, sed praeftat *Leucada*. Plura congeffi ad Frontin. 2, 3, 6. *qui Persida intraverant*, et 3, 6, 4. nec non Cl. Drakenb. et Duk. ad Liv. 1, 18.

*Quae sunt civitates Galliae provinciae finitimae, ex his regionibus*] Non displicet conjectura Ciacconii, emendantis, *quae sunt civitates Galliae provinciae, finitimae his regionibus*. Urfinus nugatur, cum vocem *Galliae* delendam cenfet. Nam Gal-

Narbone, quae sunt civitates Galliae provinciae finitimae, ex his regionibus nominatim evocatis, a in 158

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *in Sontiatum* vel *Sotiatium*.

lia provincia dicitur, ut Gallia Belgica. quod autem plerumque *provincia* appellatur ἁπλῶς ea Galliae pars, id κατ' ἐξοχὴν factum. VOSS. Hunc locum *P. Ciacconius* eumque secutus *Vossius* sic corrigunt: *Tolosa*, etc. *quae sunt civitates Galliae provinciae, finitimae his regionibus;* nec sane haec inconcinna est emendatio, haud tamen necessaria, ut exemplis monstravit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* 25, 27. Nimirum is est optimorum scriptorum usus, ut, propter interjecta verba Parenthesi inclusa, easdem voces aut eundem sensum repetant. Sic *noster* infra c. 22. *Adcantuannus, qui summam imperii tenebat cum* DC. *devotis* (*quos illi Soldurios appellant* etc.) *cum iis Adcantuannus eruptionem facere conatur.* Hunc etiam locum temere sollicitat idem *Ciacconius*, quapropter pluribus opus est exemplis. *Silius* Italicus 3, 425. *Letique Deus* (*si credere fas est*) *Causa fuit leti miserae Deus.* Nullum est in verbis ulcus, quod tamen *Ch. Cellarius* et *Cl. Dausquius* censuerunt, fortasse ob sequentia, ubi sic legitur: *Edidit alvo* (*Namque, ut serpentem, patrias exhorruit iras*) *Confestim dulces liquit turbata parentes.* Haec quidem corupta sunt, nec tamen iis medicinam invenere Critici. Scribendum, *edit ut alvo* etc. Consulas et hanc in rem ejusdem *Silii* 10, 480. ac *Aelianum* Hist. Anim. 1, 30. et 2, 21. DAVIS. *Finitimae his regionibus*) Ita hunc locum feliciter emendavit Ciacconius. Vulgo: [*—et Narbone*, (*quae sunt civitates* Galliae provinciae finitimae,) ex *his regionibus nominatim* etc.] Davisius, quamvis Ciacconii emendationem laudet, necessariam tamen non putat; quia iste nimirum sit optimorum Scriptorum usus, ut post verba Parenthesi inclusa easdem voces aut eundem sensum repetant. Et sufficit quidem haec ratio, quamobrem voces, *ex his regionibus*, post Parenthesin possint tolerari. Verum ista non est maxima, in vulgata Lectione, difficultas. Multo majoris momenti est, quod quaerit *Cellarius*, quomodo nimirum istae civitates *finitimae* appellari possint Romanorum Provinciae, quae non sint utique *finitimae*, sed *in* ipsa Provincia sitae. Nisi forte, etiam in vulgata lectione, ita construi possint hae voces, ut [*provinciae*] non sit scilicet dativi, sed genitivi casus; et [*finitimae*] intelligatur [*finitimae his locis:*] quae tamen durior est constructio. Verum totam denique difficultatem tollit *MS. Regius*; in quo ita plane scriptum est, quomodo legendum conjecit Ciacconius, — (*quae sunt civitates Galliae provinciae, finitimae his regionibus;*) *nominatim* etc. CLARK. Notam meam sic refinge: Hanc Lectionem defendit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* 25, 27. Nimirum, quod probe vir summus animadvertit, is est optimorum scriptorum usus, ut, propter interjecta verba quaedam Parenthesi conclusa, vel easdem voces, vel eundem sensum repetant. Sic noster infra c. 22. *Adcantuannus* etc. Hunc enim locum temere sollicitat *Petr. Ci-*

3 Sotiatum fines exercitum introduxit. Cujus adventu cognito Sotiates, magnis copiis coactis, equitatuque, quo plurimum valebant, [a] in itinere agmen noſtrum adorti, primum equeſtre proelium commi-
4 serunt; deinde, [b] equitatu suo pulſo, atque insequentibus noſtris, subito [c] pedeſtris copias, quas in convalle in insidiis conlocaverant, oſtenderunt. Hi, noſtros disjectos adorti, proelium [d] renovarunt.

1 XXI. [e] Pugnatum eſt diu, atque acriter; quum

VARIAE LECTIONES.

a *in* deeſt L. pr. male. b *equitatuque* G. c Sic Ox. d Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *renovaverunt.* e MSS. et Edd. qdd. *pugnatumque e. d. acriter.*

*acconius:* quapropter pluribus opus eſt exemplis. *Silius Italicus* 3, 425. — *Letique Deus (si credere fas est) causa fuit* leti *miserae* Deus —. Nullum eſt in verbis ulcus, quod tamen *Dausquejus* et *Cellarius* ſtatuerunt. Idem 10, 480. — *Quondam* sub Regibus *illa*, *Quae Libycos tenuit frenos*, ſub regibus *olim Roma fuit.* Conſulas et *Aelianum* Hiſt. Anim. 1, 30. 2, 21. Cum tamen Toloſa, Carcaſo, et Narbo sint urbes ipſius Galliae provinciae, non ei tantum *finitimae;* omnino cum *Petr. Ciacconio* et *Vossio* rescripſerim: *Tolosa, Carcasone, Narbone, quae sunt civitates Galliae provinciae finitimae his regionibus, nominatim* etc. et Cl. quidem *Clarkius* hanc lectionem auctoritate MSti Regii munivit, ac merito probavit. DAVIS. *Cur. sec.* Mei omnes servant *ex. finitimae* cum *Galliae* jungendum: donec certius quid idonei Codicis auctoritas suggerat. V. 1, 16.

*Viris fortibus nominatim evocatis*] Ad illum morem reſpexit haud dubie Donatus, cum ad Terentii ait haec verba: *Simalio, Donax, Syrisce sequimini. Hujusmodi*, inquit, *militia per tumultum repente suscipitur, et dicitur Evocatio, ubi dux alloquitur cives. Qui Remp. salvam esse vult, me sequimini.* Nam et hic nominatim Simalio, Donax, et Syriscus vocantur. Sed fallitur in eo Donatus, quod ait, evocationem per tumultum fieri. De conjuratione illud verum, et tum dux dicere solet, *Qui Remp. salvam esse vult, me sequatur.* neque illud evocatio, sed conjuratio dicebatur. Neque, quod quidem ego sciam, nominatim in conjuratione illud fieri solitum, sed simpliciter illa, quae diximus, verba dicebantur, et simul tum jurabant. unde et conjurationi nomen. VOSSIUS.

*Sotiatium*] Sic hodie paſſim edunt ex Plinio, et MSS. Ursini. Immo audacter Cellarius ait, in Vet. Codicibus eſſe *Sotiates*, et male in Editis *Sontiates:* quasi nullus codex *Sontiatium* et *Son-*

Sotiates superioribus victoriis freti, in sua virtute totius Aquitaniae [a] salutem pofitam putarent; [b] noftri autem, quid sine Imperatore, et sine reliquis legionibus, adolescentulo duce, efficere [c] poffent, perfpici cuperent: tamen [d] confecti vulneribus hoftes terga [e] vertere: quorum magno numero inter- 2
fecto, Craffus ex itinere oppidum Sotiatum obpugnare coepit: quibus fortiter resiftentibus, vineas 159
turresque egit. Illi, alias eruptione tentata, alias 3
cuniculis ad aggerem vineasque actis, cujus rei

VARIAE LECTIONES.

a *spem* Edd. R. M. V. b *nihil* Lov. Ed. Inc. c *posse* MSS. 5. Ed. Inc. d vulgo *tandem tamen*. e *verterunt* L. pr.

*tiates* mox exhiberet. At ego teftari poffum, in MStis novem a me ipfo infpectis, item Lov. Petav. Egmund. et ceteris cum MSS. aliorum *Sontiatum* vel *Sonciatum*, et mox *Sontiates* et in Graeco Metaphrafte exftare: quamvis veram effe lectionem non putem, et *n* inrepfiffe eodem modo, quo supra 2, 6. *succendunt*, pro *succedunt*. Nam et Athenaeus l. 4. ut Cellarius observat, vel potius Nicol. Damascen. *Σωτιάνυς* vocat. Adi Casaub. ad Athen. p. 436. Sed saltem *Sotiatum* edere, non *Sotiatium* debuerant: cum eam terminationem non confirment Codices.

*Cujus adventu cognito Sotiates*] *'Απίατας* vocat Dio, sed corrupti libri, ut jam alii notarunt, et facilis error ex *σωτιάται*: nam *σ* in *α* abiit, *ωτ* in *π*. VOSS.

*Tandem tamen*] In MSS. Reg. Eliens. et Voffii, deeft vox *Tandem*. In Edit. Vet. Rom. deeft *Tamen*. CLARK. Deeft *tandem* in MSS. meis omnibus et Carrar. ac Ed. Incerta. contra *tamen* abeft a ceteris cunctis Editionibus, quod sciam, usque ad Scaliger. qui primus junctim exhibuit *tandem tamen*. Sed male. *Tamen* idem valet, quod *denique*, *tandem*. Ovid. Metam. 2, 336. *Exanimesque artus primo, mox ossa requirens Reperit ossa tamen, peregrina condita ripa*. Juftin. 30, 2. *Mors ejus diu occultata fuit. Re tamen cognita:* ubi eodem modo, ut hic, subjungitur *τῷ diu:* ac Schefferus male mutare conatur in *tandem:* quo nomine bene eum reprehendit Broukhufius, qui cum Pafferatio videndus ad Propert. 2, 1, 76. *Unde tamen veniant tot mala, coeca via est.* Adde Davis. ad 8, 19.

*Alias eruptione t. alias*] Eleganter Lovanienfis et Dorvillii mei Codd. ac Edit. princeps, Mediol. et Ven. omittunt primum *alias*. Vere, ut solet aliquoties cum aliis nofter. Vide omnino ad 1, 8. *Helvetii ea spe dejecti, alii vadis Rhodani* etc. Forfan et ejiciendum eft c. 25. *Quum*

sunt longe peritiſſimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae secturae sunt; ubi diligentia noſtrorum, nihil his rebus profici poſſe intellexerunt, legatos ad Crassum mittunt; seque in deditionem ut recipiat, petunt. Qua re inpetrata, arma tradere jussi, faciunt.

1 XXII. Atque in ea re omnium noſtrorum [a] in-

VARIAE LECTIONES.

a *intenti animi* V. pr.

*alii fossas complerent*, *alii*, *multis telis conjectis:* certe Leidensis primus non agnoscit.

*Cujus rei sunt longe peritissimi*] Ait Gellius 9, 14. *C. Caesar in libro de Analogia secundo hujus die, et hujus specie, dicendum putat.* Ciacconius et Ursinus hinc affirmare ausi, non *rei* hoc loco, sed *re* scribendum. apage cum talibus nugis. *dies*, *species*, *facies*, et quae alia Gellius memorat, deſinunt in *es* poſt vocalem, sive, ut in Graecis dicimus, *es purum:* nihil tale in *res*, *spes*, aut similibus. VOSS. Adi 2, 23.

*Aerariae secturae sunt*] Variant codices, nam alii *stricturae* habent. Ciacconius utrumque et *stricturae* et *secturae* gloſſam eſſe arbitratur. Vix crediderim, nam non adeo vulgaris illa vox *stricturae*, vel *secturae*, ut temere quis eam inserturus fuerit. Tamen nescio quis hac notione uſurpaverit praeter Caeſarem. Stricturam eſſe scintillam, item ferri laminam, et percuſſionem, docet ex Lucilio et Marone Nonius. Et in gloſſis: *strictura*, *μέταλλον*. *Secturas* ajunt notare *fodinas* a secando. Sed autoritatem velim. VOSS. In MS. Andino legitur, *Aſariae structurae*. In Oxon. vero, *secturaeque Aſariae structuraeque*. In quatuor membranis et Ed. Incerta, *securaeque;* Petav. *saturaeque*. Ceteri fere omnes, *secturaeque*. Edd. *secturae* praeter Scaliger. in cujus ἐκδόσει eſt *structurae*. Forſan non male: ut intelligat subſtructiones, quibus metalli fodinas apertas tenebant, et suffulciebant columnis. V. Polluc. 7, 23. Has *structuras* certe Diodorus Siculus l. 16. p. 514. κατασκευάς vocat. *strictura* pro maſſa ferri videtur sumta a Plinio 34, 14. ubi conſule Comment. et omnino Caſaub. ad Strab. l. 5. p. 342. Ed. Amſt. ubi multa vocis *stricturae* habet exempla; unde patet, notare ferrum vel aes, jam decoctum in fornacibus, et in maſſam quamdam coactum. Videat eruditus lector, an duorum generum fodinas intelligat auctor, tam ferri nempe, quam aeris: sane non de nihilo eſt, quod in MSStis tantum non omnibus addatur *que*, quod miror ab Interpretum nemine animadverſum vel monitum. Simpliciter sine subſtantivo 7, 22. *apud eos magnae sunt ferrariae.*

*Adcantuannus*, *qui summam imperii tenebat*, *cum* DC *devotis*, *quos illi Soldurios appellant*] Lege *Adiatomus*, vel *Adia-*

tentis animis, [a] alia ex parte oppidi Adcantuannus,
qui summam imperii tenebat, cum [b] DC devotis,
(quos illi [c] Soldurios adpellant; *quorum haec est* 2
*conditio, uti omnibus in vita commodis una cum* 160
*his* [d] *fruantur, quorum se amicitiae* [e] *dediderint:*
*si quid iis per vim accidat,* [f] *aut eumdem casum*
[g] *una ferant, aut sibi mortem* [h] *consciscant.* *neque* 3

### VARIAE LECTIONES.

a *alias* L. pr. b deest numerus in V. sec. *conductis dev.* Egm. c *Soldunos* Pet. et Ed. Inc. d *perfruantur* L. pr. e vulgo *dediderunt.* MSS. 2. *dederint.* Ed. Inc. *dederunt.* f *ut* et statim *ac* Edd. R. V. M. g deest L. pr. h *advocent* vel *inferant* B. pr. pro var. lect. a m. sec.

*tumnus.* Illud Athenaeus habet, hoc V. C. Scalig. ubi scriptum, *Adcantuannus* vel *Adiatumnus.* facile mutatur *i* in *c*, et *m* in *an*. Ambigebat librarius, an *a* lineam suprascriptam haberet hoc modo *Adcātuannus.* itaque scripsit utrumque. Apud Athenaeum autem ex Nicolao Damasceno legere est: *Ἀδιάτομον τὸ τῶν Σωτιατῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τῦτο Κελτικον, ἑξακοσίυς ἔχειν λογάδας περὶ ἀυτον, ὓς καλεῖσθαι ἀπὸ Γαλάτων τῇ πατρίῳ γλώττῃ Σιλοδύνυς, τῦτο δ᾽ ἐςὶν Ἑλληνιςὶ ἐυχωλιμαῖοι.* Simile apud Graecos juramentum fuit, quod post secundam irruptionem Mardonii in Atticam dixerint. nam teste Diodoro l. 11. pag. 23. juraverant ii, *ὐ καταλείψω τὺς Ἡγημόνας ὔτε ζῶντας ὔτε ἀποθανόντας.* Forsan eo modo apud Carthaginienses quoque *ἱερὸς λόχος* dictus, tanquam devotus, et quia sacramento se adstrinxerant milites ii, ducem se nequaquam deserturos esse. Scribit de iis Diodorus l. 20. *Γενναίας δὲ μάχης γενομένης, Ἄννων μὲν ἔχων συναγωνιζόμενον τὸν ἱερον λόχον τῶν ἐπιλέκστων ἀνδρῶν, καὶ σπεύδων ποιῆσαι διὰ τύτων τὴν νικὴν, ἐνέκειτο βαρὺς τοῖς Ἕλλησι, καὶ συχνὺς ἀνῄρει.* Et paullo post tradit, acerrime hos pugnasse, nec nisi occiso Hannone, (is autem dux erat) et prementibus acerrime hostibus cessisse. At libro 16 affirmat, omnes, qui in sacra hac acie erant, ad internécionem caesos: *Τέλος δὲ οἱ μὲν ἱερὸν λόχον ἀναπληρῦντες, καὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ὄντες δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι ταῖς δ᾽ ἀρεταῖς καὶ δόξαις ἔτι δὲ ταῖς ὐσίαις πρωτεύοντες ἅπαντες ἀγωνισάμενοι λαμπρῶς κατεκόπησαν* (l. *κατέπεσον.*). Prorsus simile Germanorum instituto, de quibus Tacitus ait: *Esse illis infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse.* Ubi videmus, *ἱερὸν* hunc *λόχον* similem Praetoriae cohorti apud Romanos in eo fuisse, quod fortissimus quisque in eum deligeretur. Addit de opibus Diodorus, qualis hodie apud Turcas Janizarorum ordo. Quibus locis inducor, idem prope Carthaginiensibus *ἱερὸν λόχον* fuisse, quod apud Romanos praetorianus miles. certe videmus, utriusque religionem fuisse, imo nefas, Imperatorem

*adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto, cujus se amicitiae devovisset,*
4 *mori recusaret*) cum iis Adcantuannus eruptionem facere conatus, clamore ab ea parte [a] munitionis sublato, quum ad arma milites concurriſſent, ve-
161 hementerque ibi pugnatum eſſet, repulſus in oppidum, [b] tamen uti eadem deditionis conditione uteretur, [c] ab Craſſo inpetravit.

XXIII. Ar-

VARIAE LECTIONES.

a *eruptionis* Cuj. L. pr. b vulgo *est. uti tamen. ubi* V. pr. c Sic MSS. 6. optimi. vulgo *a*.

deſerere. VOSS. Florentina editio satis antiqua *Adiantimus* habet. Aliae veteres, *Adiatonnus*. Legendum vero, *Adiatomus*, ex *Nicolao* Damasceno, quem citat *Athenaeus* 6, 13. p. 249. Ἀδιάτομον τὸν τῶν Σωτιατῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τῦτο Κελτικὸν, ἑξακοσίυς ἔχειν λογάδας περὶ αὐτὸν ὓς καλεῖθαι ἀπὸ Γαλασῶν, τῇ πατρίῳ γλώττῃ, Σιλοδύνυς. τῦτο δ' ἐςὶν εὐχωλιμαῖοι. Ex quo videndum, an apud Caeſarem legi debeat, *Solidunos*. Item an haec verba, quae poſt longam parentheſim repetuntur, delenda sint, *cum iis Adcantuannus*. *Ciaccon.* Cave, *Soldurios* cum viro erudito mutes in *Solidunos*; nam et apud *Athenaeum* Σιλοδύρυς vera eſt lectio, ut ex *Eustathio* docet *Is. Casaubonus* Anim. col. 436. Quod autem suspicatur *Ciacconius*, in noſtro verba quaedam eſſe delenda, id vero jam confutavimus ad hujusce libri c. 20. Vide et *J. F. Gronovium* ad *Senec.* de ira 1, 3. DAVIS. *Adiatomus*) Ita legendum, oſtendit *Davisius*. Vulgo, *Adcantuannus*. MS. Reg. *Adiatunus*. MSS. Voſſii, *Adiatouus*. Edit. Rom. *Adiatonnus*. CLARK. MSS. meliores, *Adiatunus*, *Adiatunnus*, vel *Adiatonnus* cum Edd. primis. Vulgatum servant Lovan. Oxon. et Leid. prim. cum Cujac. quare nihil temere muto. Αδκαντύϊνος Graeco Interpreti. Celſo, *Adiaterinus*. Ceteri MSS. variant; sed pro *c* habent conſtanter *i*. At lubricum eſt, in hisce nominibus certi quid ſtatuere sine vel MStorum vel plurium auctorum conſensu. Aeque enim Nicol. Damascenus potuit eſſe corruptus, ac noſter: quare, ut dixi, cum Ciacconio, Urſino et Voſſio, non auſus sum recipere *Adiatomus*; ut fecit Cl. Clarke, male eam emendationem Davisio adſcribens. Haeret etiam Caſaubonus. *i* tamen loco τοῦ *c* videtur eſſe admittendum.

*Se amicitiae dediderint*] Sic rescripsi e Codd. longe plurimis ac Vett. Edd. *dediderunt* minus bene Ed. Davis. et quaedam aliae. Perperam autem Ciacconius legendum conjicit, *devoverunt*, quia ſtatim sic loquitur Caeſar: verum haec cauſſa debebat ei fuiſſe, eur nihil mutaret; ne bis idem inculcaret verbum citra

XXIII. Armis, obsidibusque acceptis, Crassus 1
in fines Vocatium et [a] Tarusatium profectus est. Tum 2
vero barbari commoti, quod oppidum et natura
loci, et manu munitum, paucis diebus, quibus eo
ventum [b] erat, expugnatum cognoverant, legatos
quoquoversus dimittere, conjurare, obsides inter se
dare, copias parare coeperunt. Mittuntur etiam ad 3

VARIAE LECTIONES.

a *Tarausatium* Gott. V. tert. et Ed. Inc. *Canas.* al. b *fuerat* Ed. Clark.

necessitatem. Ejusdem autem significationis esse *τὸ dedere*, nemo nescit. *Dedere se alicui, patriae, reip.* locutio frequens est Terentio, Ciceroni, Livio, Nepoti, aliisque. Unum itaque sufficiat exemplum And. 1, 1, 36. *Cum quibus erat cumque una, iis sese dedere; Eorum studiis obsequi: adversus nemini.* Atque ita e MSS. rescribendum judico in Nepot. Them. c. 1. *totum se dedidit reip. diligentius amicis famaeque serviens:* ubi vide Doct. Juvenem, A. van Staveren.

*Mori recusarent*] Sic apud Justin. 1, 10. *regnum ut eriperent Magis, mori non recusarent.* Curt. 4, 14, 22. *Pro quibus ipse mori non recuso.* et ita cum Infinitivo millies. Verum MSS. antiqui et integerrimae fidei, Andin. Oxon. et Leid. prim. dant *mortem.* ut idem Curt. 5, 9, 1. *Victoriam ut speremus, mortem non recusemus.* Val. Max. 3, 2. Ext. 8. *filios mortem non recusantes.* Infra B. Civ. 3, 33. *Recusare munus.* Nec secus alii passim. Consule Cel. Burm. ad Phaedri F. 3, 13. *Non recusassent fidem.*

*Repulsus in oppidum est. Uti tamen*] Sic vulgo exhibent. Sed MSS. tum aliorum, tum mei, tantum non omnes, et Edd. Inc. Stephani, aliaeque praebent: *repulsus, tamen uti* etc. quod, ut multo elegantius, idcirco reposui.

*Vocatium*] Sic recte legit Graecus. In plerisque MSS. et editis habemus *Vocontiorum.* Sed haec lectio aperte est falsa; cum enim Caesar Aquitanos intra flumen Garumnam contineat, ut patet ex l. 1. initio, fieri non potest, ut hic locum habeant Vocontii, qui trans Rhodanum incolentes ad Alpes pertinebant. Vide *Hadr. Valesium* not. Gall. p. 586. *Ch. Cellarium* Geogr. Ant. 2, 2. p. 156. DAVIS. Sic jam emendarunt plurimi Viri docti; atque ita editum est a R. Stephano, Scaligero, aliisque. Edd. primae *Vocatiorum*, vel *Vocantium:* in meorum Codicum uno reperi tantum *Vocontiorum.* Plerique *Vocatirum*, *Vocatinum*, et similia habent.

*Quoquo versus*] Per *m* exhibent Bong. prim. Vossian. prim. aliique plurimi cum Edd. Vascos. Stephani, Stradae, et aliis. Edd. primae cum Petav. Lovan. et octo aliis *quaquaversum.* Sed id notat magis locum, ubi quid inest. Alterum designat locum, quorsum quid vergat. Vide Fer-

eas civitates [a] legati, quae sunt citerioris Hiſpaniae, [b] finitimae Aquitaniae: inde auxilia ducesque [c] ar-
4 ceſſuntur. quorum adventu magna cum [d] auctoritate, et magna cum hominum multitudine bellum
5 gerere conantur. Duces vero ii [e] deliguntur, qui una cum Q. Sertorio [f] omnis annos fuerant, summamque scientiam rei militaris habere exiſtimaban-
6 tur. Hi conſuetudine populi Romani loca capere, caſtra munire, commeatibus noſtros intercludere
7 inſtituunt. Quod ubi Craſſus animadvertit, suas

VARIAE LECTIONES.

a Suprasr. in B. pr. b *finitumae* B. pr. vide supra. c Sic MSS. non *accers.* *arcessiuntur* L. pr. d *maturitate* Egm. e *deleguntur* L. tert. f Ita Ox.

rar. ad Cicer. Phil. 9. in f. *pedes triginta quoquo versus adsignet.* Appulej. l. 2. Met. p. 21. Ed. Pric. *Oculi in adspectu micantes; prorsus aquilinum os, quoquoversum floridum*, ut legendum videtur e MSS. l. 8. p. 172. *quoquoversum fluente purpura.* Sic *undique versum.* de quo vide Gronov. Obſerv. 1, 7. per *s* exprimit tamen auctor 7, 41. *Dimittit quoquo versus legationes.* et c. 14. *quoquo versus, quo* etc. B. Civ, 1, 25. *Quoquo versus pedum XXX.* c. 36. *quoquo versus classem dimittunt.* B. C. 2, 8. *patebat quoquo versus pedes XXX.* item B. Afric. cap. 24.

*Quae sunt citerioris Hispaniae, finitimae Aquitaniae*] Perperam Ciacconius ejicit vocem *Aquitaniae.* Ipse supra emendaverat, *quae sunt civitates Galliae provinciae, finitimae his regionibus.* Et ea verba ad hunc quoque locum adducit. Itaque nescio, cur hic absurde adeo mutet. Videri poſſit non intellexiſſe correctionem, quam ante non malam fecerat. VOSSIUS.

*Commeatibus nostros intercludere instituunt*] V. c. et MS. noſter *insistunt.* Sic Catullus carmine ad Hortalum: *Et qui principio sub terra quaerere venas Institit, ac ferri frangere duritiem.* IDEM. *Insistunt* invenitur quoque in Leidensi primo, Oxoniensi, Andino atque Editionibus S. Gryphii et R. Stephani, obvia commutatione. Adi notata ad c. 14. *Rationem pugnae insistere:* ubi alii quoque *instituere:* sed et confer omnino Celeb. Burm. quosque laudat, ad Quinctil. Inſtit. Orat. 1, 5. *Instituerunt dare. Instituere* autem hoc sensu tam frequens eſt Caesari, ut contra ceteros MSS. omnes nihil innovare ausim. Vide loca quaedam apud J. F. Gronov. ad Livium 28, 46. *Montanos instituit obpugnare.* c. 28. *castra munire instituisset.* c. 29. *silvas caedere instituit.* 5, 23. *deportare instituit*, non *const.* ut vulgo.

copias propter exiguitatem non facile [a] diduci, [b] hostem et vagari, et vias obsidere, et castris satis praesidii relinquere; ob [c] eam caussam minus commode frumentum, commeatumque sibi subportari; in [d] dies hostium numerum augeri; non cunctandum [e] existimavit, quin pugna decertaret. Hac re ad consilium delata, ubi [f] omnes idem sentire intellexit, posterum diem pugnae constituit. 163 8

XXIV. Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem con- 1

VARIAE LECTIONES.

a *deduci* MSS. plerique et Edd. Vett. b *hostemque v.* Carr. *h. evag.* Egm. c *eamque* Carr. L. sec. Edd. Vasc. Steph. d *diesque* Carr. Edd. Vasc. Steph. aliaeque. e *putavit* L. pr. f *homines* Edd. R. V. M.

*Non facile diduci*] *Facile* hic tuto est, recte Graecus: *ἀσφαλῶς*. VOSSIUS.

*Hac re ad consilium*] Sic restituimus ex editt. *Rom.* et *Ven.* Aliae *concilium* habent: sed perperam, ut multis docet *J. F. Gronovius* ad *Livii* 44, 2. DAVIS. *Consilium* est in Bongars. primo, Voss. pr. sec. Egmund. Scalig. Oxon. aliisque multis et Edd. Med. Ven. V. ad 5, 28.

*Acie instructa*] Sic MS. Regius et Edit. Rom. Al. *instituta*. CLARK. *Instructa* quidem legitur in recentissimis MSS. Duker. Dorvill. Leid. sec. et multis Editis; non male: ut B. Civ. 1, 82. et saepe. Sed *instituta* praeferunt Bongarsiani, Petav. Lovan. Leid. prim. Voss. prim. Cujac. Scalig. Oxon. Egmund. ceterique cum Ed. Incerta, Beroaldi, Scaligeri, Davisii, aliisque. quod expungi idcirco non oportuit, uti sec 4, 14. *Acie triplici instituta.* Vide ibidem, et quae notantur ad 2, 30. Ita et Petav. Cod. 8, 28. *instituit aciem.* et Leid. sec. B. Civ. 2, 26. *Aciem instituit*, pro *instruit*. Leid. pr. 3, 41. *acie instituta*. Immo MSS. omnes B. Alex. c. 37. *parte copiarum pro vallo instituta.* vulgo *instructa.* Sic *instituere vineas, arbores*, pro certo ordine collocare. Vide Erud. Arntzen. ad Aurel. Victor. Epit. c. 40. *Constituere aciem* 2, 19. ubi nonnulli maluerunt *construere*. Sed vide illic conlecta.

*Auxiliis in mediam aciem conjectis*] Ut ea in fide contineret: alioqui Socialis exercitus in alas erat divisus. Vide *J. Lipsium* Mil. Rom. lib. 1. Dial. 7. DAVIS.

*Conjectis*] Sic primus e suo codice videtur edidisse Scaliger. Antea edebatur vulgo *collocatis*; quod non est in MSS. nisi recentissimis. Longe plurimi mei aliorumque cum Ed. Inc. *collectis*. Sed tamen in Cujac. Andin. Oxoniensi et Scalig. servatur *con-*

jectis, quid hostes consilii caperent, exspectabat.
2 Illi, etsi propter multitudinem, et [a] veterem belli gloriam, paucitatemque nostrorum, se tuto dimicaturos existimabant, tamen tutius esse arbitrabantur, [b] obsessis [c] viis, [d] commeatu intercluso, sine [e] ullo
3 vulnere victoria potiri: et, si propter inopiam rei

VARIAE LECTIONES.

a *propter v.* L. pr. *veterum* V. pr. b deest *obs.* in Edd. R. M. V. aliisque. c *nostris* Ed. Inc. d *commeatuque* Edd. qdd. e deest *ullo* L. pr. Ox. V. sec. V. B. Civ. 1, 72.

*jectis.* uti viri docti legunt quoque 2, 28. *quos una cum pueris mulieribusque in aestuaria ac paludes conjectos dixeramus.* ubi vide. Adde 6, 40. *Hinc dejecti se in ligna manipulosque conjiciunt.* B. Afric. c. 15. *Intra cancellos conjecti.* Liv. 3, 28. *Sarcinas in unum conjici jubeant.*

*Inpeditos agmine*] MSS. mei omnes, item Clarkii, cum Edd. primis, nec non Vasc. Steph. Gryph. pluribusque addunt praepositionem: *in agmine.* Recte; ut saepe *in itinere.* unde excidit quoque in MSS. praepositio 7, 42. V. et ad Front. 1, 2, 7. 2, 5, 42. Hirt. B. Alex. c. 43. *In agmine dimicare.* 8, 27. *sub sarcinis in itinere adgressi.* quare eam Caesari restitui. Sic plane 7, 65. *In agmine inpeditos adoriantur.*

*Sub sarcinis inferiores animo*] Quia, sarcinis onusti, aequa conditione pugnae non uterentur, ac proinde, desperata victoria, animos demitterent. Nemo sane non videt, *Pet. Ciacconium* nimia emendandi licentia usum esse, cum reponat, *sub sarcinis in itinere adoriri*; cui lectioni ne unus quidem favet Codex. DAVIS. *Inferiores* in nullo MSto, aut Ed. ante Scaligerum inveni, sed *inferiore* habent Edd. quaedam et MSS. Brantii, Eliens. Scalig. Cujac. Andin. Leid. pr. et Oxoniens. ut puto. *Inferioresque* est in Carrar. At *infirmiore* MSS. longe plurimi vetustissimique et plerique. Editi. *Infirmioreque* vel *rique* legas in MSS. Reg. Leid. sec. Duker. Dorvill. Edd. Rom. Ven. Vascos. aliisque. Neque aliter Interpres Graecus: *ἀμφὶ τὰ σκευοφόρα ἀσχολουμένοις, ἀθυμοτάτοις τ' αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι.* Ceterum non quidem penitus damno *infirmiores*; mihi tamen placet magis *inferiores*, tum quia id integerrimi servant MSS. tum quia altera videatur expositio τοῦ *inferiores.* quamvis *infirmior* militaris sit vox. Nam passim apud omnes occurrunt *firmi* et *infirmi milites*; ut alibi saepius monitum. Fere, ut hic, B. Civ. 1, 64. *Infirmiores milites, quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse.* c. 3. *terrentur infirmiores, dubii confirmantur.* Sed *inferiores* hoc sensu usus est Hirtius 8, 14. *Aut aetate aut viribus inferiores aut inermes.* ut est in MSS. omnibus. Vide ibi Davis. *infirmiores* illic malebat quoque Ciacconius.

*Quum sua cunctatione, at-*

frumentariae Romani sese recipere coepissent, in-
peditos [a] in agmine, et sub sarcinis inferiores ani- 163
mo adoriri cogitabant. Hoc consilio probato ab 4
ducibus; productis Romanorum copiis, sese castris
tenebant. Hac re [b] perspecta, Crassus, quum sua 5
cunctatione, atque [c] opinione, timidiores hostes

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deest *in*. *in amne* V. sec. b *prospecta* L. sec. V. sec. *perfecta* Edd. M.° V. c *ea op.* Ed. Inc.

*que opinione, timidiores hostes, nostros milites ad pugnandum alacriores effecisset* ] Nugatur iterum Hottomannus, cum *opinionem* hic pro auctoritate et opinione virtutis positam ait. Prorsus hic idem Caesar vult, quod superius de Sabino dixit: *hac confirmata opinione timoris.* Ursinus in v. c. reperit, *quum sua cunctatio atque opinio.* Emendo omnino: *Hac re perspecta Crassus, quum sua cunctatione atque opinione timoris hostes nostros milites ad pugnandum alacriores effecissent.* Juvat me Graecus, qui habet: *ὅ γνὺς ὁ Κράσσος, καὶ τὺς μὲν πολεμίυς τῇτε σφῶν ἀναβόλῇ καὶ ἤ* (lego *τῇν*) *φόβυ παρεῖχον δόξῃ, τὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας προθυμοτέρυς εἰς τὴν μάχην ἀπεργάσασθαι.* Quin et Anonymus Celsi exscriptor, qui habet p. 63. *Romani hostium tarditatem non consilio imputantes, sed pavori, et hortante duce, et militibus pugnae signum una voce poscentibus, signo dato castra aggrediuntur.* Vel si hoc minus placet, lege cum v. c. *cum sua cunctatio atque opinio timidiores hostes, nostros milites a. p. a. effecisset.* Et dicat tunc Caesar, hostilem militem, quippe ignarum, quo consilio duces sui cunctarentur, timere coepisse, Romanos alacriores factos. Et sic Livius l. 7. *Cum ipsa cunctatio et hosti animos minuisset, et auxisset nostris.* Hic *hostes* expone, hostium gregarios milites, nam nullus timorem induit ob id, quod consulto facit. Illud autem *sua* in *ipsa* cum Ciaconio mutare supervacuum est. Philippus Rubenius Elect. 1, 8. legebat: *cum sua cunctorumque opinione timidiores hostes, n. m. a. p. a. effecissent.* quod rejicio: et primam conjecturam veram esse nullus ambigo. VOSS. *Quum sua cunctatio atque opinio etc.*) Ita ex vet. Cod. optime restituit Ursinus. Scaliger, editique omnes, et MSS. fere: (*Crassus, quum* sua cunctatione atque opinione — *effecisset.*) Quod ineptissimum est. In *Crasso* enim nulla cunctatio. E contrario; *non cunctandum* (jam ante dixerat Auctor) *existimavit* (Crassus,) *quin pugna decertaret.* Quod si istud, *sua cunctatione*, intelligatur utique *hostium*; jam neque Latinitas, neque sensus patietur, ut *Crassus* timidos dicatur effecisse hostes, *sua* (hoc est, *ipsorum*,) *cunctatione.* Quocirca *Ursinum* omnino sequendum existimo. Digna tamen notatu est *Vossii* conjectura: (*quum sua cunctatione atque opinione* TIMORIS *hostes*, *nostros milites ad pugnandum alacriores* EFFECISSENT.) Juvat eum Grae-

a nostros milites alacriores ad pugnandum b effecissent, atque omnium voces audirentur, exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur; cohortatus suos, omnibus cupientibus, ad hostium castra contendit.

1 XXV. c Ibi, quum alii fossas complerent, alii,
164 multis telis conjectis, defensores vallo munitionibusque depellerent, auxiliaresque, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, d lapidibus telisque subministrandis, et ad aggerem cespitibus comportandis, e speciem atque opinionem f pugnantium praeberent; quum item ab hostibus constanter, ac

VARIAE LECTIONES.

a *Nostrosque* L. sec. Edd. R. M. V. b vulgo *effecisset*. c *Ubi* L. pr. d *lapidibusque et telis* V. pr. e *spem* Ed. Inc. ut vulgo corrupte in Celso p. 63. *speciemque* Ed. R. V. f *pugnantum* Ed. Inc.

cus, qui habet: *ὅ γοῦν ὁ Κράσσος, καὶ τοὺς μὲν πολεμίους τῇ τε σφῶν ἀναβολῇ καὶ ῇ* (emendat *Vossius ἣν*, sed perperam) *ΦΟΒΟΥ παρεῖχον δόξῃ, τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας προθυμοτέρους εἰς τὴν μάχην ἀπεργάσασθαι.* Juvisset cum et MS. *Is. Vossii* codex, (si forte in manus ei incidisset,) qui habet, *effecissent.* Atque hujus demum Codicis Lectio forte non inferior est *Ursini;* praesertim, quod a vulgata Lectione MSS. omnium una solum literula differat: (*Crassus, quum sua cunctatione atque opinione timidiores* (jam facti) *hostes, nostros milites alacriores ad pugnandum* EFFECISSENT; *etc.* CLARK. Ursiniani codicis lectio egregie confirmatur a Dukeriano, qui *cunctatio atque opinio*, uti Clarkius jam edidit, exhibet, et maxime simili loco Caesaris 5, 33. *Quod consilium nostris spem minuit, et hostes ad pugnam alacriores effecit.* At vero multo magis mihi adridet Vossii conjectura, sive potius R. Stephani, in cujus correctissime editione *timoris* et *effecissent* expressa sunt. Immo *effecissent* dant Bongars. prim. Voss. prim. Egm. Lov. Leid. tertius, Dorvill. et Ed. Incerta A. 1473. Quod idcirco rescribi jussi: et sic nulla emendatione violenta opus est. *Timidiores hostes* est Nominativus.

*Alii foss. compl., alii* etc.] Primo loco *τὸ alii* deest in Leidensi primo. Non male. Vide ad 1, 8. *Ratibusque compluribus factis; alii etc.*

*Ab hostibus constanter*] Audacter et intrepide. Perperam Graecus vertit *φρονίμως*, quasi haec vox idem denotaret, ac *sapienter*. *Suetonius* Tiber. c. 19.

non timide, pugnaretur, telaque, ex loco superiore missa, non frustra [a] acciderent; equites, [b] circum- 2
itis hostium castris, Crasso [c] renunciaverunt, non eadem [d] esse diligentia ab Decumana porta castra munita, facilemque aditum habere.

XXVI. Crassus, equitum praefectos cohortatus, 1
ut magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri [e] velit, ostendit. Illi, ut erat im- 2
peratum, eductis quatuor cohortibus, quae, praesidio castris relictae, intritae [f] ab labore erant, et longiore itinere circumductis, ne ex hostium castris [g] conspici possent, omnium oculis mentibusque ad

VARIAE LECTIONES.

a *accedere* vel *accederent* MSS. 11. et Ed. Inc. male. V. c. 14. b Sic B. pr. Lov. V. pr. sec. L. pr. Pet. Egm. non *circuit*. c *denunc.* L. sec. d deest Lov. Edd. R. V. M. *dil. esse* L. pr. e *Vellet* Carr. et mei 10. Ed. Inc. f vulgo *integrae*. g *circumspici* L. pr. sec. Dorv.

*Proelia aliquanto constantius inibat.* Vide etiam notat. ad B. G. 1, 11. DAVIS. Hirt. B. Afric. c. 84. *In periculo constanter agendum.*

*Eductis quatuor cohortibus*] MSS. et Editt. Vett. *eductis* his *cohortibus*. Nimirum, aut vox (*quatuor*,) interpretamentum est; aut potius, cum scriptum esset, IIII. Librarii legerunt *iis.* vel *his*. Graec. Interpr. *σπείρας τρεῖς*. CLARK. *his cohortibus* etiam Celsus et plurimi meorum Codd. vel *is*, seu *hiis*. Tota vox deest in Carrar. et MS. Sambuci. *Inde* habet Egmund. Sed tamen *τὸ quatuor* restat in Cujac. Andino, Leid. primo, Scalig. et Oxoniensi. quare nil innovo.

*Integrae ab labore*] Sic quoque Celsus, sed nullus Codex MStus. *Interitae* vel *interritae* plerique cum Edd. Vett. sed Andin. Oxon. Duker. et Voss. secundus habent *intritae*; quomodo ex vitiosa *τοῦ interitae* scriptura conjecit jam olim Gruterus, et pluribus legendum esse contendit J. F. Gronov. ad Livium 22, 39. *Intritae* pro non tritae, non defatigatae, *ἀκραιφνεῖς*, ut ait Graecus Interpres, cujus glossa est, *integrae*.

*Atque his perruptis*] In vv. cc. erat *proruptis*. Unde Faërnus *prorutis* faciebat. Ego etiam *τὸ proruptis* probum aio. Caesar reciproce *per* et *pro* usurpat. Sic dixit *perturbare* pro eo, quod vulgo *proturbare*, sic *prosequi* pro *persequi* passim habet. VOSS. *Prorutis*) Haec lectio debetur *Gabr. Faërni* libro; MSS. enim et editi *proruptis* exhibent; quae

pugnam intentis, celeriter ad eas, quas diximus,
3 munitiones [a] pervenerunt, atque, his [b] prorutis,
prius in hostium castris constiterunt, quam plane
ab iis videri, aut, quid rei gereretur, cognosci
4 posset. Tum vero, clamore ab ea parte audito,
nostri, redintegratis viribus, quod plerumque in spe
victoriae accidere consuevit, acrius [c] inpugnare coe-
5 perunt. Hostes undique [d] circumventi, desperatis
omnibus rebus, [e] se per munitiones [f] dejicere, et
6 fuga salutem petere [g] intenderunt. Quos equitatus
apertissimis campis [h] consectatus, ex milium L nu-

VARIAE LECTIONES.

a *pervenerant* B. pr. b vulgo *proruptis*, *perruptis*. c *pugnare* Carr. L. sec. d *circumveniri* L. sec. Ed. Sc. e *sese* Edd. qdd. f *dejecere* Duk. g vulgo *contend.* h *insectatus* Dorv. Edd. R. M. V.

sane lectio videtur reducenda. *Curtius* 4, 13, 26. *atque ille* prorupto vallo *exire copias jubet.* *Tacitus* Annal. 15, 40. *finis incendio factus*, proruptis *per immensum aedificiis.* et Hist. 1, 86. Prorupto *ponte sublicio.* Utrobique frustra esse crediderim virum summum *J. F. Gronovium*, qui *prorutis* et *proruto* reponit. DAVIS. MSSti fere dant *proruptis*, quam lectionem sanam putat *Vossius*, ego vero non item. *Curtius* tamen 4, 13, 26. *Atque ille* prorupto vallo *exire copias jubet.* At optimi MSSti, *proruto vallo*. Recte. *Tacitus* Annal. 15, 40. *Finis incendio factus*, proruptis *per immensum aedificiis.* Lege *prorutis*, ut bene *J. Fr. Gronovius.* Idem Hist. 1, 86. prorupto *ponte sublicio.* Scribe *proruto* cum eodem viro doctissimo, quem vide ad Annal. 1, 68. et ad *Livii* 4, 29. IDEM. *Cur. sec.* *Proruptis* est in MSS. omnibus primisque Editionibus, item Gryphii, Clarkii, aliisque. Sed bene Vascosanus, Stephanus, Brutus, Scaliger, Davisiusque exhibuerunt *prorutis*, eorumque posterior recte mutavit sententiam, et Gronovio adsensum praebuit. Proclivis est librariorum lapsus, ut litteram *p* interponant. Frequens est locutio *proruere vallum*, et similia. Praeter Gronovium vide Cl. Drakenb. ad Livium: *proruto vallo.* et Silium 1, 373. *Prorutus agger.* Lucan. 9, 490. *Saxa discussis proruta muris.* Vellej. 2, 63. *Per aversa castrorum proruto vallo.* Frontin. 2, 5, 8. *Desertum proruit vallum et castra cepit.* Idque restituendum arbitror B. C. 3, 68. *prorutis his munitionibus.* vulgo *protinus.* *proruta opera*, *quibus rura cinguntur*, Plin. Ep. 8, 17. *Perruptis* dederunt Aldus, Plantinus, aliique vulgo, ac videtur placuisse Ill. Heinsio. 7, 82. *Nulla munitione perrupta.*

*Contenderunt*] Sic ex meis so-

mero, quae ex Aquitania Cantabrisque [a] convenisse constabat, vix quarta parte relicta, multa nocte se in castra [b] recepit.

XXVII. Hac audita pugna, maxima pars Aqui- 1
taniae sese Crasso [c] dedidit, obsidesque ultro [d] misit: quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, [e] Garites,
Ausci, Garumni, Sibuzates, [f] Cocosates. Paucae 166
ultimae [g] nationes, anni tempore confisae, quod hiems suberat, [h] hoc facere neglexerunt.

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *venisse*. b *recipit* B. pr. V. pr. sec. Egm. et Edd. qdd. *recipiunt* Carr. c *dedit* MSS. 4 et Ed. Inc. V. ad 2, 15. d *obtulit* And. L. pr. e *Gates* vel *Gaites* MSS. et Ed. Inc. f *Cocosatesque* vulgo. g *civitates* MS. Sc. Ox. Edd. R. Steph. Vasc. et Marg. Strad. h Sic MSS. plerique, et Edd. pr. vulgo *id*.

lus Dukerianus a manu prima. Nam correctum est *Intenderunt*, quod servant ceteri omnes, et Edd. primae ac Vett. pleraeque, uti et Gryphii, Stephani etc. Neque mutatum id in *contend.* oportuit. *Intendebant* Petav. *Intendunt fuga salutem petere* idem est, ac *Intendere fugam*, quod crebro apud auctores occurrit. Cum infinitivo hoc verbum saepe etiam construitur. Sallust. B. Jugurth. 107. *Quo ire intenderant.* c. 92. *locum summa vi capere intendit.* Tacit. Ann. 11, 32. *Ire obviam et aspici a marito intendit.* Histor. 2, 12. *Arcere Othonianos intendit.* Et sic alii. Consule Sanctium in Min. ac ibidem Perizon. 4, 4, 8. et Ill. N. Heins. ad Valer. Flacc. 7, 114. Eadem variatio infra 4, 18. *in fines Sigamborum intendit.* ubi plura. Mox *convenisse* reposui, pro *venisse*, ex Bongarsianis, Petaviano, Leidensi primo, Scalig. Duker, aliisque. Nec aliter Edd. Inc. Vascos. Gryphii, Stephani, et Stradae.

*Preciani*] Quinam hi sint, ignorant Interpretes. Alio etiam nomine vocandos fuisse, docent MSS. in quibus et Ed. Ven. est *Ptianii*, vel *Pitanii*, aut simile quid. *Lacianii* Leid. sec. *Procianii* Duker. Verum in hisce nominibus tam vehementer turbant libri manu exarati, ut extricari vix queas.

*Elusates*] Ita bene emendavit Ursinus, pluribusque confirmavit Scalig. Auson. Lect. 2, 7. ac clare exhibet Cujacianus Codex, teste Grutero. Adde Surit. ad Itiner. Anton. p. 358. Ed. Wessel. Harduin. ad Plin. 4, 19. Ceteri MSS. et Edd. Vett. cum Graeco Interprete *Flustates*, vel *Frustates*. Dein post *Cocosates* delevi *que*, auctoribus MSS. omnibus (praeter unum alterumque recentissimum) et Ed. Incerta.

1 XXVIII. Eodem fere tempore Caesar, etsi prope exacta jam aestas erat; tamen quod, omni Gallia pacata, Morini, Menapiique supererant, qui in armis [a] essent, neque ad eum umquam legatos [b] de pace misissent; arbitratus, id bellum [c] celeriter con-
2 fici posse, eo exercitum [d] adduxit: qui longe alia ratione, ac reliqui Galli, bellum agere instituerunt. [e] Nam, quod intellegebant, maximas nationes, quae proelio contendissent, pulsas, superatasque esse; [f] continentesque silvas [g] ac paludes [h] habebant;

VARIAE LECTIONES.

a *erant* B. pr. b desunt *de pace* Lov. Dorv. Carr. a m. s. Edd. R. V. M. c *breviter* Edd. R. M. V. d *advexit* Duk. *abduxit* Dorv. *duxit* MS. Urs. Ed. R. Steph. *eo* deest Gott. V. sec. Ed. Inc. e deest Cuj. Sc. And. L. pr. f *continentes* L. pr. sec. Duk. g *atque* MSS. 2. Edd. R. M. V. h *quas hab.* Cuj. Sc. L. pr.

*Sibuzates*] Sic vetustissimi MSS. Bongars. Petav. Leid. prim. Scalig. aliique cum Graeco Interprete. Vulgo *Siburzates*, vel *Sibutzates*. In quibusdam, ut et Ed. Inc. non comparet hoc nomen. *Sibyllates* videntur esse Plinio loco citato, ubi vide.

*Bellum agere*] Testatur *F. Ursinus*, hunc locum in Vett. Codd. ita scribi; unde factum, ut hanc lectionem in *textum* reciperem: licet enim rarus sit loquendi modus, probus tamen est, ut docuit *J. Fr. Gronovius* Observ. 2, 3. Vulgg. *bellum gerere*, quod ex Glossa ortum habuit. DAVIS. Hic locus docet rursus, duo diversa fuisse Caesaris exemplaria, ex quibus vulgati codices descripti sunt. Nam MSS. Scalig. Cujac. Andin. Oxon. Leid. prim. qui solent conspirare, etiam cum Ursini libris saepe, soli habent, *agere instituerunt*: cum Bongarsiani, Vossiani, Lovan. Petav. ceterique magno numero retineant, *gerere coeperunt*. *Agere* elegantius certe est, quam ut a librariis proficisci potuerit. Pompon. Mela 1, 16. *Ut aliena etiam bella mercede agerent*. Lucan. 4, 2. *Martem Caesar agit*. Claud. Cons. Probi et Olybr. vers. 78. *agere proelia*. qui aliquoties etiam, *agere bella*. Sed lege omnino Gronov. quoque Obs. 4, 14. ad Livii 28, 46. Burmann. ad Quinctil. Inst. Orat. 10, 1. p. 98. *Quis enim caneret bella melius, quam qui sic egerit*. Item eum, ut et Barth. ad Gratii Cyneg. vs. 220. B. Afric. c. 40. ubi *res agebatur* Leid. pr. pro *gerebatur*, et saepius. Sic *agere regnum*, *provinciam*. Vide Er. Arntzen. ad Aurel. Vict. c. 47. de Vir. Illust. *Agere curam*, pro gerere curam alicujus. Consule Heins. et Burm. ad Ovid. Epist. Her. 16, 302. *Agere consulatum* Valer. Max. 3, 8, 3. ubi adi socer. et ita MS. Harlem. 9, 7, 1. pro *gerere*. Et pas-

eo se, suaque omnia contulerunt. Ad quarum ini- 3
tium silvarum quum Caesar pervenisset, castraque
munire [a] instituisset; neque hostis interim visus esset;
dispersis in opere nostris, subito ex omnibus par-
tibus silvae evolaverunt, et in nostros inpetum fe-
cerunt. Nostri celeriter arma ceperunt, eosque in 4
silvas repulerunt; et, compluribus interfectis, lon-
gius [b] inpeditioribus locis secuti, paucos [c] ex suis
deperdiderunt.

XXIX. Reliquis deinceps diebus Caesar silvas 1

VARIAE LECTIONES.

a *constituisset* Pet. V. tert. b *in imp.* Pet. V. sec. c *de s.* Lov. Pet. Egm. et 3. alii. Edd. pp. etc.

sim confunduntur. V. Comm. ad Nepot. Timol. 4. De verbo *instituerunt* diximus quaedam ad c. 23. idque jam ab aliis Editoribus, ut R. Stephano et Scaligero, receptum est. Invenit etiam in suis Aicardus. *cepit* et *instituit* confunduntur statim quoque c. 29.

*Quum perv. Caesar*] MSS. plerique et Edd. primae, *quum Caes. perv.* quo exhibui ordine. Alii: *Caesar quum perv.* unde suspicor, an non *Caesaris* nomen e marginali glossa in textum hic irrepserit, ut saepe.

*Deperdiderunt*] Sic MSS. optimi plurimique, quod bene defendit Brantius loco 5, 54. *tantum ejus opinionis deperdidisse.* Sic *dependerint* MSS. quidam, pro *pependerint*, B. G. 1, 44. *derelictae* 3, 13. *perdiderunt* est in Petav. et alio per Gruterum collato, item Leid. sec. Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. Ven. Sed *disperdiderunt* visitur in Leid. primo et tertio, Ortelii, et Gottorp. ac Ed. Incerta, uti et in quibusdam l. v. Non mala etiam est lectio, quam Beroald. Aldus, Gryph. Stephan. Plantin. aliique amplexi fuerunt, *desideraverunt*: at ea confirmatur solo MS. Oxoniensi: cum tamen propria sit dictio in re militari, de occisis, captis perditisve militibus, ut cuivis notum est: et aliquoties ab ipso Caesare adhibetur. Et ita 5, 23. *nulla navis desiderabatur.* ut et B. Civ. 2, 7. B. G. 7, 51. *milites sunt DCC. desiderati*; et B. Alex. c. 40.

*Omnem eam materiam*] Sic et alibi lignum vocat. Ita etiam *Curtius* 6, 6, 28. *Multam materiam ceciderat miles.* Vide et *Quintilianum* in Praef. ad l. 7. Inst. Orat. p. 329. DAVIS. Sic passim omnes Latini.

*Sub pellibus*] Vetus locutio, pro eo, quod est, *sub tentoriis*, quae pellibus constabant. *Valerius Maximus* 2, 7. *Neve tentorium ex pellibus haberet.* *Tacitus* lib. 13. *Retentusque omnis exercitus sub pellibus*,

167 caedere [a] inſtituit; et, ne quis inermibus [b] inprudentibusque militibus ab latere inpetus fieri poſſet, omnem eam materiam, quae erat caeſa, converſam ad hoſtem conlocabat, et pro vallo ad utrum-
2 que latus [c] exſtruebat. Incredibili celeritate magno spatio, paucis diebus, confecto, quum jam pecus atque extrema inpedimenta [d] ab noſtris tenerentur, [e] ipsi densiores silvas peterent; ejusmodi sunt tempeſtates consecutae, uti opus neceſſario [f] intermitteretur, et continuatione imbrium diutius sub pel-
3 libus milites contineri non poſſent. [g] Itaque, vaſtatis omnibus eorum agris, vicis aedificiisque incenſis, [h] Caeſar exercitum [i] reduxit, et in Aulercis, [k] Lexoviisque, reliquis item [l] civitatibus, quae proxime bellum fecerant, in hibernis conlocavit.

VARIAE LECTIONES.

a *coepit* L. pr. b *inprudentibus* B. pr. a m. pr. c *instruebat* Pet. *exturbat* V. sec. d *a* L. pr. et Edd. qdd. e *ipsique defensores s.* L. sec. f *mitteretur, ut c.* Pet. g *Ita* Edd. R. M. V. h deeſt L. pr. i MSS. plerique *perd.* cum Ed. Inc. *eduxit* B. tert. L. sec. k *Lexobiisque* MSS. plurimi et Edd. Vett. l *in civ.* Sc. L. pr. Ox. V. a 2, 10.

*quamvis hieme saeva adeo, ut obducta glacie, nisi effossa, humus tentoriis locum non praeberet. Hirtius* de Bell. Afric. c. 47. *Perquam pauci sub pellibus acquiescebant. Livius* lib. 23. *Ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt.* Hotoman. Vide *J. Lipsium* Mil. Rom. l. 5. Dial. 5. DAVIS.

*Proxime bellum fecerant*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Edit. Rom. *maxime.* CLARK. Etiam omnes mei et Edd. Vett. uti et MSS. Bruti et Brantii habent *maxime. Maximum* in Leid. tertio eſt. An legendum, *quae quum,* sive *cum maxime b. f.* Graecus tamen vulgato adſtipulatur, in quo legitur, *νεωσὶ.* Immo *proxime* videtur scriptum eſſe in Cujac. atque Oxoniensi; quoniam ex illis nihil varietatis eſt adnotatum. Crebro autem hae voces in MSS. permutantur, ut 8, 34. Vide Cel. Burm. ad Vellej. 2, 36. Cort. ad Plin. Ep. 5, 12. Monui etiam quaedam ad Frontinum. Nec secus variatur in Appul. Apol. init. *reprehensionem pro maximo crimine aspernatur.* Sic enim Elmenh. e Flor. Cod. cui accedunt Lips. et Ed. Junt. *proximo crimine:* in alio *crimen.* Vulgo, *proximam crimini.*

# C. JULII CAESARIS 168
# COMMENTARIORUM
# DE
# BELLO GALLICO
# LIBER IV.

---

**ARGUMENTUM. LIB. IV. DE BELLO GALLICO.**

*Usipetes et Tenchtheri Germani, metu Suevorum, novas sibi sedes in Galliis quaerunt:* IV. *Menapiosque finibus expellunt.* VI. *Inde ad Eburones et Condrusos translati, a Caesare,* XII. *quamvis primum equestri pugna superiores,* XV. *post tamen castris exuuntur: ac reliquiae ad Sigambros trans Rhenum se recipiunt.* XVII. *Caesar fabricato ponte,* XVIII. *Rhenum transit; Sigambros ulciscitur;* XIX. *Ubios liberat.* XXI. *Inde in Galliam reversus,* XXIII. *e Morinis in Britanniam trajicit:* XXIV. *atque aegre in terram exposito exercitu,* XXVII. *incolas in deditionem accipit.* XXX. *Qui tamen, quod adflictam tempestate Romanam classem, equitatumque abesse, viderent, animati rebellant.* XXXV. *Sed denuo subacti,* XXXVI. *obsides tradunt: Caesarque in Galliam redit.*

---

1 I. Ea, quae secuta est, [a] hieme, qui fuit annus Cn. Pompejo, [b] M. Crasso Coss. Usipetes [c] Germani, et item [d] Tenchtheri, magna cum multitudine hominum, flumen Rhenum transierunt, non longe a
2 mari, [e] quo Rhenus influit. Caussa transeundi fuit, quod [f] ab Suevis complures annos exagitati, bello
3 premebantur, et [g] agricultura prohibebantur. *Sue-*

VARIAE LECTIONES.

a *quievit ann.* V. pr. b *et M. Cr. Consule* L. pr. *et* addit etiam R. Steph. male. c *Usipennes* V. sec. d MSS. *Tenctheri. Tanctheri, Tonctheri, Tencatheri, Tenchatheri, Tenchetae. Tenchteri* praefert Cellarius. e *cui* MSS. Urs. Ox. V. ad 1, 8. f *a* MSS. et Edd. qdd. g *ab agr.* L. pr. *ex agr.* suprasc. *ab ag.* Duk. V. ad 1, 10.

*Usipetes Germani, et item Tenchtheri*] Plutarchus in Caesare: *δύο Γερμανικῶν ἐθνῶν μεγάλων, ὓς Ἴπας καλῦσι τὺς ἑτέρυς, τὺς δὲ Τεντερίδας.* Sane passim in Graecis scriptoribus videas propria nomina librariorum inscitia corrupta, et plerumque primores vocabulorum partes avellunt, indeque aliquam particulam copulativam, aut articulum fingunt, ut hic *ὓς Ἴπας*, pro *Ὀυσίπετας.* Simile apud Ptolemaeum *οἱ Ῥομάνδυες*, pro *Οὐιρομάνδυες.* Sic apud Dionem quodam loco legi *καὶ Συέλλαν*, pro *Κασσυέλλαν*, nam *Cassivellaunum* designat. Etiam in Caesare MS. ubi secundo commentariorum legitur, *in Nantuates*, invenio, *in Antuates.* ubi putarunt exscriptores, *n* litteram a priore vocula *in* adhaesisse τῷ *Nantuates.* VOSSIUS.

*Bellandi caussa suis ex finibus ed.*] Primum cum pronomen *suis* non compareat in MSS. optimis, Bongars. pr. Petav. Vossiano pr. Lov. Carrar. aliisque multis, neque in Edd. primis, exsulare istud jussi. Dein *bellandi ex caussa* Voss. sec. item primus a m. sec. et Bongars. primus, qui simpliciter habebat, *bellandi ex fin. educunt*; quam vix dubito veram esse lectionem, immo forsan e *suis* librarii, aliquid deesse credentes, finxerunt *caussa.* nam solet saepius pronomen addere Caesar. Sed amant historici, casum Genitivum ponere, omissa *caussa* vel *gratia*, seu *ἕνεκα* vel *ergo*, quod sexcenties docuerunt Viri Docti. Consule modo Stewech. ad Arnob. l. 6. p. 192. et quos congessit Arntzen. ad Aurel. Victor. de Vir. Ill. c. 2. *Quae aquae hauriendae descenderat.* Noster ipse 4, 17. *Naves, dejiciendi operis, a barbaris essent missae:* uti legendum e MSS. videbimus; uti et 5, 8. *Quas sui quisque commodi fecerat.* B. Civ. 2, 12. 3, 9. 71. Adde etiam c. 26. 41. 7, 54. 77. 8, 4. B. Civ. 1, 82. *Illi impediendae rei legiones educunt.* Sic enim recte Davis. qui videndus, uti et ad B. Alex. c. 85. *dissolvendae disciplinae essent.* neo non Sanctius eum Perizonio in Min. 4, 4, 9. 14. ac Ger. Vossius ad Vellej. 1, 12. ubi ait, se idem

*vorum gens est longe maxima, et bellicosissima Ger-*
*manorum omnium. Hi centum pagos habere dicun-* 4
*tur: ex quibus quotannis singula milia armatorum,* 169
*bellandi caussa,* [a] *ex finibus educunt.* [b] *reliqui,*
*qui domi manserint, se atque illos alunt. Hi rur-* 5
*sus* [c] *in vicem anno post in armis sunt: illi domi*
*remanent. Sic neque agricultura,* [d] *nec ratio, at-* 6

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *suis ex f. è fin.* MSS. et Edd. qdd. ut et *educuntur. producunt* L. pr. a m. pr. V. ad 1, 53. b vulgo *r. domi manent: pro se atque illis colunt. alios* MSS. 3. et Ed. Inc. c deest V. pr. d Sic MSS. vulgo *neque r. neque.*

genus locutionis ter MStorum ope Caesari restituisse, et in notis suis de eo acturum promittit. quod fato praeventus praestare nequiit.

*Reliqui domi manent, pro se atque illis colunt*] MSS. *Brant. Norvic.* et Editt. *Rom. Ven.* aliaeque veteres habent, *Reliqui, qui domi manserunt* (vel *manserint*) *se atque illos alunt.* Solus, quod equidem scio, Codex *Ursinianus* vulgatae lectioni fidem facit. DAVIS. *Reliqui, qui domi manent, pro se atque illis colunt*) Scaliger, et Recentiores: *Reliqui domi manent: pro se etc.* Verum cum MSS. omnes habeant, *reliqui QUI;* vocem istam restituendam existimavi. *Pro se atque illis colunt*, ex MS. Ursini est: alii omnes, *se atque illos ALUNT.* Graecus: *οἱ μὲν ἐν τῇ πατρίδι καταμείναντες ἑαυτούς τε καὶ ἐκείνους ΤΡΕΦΟΥΣΙ.* CLARK. Primo reposui, *qui domi manserint*, ut habent, vel *manserunt*, MSS. mei omnes, et Edd. Vett. nisi quod Oxon. servat, *qui d. manent*, et Edd. Aldi, Gryphii, Steph. aliaeque dant *remanserint.* Durissima est auribus repetitio, *reliqui domi manent*, et statim, *illi domi remanent.* Gruterus omnia haec, *qui domi manserint*, ut superflua resecare mallet.

*Pro se atque illis colunt*] Ex unico Latini Latinii Viterbiensis codice Ursinus, Hotomannus et Scaliger cum Aicardo hoc receperunt. Verum cum nec aliorum, nec mei Codd. numero viginti et plures, uti et Graecus interpres, vulgatum servant, *se atque illos alunt*, puto me jure merito illam lectionem Caesari reddidisse, quamvis alteram, *pro se colunt*, satis Latinam esse, probari possit.

*Neque agricultura, neque ratio atque usus belli*] Ita ex MSS. omnibus et Editt. Vett. restitui. Scaliger et Recentiores: *neque agricultura, neque ratio neque usus belli.* Perperam. Bimembris enim, non trimembris est sententia. CLARK. Neque *usus belli*) Legendum *atque usus belli*, quod ex MSStis et Vett. editis *C. Clarkius* adnotavit. DAVIS. *Cur. sec. atque* cuncti nostri quoque, excepto Vossiano primo, uti et *nec* vetustiores omnes pro *neque.*

7 *que usus belli intermittitur: sed privati, ac sepa-*
*rati agri apud eos nihil* [a] *est: neque longius anno re-*
8 *manere uno in loco, incolendi caussa, licet: neque*
*multum frumento, sed* [b] *maximam partem lacte*
[c] *atque pecore vivunt, multumque sunt in venatio-*
9 *nibus: quae res et cibi genere, et quotidiana exer-*
*citatione, et libertate vitae (quod a pueris nullo*
*offi-*

VARIAE LECTIONES.

a *sunt* G. V. tert. Ed. Inc. b *per m. p.* L. sec. *maxima parte* L. pr. Egm. c *ac* MSS. et Edd. qdd.

*Uno in loco incolendi caussa licet*] MS. noster *colendi*, quod Ciacconius probat. Ego prius malo. Caesar hic non de agricultura, sed habitatione loquitur. Explicat se ipse Caesar, cum 6, 21. de moribus Germanorum scribens ait: *anno post alio transire cogunt.* et paullo post, *ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent.* Graecus quoque κατοικεῖν habet VOSSIUS. Proba videtur *colendi* lectio, quae *incolendi* significatione apud bonos Auctores occurrit. *Pomponius Mela* 1, 19. de Ponto Euxino: *Olim*, inquit, *ex* colentium *saevo admodum ingenio Axenus—dictus. Silius* Italicus 5, 242. *Nisi quem Deus ima* colentum *Damnasset Stygiae nocti.* 8, 69. *Non coeli, non illa soli, non gnara* colentum. Cum haec vocis potestas fuerit paullo rarior, Librarii orae Codicum notius eo sensu vocabulum adlevere, quod tandem in contextum orationis est receptum. DAVIS. Codex etiam Ciacconii, et membranae Andinae, atque Oxonienses cum Ed. Clarkii praeferunt *colendi.* Et certe nemo sanus negaverit, passim *colere* occurrere pro inhabitare, absolute. Verum non minus eundem usum habet τὸ *incolere*, praesertim in Caesare. B. G. 1, 1. *Qui trans Rhenum incolunt.* c. 5. *qui trans R. incoluerant.* 2, 3. *qui cis Rhenum incolunt:* ubi etiam vide. 4, 20. *quantae nationes incolerent.* et crebro. Livius 1, 1. *qui inter mare Alpesque incolebant.* Sueton. Caes. c. 25. *qui trans Rhenum incolunt*, et passim omnes. Curtius 7, 6, 12. *Qui super Bosporon incolunt:* sic recte MSS. vulgo *Bosporo.* Acidalius vult, *Bosporum colunt.* Nulla igitur caussa est, cur a vulgari lectione ob unum alterumque Codicem discedamus.

*Sed maximam partem lacte atque pecore vivunt*] Id est, *maxima ex parte.* Graecismus *Caesari* familiaris. Infra: *et reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.* Supra 3, 12. *haec eo facilius magnam partem aestatis faciebant.* 5, 7. *Qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit.* 7, 25. *Ne majorem aestatis partem flumine impediretur.* Cui simile est illud *Ciceronis* de reditu suo ad populum: *magnam partem tectis ac tenebris continebantur.* Plura suggeret Graecorum schola, quorum id proprium; κατὰ

*officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant) et vires* [a] *alit, et inmani* [b] *corporum magnitudine homines efficit. Atque in eam se consuetudinem* [c] *adduxerunt, ut locis frigidissimis* [d] *neque vestitus, praeter* [e] *pellis;* [f] *habeant quidquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et laventur in fluminibus.*

VARIAE LECTIONES.

a Deest Duk. Dorv. b *corporis* L. tert. Ed. Inc. Mox vulgo abest *homines*. c *abduxerunt* Voss. o. Egm. G. Ed. Inc. d *non* Egm. e Sic B. pr. V. pr. sec. L. pr. Ox. Duk. et alii, non *pelles*. f *haberent* MSS. fere. o. et Ed. Inc. *habent* L. pr. dein male ab Ox. et Edd. aliquot abest *τὸ quidquam*.

enim libenter exaudiunt. *Brant.* Vide et *Lambinum* ad *Lucretii* l. 3. p. 297. Ed. Francof. DAVIS. Adde quae dicta ad 1, 12.

*Et immani corporum magnitudine efficit*] MSS. et Editt. Vett. *et immani corporum magnitudine* homines *efficit*. Quod cur a Scaligero et recentioribus mutatum, equidem non video. Graecus item, *καὶ πελωρίυς μεγέθυς ἈΝΔΡΑΣ παρέχει*. CLARK. MSSti fere, addita vocula, dant *magnitudine* homines *efficit*, vel *efficit* homines. Sed verbum *homines* in vetustissimo *Carrariensi* fuit inductum; et ejus incerta positura facit, ut Librariis deberi videatur. Lego: *et vires alit, et immanem corporum* magnitudinem *efficit*. Hoc modo nitida fit oratio, cum plerorumque Codicum lectio prorsus infrunita sit. DAVIS. *Cur. sec.* Perperam Scaliger delevit vocem *homines*, quam constantissime servant omnes omnium meique Codices et Edd. Nec scio, quomodo infrunita possit audire. Certe est Latinissima, *homines magnitudine*, sc. praediti, vel magnitudinis. quare non opus erat, ut Cl. Perizon. conjiceret scribendum *afficit*, ad Sanctii Minervam 4, 4, 5. ubi plena manu hujus locutionis habes exempla. Ovidius Metam. 2, 639. *Fit longo corpore serpens.* Sed et adde Cl. Burm. ad Phaedr. 2, 5. *tunica cirris dependentibus*. Infra 6, 7. *Difficili transitu flumen, ripisque praeruptis*. B. Civ. 3, 37. *rivus difficilibus ripis*. B. Afric. c. 40. *corpora mirifica specie amplitudineque*. Immo sic MSS. 6, 10. *silvam ibi esse infinita magnitudine*, et c. 16. *immani magnitudine simulacra*. V. etiam B. Civ. 1, 64.

*Magna est corporis pars aperta*] Vide notat. ad B. G. 6, 21. DAVIS.

— *Aperta; et laventur in fluminibus*] Sic Scaliger et recentiores. MSS. et Editt. Vett. (— *aperta. Et* lavantur *in fluminibus.*) Quae Lectio aeque ferri potest. CLARK. *Laventur* a Beroaldo ortum jam legas in Edd. Veneta A. 1517. Aldi, Gryph. Steph. Rosseti, Plantini et aliis.

1 II. *Mercatoribus est ad eos aditus* [a] *magis eo,*
171 *ut, quae bello ceperint, quibus vendant, habeant; quam quo* [b] *ullam rem ad se* [c] *inportari* [d] *desiderent.*
2 *Quin etiam jumentis, quibus maxime Gallia delectatur, quaeque inpenso* [e] *parant pretio, Germani inportatis* [f] *his non utuntur; sed, quae sunt apud eos*

### VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. plerique et Edd. Vett. al. *eo magis.* b *ulla ad* L. pr. c *comport.* L. tert. Ed. Inc. d *desiderant* B. pr. L. tert. *desinerent* Dorv. e vulgo *parat.* et *inmenso* Cuj. ac L. pr. f vulgo deest *his.*

Sed in MSS. si forte unum alterumque excipias, est *lavantur.*

*Est ad eos aditus, eo magis*] Voces *ad eos* non agnoscunt MSS. Bongars. Petav. Andin. Leidens. prim. Oxon. Scalig. Vossian. prim. sec. et Egmond. In Scalig. et Leid. primo, *est aditus eo magis*, quasi *eo* pro *ad eos* fuerit, ut alibi, sumtum. at B. Civ. 2, 1. *qua est aditus ad id mare.* Sed ceteri, ut reposui, *magis eo.*

*Quam quo*] Codices nonnulli *quam quod.* Sed utrumque aeque Latine dicitur. CLARK. Mei omnes exhibent *quo.* Vide tamen ad 1, 23. *sive eo quod* etc.

*Galli delectantur — parant*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii: Vett. quoque Edd. et Interpr. Graecus. Scaliger et Recentiores, *Gallia delectatur: parat.* Minus, ut mihi quidem videtur, eleganter. CLARK. Ut Scaliger edidit, habent Codex Ursini, et Andin. Ceteri omnes praebent *Galli delectantur - parant*, vel *parent.* Quare medium elegi, et scripturam Codicis Oxoniensis sum amplexus: *Gallia delectatur, quaeque parant,* sc. Galli. Haec autem numeri variatio ansam dedit loci corrumpendi. c. 4. *Vulgus circumsistat, cogantque.* Pluribus hoc docui ad 2, 11. *Equitatum. His praefecit.* Adde quamplurima exempla allata a Cortio ad Sallust. Cat. 23, 6. Jug. 14, 13. 85, 38. etc. et infra 7, 10. et 35. *Uterque extitisset, fereque castra ponerent.* c. 72. *multitudo advolaret, aut tela conjicere possent.*

*Impenso parat pretio*] *Ursinus* reponit *Immenso,* quod non placet. Sic enim etiam locutus *Livius* 2, 9. *Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum omni sumptu, ademtum privatis.* Hotoman. Vide et *Ciceronem* ad Atticum l. 14. Epist. 12. et *Festum.* DAVIS. Nec secus plus semel Apulejus. V. Scip. Gentil. in Apolog. p. 161.

*Germani importatis non utuntur*] MSS. omnes, *Germani importatis* his *non utuntur.* Unde, omissa voce, (*Germani,*) quod interpretamentum esse potest, legendum conjecerim, (*importatis hi non utuntur.*) Favet Graecus, *εἰσαγομέναις* 'ΑΥΤΟΙ' *ὐ χρῶνται.* CLARK. Recte Clarkius advertit, in MSS. addi particulam *his.* nam et ita reperi in 19. meis,

*nata prava atque deformia, haec quotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt. Equestri-* 3
*bus proeliis saepe ex equis desiliunt, ac pedibus proe-* 172
*liantur;* [a] *equosque eodem remanere vestigio adsuefaciunt; ad quos se celeriter, quum usus est, recipiunt. neque eorum moribus turpius quidquam,* 4

VARIAE LECTIONES.

a *eosque* MSS. quidam et Edd. Inc. Dav. Clark.

et Edd. Rom. Mediol. Ven. et Inc. Verum non recte illum huic loco medicinam facere, existimo. Nisi me enim adridens fallat conjectura, scripsit Caesar: *Quin etiam jumentis Germani inportatiis non utuntur.* Sic diserte Hirtius B. Afr. c. 20. *frumento in Africa nisi inportatitio uti non posse.* ubi ante Ursinum erat quoque *tato.* sic *congestitius agger* B. Civ. 2, 15. Alibi tamen *aere utuntur inportato* 5, 12. et B. Civ. 3, 42. *frumento utuntur inportato.* ubi in Leid. pr. *inportatu.*

*Quae sunt apud eos nata prava atque deformia*] Sic recte in Petaviano quoque codice est: quamvis Cujac. habeat *parva*. Locutus similiter Xenophon lib. 1. Cyropaed. pag. 20. ἀλλ' ὤν πονηροί γε φαινόμενοι, καὶ ἐπὶ πονηρῶν ἱππαρίων ὀχύμενοι. *Sed et pravi videntur, et pravis equis vehuntur. Πονηρός* est nullius pretii, nec aspectu, nec incessu pulcher, inhabilis, ineptus ad usum. VOSSIUS. *Prava*) Sic MSS. Graecus, μικράς, *parva*. Quem nonnulli sequuntur. Sed vera est vulgata Lectio. CLARK. Licet non damnem temere τὸ *prava*, quod plurimi confirmant Codices, et Edd. antiquitus, atque ante Gryphium fere, si excipias Venetam A. 1494. cusae, quodque amplecti videntur Gronov. ad Liv. 4, 26. et Burmann. ad Gratii Cyneget. 499. et 289. *Jamque inde excernere parvos:* habet tamen et vox *parva*, quibus se defendat. Nam sic est in Cod. Brantii, Scaligeri, Leidensi primo, Oxoniensi, Duker, Gottorp. et Vossiano tertio et aliis, atque Edd. Gryph. et Stephani. Praeterea Tacitus c. 5. de Mor. Germ. ait: *Pecorum fecunda, sed plerumque haec inprocera: ne armentis quidem suis honor aut gloria frontis.* Immo *pravos* non fuisse, sive, ut Vossius explicat, *ineptos ad usum*, satis videtur patere e sequentibus; quia *summum laborem* perferre potuerunt. Quare magis inclino in τὸ *parva*. quo etiam vocabulo strictius Germanorum equos descripsisset, quam generali voce *pravus*. nisi *vara*, sive incurvis et lunatis pedibus, reliquit auctor. *parva* etiam praetulit Ill. Heinsius, ut patet ex ipsius Codicis ora. In Bong. primo est *pava*, supra scripto *r* ante *a*. In Ed. Inc. *prima*.

*Summi ut sint laboris*] Hoc est, ut maximum laborem tolerent. DAVIS.

*Adsuefaciunt*] MSS. et Edd. Vett. *assuefecerunt.* Quod aeque fert temporum ratio. Graec. διδάξαντες. CLARK. Sed *adsuefaciunt* exstat in Cujac. Andin,

5 *aut inertius habetur, quam* [a] *ephippiis uti. Itaque*
*ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quam-*
6 *vis pauci, adire audent. Vinum ad se omnino inpor-*
*tari non* [b] *sinunt, quod ea re ad laborem ferendum*
*remollescere homines, atque effeminari* [c] *arbitran-*
*tur.*

1 III. *Publice maximam putant esse laudem,*

VARIAE LECTIONES.

a *ephiapiis* et *ephiapiatorum* etc. MSS. nonnulli et Ed. Inc. b *patiuntur* MSS. Urs. And. Ox. c *dicuntur* Pet.

Scalig. Oxon. Leid. primo, et Edd. Aldi, Ursini, Gryph. ac Stephani: quare nihil innovo.

*Quum usus est*] Vulg. *Cum usus poscit.* Sed cum omnes MSS. et editt. veteres lectionem a nobis receptam tueantur, causa visa non est, cur Codicum auctoritatem deseramus; utraque enim locutio aeque est Latina. DAVIS. Sic MSS. et Edd. Vett. Scaliger et Recentiores (*quum usus poscit*). Quod nihilo elegantius. CLARK. Mirum, non accuratius consultas esse a viris doctis veteres Editiones. Nam Aldus, Gryph. Stephanus et Plantinus aliique jam exhibuerant *poscit;* quod etiam Scaliger in suo invenit Codice. Neque aliter Cujac., Andin. Leid. prim. et Oxon. more solito eorum Codicum, qui a ceteris MSS. passim dissentiant. Infra tamen 6, 15. *Quum est usus, atque aliquod bellum incidit.*

*Audent*] Ita MSS. et Edd. Vett. Scaliger et recentiores *audeant.* Minus recte. CLARK. Nisi Carrar. et Duker. a m. pr. haberent *audeant,* crederem modo typographorum esse erratum in Scaligeri Ed. nam et in Elzev. A. 1675. scribitur *audent,* ut debet salvo sensu.

*Civitatium*] De voce *civitatium*, quam nonnulli rejecerunt, vide *G. J. Vossium* de Anal. 2, 14. DAVIS. *Civitatium* hic exhibet solus Bongars. primus, sed vide 7, 36. Ceteri MSS. et Edd. fere *civitatum;* ut solent ubique minus integriores libri. 5, 22. MS. Scal. *civitatium;* uti 7, 83. Egmund. et 8, 23. Bong. et Voss. pr. c. 30. MS. Andin. ac B. Alex. c. 26. Scalig. *paludium* c. 73. MS. Oxon. *obsidium* nonnulli 6, 9. *necessitatium* 7, 89. Voss. pr. *simultatium* nonnulli B. Alex. c. 49. Adde praeter alios Cl. Burm. de Vectig. c. 11. et Drak. ad Liv. 1, 9, 43. 4, 33.

*Non potuisse*] MSS. et Editt. Vett. (*non posse*). Mutarunt *Scaliger* et recentiores; quod non adverterent, vocem (*posse*) tam imperfecti esse temporis, quam praesentis. CLARK. Aldus et Gryph. etiam *potuisse* contra MSS. omnes. Non solum hac re significant, civitates multas suam vim non sustinere potuisse, sed etiam adhucdum non posse.

*Una ex parte a Suevis*] MS. *a Suis.* Ita quoque in suo codice Ciacconius repererat, et *ab iis* emendarat, perperam. Vulgata lectio clara et proba est. VOSSIUS.

*quam latissime* [a] *a suis finibus* [b] *vacare agros: hac re* [c] *significari, magnum numerum civitatium suam vim sustinere non* [d] *posse.* [e] *itaque una ex parte a* 2
*Suevis circiter milia passuum* DC *agri vacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt Ubii, quorum* 3
*fuit civitas ampla atque florens, ut est* [f] *captus Ger-* 173
*manorum, et paullo,* [g] *quam sunt ejusdem generis,*

VARIAE LECTIONES.

a *ab* L. pr. b *vagari* V. pr. sec. Egm. *vagari nec habere agros* Pet. pro var. lect. *vastari* MSS. Samb. et Ciacc. c *significare* Lov. et 2 alii. d vulgo *potuisse.* e *ita* V. pr. f *campus* Pet. *cultus* V. C. Samb. sed v. Ciaccon. g vulgo *qui s. ej. g. etiam.*

*Millia passuum sexcenta agri vacare dicantur*] Foedissimus error, et nihilominus a Scaligero quoque transmissus. Lipsius Elect. 2, 7. et Hottomannus LX rescribebant. Et facile DC potuit fieri ex LX. Graecus habet: *σάδια πεντακισχίλια διακοσίων δέοντα,* quod tantundem est ac passuum millia sexcenta. Ego ex MS. nostro rescribo *centum.* VOSS. Eruditissimi viri *Fr. Hotomannus* et *J. Lipsius* Elect. 2, 7. legunt, *millia passuum* LX. Idem etiam ante eos suspicatus est *Joan. Glandorpius.* Sola, qua innixi sunt, ratio est, quia *millia passuum* DC. spatium nimis enorme videbantur. Sed me non habent adsentientem; cum enim constet, in hisce De Bell. Gallico libris *civitatem* regionis incolas denotare, si una ex parte a Suevis circiter millia passuum LX. tantum vacarent, perexiguas oporteret esse regiones, si hac re significaretur, *magnum numerum civitatium* suam vim sustinere non potuisse. Ob hanc etiam causam nihil moror lectionem Codicis *Vossiani*, qui exhibet, *circiter millia passuum* C. praeterquam enim quod alii omnes vulgatam retineant, facile fieri potuit, ut vel casu excideret D, vel emendatorculus aliquis expunxerit. Haud tamen negandum, cum haec a Germanis acceperit Caesar, famam timori conjunctam, ut fit, aliquatenus auxisse. DAVIS. Probat Davisii defensionem Clarkius. Nihilominus mihi nequaquam displicet Vossiani Codicis lectio *Centum*: utpote quam confirmant Cujacianus, et Oxoniensis cum margine Ed. Gryphianae. Celso tamen dicitur: *ingens atque incredibilis solitudo.* Sic enim scribendum, non *solicitudo.*

*Ut est captus Germanorum*] Male noster MS. *ut est campus Germanorum.* Recte Graecus, *ὥς γε κατὰ Γερμανὺς.* VOSSIUS.

*Et paullo qui sunt ejusdem generis, etiam ceteris humaniores*] Mutant Ciacconius, et Hottomannus, sed nihil opus. Fateor trajecta paullum verba, quae non male ita legas: *et paullo etiam ceteris, qui sunt ejusdem generis, humaniores.* VOSS. Legit *P. Ciacconius: Et paullo, quam sunt ejusdem generis etiam ceteri, humaniores*, cui emendationi favet MS. *Norv.* ha-

174 *et ceteris humaniores; propterea quod Rhenum adtingunt, multumque* a *ad eos mercatores ventitant, et ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *multique*.

bet enim, *et paullo*, quam *sunt* etc. *Hotomannus* autem reponit, *et qui paullo sunt ceteris ejusdem gentis humaniores*. Sed majore, quam par est, libertate utitur vir eruditus; non enim modo vocem unam transponit, et alteram omittit, verum etiam vocabulum *generis* in *gentis* mutavit; absque causa sontica, cum *genus* pro *natione* sumatur, ut patet ex *Curtii* 5, 1, 40. Mihi nihil simplicius videtur, quam quod in editt. *Rom.* et *Ven.* inveni: *Et qui paullo sunt ejusdem generis etiam ceteris humaniores*, licet ob crebras in *Caesare* et *Hirtio* vocum transpositiones nihil mutandum censuerim; ideo nec audiendus est *Vossius*, qui eas hoc modo disponit: *Paullo etiam ceteris*, *qui sunt ejusdem generis*, *humaniores*. DAVIS. *Et* qui paullo *sunt ejusdem generis etiam caeteris humaniores*) Sic ex Editt. Rom. et Ven. restitui. Quam Lectionem optimam et simplicissimam judicavit quoque *Davisius*. Vulgatam tamen retinet, [*et* paullo qui *sunt ejusdem generis* etc.] propter crebras (*inquit*) in Caesare vocum transpositiones. Atqui in Caesare nullae sunt durae vocum transpositiones. Quae sparsim affert Vir Doctissimus exempla, eae non sunt transpositiones, sed naturalis et elegantissimus verborum ordo; uti suis in locis ostendetur. Vide infra ad 5, 50. Hoc in loco, cum scriptum esset, [*et qui paullo sunt*] mutavit (opinor) Librariorum incuria *qui* in *quam*, abbreviate scriptam, [*et quam paullo sunt etc.*] Deinde, ne nulla videretur Syntaxeos facies, transpositis vocibus scripserunt, [*et paullo quam sunt*;] quomodo et hodie in MS. Eliensi videre est. Denique, postulante sententia, restituerunt Viri docti vocem *qui*, [*Et paullo qui sunt etc.*] Unde rescribendum, [*et qui paullo sunt etc.*] Possem tamen, si conjecturae indulgere liceret, quandoquidem in plerisque MSS. scriptum est, non [*et qui paullo*] sed [*et paullo qui*;] et in Editis Stephani, Vascosani et Rosseti, omissa prima ista vocula [*ET*,] legitur [*paullo qui sunt* etc.] possem, inquam, conjicere legendum, [*PAULLOQUE sunt* etc.] Porro, quod conjecit Hotomannus, legendum [*ejusdem gentis*;] id in MS. Reg. ita plane scriptum reperitur: nec tamen quidquam mutandum. CLARK. Sic agunt viri docti, quasi illud *qui* in plerisque inveniretur MSS. unde etiam Cl. Heinsius conjecit: *Et qui sunt ejusdem gentis paullo quam ceteri*, *h.* Verum *qui paullo* sine *et* comparet modo in recentissimis, Leid. sec. Bong. tert. Dorvill. et Edd. Mediol. Ven. aliisque Edd. Sed Bongars. prim. sec. Petav. Lovan. Vossiani omnes, Cujac. Scalig. Leid. pr. et tert. Oxon. Egmund. Gottorp. aliique cum Ed. Incerta, Stephani et pluribus exhibent, *et paullo quam sunt*. Duker. *et qui paullo quam s.* dein pro *etiam* Leid. pr. *sunt*. Ceteri fere omnes MSS. *et*. Quare donec certius quid probetur, meram MStorum lectionem reposui bono sensu: *Succedunt Ubii* etc. *et paullo humaniores*, *quam*

a *adsuefacti*. Hos quum Suevi, multis saepe bellis 4 experti, propter amplitudinem gravitatemque b civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen ve-

VARIAE LECTIONES.

a *adsueti* Pet. b *civitatis et grav*. L. pr.

*sunt* homines *ejusdem generis, et* Sc. humaniores *ceteris*, nempe Germanis. Fraudi videtur librariis et interpretibus quibusdam fuisse, quod duo diversos casus addiderit uni comparativo; sed hoc ut in multis adjectivis, et verbis diversos casus regentibus est frequens (vide ad 8, 46.) sic non insolens quoque in Comparativis. Horat. Serm. 1, 6, 110. *Hoc ego commodius, quam tu, praeclare senator, Milibus atque aliis vivo*. Haec si non placent, et praestat intelligere solum de ceteris Germanis, (quomodo etiam cepit Graecus vertens, καὶ ἡμερώτεροί τι τῶν ἄλλων ὁμοεθνῶν εἰσιν) legere malim sine *quam* vel *qui*, *et paullo sunt ej. generis etiam ceteris h*. Tunc interpolationi ansam dedisset ignoratio nominativi ἀπὸ κοινοῦ repetendi, *quorum fuit civitas, et* sc. qui *sunt h*. qui tamen loquendi modus est frequens, ut alibi multis ostenderunt docti. Vide loca, quo lectorem ablegem, ad Frontin. 4, 1, 39. Voss. de Art. Grammat. 7, 65. et J. Perizon. ad S. Minerv. 1, 18, 1. Eodem plane modo Hirt. de B. Afric. c. 64. *Ligarius, quem Caesar in Hispania cum reliquis dimiserat, et postea se ad Pompejum contulerat*, sc. *et qui*. Qui locus effugit diligentiam laudatissimi Viri, B. Huidekoperi, in libro dicto: *proeve van Tael en Dichtkunde*, p. 388. Idem Hirt. c. 97. *Leptitanos, quorum Juba bona diripuerat, et ad senatum questi* etc. pro *et qui ad s*. B. Alex. c. 56. *Quibus pecunias imperasset, neque contulissent*, pro *neque qui* c. Sallust. B. Jug. c. 101. *Quos Volux adduxerat, neque adfuerant*, pro *et qui non adf*. Ciacconius autem legebat, *et paullo quam sunt ejusdem generis ceteri etiam h*. At Rob. Stephan. edidit: *et paullo quam sunt ejusdem gentis et generis h*. Aicardus emendabat, an e MSS. nescio, *qui paullo sunt ej. generis ceteris h*. ut ad Germanos, non Ubios haec referantur. *Gentis* pro *generis* est quoque in Bongars. tertio, ut et Edd. Vascon. et Stradae. Sed hoc perinde est. *Genus* poni pro gente, populo, natione passim jam in Lexicis adnotatum est. c. 21. *genus hominum perspexisset*. 7, 22. *Ut est summae genus sollertiae*. ubi eadem variatio. B. Civ. 1, 39. *optimi generis hominum*.

*Multumque*] Ita MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. Al. *multique*. CLARK. Recte Clarkius revocavit *multumque*; quod in meorum longe plurimis, et Edd. Vett. ac sec. Gryph. et Stephan. restat. Sic c. 1. *Multum pecore vivunt, multumque sunt in venationibus*. Ceterum in MSS. Gott. Leidensi tertio, Voss. tert. et Ed. Incerta scribitur modo, *quod Rhenum adtingunt, quod Gall*. resectis ceteris. Immo *quod* ante *Gall*. licet et alia servent, addunt etiam Bongars. Vossiani omnes, Leid. pr. Scal. Lovan. Duk. Dorvil. et Edd. Rom. Mediol. aliaeque. Et certe conjunctiones repetere amat Caesar.

*Gravitatemque civitatis*] Hoc est populi frequentiam, ut alibi

ctigales sibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioresque redegerunt.

1 IV. In eadem cauffa fuerunt Usipetes, et Tench-
theri, quos supra diximus, qui complures annos
2 Suevorum vim fuftinuerunt: ad extremum tamen
agris [a] expulsi, et multis Germaniae locis [b] trien-
nium vagati, ad Rhenum pervenerunt: [c] quas re-
175 giones Menapii incolebant, [d] et ad utramque ri-
pam fluminis agros, aedificia, vicosque habebant.
3 sed tantae multitudinis [e] aditu [f] perterriti, ex [g] his
aedificiis, quae trans flumen [h] habuerant, demigra-
verunt; [i] et cis Rhenum difpofitis praefidiis Ger-
4 manos transire prohibebant. Illi, omnia experti,
quum neque vi contendere, propter inopiam navi-

VARIAE LECTIONES.

a *repulsi* Duk. V. sec. b *triennio* L. pr. c *qua regione* Edd. Vasc. Steph. contra MSS. d *hi* Cuj. Sc. Ox. L. pr. et Edd. quaedam. e vulgo *adventu.* f *pertriti* V. sec. g deeft L. pr. h *habebant* MSS. et Edd. qq. i *eo* Egm.

*humilitatem* infrequentiam hominum vocat. VOSSIUS.

*Humiliores infirmioresque redegerunt*] Sic reftituimus ex MS. *Norv.* et Editt. *Rom. Ven.* aliisque Vett. impreffis, cum in recentioribus legatur, *humiliores infirmioresque reddiderunt*, quae quidem lectio ex Gloffemate ortum habuit. Vide not. ad B. G. 2, 27. DAVIS. Sic quoque omnes mei. *Reddiderunt* Scaliger temere recepit e Faërni libro.

*Qui complures annos — sustinuerunt*] Plerique MSS. et veteres cusi habent, *qui, cum plures annos Suevorum vim sustinuerint* etc. Vulgatam tamen lectionem retineo. Simile fere mendum occurrit apud *Senecam* in Cons. ad Helviam c. 16. ubi in edit. *Gronov.* sic legitur: *Nunquam tibi placuit vestis, quae nihil amplius nudaret, cum poneretur*, sensu quidem egregio, sed qui non e Manufcriptis, sed *Lipsii* ingenio profluxit. Cum *Pal.* sec. tefte *Grutero*, habeat, *vestis, quae ad nihil aliud, quam ut nudaret, componetur*; ad quam lectionem alii etiam MSS. tantum non accedunt, mihi dubium non videtur, quin scribendum sit: *vestis, quae ad nihil aliud, quam ut nudaret, componeretur*. Sic fere *Hieronymus* in Epift. ad Laetam: *Talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus* veftita corpora nudentur. DAVIS. Codd. nonnulli, *Cum plures — susti-*

um, neque clam transire, propter [a] custodias Menapiorum, possent, reverti se in suas sedes [b] regionesque simulaverunt: et tridui viam progressi rursus [c] reverterunt: atque omni hoc itinere, una no- 5
cte, equitatu confecto, inscios [d] inopinantesque Menapios obpresserunt, qui de Germanorum dis- 6
cessu per exploratores certiores facti sine metu trans Rhenum in suos vicos [e] remigraverant. His 7
interfectis, [f] navibusque eorum occupatis, priusquam ea pars Menapiorum, quae [g] citra Rhenum [h] quieta in suis sedibus erat, certior fieret, flumen transierunt; atque omnibus [i] eorum aedificiis occupatis, [k] reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.

## VARIAE LECTIONES.

a *custodiam* Lov. et alii cum Edd. R. M. V. b deest Lov. c *reversi sunt* Pet. d *inopinatosque* Duk. V. ad Front. 3, 1, 2. e *migraverant* Carr. Duk. *demigr.* Dorv. Edd. R. M. V. *transmigr.* V. pr. f *navibus* Dorv. Edd. R. M. V. g *circa* L. pr. V. sec. h vulgo 4 voces *q. in s. sed.* desunt. i abest a L. pr. sed v. ad 1, 43. k *reliqua parte* Scal. L. pr. Carr. Duk.

*puerint.* Sed vera est vulgata Lectio. Si enim, *cum plures*, scriptum esset; scribendum erat deinceps, *sustinuissent.* CLARK. Haec vero varietas tantum orta est ex eo, quod *cum plures* scripserint librarii pro *complures.* Hoc patet inde, quod Bong. pr. Voss. primus, Egmund. et alii habeant *complures*, licet servent *sustinuerunt:* quod adeoque cum melioribus MSS. ut Cujaciano, Scalig. Oxon. Leidensi primo etc. retineo. Recentiores modo Codices dant *sustinuerint.* Petav. *sustinerent.* Camerar. *sustinuerant.* Hotom. *sustinuissent.* c. 11. *Haec arbitrabatur: tamen sese etc.*

*Rursus reverterunt*] *Pleonasmus* est, optimis quibusque scriptoribus frequens. *Curtius* 3, 11, 14. *Rursus in proelium redeunt.* *Petronius* Satir. c. 10. *Rursus in memoriam revocatus injuriae.* Vide et c. 23. DAVIS. 7, 9. *Rursus exercitum reducit.*

*Obpresserunt*] Rectum hoc et inopinata praesertim aggressione proprium. Notabilis tamen est lectio vetusti Codicis Vossiani primi, *percusserunt*, id est, consternarunt, vel etiam conciderunt.

*Quae citra Rhenum erat*] MS. noster, *quieta in suis sedibus erat.* Tum pro *citra* male *circa*

1 V. His de rebus Caesar certior factus, [a] et infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, et novis plerumque rebus
2 student, nihil his committendum existimavit. *Est* [b] *autem hoc Gallicae consuetudinis*, [c] *uti et viatores etiam invitos consistere* [d] *cogant; et quod quisque eorum de* [e] *quaque re audierit, aut cognoverit, quaerant; et mercatores in oppidis* [f] *volgus circumsistat*, [g] *quibusque ex regionibus veniant, quasque*
3 *ibi res cognoverint, pronunciare* [h] *cogant.* [i] *His ru-*
176 *moribus atque auditionibus permoti de summis saepe*

VARIAE LECTIONES.

a *in infirmitate* And. b *enim* MSS. Urs. et mei 5. c Sic MSS. non *ut.* d *agant* V. sec. statim Hotom. ex Aimonio *quid q.* e *qualibet* Pet. *qua* L. pr. f Sic Ox. g Sic rursus MSS. tantum non o. et Edd. Vett. vulgo sine *que.* Beroald. sine *ex.* h *cogat* L. pr. male. i *et his* Edd. quaedam Vett.

habet. VOSS. Miror, Interpretum neminem praeter solum Vossium aliquid hoc loco monuisse: persuasum tamen mihi est, illa verba, *quieta in suis sedibus*, profecta esse a Caesare, quare ea suo auctori restitui; nam etiam Andinae membranae exhibent, *quae citra R. qui in suis sedibus*; et Oxon. *quae c. R. quae in suis sedibus.* Immo Scaligeri Codex et Ed. R. Stephani jam habent, *quieta in suis sedibus.* Ad haec vertit quoque ea Graecus: *τὺς ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἠρέμα ὄντας Μεναπίυς.* Confer notata ad Frontin. 1, 1, 8. pro *aedificiis* Lipsius margini adlevit *vicis*.

*Rumoribus*] Ita praeter Ursinianos Codices etiam Scalig. And. Leid. prim. Oxon. et Cujac. et Edd. aliquot. Sed ceteri MSS. et Edd. primae *rebus* inculcant. *Rumores adferuntur* 7, 59. et saepe. V. etiam B. Civ. 1, 53.

*E vestigio*] Ut *extemplo.* sic B. Civ. 2, 12. *e vestigio diriperentur.* c. 26. *Qui non ex vestigio ad castra Corneliana vela direxisset.* et cap. seq. *et e vestigio temporis primum agmen erat in conspectu.* Sive ut illic habent MSS. et Edd. Vett. *et vestigio* sine praepositione, ut h. loco Duker. a manu prima, et Ed. Veneta. 8, 21. *e vestigio mittunt legatos.* Verum Bongars. prim. Andin. Leidenses et Vossiani omnes, Egmund. Lovan. aliique cum Ed. Romana et Incerta, *in vestigio.* Cicero in Pison. c. 9. *eodem in templo, eodem et loci vestigio et temporis.* Appulej. l. 6. Met. p. 192. Ed. Paris. *In ipso vestigio ipsaque semita collapsam possidet.* Infra 7, 25. *salutem in illo vestigio temporis positam.* at B. C. 2, 7. *urbs eodem vestigio capta videretur.*

*Quum incertis rumoribus serviant*] Frustra Ciacconius lege-

*rebus consilia* [a] *ineunt: quorum eos e vestigio poenitere necesse est; quum incertis* [b] *rumoribus* [c] *serviant; et plerique ad voluntatem eorum ficta respondeant.*

VI. Qua consuetudine cognita, Caesar, ne gra- 1
viori bello occurreret, maturius, quam [d] consuerat, ad exercitum proficiscitur. Eo quum venisset, 2
ea, quae [e] fore suspicatus [f] erat, facta cognovit;
missas legationes [g] ab nonnullis civitatibus ad Ger- 3
manos; invitatosque [h] eos, uti ab Rheno [i] discederent; [k] omniaque, quae postulassent, ab se fore

VARIAE LECTIONES.

a *ineant* Lov. Dorv. *inessent* Ed. Inc. b *moribus* MSS. Urs. et 8 mei et Edd. pp. male. c *saeviant* MSS. Samb. qui statim perperam legit *pleraque*. d Sic MSS. fere o. et Edd. pp. non *consueverat*. V. ad 1, 43. e *fieri* Ed. Elz. f *fuerat* L. pr. g Sic MSS. o. et Ed. Inc. non *a*. h *invisitatos* V. sec. i *non disc.* Pet. Lov. *descenderent* V. sec. Carr. k *omnia quaeque* MSS. et Edd. pp.

bat, *cum incerta, ut eorum auribus serviant, et plerumque ad voluntatem eorum ficta respondeant.* Nam cur primo *incerta* dicit Caesar, postea *ficta?* Anonymus Celsi exscriptor p. 65. *reguntur que rumoribus etiam falsis.* VOSS. Fidem adhibeant, et iis permoti ad res gerendas se componant. Eadem phrasi usus est *Plautus* Trinum. 3, 2, 14. *Nec tuis depellor dictis, quin rumori serviam.* In MS. *Norv.* et editt. *Rom. Ven.* aliisque perperam scribitur, *incertis moribus serviant.* Ita tamen legit *Aimoinus* 1, 9. DAVIS.

*Ne graviori bello occurreret*] Cum vox, *occurrere*, idem persaepe significat, ac *praevenire*, quidam editi habent, *UT graviori bello occurreret.* CLARK. *Ut* Edd. Vascos. et Stradae contra MSS. omnes. Intelligit Caesar, ne in gravius bellum incideret.

*Invitatosque*] Languidius videtur dictum (invitatos *hostes ut discederent.*) Quid si legamus *supplicatos*, aut aliquid simile? Graecus habet ἱκετεύοντας. Non enim id jam vult Caesar, Gallos *invitasse* Germanos, ut in Galliam transirent, (quomodo supra in primo libro fecerant) sed *suppliciter rogasse*, ut discederent. CLARK. Recte defendit vulgatum Cl. Wasse, subintelligendo *promissis* vel simili re: quomodo alibi *invitari praeda*, ut 6, 35. et similia dicuntur. Celsus etiam p. 65. *Invitantes hortantesque, ut a leva Rheni abscederent, seque inferrent in intima Galliarum, nihil eis defuturum omnium, quae petissent.*

*Adducti*] Vossian. prim. et

4 parata. Qua spe adducti Germani latius [a] jam va-
177 gabantur, et in [b] finis Eburonum, et Condrusorum,
5 qui sunt [c] Trevirorum clientes, pervenerant. Principibus Galliae [d] evocatis, Caesar ea, quae cognoverat, dissimulanda sibi existimavit; eorumque animis [e] permulsis et confirmatis, [f] equitatuque imperato, bellum cum Germanis gerére constituit.

1 VII. Re frumentaria comparata, [g] equitibusque delectis, iter in ea loca facere coepit, quibus
2 in locis esse Germanos audiebat. a quibus quum paucorum dierum iter abesset, legati ab his vene-
3 runt. quorum haec fuit oratio. *Germanos neque priores populo Romano bellum inferre; neque tamen*

VARIAE LECTIONES.

a Deest MSS. plurimis et Edd. Vett. *jam latius* L. pr. b vulgo *fines. funus* B. pr. *finibus* L. pr. c *Treverorum* MSS. d *vocatis* MSS. plerique et Edd. pp. e deest Lov. f *equitatum imperat et* Pet. g *equitatibusque* L. pr.

Leid. sec. *abducti*, sive abrepti. Ne muta tamen. B. G. 1, 3. *His rebus adducti et auctoritate O. permoti.* et saepe B. Afric. c. 40. *pretio pollicitationibusque adducti*, et c. 55. Crebro etiam apud Ciceronem l. 1. Fam. 9. *quibus rebus adductus.* Nepos Dion. 2. *precibus adductus*, et passim. Hinc patet MSS. plurimos esse sequendos in Con. c. 3. *ad credendum adducebatur.* vulgo *induc.* Infra 6, 10. *inopia cibariorum adducti*, nisi mecum ibi malis, *adflicti*, vel *adfecti*. c. 12. *qua necessitate adductus.* pro quo etiam MSS. nonnulli apud Hirt. B. Alex. c. 57. *abductum necessitate*: sed et idem c. 6. et c. 71. *necessitate est adductus.* B. Afric. c. 84. *dolore adductus.* V. et 7, 36. 50. B. Civ. 2, 20. *Timore adductum.* ubi itidem variatur. *opinione adductus* 2, 27.

*Condrusorum*] MSS. et Vett. editi *Condrusonum*, quod mutavit *P. Ciacconius*; forsan autem immerito, cur enim non aeque dici poterit *Condruso* et *Condrusus*, ac *Teuto* et *Teutonus*? Certe *Caesar* secundam et tertiam *declinationem* in *nominibus propriis* saepe permiscuit. DAVIS. Adsensum hic fere tribuissem Davisio; cum MSS. plerique habeant *Condrusonem*. Ad. de Glareanum ad c. 10. *Mediomatricum* vel *Mediomatricorum*. Sed cum Leid. prim. et Vossianus tert. praeter alios *Condrusorum* claro exhibeant, Ciacconio aliisque Caesaris locis confidere tutius credidi. *Condrusorium* Cod. alius, et Ed. Rom.

*Quibus in locis*] Leidensis primus non agnoscit *locis* contra Caesaris morem, de quo egi ad

*recusare, si lacessantnr, quin armis contendant:*
*quod Germanorum consuetudo* [a] *haec sit a majori-*
*bus tradita,* [b] *quicumque bellum inferant, resistere,*
*neque deprecari:* [c] *haec tamen dicere, venisse invi-*
*tos, ejectos* [d] *domo. Si suam gratiam Romani ve-* 4
*lint, posse eis utiles esse amicos: vel sibi agros ad-*
*tribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis* [e] *pos-*
*sederint:* [f] *sese unis Suevis concedere; quibus ne* 5
*dii quidem inmortales pares esse* [g] *possint: reliquum*
*quidem in terris esse neminem, quem non superare*
*possint.*

VIII. Ad haec [h] Caesar, quae visum est, re- 1
spondit. sed exitus fuit orationis: *sibi nullam cum* 2

VARIAE LECTIONES.

a Deest B. pr. et Aic. non male. b *ut quic.* L. pr. sec. Egm. *qui eis* Edd. Vasc. Str. et aliae. c vulgo *hoc* contra MSS. Bong. Leid. Voss. Pet. Lov. Egm. etc. et Edd. R. M. V. d *de domo* L. pr. *que* inserit L. sec. e *possiderent*, *possederunt* MSS. et Edd. qdd. f *se jus Suevis* Ed. Inc. *se* G. *sed* L. tert. g *possent* B. pr. V. tert. *possunt* L. pr. sequentia usque ad *possint* desunt Egm. h MSS. plerique et Edd. pp. *quae v. e., Caesar.* Nonnulli MSS. et Edd. *quod.*

2, 18. Sed et *facere coepit* ponit post *audiebat*. MSS. etiam fere omnes, et Edd. Vett. ut edidi, *esse Germanos*, habent pro G. *esse*. Forsan mallet quis, ea omnia *quibus* etc. *audiebat* resecare. Me tamen, Caesarianae perspicuitatis gnarum, non adsentientem haberet.

*Ad eum*] Sic MS. Reg. Graecus, *πρὸς αὐτόν*. Alii, *ab iis*. CLARK. *Ad eum* habet Ed. Vascosani et Stradae. Ceteri MSS. mei et aliorum omnes *ab his*. Gruterus et hoc quoque deletum mallet.

*Quibus ne dii quidem immortales pares esse possint*] Vetus et jactabunda formula: sic Homero *ἀντίθεοι* heroës appellati. Tale, *Tydidem superis parem*. VOSS. Similiter fere *Caesar* in Orat. apud Auctorem de B. Hisp. c. 42. *An me deleto non animadvertebatis decem habere legiones populum Romanum, quae non solum vobis obsistere, sed etiam coelum diruere possent? Homerus* etiam Deos inducit ab hominibus victos et vulneratos, quam ob caussam eum merito reprehendit *Plato* Rep. l. 2. p. 530. Vide et *Lucianum* Jov. Trag. Tom. 2. p. 139. Sic Ethnici, ancipiti furore acti, quos *impie* in Deorum numerum adsciverant, hominibus imbecilliores, dum Deos esse crederent, *inepte* finxerunt. DAVIS.

178 *his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent. neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare: neque ullos in Gallia vacare agros, qui [a] dari tantae praesertim multitudini sine injuria
3 *possint: sed licere, si [b] velint, in Ubiorum finibus [c] considere; quorum sint legati apud se, et de Suevorum injuriis querantur, et a se auxilium petant. Hoc se [d] Ubiis imperaturum.*

1 IX. Legati [e] haec se ad suos relaturos dixerunt: et, re deliberata, post diem tertium [f] ad Cae-

VARIAE LECTIONES.

a Deest *dari* in L. sec. sed pro eo post *injuria* additur *sufficere*. b *vellent* MSS. et Edd. qdd. c *consedere* MSS. 3. dein *ab se* L. sec. d vulgo *ab Ubiis impetraturum*. e *ea* Pot. f *ad C.* desunt MS. Brant. Dorv. L. sec. Edd. R. M. V.

*Neque verum esse*] *Verum* hic *aequum* aut *rectum* denotat, quomodo *Horatius* l. 2. sat. 3. dixit: *An quaecumque facit Maecenas, te quoque verum est?* Et lib. 1. epist. 7. *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.* Et quod hic *non verum* dixit Caesar, *non aequum* dicunt postea Germani, cum *Caesari* respondent: *si, se invito, Germanos in Galliam transire, non aequum existimaret, cur sui quidquam esse imperii, aut potestatis trans Rhenum postularet?* *Cicero* pro domo sua, ut quidem in libris calamo exaratis legitur: *Qui negas esse verum* (vulgati *juris*) *ulli rei extra ordinem praefici.* Brantius. Vide *J. F. Gronovium* ad *Livii* 3, 43. et ad *Senecae* de ira 2, 29. DAVIS. Adde Cl. Drakenb. et alios ad Liv. 2, 48. *Verum esse habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit.*

*Hoc se ab Ubiis impetraturum*] Anonymus Celsi exscriptor pro his verbis habet: *se Suevis imperaturum, ut ab eorum offensionibus abstineant.* Non dubito corrupta esse: vel malo cum Caesaris codice usum. VOSS. In *Carrar.* Codice scribitur, *hoc Suevis imperaturum;* unde ita opinor locum emendari oportere, *hoc se his imperaturum:* verisimile enim est, cum crebra hoc loco mentio Suevorum fieret, Librarium inscitia *Suevis* pro *se his* vel *se iis* reposuisse. *J. Mich. Brutus.* Carrariensis Codicis lectionem exhibent *Jul. Celsus* p. 66. MS. *Norv.* et edit. Rom. 1472. In Veneta autem legitur, *hoc Suevis impetraturum.* DAVIS. Cum MSS. habeant corrupte (*hoc* Suevis *imperaturum,*) felicissima videtur J. Mich. Bruti conjectura, legendum (*hoc se eis* sc. *Ubiis imperaturum*) Favet Graecus, ταῦτα παρ' αὐτῶν ἀποκομίζεσθαι. CLARK. MSS. plerique et Edd. primae, *hoc Suevis imperaturum;* nisi quod vetustiores, ut Bongars. pr. sec. Voss. prim. et alii, dent

sarem reverſuros: interea, ne propius se caſtra
[a] moveret, petierunt. Ne id quidem Caeſar ab se 2
inpetrari poſſe dixit: cognoverat enim magnam par- 3
tem equitatus ab iis aliquot diebus ante, praedandi frumentandique cauſſa, ad [b] Ambivaritos trans Mosam miſſam. Hos [c] exspectari equites, atque ejus rei cauſſa moram interponi, arbitrabatur.

X. *Mosa profluit ex monte* [d] *Vosego, qui est in* 1
*finibus* [e] *Lingonum, et parte quadam* [f] *ex Rheno* 179
*recepta, quae adpellatur* [g] *Vahalis, insulamque ef-*

VARIAE LECTIONES.

a *moveat* Ox. *moverent petiverunt* L. pr. b *Ambibaritos* MSS. Urs. et Oros. *Ambimaratos* Duk. *Ambivarritos* Lov. Dorv. Ἀμ-φιβαρίτων Gr. *Aduaticos* Cluver. Germ. Ant. l. 2. p. 53. 74. c *spectari* Egm. d vulgo *Vogeso.* e *Linguonum* L. pr. f vulgo *Rheni.* g vulgo *Walis, insulam eff. B. neq. l. ab eo m. p.* LXXX *in Oceanum* etc.

*Suebis*, et *Ubiis* pro varia lectione sit in Leid. tert. *ab Ubiis impetraturos* Petav. Sed Ortelian. et Leidensis primus verissime, ut repoſui, *hoc se Ubiis imperaturum.*

*Mosa profluit ex monte Vogeso*] MSS. *Brant. Norv.* et editt. *Rom. Ven.* aliaeque, transpositis vocabuli elementis, habent *Vosego*, quemadmodum etiam legit Metaphraſtes. Ad hanc fere formam accedunt medii aevi scriptores, ut docet *Christ. Cellarius* Geogr. Ant. 2, 2. p. 112. DAVIS. Cum Viris doctis et MSS. omnibus praeter solum Andinum, itemque Edd. primis et R. Steph. rescripsi *Vosego* pro *Vogeso*, *Vosago* P. Divaei de Antiq. Gall. Belg. p. 56. Vide ad Lucan. 1, 397. *Castraque, quae Vogesi curvam super ardua rupem Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.* Adde Gudium ad Inscript. Grut. p. 94. n. 10.

VOSEGO
MAXSIIMINUS
V. S. L. L.

neque aliter in ineditis observationibus Gruterus.

*Parte quadam ex Rheno recepta*] Sic conſtantiſſime MSS. cum aliorum tum mei omnes, uti et Edd. Vett. *Rheno* Edd. Ven. 1517. Vascos. Stradae et Gryph. unde in poſteriores videtur *Rheni* inrepſiſſe; quod confidenter expunxi; nisi quis malit, *ex parte q. Rheno recepto*; quia *recepto* scribitur in Andino Codice. Vide ad 3, 20. *ex parte tertia Gallia.*

*Vhalis*] Sic ediderunt etiam Davis. et Clark. Alii *Walis*, ut eſt in MS. Cujac. et Ciacconii. alii *Valis*, uti, vel *Valos*, legendum putat Cellarius; alii *Vahales*, vel *Vahalis*, ut Glarean. et Cluverius de tribus Rheni Alveis

2 *ficit* [a] *Batavorum, in Oceanum influit; neque lon-*
*gius ab Oceano milibus passuum* LXXX. *in Rhenum*
3 *transit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Al-*
*pes incolunt, et longo spatio per fines* [b] *Nantuatium,*
*Hel-*

## VARIAE LECTIONES.

a *Vatavorum* Bong. And. Pet. Egm. aliique. b Sic fere MSS. vel *Natuantium*, *Vatuantium*, *Matuantium*. Glar. *Aetuatium*, ut vulgo male apud Strab. p. 293. Ed. Amst.

p. 71. quod secutus sum. MSS. vetustiores, uti et Edd. antiquae *Vacalos*, *Vacalus*, cum Metaphraste, vel *Vaculus*. *Valus* tamen, et *Vallus*, *Valis* invenitur in aliis. Immo *Vualis* in Marg. Vossiani primi, uti et in Carrar. Duker. Voss. sec. Aicardi, et aliis, ac quibusdam Edd. exhibetur. *Vulgo* additur quoque in recentioribus nonnullis.

*Insulam effic. Batavorum, neque longius ab eo m. p.* LXXX. *in Oceanum transit*]. Ita hunc locum, vel *in O. influit*, exhibent Editores medii ac praecedentis seculi plerique, hodiernique omnes: et innumeri Viri docti hunc Caesaris locum suis commentariis inlustrare, ac veterem patriae nostrae Geographiam inde constituere conati sunt. Dum interim tam in diversas saepe abeant partes, ut hodie facile magnum volumen conscribere possimus de variis hujus loci interpretationibus. Interim, quod mirum, sic agunt cuncti, quasi in his verbis nulla sit Codicum varietas, quae tamen hic maxime advertenda fuerat, et certe memorabilis est. Etenim MSS. Bongars. Vossiani, Leidenses omnes, item Egmund. Gottorp. Lovan. Duker. Dorvill. et Edd. Rom. Inc. Mediol. Ven. aliaeque exhibent: *Insulamque efficit B., in Oceanum influit; neque longius ab Oceano m. p.* LXXX. *in Rhenum influit*. At vero Petav. And. Oxon. Scalig. Bouhier. pr. Elions. Reg. et alii aliorum, quod verbo monuit Clarkius, dant: *Insulam efficit Batavorum, neque longius ab Oceano m. p. in Rhenum influit*; nisi quod in Andin. sit, *insula, quam eff.* pro secundo *influit* in nonnullis, teste Manutio, est, *in Rhenum transit*; atque ita etiam Ill. Bouhierii Cod. alter. Pessime ergo Hotomannus scripsit, in omnibus libris exstare, *in Oceanum influit*; qui videtur non attendisse, *influit* in plerisque MSS. bis repeti, aut intellexisse Editiones, quas vidit. Sic enim offendi in Gryph. Stephani, aliisque excusum esse. Quomodo vero hic locus jam constituendus sit, me nescire fateor. Certissima tamen videtur haec lectio, quam e MSS. reposui: *Mosa* etc. *quae adpellatur Vahalis, insulamque efficit Batavorum, in Oceanum influit; neque longius ab Oceano m. p.* LXXX. *in Rhenum transit*. Forsan ut uno cornu et suo nomine in Oceanum, altero cornu et Mosae nomine in Rhenum mutato, cum quo per Vahalem commixtus erat, juxta Brielam per latum Helium in Oceanum effundi dicat. Certe Tacitus Hist. 4, 12. et Plin. 4, 15. et reliqui veterum, diserte scripserunt, In-

*Helvetiorum, Sequanorum, [a] Mediomatricorum, [b] Tribucorum, [c] Trevirorum citatus fertur: et, ubi* 4
*Oceano [d] adpropinquat, in plures [e] diffluit partes,* 18
*[f] multis ingentibusque insulis effectis; quarum pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur (ex*

VARIAE LECTIONES.

a MSS. et Edd. quidam *Mediomatricum.* V. Glar. et Manut. et 7,75. b Sic MSS. constanter et Edd. primae. vulgo *Triboc.* et alibi ac Cas. ad Strab. l. 4. p. 193. Ed. Par. c *Treverorumque* MSS. nonnulli et Edd. d vulgo *adpropinquavit.* e MSS. plerique et Edd. pp. *defluit.* f *multisque ing.* L. pr.

sulam Batavorum ab divortio Rheni, *usque ad Oceanum,* includi ab utroque latere a Rheno. Clare etiam testatur Tacitus Hist. 5, 23. *Mosae fluminis amnem per Rhenum Oceano affundi.* et *Rhenum* vocatum esse, eo quo dixi loco, non *Mosam,* certissimum est. Vel, ut apertius me explicem, pro accuratione, qua solet Caesar, simplicissima intelligit, Mosam variis scilicet ostiis in Oceanum influere, sed ita ut post *receptum* a se ad S. Andreae infra Thielam castellum *Rhenum,* sive ejus partem *Vahalim,* ipse rursus inferiore loco in *Rhenum* ejusve nomen uno cornu *transeat.* nempe non longius ab Oceano m. p. LXXX. quo autem loco Caesar eum transitum intellexerit, pro certo adfirmare non ausim. Vulgaris lectio, *ab eo in O. influit,* esset explicanda durissime, ut sit *ab eo,* scil. loco, quo recipit Vahalim. Immo, *in Rhenum transit,* auctorem scripsisse, non obscure videntur innuere verba, *Rhenus autem.* Praeterea *in Oceanum transire,* pro *influere,* dubito an Latinum sit. Certe ita nusquam Caesar. Nec obstat repetitio *Oceanum* et *Oceano.* Frequens enim id Caesari esse docuimus ad 1, 43. 44. et 2, 9. Aliis conjecturis olim tentare hunc locum aggressus fui; quas, quia ipse jam damno, proponere operae pretium non duxi. Quidquid sit, copulam *que* necessario inserendam judico. postquam enim Vahalis a Mosa receptus est, non primo efficitur insula Batavorum; sed Vahalis jam diu ante confluentes (de quibus c. 15.) cum Rheno sine Mosa id praestiterat. Quid si ex lectione Cod. And. et aliorum *eo,* efficias: *insulamque cum eo efficit Batav.* etc. Verum quidem est, Graecum interpretem, ut vulgo, legisse, sed ille corruptos Codices non secus ac illi, qui hunc locum tam misere interpolarunt, secutus est. Ceterum ex meis Codd. Bouh. pr. Leid. sec. et Voss. sec. post *Batavorum* inserciunt e Glossa, *quae adpellatur Batua.* Pet. quoque dat, *milibus passuum per fines LXXX.* Plinius toti insulae modo dat spatium *C milium* p. Sed vide Pont. de Rheni Divort. c. 4.

*Oceano adpropinquavit*] Membranae Andinae et Oxoniens. *Oceanum adpropinquat.* quod sane non temere spernendum; licet saepius dativo utatur auctor. Certe *adpropinquat* praetuli: quia ita quoque dant cum aliis Leidenses, Egm. Voss. tert. Sca-

5 *quibus sunt, qui piscibus, atque* [a] *ovis avium vivere existimantur) multisque capitibus in Oceanum influit.*

1 XI. Caesar quum ab hoste non amplius passuum [b] XII milibus abesset, ut erat constitutum, ad eum legati revertuntur: qui in itinere congressi, [c] magnopere, ne [d] longius [e] progrederetur, orabant.

VARIAE LECTIONES.

a *quisque* Lov. Dorv. L. sec. Edd. R. M. V. *atque qui ovis* L. pr. b *XX* Pet. c deest Lov. d *ulterius* L. pr. e *procederetur* And. Ox. V. ad 5, 47. *prodiretur* Pet.

lig. Duk. Dorvill. Edd. primae et R. Stephani, Vasc. Stradae, aliaeque. 7, 82. *Munitionibus adpropinquarent*, in Voss. primo *munitiones*. Auctor B. Hisp. c. 5. *fluminis ripas adpropinquantes*. Sic enim MSS. ibid. c. 30. *iniquum locum adpropinquassent* est in Leid. pr. Ita *propinquare*, *proximare* cum Accus. apud alios. Vide in Miscell. Observat. ad Appulej. l. 11. Met. p. 248. *Ripam proximamus. Naves adnare* noster B. Civ. 2, 44.

*Atque ovis avium vivere existimantur*] Graeci, et Plinius ac Mela *Oonas* appellant. Sane, ut multi volunt, hodieque vetus nomen retinet insularum una, quam *Eyerlandt* vocamus. Negat tamen Cluverius de hac insula scribere Caesarem potuisse. Vide German. ejus part. 2. p. 134. VOSSIUS.

*Multisque capitibus in Oceanum influit*] Rarum sane apud veteres, imo, quod quidem ego sciam, a nemine alio usurpatum vocabulum hac notione. Nam ἐκβολὰς plerumque vocant *ostia*. Utcumque Lambinus comment. ad 1. Horat. odam contendat, *caput*, quando de fluvio dicitur, semper notare ostium. Quod inter caetera probatum it his Maronis verbis, ex Georg. 4, 319. *Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.* Sed fallitur. Nam hic caput omnino notat fontem amnis, uti et Servius affirmat; et abunde vel sola vox *sacri* indicat. Nam fontes fluviorum sacri credebantur nymphis, earumque sedes esse. Unde et Maro paulo post ait, Aristaeum pastorem (de quo hic sermo) cum matrem implorasset, receptum ab ea in domicilium, subditque: *Jamque domum mirans genitricis, et humida regna, Speluncisque lacus clausos lucosque sonantes, Ibat.* Nam hic speluncae loca sunt, unde fontes oriuntur. Sic et Horatius ode 1. lib. 1. — *nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.* Ubi Acro: *Sacrae aquae, omnis enim fons in origine sua sacer est.* Sed illud videndum, qua ratione Caesar dixerit Rhenum capitibus multis influere in Oceanum. Fortassis synecdoche est totius pro parte, ut quemadmodum *ora* vel *os* saepe pro toto corpore aut capite apud historicos invenias, ita hic *caput* pro ore vel ostio fluminis dicatur. Forsan et simile sit ab

Quum id non inpetrâſſent, petebant, uti ad eos 2
[a] equites, qui agmen anteceſſiſſent, praemitteret, eosque pugna prohiberet: sibique [b] uti potestatem faceret in Ubios legatos mittendi: quorum si prin- 3
cipes ac senatus sibi [c] jurejurando fidem feciſſent, 181
ea conditione, quae a Caeſare ferretur, se usuros oſtendebant: ad has res conficiendas sibi tridui

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Lov. Dorv. Edd. R. M. V. b MSS. plerique *ut*. Exſulat ab Edd. R. M. V. c *jure faciendo* Lov. Dorv.

arboribus, quarum radicem appellare pedem poſſis, ut rami cacumina sunt. Caput autem in homine supremum, ita et in flumine fons pes sit, oſtia, capita. VOSS. Virgilius Aen. 8, 727. Rhenum *bicornem* nominat, et *Asinius Pollio* hoc tamen *δίχορον* fuiſſe dixit, *μεμφόμενος τοὺς πλείω λέγοντας*, ut docet *Strabo* Geogr. l. 4. p. 193. Inter eos fortaſſe *Caesar*, nam *Asinium* hunc *parum diligenter parumque integra veritate compositos* hosce Commentarios putaſſe, narrat *Suetonius* in Julio c. 56. DAVIS. Vide omnino Cluv. de Rheni alveis, Junium, Pontanum, aliosque plurimos. Temere autem agere Viros doctos, qui *capitibus*, id eſt, oſtiis, mutant in *capitis viis*, vel *egressibus*, *exitibus* etc. oſtendi ad Lucan. 3, 201. *Sparsamque profundo Multifidi Peucen unum caput adluit Histri.* Cujus loci mea explicatio confirmatur a Statio Silv. 5, 2, 137. *Hister et undoso circumflua conjuge Peuce.* ubi vide Doct. Markl. Adde Cl. Mamert. Pan. 2, 16. *Citra Maeotim sub extrema septemtrionis plaga, qua fervidum caput Danubius evolvit.* qui locus citatur etiam a Davis. ad 8, 41. Immo oſtia fluviorum *capitis* humani barbati forma depingi solere, exiſtimat Doct. Cannegiet. differt. de Brittenb. c. 9. Mihi tamen potius videntur eo simpliciter ipsi fluvii designari, qui *senes* et *patres* paſſim audiunt.

*Principes ac senatus fecissent*] Duk. a m. pr. et Voſſ. tert. dant *Princeps*, errore orto a seq. verbo *facissent*: nam pro illo plurali numero habent Bongars. prim. Leidens. prim. Egmund. Duker. et Voſſianus secundus *fecisset*. Quae conſtructio apud optimos quosque scriptores frequens eſt. Vide ad Lucan. 1, 200. 422. et alibi saepius. Virgil. Georg. 2, 495. *Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit.* Sic etiam MSS. Lactantii in Phoen. 129. *Hoc humeri, pectusque decens velamine fulget.* pro *fulgent*. Infra 6, 12. *Summa auctoritas erat magnaeque clientelae.* Sic enim MSS. potiores. Vide etiam c. 13. 7, 52. *Non castrorum munitiones, non murus oppidi potuisset.* Hinc etiam B. C. 1, 2. *Intercedit Antonius. Q. Cassius, tribuni pl.* non, *intercedunt*. Adde ibid. c. 76. et B. Alex. c. 2. *fines Aegyptii regnumque pertinet.* quae loca adi.

*Quum ipsi non amplius* DCCC.

4 spatium daret. Haec omnia Caeſar [a] eodem illo pertinere arbitrabatur, ut, tridui mora interpoſita, equites eorum, qui [b] abeſſent, reverterentur; tamen ſeſe non longius milibus paſſuum IV aquationis
5 cauſſa proceſſurum eo die dixit: [c] huc poſtero die quam frequentiſſimi convenirent, ut de eorum po-
6 ſtulatis [d] cognoſceret. Interim ad praefectos, qui cum omni equitatu [e] anteceſſerant, mittit, qui [f] nunciarent, ne hoſtes proelio laceſſerent: et, ſi ipſi laceſſerentur, ſuſtinerent, quoad ipſe cum exercitu propius [g] acceſſiſſet.

1 XII. [h] At hoſtes, ubi primum noſtros equites [i] conſpexerunt, quorum erat [k] V milium numerus,

VARIAE LECTIONES.

a *etsi* Ox. b *aberant* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. c *hinc* Pet. *hunc* V. pr. *hoc* V. sec. et *frequentissime* L. pr. Egm. V. sec. sed v. c. 13. §. 4. d *agnosc.* Duk. V. sec. e *praecess.* Edd. R. M. V. *proc.* Dorv. f *renunc.* Gott. Ed. Inc. g *accederet* Edd. R. M. V. h deeſt Egm. i *vidissent* Pet. k *duorum* Egm.

*equites haberent*] Mirum ſane videretur, tam paucos Germanos tantum Romanorum numerum fuiſſe aggreſſos, niſi nos rationem docuiſſet *Caesar* ſupra c. 2. *Neque eorum moribus*, inquit, *turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis uti; itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quamvis pauci, adire audeant.* Ephippiatos autem fuiſſe equites Romanos ſatis conſtat. Vide *Hier. Magium* Miſc. 2, 14. DAVISIUS.

*Rursus resistentibus*] Sic recte editio *Rom.* In recentioribus virgula inter duas haſce voces fuit poſita, quam ideo delevi, quod non appareat, Germanos in hoc proelio antea ad pedes deſiliiſſe, ſed certum ſit, Romanos ſemel perturbatos iterum repugnaſſe. IDEM. Male antea ediderant *rursus, res. nostris.* Ceterum in MSS. pleriſque et Edd. multis non comparet vox *nostris.* In Edd. Baſil. R. Steph. aliiſque, item MSS. Urſini, Leid. pr. *his* vel *iis resistentibus;* quod tamen eodem redit, nempe ad *nostros,* qui praeceſſerant: forſan ex *nſ* fecerunt *iis*, pro *nostris.* nam in membranis Andinis habetur, *r. in resistentibus cons.*

*Suffossisque equis*] Non *suis*, ſed *Romanorum;* ut recte obſervavit *Hotomannus.* CLARK. *Que* bene inſerunt Codd. Urſini, Scal. And. Oxon. et Leid. prim. cum Edd. Rom. et Med. Nam Ed. Incerta et aliae cum ceteris MSS.

quum ipsi non amplius [a] DCCC equites haberent, quod ii, qui frumentandi caussa [b] ierant trans Mosam, nondum redierant; nihil timentibus nostris, quod legati eorum paullo ante a Caesare discesserant, atque is dies [c] induciis erat ab eis petitus,
inpetu facto, celeriter nostros [d] perturbaverunt; 1
rursus resistentibus nostris, consuetudine sua, ad 2
pedes [e] desiluerunt; subfossisque equis, [f] compluribusque nostris [g] dejectis, reliquos in fugam [h] conjecerunt; atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga desisterent, quam in conspectum agminis nostri [i] venissent.
In eo proelio ex equitibus nostris 3
interficiuntur IV et LXX. in his [k] vir fortissimus Piso 4

VARIAE LECTIONES.

a *quam DCCC* Pet. CIƆCCC. V. C. Urs. sed v. Ciaccon. b *erant tr. M. profecti* MSS. Urs. And. L. pr. *tr. M. profecti* sine τῷ *erant* Ox. c MSS. et Edd. qq. addunt *ind. dictus*, sane non eleganter hoc loco. *inditus erat* V. pr. d *turbaverunt* B. pr. e Sic B. pr. Voss. o. Duk. Gott. Dorv. et Edd. R. M. V. vulgo per *i*. f *compluribus* L. pr. g *disjectis* MSS. 4. et Ed. Inc. h *coegerunt* Scal. L. pr. i *venirent* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *ni ven.* V. pr. k *vir fuit* L. pr.

habent *subfossis equis*; unde nata Hotomanni explicatio. Neque aliter Metaphrastes.

*In conspectum agminis nostri venissent*] MSS. Reg. et Vossii, *in conspectu*. Quae vera Lectio. Sic enim *saepissime* loquitur Caesar. l. 7. §. 45. l. 8. §. 7. 19. 22. et 23. De bello Civ. l. 2. c. 27. et 32. Non quod Motus ad locum, in *ablativo* (ut ajunt Grammatici) proprie efferri queat; sed quod, *in conspectu venire*, sit, eum in locum venire, ubi stes videlicet, vel ambules, vel pugnes deinceps *in conspectu*. Sic apud Caesarem, *venire* [et *considere* scilicet] *in castris*: vide supra 2, 17. Sic Cicero: *Venit in Senatu*, hoc est, *inter Senatores*; vel *venit* [et *consedit*] *in Senatu*. Sic infra apud *Hirtium*, de Bello Africano c. 36. *oppido*, *in quo* — *comportata fuerant*; hoc est, in quo reposita erant — quae *comportata fuerant*. Et ibid. *in quod* (MSS. habent *in quo*) *Juba frumentum comportaverat*. Sic apud Poëtam, *Pilam projecit in herba*; hoc est, non simpliciter *projecit in Terram*, (quomodo interpretantur Grammatici,) sed *ita* in Terram motu obliquo projecit, ut deinceps *in herba provolveretur*. Sic apud Plinium l. 2. c. 103. *in Piceno lacu* [in aquam

Aquitanus, amplissimo genere natus, cujus avus in civitate sua regnum obtinuerat, amicus [a] ab senatu
5 nostro adpellatus. Hic quum fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret, illum ex periculo eripuit; ipse equo vulnerato dejectus, quoad potuit, fortis-
6 sime restitit. Quum circumventus, multis vulneri-
183 bus acceptis, [b] cecidisset; atque id frater, qui jam proelio excesserat, [c] procul [d] animum advertisset, incitato equo, [e] se hostibus obtulit, atque interfectus est.

1 XIII. Hoc facto proelio, Caesar neque jam sibi legatos audiendos, neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab his, qui, per dolum atque insidias,

VARIAE LECTIONES.

a *a* MSS. 4. b *decidisset* L. pr. Ox. c deest L. pr. d Sic And. V. ad 1, 24. vulgo *animadv.* e Ita MSS. tantum non O. et Ed. Inc. non *sese.*

nimirum,] *dejectum*. Vide etiam infra, de Bello Civ. l. 1. c. 22. et l. 2. c. 2. CLARK. *In conspectu* quoque Leidens. prim. ut *venire in castris* legi voluit Clarkius 2, 17. quod et alibi in MSS. nonnullis occurrit. Sic *in conspectu constituere* 1, 51. quidam: 7, 48. *in conspectu proferre* quidam. 8, 8. *In conspectu adducere.* et B. Civ. 1, 22. *in conspectu deducatur* Codices multi habent. quos locos adi. Item Erud. Arntz. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 14. *In conspectu protulerunt.* Plura tum Caesaris, tum aliorum loca, in quibus haec variantur, congessi ad Frontin. 1, 10, 1. At talia ex uno alterove MSto, et quidem recentiore, qualis notae sunt Reg. et Voss. sec. ubique inculcanda non arbitror. Majoris auctoritatis est Bongars. primus c. 47. *In conspectu venit.* Vide etiam ad 8, 8. 48. et alia loca.

*Ex equitibus nostris interficiuntur* IV *et* LXX] Anonymus Celsi exscriptor p. 67. *Id,* inquit, *cum hostes advertissent, quam* (lego *quanquam*) *numero longe impares, repentino impetu invecti, quadringentos septuaginta ex eis occiderunt.* VOSSIUS.

*Illum ex periculo eripuit*] Ita edidi, fidem secutus Manuscriptorum et antiquissimarum editt. Sic infra 7, 46. *Vix se ex manibus praedantium militum eriperet.* Vulgati Codices praepositionem hic omittunt. DAVIS. *Ex periculo eripuit*) Ita optime, pro Caesaris loquendi ratione, ex MSS. et Vett. Editt. restituit *Davisius*. Scaliger et Recentiores, *illum periculo eripuit.* CLARK. Solus Leidens. primus omittit praepositionem, haud dubie contra Julianum Stylum. 5, 37. *ex proelio elabi,* MSS. ple-

petita pace, ultro bellum intulissent. Exspectare 2
vero, dum hostium copiae [a] augerentur, equitatus-
que reverteretur, summae dementiae esse judicabat;
et cognita Gallorum infirmitate, quantum [b] jam 3
apud eos hostes uno proelio auctoritatis essent con-
secuti, sentiebat: quibus ad consilia capienda ni-
hil spatii dandum existimabat. His constitutis rebus, 4
et consilio cum legatis et quaestore communicato,
ne [c] quem diem pugnae praetermitteret; [d] obpor-
tunissima res accidit, quod postridie ejus diei mane
eadem [e] et perfidia, et simulatione usi Germani
[f] frequentes, omnibus principibus, majoribusque
natu adhibitis, ad eum in castra venerunt; simul, 5

VARIAE LECTIONES.

a Duk. pro var. lect. *jungerentur.* b deest Pet. c *quam* Duk. a m. sec. d. *obportunissime* MSS. et Edd. plerique. e deest *et* L. pr. f *frequentibus* MSS. 5. et Ed. Inc.

rique *e* carent. Ceterum *servo vuln.* nescio unde, videas in Edd. Ursini et Manutii.

*Intermitteret*] Sic MS. Reg. et Edd. Vett. nonnullae. Al. *praetermitteret.* CLARK. *Intermitteret* probavit e suo MSto etiam Brantius: et sane ita habent quoque Andin. Lovan. Duker. Dorvill. Leid. sec. aliique cum Edd. Rom. Mediol. et pluribus. id est, interponeret. Vide hic Brantium et Davisium ad 1, 27. *Nocte intermissa.* c. 1. *Obsides dare intermiserant,* pro *praeterm.* 5, 7. *Intermissa profectione*, id est, praetermissa. V. et c. 8. 7, 9. *neque diurno neque nocturno itinere intermisso* c. 23. *ne tempus ab opere intermitteretur.*

*Eadem perfidia et simulatione usi Germani*] Immerito vocem *Germani* ejicit Hottomannus et suspectam habet Scaliger. ego hic ἀπλότητα καὶ σαφήνειαν Caesaris agnosco: qui omnem tollere vult ambiguitatem. Nam quia proxime dixit, Gallos, hoc uno proelio audito, de novis rebus cogitasse, ne hic rursus de iisdem loqui videatur, addit *Germani.* Porro desidero hic bonam fidem in Caesare: nam Dion l. 39. p. 113. A. B. disertim ait, equitatum Romanorum a Germanorum junioribus in fugam conjectum: non probantibus id senioribus, quos invitis junioribus maleficii excusandi caussa ad Caesarem profectos dicit. VOSSIUS.

*Simul ut dicebatur* etc.] Eruditissimus vir, *Fr. Hotomannus,* non meminit se primam vocem hoc modo ante omnia positam vidisse, ideoque eam loco suo de-

ut dicebatur, sui purgandi caussa, quod contra, atque esset dictum, [a] et ipsi petissent, proelium pridie commisissent; simul, ut, si quid possent, de
6 induciis fallendo inpetrarent. Quos sibi Caesar oblatos gavisus, illos retineri [b] jussit: [c] ipse omnes copias [d] castris eduxit; [e] equitatumque, quod recenti proelio perterritum esse existimabat, agmen subsequi jussit.

1 XIV. Acie triplici instituta, et celeriter IIX mi-
184 lium itinere confecto, prius ad hostium castra per-

VARIAE LECTIONES.

a *atque* Edd. R. M. V. b *jubet* L. pr. vulgo autem deest *illos*. c *ipse autem* L. 2. d *ex* c. Carr. Duk. e *equitatum* vulgo, et in MSS. uno alteroque recentiore contra vetustiores scriptos et Edd. pp.

trudit, et nescio quid mutat. Sed perperam. *Quintilianus* Inst. Orat. Praef. SIMUL *ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei*, SIMUL *ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem*. Vide et *Curtium* 4, 10, 2. DAVIS. Adde Cl. Burm. ad Vellej. 2, 4, 4. *Simul exitiali hausto spiritu, simul incluso suo.*

*Oblatos gavisus retineri jussit*] Primo pro *gavisus* MSS. quos Hotomannus et Brantius videre, dant *gravius*; neque aliter Bongars. Petav. Vossiani, Leidenses, Scalig. Egmund. Lovan. Gottorp. Duker. Dorvill. aliique cum Edd. priscis: unde Lipsius conjiciebat *gratis*. Mallem tunc *ingratiis*. Verum post hanc vocem in MSS. Andin. Scalig. Bongars. Vossianis, Petav. Egm. Gott. Leid. tert. Duker. et Ed. Incerta additur *illos*. Et ita plane Graecus: *τύτοις δὲ παρῦσιν ὁ Καῖσαρ ἡσθεὶς, ἐκείνυς μὲν κατέσχεν*. Non male: saepissime enim pronomina *is* et *ille* abundare docuerunt viri docti. Confer quos laudat Arntz. ad Aurel. Vict. de Viris Ill. c. 27. 43. Et hoc perspicuitati Julianae apprime convenit. Ut verum tamen fatear, aliud hic quid latere propter τὸ *gravius* videtur. An *gratulatus*? Vide 1, 54.

*Instructa*] Sic MS. Reg. et Editt. Vett. nonnullae. Al. *instituta*. Quod idem est. CLARK. Errat Vir doctus, dum pro *instituta* reponit *instructa*. *Instituta* mei constanter habent MSS. et Ed. Incerta. Adi notata ad 3, 24. *duplici acie instituta*. Petavianus tamen exhibet *constituta*; itidem bene. Confer dicta ad 2, 18. *Aciem ordinesque constituerant*, ubi male Ciacconius malebat, *construxerant*.

*Discessu suorum*] Mire dictum pro *retentione suorum*, ait Hottomannus. Frustra. Ait Caesar, Germanos imparatos fuisse, quia senioribus ad impetrandas indu-

venit, quam, quid ageretur, Germani sentire possent. qui, omnibus rebus subito perterriti, et ce- 2
leritate adventus noſtri, et disceſſu suorum, neque consilii [a] habendi, neque arma capiendi spatio dato, perturbantur, copiasne adverſus hoſtem [b] educere, an caſtra defendere, an fuga salutem [c] petere, praeſtaret. Quorum timor quum fremitu et 3
concursu significaretur, milites noſtri, [d] priſtini diei perfidia incitati, in caſtra inruperunt. quorum qui 4
celeriter arma capere potuerunt, paullisper noſtris

VARIAE LECTIONES.

a *consilium* L. pr. b *ducere* MSS. plerique et Edd. Vett. *castris ed.* L. pr. *hostem* deeſt in Edd. R. M. V. c *quaerere* Pet. d *pristine* L. pr. *tridiani* MS. a Lipsio coll.

cias digreſſis, nihil jam proelium timebant. Sed saepe aliquanto infelicior Hottomannus in explicandis Caeſaris verbis. VOSS. Merito hic *mirandum* proponit Voſſius Hotomannum, qui *mire dictum* putat, [*discessu suorum*,] pro [*retentione suorum.*] Quasi verê qui *apud Caesarem detinerentur*, non *discessissent usque a Suis*. CLARK.

*Consilii habendi*] Sic MSS. et Edd. conſtanter. Malim tamen cum Gronovio ad Liv. 44, 2. *Concilii*; quia agitur de toto populi, vel exercitus conventu, non de paucis conſiliariis. c. 19. *More suo concilio habito* e MSS. et saepiſſime, ut crebro monitum in Caeſare. 5, 2: *ad concilia venire*. praeſertim cum de barbaris agatur. 7, 65. *convocatisque ad concilium praefectis equitum Vercingetorix*, ubi alii malunt *consilium*.

*Perturbantur*] Ita MSS. et Editi. Poſtulare tamen videtur temporum ratio, ut legatur *perturbabantur*. Quanquam in re praeterita tanquam praesenti narranda, ferri quoque poteſt. Lectio vulgata. CLARK. *Perturbabantur* eſt in solo Duker. et Edd. Aldi, Vasc. Stradae, Gryphii ac Stephani. Praeſens Hiſtoricorum ſtylo convenit. Vide ad Frontin. 1, 2, 1. et supra ad 1, 8. Ceterum perperam in Edd. Aldi, Gryphii, Plantini aliisque additur: *ut copiasne* etc. *nescirent, quid praestaret*, contra MStos, et Edd. primas. Horum verborum vis satis latet in verbo *perturbantur*. Sic 7, 35. *Erat in m. Caesari difficultatibus res, ne* etc. ubi subintelligi debet *metuenti*. Plura vide apud Cort. ad Salluſtii B. Cat. c. 46. *anxius erat, quid facto opus*. vulgo additur *dubitans*.

*Pristini diei*] *Pristinus dies* pro eo, qui proxime antecedit, quem vulgus *Pridianum* diceret. Hoc idem animadverti apud *Ciceronem* de Orat. 1, 8. *Ibi ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cot-*

185 restiterunt, atque inter carros inpedimentaque proe-
5 lium commiserunt. at reliqua multitudo puerorum, mulierumque (nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenumque transierant) passim fugere coepit. ad quos consectandos Caesar equitatum misit.

1 XV. Germani, post tergum clamore audito, quum suos interfici viderent, armis abjectis, signisque militaribus relictis, se [a] ex castris ejecerunt;
2 et quum ad [b] confluentem Mosae [c] et Rheni pervenissent, reliqua fuga desperata, magno numero in-

VARIAE LECTIONES.

a Deest Oxon. b *fluentem* Carr. c *Rhenique* Duk.

*ta narrare*, etc. Nam ibi pridianum sine dubio significat. *Hotoman.* Hujusce significationis plura, quam forte putavit *Hotomannus*, extant exempla. *Curtius* 8, 4, 2. *Primus dies quietum iter praebuit, proximus ei nondum quidem procellosus et tristis, obscurior tamen* pristino. *Macrobius* Saturn. 1, 4. Die pristine *eodem modo dicebatur, quod significabat* die pristino, *id est, priore; quod nunc pridie dicitur, converso compositionis ordine, quasi* pristino die. Haec sublegit ex *A. Gellii* Noct. Attic. 10, 24. DAVIS. Suetonius Aug. c. 94. *somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat.* Vide sis et B. C. 1, 74. IDEM. *Cur. sec.* Adde Brantium.

*Quo in loco qui* etc.] Sic MSS. et Editt. Vett. Graecus item, *καὶ* 'ΕΝΤΑΥΘΑ *μὲν*. Recentiores, *Quorum qui etc.* Quod perinde est. CLARK. Edd. quidem veteres habent *quo in loco;* non vero MSS. nisi unus et alter recentior; sed *quo loco* cum Ed. Incerta. At *quorum* Scaliger edidit e suo, ut videtur, codice; cui adstipulantur Cujac. Andin. Oxon. et Leidens. primus. Quod librarii non intellexisse videntur. Certe id rursus inmutare, non erat opus. *quorum* sc. *castrorum homines.*

*Ad quos consectandos*] Legebat *Hotomannus, conservandos.* Quia putat, Caesarem potius praetermissurum fuisse hoc, quam ut memoraret equitatum a se emissum ad concidendum sexum et aetatem imbellem. Quasi non frequens illud sit et citra crudelitatis notam. Hinc *Tacitus*, et alii toties: *Non aetas, non sexus miserationem invenit. Caesar* ipse 7, 28. *Sic et Genabensi caede, et labore operis incitati, non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt.* VOSSIUS.

*Ad confluentem Mosae et Rheni*] Graviter hallucinatus est *Ph. Cluverius*, qui German. 2, 14. legit, *ad confluentes* Mosellae *et Rheni*, ut multis demonstrat *Joan. Is. Pontanus* discept. Chorogr. de Rheni divortiis c. 5. p. 27. DAVIS. *Confluens* et *conflu-*

terfecto, reliqui se in [a] flumen praecipitaverunt; atque ibi timore, [b] lassitudine, vi fluminis obpressi, perierunt. Nostri ad unum omnes incolumes, per- 3
paucis vulneratis, ex tanti belli timore, quum [c] hostium numerus capitum CDXXX. milium [d] fuisset, se in castra receperunt. Caesar his, quos in castris 4
retinuerat, discedendi potestatem fecit. Illi sub- 5
plicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros [e] vexaverant, remanere se apud eum velle, dixerunt. His Caesar libertatem concessit.

VARIAE LECTIONES.

a *flumine* Scal. L. pr. V. sec. b *et lass.* G. Ed. Inc. dein vulgo *et vi fl.* c *et h.* L. pr. *ad h.* V. tert. d *fuissent* L. tert. Ed. Inc. e *vexaverint* Lov. G.

*entes* utrumque dicitur. Vide Drak. ad Liv. 4, 17. *ad confluentes consedit.*

*Magno numero interfecto, reliqui se in flumen praecipitaverunt*] Nemo tam rudis, aut imperitus rerum, qui fraudem Caesaris ex ipsiusmet verbis non facile colligat, qui Germanos trium dierum induciis confisos, itaque jam animis otiosos, et tale nihil metuentes, interea, dum cum legatis et Principibus agere crederetur, ex improviso oppressit. Advertit hoc et conqueritur *Joan. Goropius Becanus* in Atuat. ut jure merito, cum hujus victoriae caussa supplicatio a Senatu Romae decreta esset, Cato sententiam tulerit, dedendum esse Barbaris Caesarem, expiandamque urbis nomine violationem foederum, vertendasque in sontis caput execrationes, ut scribit *Canusius* apud *Plutarchum* in Caesare. *Brantius.* Huc etiam referendum, quod habet *Suetonius* in Julio c. 24. DAVIS.

*Et vi fluminis*] Optimi Codices, Bongars. primus, Leidensis prim. Scalig. Oxon. et Aicardi non agnoscunt copulam *et.* ut non raro loqui amant Caesar et Hirtius; licet saepius corruperint librarii vel editores. Vide modo c. seq. §. 5. c. 20. §. 2. *loca, portus, aditus cognovisset;* et innumeris locis. vide etiam c. 25. 38. h. libri. 5, 33. 6, 2. 12. *rebus, gratia, dignitate amplificata.* Sic enim MSS. plura dicenda ad 6, 22. 8, 51. B. Civ. 1, 84. 3, 55. B. Al. c. 66. Afr. c. 8. 57. Itaque *et* delevi. Praesertim, cum videam, hunc scribendi modum hic corruptioni ansam dedisse. Nam in Petav. legas, *in flumine,* in Egmund. vero, *in fluminis alveo* sine *et.* Vossianus prim. olim habuerat, *lassitudine obpressi:* sed dein additum *flumine;* uti legas quoque in secundo. Pro *vi fluminis* MSS. quoque prave *in flumine* B. Civ. 1, 64. vide etiam B. Civ. 3, 71.

*Ad quos quum Caesar nuncios*

1 XVI. [a] Germanico bello confecto, multis de
186 caussis Caesar statuit, sibi [b] Rhenum esse transeundum; quarum illa fuit justissima, quod, quum videret, Germanos tam facile inpelli, ut [c] in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere, voluit; quum intellegerent, et posse, et audere populi Ro-
2 mani exercitum Rhenum transire. Accessit etiam, quod illa pars equitatus Usipetum, et Tenchtherorum, quam supra [d] commemoravi, praedandi frumentandique caussa Mosam transisse, neque [e] proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines [f] Sigambrorum receperat, seque cum iis
3 conjunxerat. Ad quos quum Caesar nuncios misisset, qui postularent, eos, qui sibi, Galliaeque bel-
4 lum intulissent, [g] sibi dederent, responderunt: *Populi Romani imperium Rhenum finire: si, se invito,*

VARIAE LECTIONES.

a *Germano* Lov. b *esse Rh.* MSS. qdd. et Edd. pp. deest non male Leid. pr. a m. pr. c *in* deest Egm. d *memoravi* MSS. 3. Edd. R. M. V. e *in pr.* And. f *Sugamb. Sicamb.* MSS. qq. et Edd. Vett. V. Urs. et Brant. et infra. g vulgo *uti s.*

*misisset*] Usipetum et Tenchtherorum reliquias a Sicambris non petiit Caesar, quod id se impetraturum speraret, sed ut, iis negatis, Rheni transeundi occasionem captaret, si *Dioni* fides lib. 39. p. 113. Hoc facile credent illi, quibus satis spectatum est hujusce Imperatoris ingenium. Vide et *Plutarchum* in Caes. Tom. 1. p. 718. DAVIS.

*Uti sibi dederent*] MSS. sedecim, et in iis vetustissimi quique cum Ed. Incerta carent τῷ *uti.* Quare expunxi, ut olim saepius debui in Frontino. Vide ad 1, 4, 7. et 4, 5, 7. uti et infra h. l. c. 21. 5, 58. 6, 10. 23. 7, 38. 63. 85. 8, 20. B. Civ. 1, 21. 32. 76. 3, 25. B. Alex. c. 59. *mittit, sibi subsidio veniret.* Item B. Afric. c. 39. Adde Doct. Juvenem A. V. Staveren ad Nepot. Milt. c. 1.

*Legatos miserant*] Leid. pr. *leg. ad Caes. m.* Sed Andin. et Oxon. non agnoscunt *legatos;* ut suspiceris, insititiam esse vocem. Adi notata ad 1, 34. *Ut ad Ariovistum legatos mitteret.*

*Reipub.*] MSS. et Edd. Vett. *populi Romani.* Graecus, τῶν Ῥωμαίων. CLARK. Ut Scaliger e suo codice primus edidit, ex-

*Germanos in Galliam transire, non aequum existimaret; cur sui quidquam* [a] *esse imperii aut potestatis trans Rhenum postularet?* Ubii autem, qui uni 5
ex Transrhenanis ad Caesarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant, magnopere [b] orabant, *ut sibi auxilium ferret, quod graviter* [c] *ab Suevis premerentur; vel, si id facere occupa-* 6
*tionibus Reipubl. prohiberetur, exercitum modo* [d] *Rhenum transportaret: id sibi* [e] *ad auxilium, spemque reliqui temporis* [f] *satis futurum. tantum esse no-* 7
*men atque opinionem ejus exercitus, Ariovisto pulso, et hoc novissimo proelio facto,* [g] *etiam ad ultimas Germanorum nationes,* [h] *uti opinione, et amicitia populi Romani tuti* [i] *esse possint. Navium magnam* 8
*copiam ad transportandum* [k] *exercitum pollicebantur.*

VARIAE LECTIONES.

a Deest Gott. Ed. Inc. b *postulabant* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. c *a S.* MSS. et Edd. qdd. d *trans Rh.* Duker. e MSS. plerique et Edd. pp. carent τῷ *ad.* forsan, *auxilii in spem rel.* f deest et haec vox in Lov. Dorv. L. sec. Edd. R. M. V. g *ut etiam* Edd. quaedam. *efficere uti et.* Pet. h deest Edd. quibusdam. i *essent* Pet. k *Rhenum ex.* L. pr.

habent MSS. Ursini, Cujac. Oxon. Leidenses, Petav. ad oram aliique; quare *Reip.* contra ceteros retinui.

*Tantum esse nomen atque opinionem* ] Editt. Recentiores habent; *nomen* apud eos *atque opinionem*; nos autem, ex fide Manuscriptorum et antiquitus cusorum, voces plane superfluas omisimus. DAVIS. E suo Codice rursus τὰ *apud eos* intrusit Scaliger, quae et in suo reperit Ursinus. Comparent etiam in Cujac. Leidensi primo; minus bene, ut ego quoque existimo.

*Opinionem exercitus Romani, Ariovisto p.*] Sic quidem cum multis editis MSS. Scal. Cujac. Oxon. et Leid. pr. vel *Romani exercitus.* Verum ceteri omnes et Edd. primae pro *Romani* habent *ejus.* sc. Caesaris; quod cur mutatum sit, nescio. Praeterea pro *exercitus, Ariovisto* in Lovan. Gott. Voss. tert. Leid. tert. Dorvill. Ortelii aliisque, ut et Edd. Rom. Mediol. Ven. Ib-

1 XVII. Caesar his de caussis, quas commemoravi, Rhenum transire decreverat: sed navibus transire [a] neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suae, neque populi Romani dignitatis esse sta-
2 tuebat. Itaque etsi summa difficultas [b] faciundi pontis [c] proponebatur, propter [d] latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis; tamen id sibi contendendum, [e] aut aliter non [f] transducendum exercitum existimabat. Rationem [g] pontis hanc in-

VARIAE LECTIONES.

a *se neq.*, et statim abest *esse* L. pr. b *faciendi* MSS. et Edd. pp. c *proponeretur* L. tert. d deest Edd. B. M. V. e *haud* V. pr. f *trad.* MSS. et Edd. pp. g vulgo *igitur p. et sequip.* B. pr. *sexquip.* MSS. 6.

certa, Beroaldi etc. exstat, *exercitu Ariovisti pulso.* quod nonnemini placere poterit.

*Rationem igitur pontis*] Secunda vox comparet in solis recentissimis MSS. Leid. sec. et Dorvill. Ceteri, ut et Ed. Inc. et Aicard. non agnoscunt hanc particulam a librario connectendae orationis ergo insertam.

*Sesquipedalia*] Hoc est, Sesquipedali crassitudine, ut omnes putant. Hieron. Magius Misc. 4, 20. DAVIS.

*Demissa in flumen defixerat*] Primo *demissa* primus, quod sciam, edidit Scaliger e MSto Ursini, cui adstipulatur solus Oxoniensis. Ceteri MSS. et Edd. priores *inmissa* exhibent. Scilicet *e terra in aquam* intelligit: unde patet, rectius cum plerisque MSS. legi *in flumen*, quam *in flumine*. quod inveni in Leid. primo et Edd. Rom. Mediol. Ven. Aldi, Gryphii aliisque. Illi nempe conjunxerunt, *in flumine defixerat*. Nam hoc verbum utrumque casum admittere, vidimus jam ad Frontin. 2, 3, 17. *In terram defigerent*, et usu veniet infra B. Civ. 2, 2. *asseres in terra defigebantur.* Male autem Editores quidam *cum* pro praepositione sumserunt, et τέλειον σίγμα post *procumberent* posuerunt.

*Fistucisque*] Quid *fistuca* et fistucatio sit, dudum docuerunt viri docti; quare frustra est Leo Baptista Albertus, legens *figistucis;* et in menda cubant MSS. Cujac. Scalig. Leidens. pr. item pro var. lect. Petav. in quibus est *festuculis.* in Egm. *fusticis*, in Lovan. et Sambuci *fistulis*, in Leid. sec. *festucis.*

*Directa ad p. s. prona ac fastigata*] Notandum, in Edd. primis et MSS. omnibus, praeter Hotom. librum et unum Bouhier. exarari, *Directae*, sive potius *derectae*, ut habent vetustiores quique, vel *directe.* eadem variatio 7, 23. 27. B. Civ. 2, 9. 24. 3, 46. et statim, *pronae ac fastigiatae*, sive *fastigatae*, praeter unicum Leid. secundum recen-

ſtituit. *Tigna bina sesquipedalia*, [a] *paullum ab imo* 3
*praeacuta*, [b] *dimensa ad altitudinem fluminis, in-*
*tervallo pedum duorum inter se* [c] *jungebat. Haec* 4
[d] *quum* [e] *machinationibus inmissa in flumen defixe-*
*rat, fistucisque* [f] *adegerat, non sublicae modo dere-*
*cta ad perpendiculum, sed prona, ac fastigata, ut*
*secundum naturam fluminis procumberent; iis item* 5
*contraria II ad eumdem modum juncta, intervallo*
*pedum* [g] *quadragenum* [h] *ab inferiore parte contra* 188

VARIAE LECTIONES.

a *paululum* L. pr. b *dimersa* B. pr. in Marg. c *jungebant* L. pr. Edd. R. M. V. d deeſt V. C. Urs. e *adactionibus* V. C. Samb. et vulgo *demissa*. f *adhaeserat* Edd. R. M. V. g *quadraginta* G. V. tert. h *inferiori* Lov. V. pr. Edd. qq.

tiſſimum, vel *prone ac fastigiate*: ut et in Urs. MS. quin etiam Ed. Incerta *directe* et *prone ac fastigiate* praefert. Et sane nihilo deterius vulgato; sed parum aut nihil refert.

*Fastigata*] Sic scribendum, non *fastigiata*, ut habent editt. Vide not. ad B. G. 2,8. DAVIS. Clar. tamen Clarkius cum D. Vossio et Barthio praetulit *fastigiata*. Sed doctiſſimorum virorum emendationem omnino confirmant integerrimi Codices, Bongars. prim. et Andin. *fastigatae*, et Leidens. prim. *fatigatae*. hinc *fastigatio*, non *fastigiatio*.

*Contraria duo etc.*] Scripserat Caeſar, (*His item contraria* II.) Legendum exiſtimo, (*His item contraria bina*.) Sic enim supra, *Tigna bina*. Quod et *sententia* omnino poſtulat. CLARK.

*Juncta*] V. Cod. Ursini, Andin. Leidens. prim. et Oxon. dant *dijuncta*, vel *divincta*. Quaſi hoc composito intelligere voluiſſet Caeſar, se ita bina tigna junxiſſe, ut tamen intervallo duorum pedum diſtarent, uti scribit supra et mox. *Conjuncta* male Gottorp.

*Ab inferiore parte*] Fluminis, ut opinor, licet aliter viſum *J. Lipsio* (l. 2. Poliorc. in f.) Sic locutus eſt *noster* B. G. 1, 1. *Pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni*. Sic et *Phaedrus* Fab. 1, 1,3. de Lupo et agno ad eundem rivum venientibus: *Superior*, inquit, *stabat Lupus, longeque inferior agnus*, hoc eſt, propius ad fluminis oſtium. DAVIS. *Ab inferiori parte*) Fluminis. Ut recte interpretatur *Davisius*. Haec nimirum Tigna in *inferiori parte fluminis* procumbebant prona *adversus flumen*; sicuti altera illa in *superiori parte fluminis* procumbebant prona *secundum flumen*. Ac mire erravit *Lipsius*, qui has voces (*ab inferiori parte*) refert ad praecedentes (*pedum*

*vim atque inpetum fluminis conversa statuebat:*
6 *haec* [a] *utraque insuper bipedalibus trabibus inmissis, quantum eorum tignorum* [b] *junctura distabat, binis*
7 *utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur: quibus disclusis, atque in contrariam partem revinctis, tanta erat operis* [c] *firmitudo,* *atque* [d] *ea rerum natura,*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deest *insuper.* b *vinctura* MSS. quidam. c *fortitudo* L. pr. d *earum* MSS. et Edd. qdd.

*quadragenum;*) ac si Caesar intervallum tignorum ab *inferiore SUI parte* demonstrasset. CLARK.

*Haec utraque*] MSS. et Editt. Vett. *Haec utraque insuper.* CLARK. Revocavi vocem *insuper* auctoribus MSS. omnibus, et Edd. plerisque. Male ab Aldi, Scal. et seqq. Edd. exsulabat. 7, 23. *alius insuper ordo additur.* B. Civ. 2, 9. *Centones insuper injecerunt.* Appulej. l. 1. Met. in f. *insuper pisces inscendere.* Perperam autem Jucundus Veronensis, *Haec utraque bipedales trabes inmissae distinebant* legebat; quae certe inepta et supervacua est correctio, ut jam ostendit Glareanus; licet sit in veteri Hotomanni Codice. *Inmissa* exaratur in Leid. primo.

*Bipedalibus*] Crassitudine. Quod erat scilicet *intervallum* juncturae tignorum. CLARK.

*Distinebantur*] Huic verbo *ligandi* significatus non competit, quem tamen postulat *fibularum* mentio. Lege *destinabantur.* *Appulejus* Metam. l. 1. *Membris ejus destinatis, virilia exsecamus.* Vide etiam not. ad B. G. 3, 14. DAVIS. Non favent tamen MSti. Sed pauci habent *destin.* vel *detinebantur.* De usu verborum *distinere* et *destinare* egimus loco citato. unde videtur non male Hotomannus explicuisse: *Quod bipedalis trabs utroque suo cavo contraria tigna* DISTINEBAT *i. e. utrique incumbens quodammodo propellebat.* nam hae trabes inmittebantur binis ab utraque fluminis parte tignis. De horum verborum confusione monuimus etiam quaedam ad Lucan. 4, 675. *vasti plaga fervida regni Distinet Oceanum.* Immo *distineri* non esse mutandum, patet e sequentibus *disclusis* et *revinctis:* per quae se ipse explicat Caesar.

*Haec directa materia*] Secundum longitudinem Pontis. CLARK. e Lipsio.

*Materie*] Sic excudi curavi pro vulgato *materia*, ex Codd. Cujac. et Leidensi primo. quo vitatur concursus litterae *a.* Vide ad Lucan. 8, 137. Infra 7, 24. *materiem* MSS. Bong. Lovan. etc.

*Sublicae ad inferiorem partem fluminis oblique adigebantur*] Fatetur Hottomannus, se non intelligere, quod miror. putabat *superiorem partem* legendum, et sublicas has idem esse, quod *defensores* postea Caesar appellat. Sed frustra. Sublicas Cae-

*tura, ut, quo major vis aquae se incitavisset, hoc artius* [a] *inligata tenerentur. Haec* [b] *derecta mate-* 8
*rie injecta contexebantur, et longuriis, cratibusque consternebantur: ac nihilo secius sublicae* [c] *et* 9
*ad inferiorem partem fluminis oblique* [d] *agebantur,* 189
*quae, pro pariete subjectae, et cum omni opere conjunctae vim fluminis exciperent: et aliae item*

VARIAE LECTIONES.

a *alligata* Edd. R. M. V. Fl. b Sic MSS. non *dir.* c vulgo deest *et.* d vulgo *adigebantur.*

sar ad inferiorem partem fluminis posuit, et contra impetum aquarum, ne in alterum latus pons impelleretur. Quod fieri poterat violento amnis cursu. *Defensores* autem non aliud erant, quam pali supra pontem defixi, ne injectae flumini arbores contingere pontem possent. Plana res est, et ipse Caesar semet explicat. Quamvis et Lipsium l. 2. Poliorc. D. S. de sublicis dubitasse videam. Mihi nihil ambigendum videtur. VOSS. Eruditissimus vir, *Joan. Clericus*, Art. Crit. P. 3. S. 1. C. 6, 21. legit, *ad inferiorem partem flumini*, ut intelligenda sit inferior pars, non *fluminis*, sed *pontis*; censet enim, sublicas vim fluminis excepturas ad partem ejus, quae erat supra pontem, collocari oportere. Sed hanc emendationem necessariam esse non arbitror; plane enim mihi satisfecit *Vossii* explicatio, quae et *J. Lipsio* in mentem venerat. Accedit, quod *Caesar* paullo post has sublicas ad inferiorem partem fluminis adactas aliis supra pontem sitis opponere videatur, adeo ut utraque series supra pontem non fuerit collocata. DAVIS. Hotomannus conjicit, *superiorem partem*. Quem merito reprehendit Vossius. Addit enim statim Caesar, (*Et aliae item supra pontem.*) Quamobrem erravit itidem et Vir doctissimus, *Joan. Clericus*, qui emendat, (*ad inferiorem partem* (scil. *pontis*,) Flumini *oblique adigebantur*;) quasi inferior pars *Pontis* hic opponeretur superiori, quae jam supra materia directa constrata narrabatur; cum e contrario manifestum sit, (ut recte annotarunt *Vossius* et *Davisius*,) sublicas has ad *inferiorem* partem *Fluminis* opponi alteris illis mox *supra pontem* (hoc est, in *superiori parte Fluminis*,) adactis. Adde, quod vox proxima (*nihilo secius*) manifesto referat haec, non ad id, quod dictum est de *materia directa*, sed ad id, quod ante narratum est de *tanta operis firmitudine*: ut adeo etiam Latinitatem Caesaris corruperit vir doctissimus. CLARK.

*Quae pro pariete subjectae*] In aliis codicibus erat, *pro ariete*. Et Graecus habet: *οἱ δίκην κριῶ τὴν γέφυραν ἐρείδοντες*. Mihi illud *pro pariete* minime placet. Et tamen ne de ariete quidem satis clara res est. Magnus Turnebus Advers. 24, 30. illud *pro ariete* tantundem hic esse putat, quam pro defensione, aut munimento. Et citat locum Ciceronis in To-

10 [a] *supra pontem mediocri spatio: ut, si arborum trunci, sive naves, dejiciendi* [b] *operis, essent* [c] *a bar-*

VARIAE LECTIONES.

a *super* L. pr. b vulgo *operis caussa.* c *ab* L. sec. Mox *defensionibus* MSS. Bouh.

picis, ubi ait: *Nam jacere telum voluntatis est; ferire, quem nolueris, fortunae. Ex quo aries ille subjicitur in vestris actionibus, si telum manu fugit magis, quam jecit.* Sed alio respicere Tullium, jam egregie observatum est Hottomanno. VOSS. Ut tigna illa sustentarent. Miror sane, *Lipsium* haec non intellexisse, prout ingenue fatetur Poliorc. l. 2. Dial. 5. In aliis Codd. est *pro ariete*, quemadmodum etiam legit Metaphrastes. Sed ex ea lectione sensum idoneum non exsculpsere viri eruditi, licet operam dederit inter alios *Hadr. Turnebus* Advers. 24, 30. DAVIS. Ad sustentanda tigna. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Vett. Editt. pleraeque *pro ariete*. Graecus, δίκην κριȣ̃. CLARK. Maximo opere hic desudarunt viri docti; nihilo minus parum profecerunt: dum nimis adhaerentes vocibus, *ad inferiorem p. fluminis*, et, *pro ariete*, subodorari nequiverunt, alibi mendam latere, quae locum reddit obscurissimum, sed, ut spero, MStorum ope tandem tolletur. Editur vulgo, *sublicae oblique adigebantur. Sublicae*, sive *subliquae*, ut exaratur in veterrimis membranis Leidensibus, (vide Scalig. ad Festum) si proprium vocis usum spectes, numquam oblique adiguntur, sed *directe ad perpendiculum*, sicut ipse loquitur auctor, ut sublicas distinguat ab aliis trabium infixarum formis. B. Civ. 3, 49. *Sublicis in terram demissis.* Quid ergo? primum Bong. prim. Vossiani omnes, Leid. sec. et tert. Egmund. Gottorp. Lovan. Dorvill. Duker. Bouhier, et alii, item Edd. primae, Rom. Med. Inc. Ven. uti et R. Stephani addunt copulam *et*, post *sublicae*. Recte omnino. Non jam demissas in fundum trabes intelligit Caesar; quales erant, quae vel sub ponte et trabibus bipedalibus directe infixae sunt, vel ante pontem in superiore parte fluminis. Sed intelligit trabes *Oblicas* sive *obliquas* ad inferiorem fluminis partem, adnexas ponti in longitudinem ab Gallica ripa ad Germanicam, atque ita cum omni opere conjunctas, et pro pariete positas. Si *Obliquas sublicas* capis ea positura, quam vulgo effingunt, nec Latine locutus est auctor, nec, quid sequentia significent, intelligo. *Obliquae* enim trabes nequeunt dici illae, quae in fluminis fundum, non directo perpendiculo defixae sunt; nam eae vocantur *pronae, fastigatae, supinae, adclives*, et similiter. At *obliquae* sunt, quae in longitudinem et ad latus operis applicantur. Sic *navis* dicitur *obliqua*, quando non contra fluminis cursum, vel undarum impetum recta dirigitur, sed latere vim aquarum excipit. Vide notas ad Lucan. 3, 628. *Per obliquum crebros latus accipit ictus.* Cui navi obponitur *directa* apud Hirt. B. Alex. cap. 64. 7, 73. *obliquis ordinibus.* ubi vide. κατὰ πλάγιον vertit Graecus Interpres. Sensus ergo Caesaris est: trabes praeterea *et ad inferiorem partem* esse, *et ad superiorem*. Primae Sc. *oblique*, ut pro pariete subjectae vim fluminis exciperent, alterae in flumen

*baris missae, his defensoribus earum rerum vis minueretur,* [a] *neu ponti nocerent.*

VARIAE LECTIONES.

a *nec* L. pr. al. *ne.*

mediocri inter se spatio forsan *directe* actae, ut defenderent a ponte arborum truncos, aut alia dejiciendi pontis caussa ab hostibus missa. Ceterum Vett. Edd. et multi Codices, in quibus Voss. pr. scribunt per diphthongum *ae.* Quod perinde est. Dici enim potest *trabs obliqua agitur,* tam commode, quam *oblique.* ut paullo ante habuimus, *tigna fistucis adegerat, non derecta, sed prona:* ubi vide; sed et pro vulgato *adigebantur* convenientius meae sententiae exaratur in MSS. omnibus, Petavianum et Oxoniensem si forte excipias, uti et Edd. priscis, *agebantur.* Quod verbum crebro quidem usurpatur pro *adigere:* ut *agere gladium, telum* etc. Confer Celeb. Burman. ad Vellej. 2, 80. et ad Ovid. Metam. 10, 179. et me ad Lucan. 3, 469. *ingenti verberis actu:* quod nunc etiam cum aliis praefero. Sic *agere ictum* Liv. 42, 63. Praesertim tamen de iis operibus, quae in longitudinem vel latitudinem extenduntur; ut passim *agere turrem, aggerem* (vide ad B. Alex. cap. 73.) *fossam, limitem, vineas* etc. Ergo *sublicas oblique agere* notat, per totam pontis longitudinem tignis fastigatis adnectere. His jam ita constitutis, facile patet, lectionem istam, *pro ariete,* quae servatur in Mss. plerisque, quamque Ursinus, sed plane ἀπροσδιόνυσον, explicare conatur, falsam esse; retinendamque, ut hodie recte edunt, *pariete;* quod habent Faerni, Ursini et Lipsii Codd. uti et Oxon. *Arietem* fabricarunt ex figura obliquarum trabium, quam sibi perverse finxerunt librarii. At cui usui ille aries, qualem machinam nostrates vocant *hircum, een bok,* in sinistra atque inferiore pontis parte? Ego profecto non video. Obliquas egit trabes, et inde quasi parietem fecit, ut, aestu fluminis ibi represso et *excepto,* vis ingruentis aquae ad superiorem pontis partem ea quoque re inminueretur. Hinc etiam *subjectas* dicit: quum aliter *objectas* vel *projectas* scribere debuisset, *ac cum omni opere conjunctas. Pro pariete* idem fere, quod *instar muri* 2, 17. Est forsan, quod hisce obponi possit; sed quia hoc pacto MSStorum lectionem servo, et majori difficultati medeor, in textum inmittere ausus fui. [Quae hic de *sublicis oblique actis,* et praesertim de *pariete* disputavi, non admodum mihi satisfaciunt, ut delenda paene pronunciem. Certiora tamen proferre non habeo.]

*Et aliae*] Sic rescripsimus ex MS. *Norv.* et editt. veteribus, cum manifestum sit, *sublicas* intelligi. Recentiores perperam habent *alia.* DAVIS. Ita optime restituit Davisius ex MSS. et Edd. Vett. Scaliger typographico, (ut opinor) errore edidit (*et alia item*) quem secuti sunt recentiores. CLARK. Has quoque trabes nimis prope pontem collocant Interpretes. Ne nocerent inmissa, mihi videntur longiori spatio a ponte fuisse statuendae. προβόλυς eas vocat Plutarchus, qui consulendus, in Vita Caesaris p. 719. Ed. Paris.

*Dejiciendi operis caussa*] Bongars. prim. Vossianus prim. cum

1 XVIII. Diebus x, quibus materia [a] coepta erat
191 comportari, omni [b] opere effecto, exercitus [c] trans-
2 ducitur. Caesar, ad utramque partem [d] pontis fir-
mo praesidio relicto, in fines Sigambrorum conten-
3 dit. Interim a compluribus civitatibus ad eum le-
gati veniunt, quibus, pacem atque amicitiam pe-
tentibus, liberaliter respondit, obsidesque ad se ad-
4 duci jubet. [e] At Sigambri ex eo tempore, [f] quo
pons institui coeptus est, fuga comparata, hortan-
tibus iis, quos ex Tenchtheris atque Usipetibus

VARIAE LECTIONES.

a *Accoepta* Duk. b *ponte* And. L. pr. c *traduc.* MSS. plerique et Edd. Vett. ac semper. d *fluminis* Pet. e vulgo deest *at.* f *quod* V. pr.

secundo, Leidens. tertius, Lovaniensis, Egmundan. Petav. a manu prima et alii cum Editione Incerta et excerptis Pulmanni non agnoscunt vocem, *caussa.* Docte sane et eleganter. Vide omnino ad l. hujus c. 1. *bellandi caussa e finibus educunt.*

*Earum*] Sic MS. Reg. Graecus item, ἐκείνων. Al. *earum rerum.* Quod perinde est. CLARK. Non sane perinde est. Nam Julianus stylus flagitat addi *rerum*: quam vocem servant MSS. mei omnes; et solet addere infinitis locis et singulis fere capitibus Caesar, licet aliud substantuum praecedat; quo pronomen posset referri. Sic h. l. c. 2. *Vinum importari non sinunt, quod ea re,* i. e. vino, *ad laborem ferendum* etc. et passim. Immo hoc loco pertinet tam ad *arborum truncos*, quorum etiam cit. l. mentionem facit Plutarchus, quam ad *naves.* c. 31. *ad eas res erant usui* praecedit, *ad naves reficiendas.* Vide etiam Brutum ad c. 34. *His rebus* etc. ubi MSS. quidam *diebus.* Immo ipse Clarkius bene restituit 5, 26. *quae de re communi dicere vellent; quibus rebus controversias minui posse sperarent.* Adi quoque 1, 19. 6, 30. 7, 13. et ad B. Civ. 1, 2. 26. 52. *Annona crevit, quae fere res* etc. ubi Hotom. etiam deleri volebat. Vide et B. Civ. 2, 25. 3, 47. *Pecus vero, cujus rei copia.* Adde c. 59. Hirt. B. Alex. 1. *aqua pabuloque, quarum alterius rei.* Idem fecit Sallustius, ad quem vide Cortium, B. Jug. 84, 3.

*In fines S. contendit*] Codices Fulviani, Cujacii et Leidensis prim. *intendit.* Non male. Terent. And. 2, 24. *Sed ubi quaeram, aut quo nunc primum intendam?* Plura vide supra ad 3, 26. *Salutem petere intenderunt.*

*A compluribus civitatibus ad eum legati veniunt*] Hinc emendandus est *Jul. Celsus* vit. Caes. p. 71. ubi de hac re ita loquitur:

apud se habebant, finibus suis excesserant, suaque omnia [a] exportaverant, seque in solitudinem ac silvas abdiderant.

XIX. Caesar, paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus vicis aedificiisque incensis, [b] frumentisque succisis, se in fines Ubiorum [c] recepit, atque iis auxilium suum pollicitus, si [d] ab Suevis premerentur, [e] haec ab iis cognovit: Suevos, [f] posteaquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo, [g] concilio habito, nuncios in omnes

1
2

VARIAE LECTIONES.

a *asportav.* G. V. tert. Edd. Amst. Lugd. b deest *que* Egm. L. sec. Dorv. Edd. R. V. M. c *recipit* V. sec. d Sic vetustiores MSS. et Edd. non *a. Suebis* B. pr. aliique hic et infra. paullo ante *pollicitus est* L. pr. e *et h.* V. pr. *h. omnia congn.* L. pr. f Ita rursus MSS. Urs. et mei 12. meliores et Ed. Inc. Steph. vulgo *postquam.* g et hoc e MSS. plerisque et Edd. Vett. restitui. vulgo *consilio.* V. ad c. 14.

*Pergenti multarum urbium legiones occurrerunt amicitiam pacemque petentium.* Scribe *legationes*, quod *J. G. Graevium* fugisse miror. DAVIS.

*Sigambri*] Ursinus in MSS. invenerat, *ut Sig.* Hinc merito conjecit, scribendum esse *at S.* quod confirmant MSS. Cujacii, Scaligeri, ac Leidensis primus, et Graecus, *οἱ δὲ δὴ Σικ.* quare inserui eam voculam.

*Frumentisque succisis*] Sic ex ingenio emendavit *Fr. Hotomannus*, quam conjecturam postea firmavit *Joan. Brantii* MS. Alii perperam exhibent, *frumentisque succensis.* DAVIS. Accedunt Codd. Ursini, Petavian. Lovan. et Ed. R. Stephani. Confer Ill. Heins. ad Ovid. Epist. Her. 20, 143. Corruptionis caussam vide ad 2, 6. *Portas succedunt.* c. 38. hujus libri: *agris vastatis, frumentis succisis, aedificiis incensis.* ubi nonnulli etiam, *succensis.*

*Misisse*] Sic MSS. Reg. et Vossii. Al. *dimisisse.* CLARK. Temere Clarkius ejecit *τὸ dis* quod servant MSS. plurimi, et Edd. priscae praeter unam et alteram, ac Leid. pr. sec. Voss. prim. sec. et Oxoniensem. Atque ita saepissime loquitur cum aliis Caesar. Consule Doct. Bosium Animadv. ad Caesarem p. 17. Cel. Burm. ad Ovid. Metam. 3, 381. *Atque aciem partes dimisit in omnes.* Cl. Drak. ad Liv. 4, 52. *dimissis circa omnes populos legatis.* Infra c. 34. *Nuncios in omnes partes dimiserunt.* 5, 49. *Speculatoribus in omnes partes dimissis.* c. 53. *Nuncios in omnes partes dimittebant.* 6, 43. 8, 5. ut in MSS. legitur. et passim.

*In silvas deponerent*] Bongars. Vossiani omnes, Egmund. Got-

a partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, libe-
ros, uxores, suaque omnia in silvas deponerent;
atque omnes, qui arma ferre possent, unum in lo-
3 cum convenirent: hunc esse delectum b medium fere
regionum earum, quas Suevi obtinerent: c hic Ro-
192 manorum adventum exspectare, atque ibi decertare
4 constituisse. Quod ubi Caesar comperit, omnibus
his rebus confectis, quarum rerum caussa transdu-
cere exercitum constituerat, ut Germanis metum in-
jiceret, ut Sigambros ulcisceretur, d ut Ubios ob-
sidione liberaret, diebus omnino e x et IIX trans

VARIAE LECTIONES.

a *suas p.* Carrar. b *Medio* Pet. et V. pr. a m. pr. c vulgo *ibi* R. d *et U.* Carr. Duk. e Sic MSS. plerique et Ed. Inc. vulgo *XVIII.* XVIII. L. pr. Scal.

torp. Leid. tert. Scalig. Oxon. et Ursini cum Edd. Inc. Beroaldi, Steph. Stradae, aliisque et Clarkii, *in silvis.* Nil temere tamen muto. *In silvas abdere* statim habuimus et 5, 3. Idem est, ac *intra silvas;* ut alibi loquitur.

*Ibi Romanorum adv. exsp. atque ibi decertare const.*] MSS. et Editt. Vett. (hic *Rom. adv. exsp.*) Quod optime respondet verbis praecedentibus (hunc *esse locum delectum* etc.) In MSS. Reg. deest, *atque ibi decertare.* Quod forte Glossema esse poterit. CLARK. *Hic* etiam MSS. mei omnes, et Editt. ante Scaligerum, quod sciam; quare revocavi; sequentia agnoscunt etiam cuncti libri praeter recentissimum Vossian. quae frustra de glossemate suspecta habet vir doctus. Nam et Celsus et Metaphrastes exhibent.

*Profectum*] Leid. tertius cum Ed. Incerta *profectus.* Sed Bongars. prim. Leid. prim. Scalig. et Gottorp. *perfectum.* Cave, quid mutes. Ovid. Art. 2, 589. *Hoc tibi profectum, Vulcane:* uti emendavit N. Heinsius. Immo Livius 3, 14. *ibi plurimum profectum est.* 31, 6. *Satis ad utrumque profectum ratus.* Noster 7, 65. *Ad reliqui temporis pacem parum profici.* B. C. 1, 24. *Neque idem profici longo itineris spatio, ac si coram disceptetur;* uti legendum e MSS. B. C. 3, 15. *Profectum aliquid existimabant.* 3, 59. *Nihil profici equitatu.* B. Alex. c. 3. *Neque quidquam profectum.* c. 3. *neque multum profici.* Adde Clar. Drakenb. ad Liv. 3, 61, 12.

*Ad Septemtrionem*] Bongars. prim. Leidens. pr. Scalig. Oxon. Aicardi et R. Stephani *Septemtriones:* verissime. B. G. 1, 1. *Vergit ad Septemtriones.* Atque ita e MSS. legendum 5, 13. *Tertium est contra Septemtriones:* ubi similiter peccant. 7, 83. *Erat*

Rhenum consumtis; satis [a] et ad laudem, et ad utilitatem profectum arbitratus, se in Galliam [b] recepit, pontemque [c] rescidit.

XXI. Exigua parte aestatis reliqua, Caesar, etsi 1
in his locis, quod omnis Gallia ad [d] Septemtriones vergit, [e] maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit, quod, omnibus fere Gallicis bellis, hostibus nostris inde [f] subministrata
auxilia intellegebat: et, si tempus anni ad bellum 2
gerendum [g] deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitrabatur, si modo insulam adisset, [h] genus ho-

VARIAE LECTIONES.

a Deest Duk. V. sec. b *recipit* L. tert. G. Ed. Inc. c *rescindit* Ox. d vulgo *Septentrionem*. e *matuesunt* B. pr. et in marg. *mansuescunt*. f *summa mini*. Dorv. Edd. R. M. V. g *defecerat* Scal. L. pr. Ed. Ber. h MSS. plerique et Edd. Vett. *et genus*.

*a Septemtrionibus collis*. Nepos in Milt. c. 1. *Ventus a Septemtrionibus oriens*: et alii.

*Quod omnibus fere Gallicis bellis, hostibus nostris inde subministrata auxilia intelligebat*] Suetonius Jul. c. 47. ait fuisse qui prodiderint, Caesarem *Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem interdum sua manu exegisse pondus*. Quippe deliciarum ejusmodi cupidissimum Caesarem fuisse. Unde et subdit Suetonius: *Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui, semper animosissime comparasse*. Miror ego, hic loci neminem doctorum voce *animosissime* offensum. Etenim aliena est. Emendo prorsus, *avidissime*: et nequis audaciae hic plus quam rationis dicat, eandem vocem reperi in Celso, qui Tranquilli complura tantum non ad verbum exscripsit. Et siquis attendat, facile videbit caussam lapsus. Scripserat librarius *avidissime*, unde alter (nam facile *u* et *n* confundi solita) *animosissime* fecit, solum *d* litera in *os* resoluta; et lineola τοῦ *in* superducta. VOSSIUS.

*Magno sibi usui*] *Usus* hic utilitatem denotat. Sic cum alibi, tum B. C. 2, 8. *Inventum est, magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata*. Similiter *Corn. Severus* in Aetna vers. 260. *Callent rure manus, glebarum usum experiuntur*. Id est, commodum, quod ex diversi generis glebis provenire potest, experientia compertum habent. *Usum* autem emendavimus, cum editt. vett. habeant: *Glebarum usu experiuntur*. Nuperus quidem interpres, vir eruditissimus, legit, *Glebasque usu experiuntur*; sed minore mutatione locus sanari potest, ut vidimus. DAVIS.

193 minum perspexisset, loca, portus, [a] aditus cogno-
3 visset: quae omnia fere Gallis erant incognita. neque enim temere praeter mercatores illo [b] adit quisquam: neque iis ipsis quidquam, praeter oram maritimam, atque eas regiones, quae sunt contra
4 Gallias, notum est. Itaque, [c] evocatis ad se [d] undique mercatoribus, neque, quanta esset insulae magnitudo; neque quae, aut quantae nationes in-

VARIAE LECTIONES.

a *aditusque* L. sec. b *adiit* MSS. plerique et Edd. Vett. c vulgo *convocatis*. d deest V. pr.

*Si modo insulam adisset* ] Insulam vocat Britanniam fama tantum motus; nam rem ita se habere, non nisi multo post *Caesaris* tempora compertum est. Vide not. ad B. G. 5, 13. IDEM.

*Illo adit quisquam* ] Sic ex Ursini Codicibus deinceps recte rescripserunt Scaliger ac multi Viri Docti. Antea edebatur vulgo, *adit ad illos*; quod inveni solum in Oxon. forsan et in Cujac. ac Andino. Sed *adit illos*, vel *illos adit*, cum Ed. Inc. habent quatuor vel quinque mei, in quibus Leidensis primus et Petav. Verum Bongars. Vossian. pr. Egmund. aliique cum MSS. Ursini et Brantii, *illo adit*: quod idcirco temere in Edd. Amstel. ac Lugdun. mutatum rursus in *ad illos adit*; licet nequaquam damnarem, si MSS. addicerent. V. ad 1, 46. *Ad extremum vitae periculum adire*. B. Civ. 1, 87. *Ad Caesarem adierunt*. 2, 7. et passim alii.

*Galliam* ] Clarkii codices, meique numero undecim vel plures, in quibus optimi Bongars. Lov. Vossian. primus, uti et Edd. Rom. Mediol. Ven. Incerta, aliaeque praebent *Gallias*: quod saepe est in Celso. Recte. Sic dictae, ut *Hispaniae*. ita Hirt. 8, 49. Sueton. Caes. c. 12. et passim.

*Convocatis* ] MSS. Clarkii, item mei tantum non omnes *vocatis* cum Ed. Incerta. Scilicet scripserat Caesar *evocatis*, quod servarunt codices Ursini, Andin. Leidensis prim. et Oxon. *e* periit per praecedentis vocis *itaque* litteram finalem. 5, 4. *Quos nominatim evocaverat*. ubi itidem sequitur *convocatis*, vel *vocatis*. c. 53. *Principibus ad se evocatis*. c. 57. *Equites undique evocat*. Sic MSS. utrobique; vulgo *vocatis* et *convocat*. B. Civ. 3, 105. *Senatores omnes ex provincia evocasse*. 6, 34. *Omnes ad se evocat*. Sic enim MSS. ubi plura. B. Civ. 1, 3. *Misso ad vesperum senatu, omnes, qui sunt ejus ordinis, a Pompejo evocantur*. Eadem variatio apud Ovid. Fast. 6, 322.

*Majorum navium multitudinem* ] MS. Vossii, *majorem*. Graec. ναυλοχώτατοι λιμένες. Neutra lectio mala. Priori favet, quod infra ait Caesar de *Magnitudine* navium, c. 24. Poste-

colerent, neque quem usum belli haberent, aut quibus institutis uterentur; neque qui essent ad majorum navium multitudinem idonei portus, [a] reperire poterat.

XXI. Ad haec cognoscenda, prius quam [b] pe- 1
riculum faceret, idoneum esse arbitratus, C. Vo- 194
lusenum, cum [c] navi longa praemittit. Huic man- 2
dat, [d] uti, exploratis omnibus [e] rebus, ad se quam

VARIAE LECTIONES.

a *reperiri* B. pr. L. pr. Scal. ut dicitur *comperiri* et *comperire*. b *periclum* B. pr. c *nave* L. pr. d G. L. pr. Oxon. Ed. R. Steph. e deest Egm.

riori, quod de *Numero*, c. 22. CLARK. *Majorem* etiam Ursini Codd. et Voss. sec. ac tert. Sed primus cum ceteris rectius *majorum*; nisi quod Scalig. et Leid. primus exhibeant, *majoris navigium multitudinis*. quasi *navigium* posset significare *stationem navium*. quod notandum.

*Ad haec cognoscenda, priusquam periculum — praemittit*] Emendat *Hotomannus*, *prius qui*. Quod rectius esse quivis facile videt: non enim Volusenum misit Caesar, ut ipse postea periculum faceret. Quod si ita est, an non memoria lapsus *Suetonius* in Julio cap. 58. cum ait: *Neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus, et navigationem, et accessum ad insulam explorasset.* Quomodo enim *per se*, cum Caesar ipse hic praemisisse ait C. Volusenum cum longa navi? Nisi quod, ut Jurisconsulti nostri affirmant, per se egisse videatur, quod mandato ipsius legatus. *Brantius.* Malim equidem *Suetonium* cum summo viro, *Is. Casaubono*, *μνημονικοῦ ἁμαρτήματος* postulare; licet enim Imperator dici possit id fecisse, quod ejus jussu et auspiciis peragunt Ministri, ut notavimus ad B. G. 1, 12. nemo tamen *per se* res gessisse perhibetur, nisi quas *ipse* perpetravit. Certe ita statuit *Jul. Celsus*, ut apparet ex iis, quae habet de vit. Caes. p. 72. Nec audiendus est *Vossius*, qui pro altera stat sententia. DAVIS. Priusquam *periculum* faceret, — *praemittit*) MS. Reg. *faciat.* Sed utrovis modo constat temporum ratio, cum tanquam praesens narretur res praeterita. Hotomannus emendat, *prius qui* etc. Quod rectius esse, inquit *Brantius*, quivis facile videt: non enim Volusenum praemisit Caesar, ut *ipse* postea *periculum faceret.* Verum longe errant isti Viri eruditi. Quamvis enim non Volusenum praemiserit Caesar, ut *ipse per se* postea *rerum earundem cognoscendarum* periculum faceret; at cum ideo praemisit, ut *ipse* postea *cum exercitu* periculum faceret *insulam adeundi*. Quae est Authoris mens, satis manifesta. CLARK. *πρὶν τοῦ πειρᾶσθαι* Metaphrastes. Male etiam Ciacconius mavult *prius, qui.*

3 primum revertatur. Ipse, cum omnibus copiis, in Morinos proficiscitur; quod inde erat breviſſimus
4 in Britanniam [a] transjectus. huc naves undique ex finitimis regionibus, et, quam superiore aeſtate ad Veneticum bellum fecerat, claſſem jubet convenire.
5 Interim, consilio ejus cognito, et per mercatores perlato ad Britannos, a compluribus [b] ejus insulae civitatibus ad eum legati veniunt, qui [c] polliceant-

VARIAE LECTIONES.

a *trajectus* MSS. et Edd. pp. b MS. Reg. cum plerisque meis et Edd. pp. non agnoscunt *ejus*. addit tamen Metaphraſtes *ταύτης*. c *pollicerentur* Scal. L. pr.

*C. Volusenum cum navi longa praemittit*] Anonymus Celsi exscriptor, cum narraſſet, praemiſſum a Caeſare Voluſenum quinto die revertiſſe, subjicit: *Haec ita communis quidem habet historia. habeo tamen non ignobiles auctores, qui Caesarem per seipsum portus et navigationem, et accessum ad insulam explorasse confirment. Quod ut credi posset, ipse ducis animus facit, et similis aliis in rebus audacia.* Haud dubie petivit ex Tranquillo, qui fere iisdem verbis ait: *Exercitum neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset.* Sed decepit Anonymum, quod recte Imperatori tribuuntur, quae per miniſtros suos gerit, ut supra oſtendimus lib. 1. Animadverſorum. VOSSIUS.

*Veneticum*] MS. Reg. *Venetum*. Quod et rectius. CLARK. Eademque varietas 3, 18. *spes Venetici belli.* ubi Petav. *Veneti*, alii *Venetii*. Celſus, *Veneto in bello.* nil muto. *Nanetici* pro varia lectione rurſus Bong. primus.

*Fecerat classem*] Sic MSS. ut puto, Ursini, Cuj. Scal. Leid. pr. et Oxon. Ceteri mei omnes et Carrar. cum Editionibus primis *effecerat*. c. 18. et 7, 35. de ponte: *omni opere effecto:* et 6, 9. *opus efficitur*. 8, 35. *opus effectum*. et saepiſſime composito pro simplici. B. Civ. 3, 39. *super quae turrim effectam obposuit*. de navibus 1, 36. *Quibus effectis armatisque.*

*Obsides dare atque imp. p. R. obtemperare*] Hoc eſt, *daturos* et *obtemperaturos*. Sic supra 2, 32. *Illi se, quae imperarentur, facere dixerunt.* Et 7, 14. *Necessario dispersos hostes ex aedificiis petere.* Ciaccon. Sic et *Terentius* Phorm. 3, 2, 46. *Cras mane argentum mihi miles dare se dixit.* *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. 1, 25. *Ille vero abnuere se, infractis suorum viribus, cum ipse minimus esset, tantum opus suscipere.* Quidam sane hunc loquendi modum suspectum habuere, sed satis eos confutant illa, quae attulimus, exempla. DAVIS. Hinc tamen factum eſt, ut *Ursini* Codex, eo probante, dederit, *obsides dare atque imperio populi Romani paratos obtem-*

tur, obsides dare, atque imperio populi Romani obtemperare. Quibus auditis, liberaliter [a] pollici- 6
tus, hortatusque, [b] ut in ea sententia permanerent,
eos domum [c] remittit, et cum his una Commium, 195
quem ipse, Atrebatibus superatis, regem ibi con- 7
stituerat, cujus et virtutem, et consilium probabat, et quem sibi [d] fidelem arbitrabatur, cujusque auctoritas in iis regionibus magni habebatur, [e] mittit.

VARIAE LECTIONES.

a *pollicetur* L. pr. b *uti* MSS. 3. et Ed. Med. V. c vulgo *remisit.* d Sic soli Carr. et Duk. Ceteri MSS. et Edd. ante Scalig. addunt *f. esse:* et statim vulgo *magna.* e Abest hoc verbum a Celso, neque opus est; sed vide ad 1, 43. et alibi.

*perare.* Sed penultima vox necessaria non est, ut pluribus comprobabo. *Ovidius* Heroid. 3, 57. *Quin etiam fama est, cum crastina fulserit Eos, Te dare nubiferis linea vela notis.* Et Metam. 8, 739. *Census* dare *me pro morte paciscor.* *Plautus* Menaechm. 3, 3, 16. *dicam* curare? M. *dicito: curabitur.* Ubi *Lambinus*, quod hanc loquendi rationem in memoriam non revocaret, perperam *curassere* reposuit. Vide sis et J. Fr. Gronovium ad Livii 2, 5. IDEM. *Cur. sec.* Erudite tuetur hanc lectionem *Davisius*, exemplis ex optimis Authoribus et ex ipso Caesare adductis; ut audiendi non sint, qui emendant, *daturos.* Infra 6, 9. *Si amplius obsidum velit*, dare *pollicentur.* Vide etiam Annot. ad 7, 36. CLARK. Et adi ipsum Ursinum in Curis secundis, Ciaccon. ac nos ad 2, 32. *facere dixerunt.*

*Domum remisit*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *remittit.* quae lectio, quamquam et altera quoque defendi potest, verior videtur. Sequitur enim (*Et cum his una Comium mittit.*) CLARK. Legendum *remittit*; et sic *Petav. Norvic. Gottorp. Voss. Egmond.* DAVIS. *Cur. sec. Remittit* etiam Codd. Ursini, et mei, uno alteroque recentiore excepto, item Celsus et Edd. Inc. Vascos. R. Steph. Stradae aliaeque. quare id tempus reposui.

*Comium*] Recte Cellarius monet, in Dione scribi Κόμμιον, ut et nummo Thes. Brandenb. p. 305. Nam ita exaratur quoque in optimis MSS. Bongars. primo, Vossiano pr. Leidensi pr. Scaliger. Petav. Lovan. Egmund. aliisque et Ed. Romana: quod idcirco reposui hic et infra. Adi etiam notata ad Frontin. 2, 13, 11. *Commius Atrebas.*

*Magna habebatur*] Recte, si ita esset in vetustis libris: verum Codices mei Bongars. pr. Vossian. pr. Leid. pr. And. Scalig. item Voss. sec. et Leid. tert. exhibent *magni*. quod cur postponamus, caussa nulla est. *Magni aestimare, putare, esse* locutiones sunt notissimae: atque ita etiam *habere.* Cicero in Verrin. lau-

8 Huic imperat, quas possit, [a] adeat civitates; hor-
teturque, ut populi Romani fidem sequantur; [b] se-
9 que celeriter [c] eo venturum nunciet. Volusenus,
perspectis regionibus, quantum [d] ei [e] facultatis dari potuit, qui [f] navi egredi, ac se barbaris committere non [g] auderet, v [h] die ad Caesarem revertitur; quaeque ibi [i] perspexisset, renunciat.

1 XXII. Dum in his locis Caesar navium parandarum caussa moratur, ex magna parte Morinorum ad eum legati [k] venerunt; qui se de superioris temporis consilio excusarent, quod homines barbari, et nostrae consuetudinis imperiti, bellum populo

VARIAE LECTIONES.

a *impleat* V. sec. b *sedque* B. pr. c deest Pet. a m. pr. alii transponunt *eo cel.* d *et* MSS. et Edd. qdd. e *facultas* perperam MSS. plerique et Edd. Vett. contra And. V. pr. Ox. Pet. Egm. f *ex nave* L. pr. g *audebat* Pet. h *diem* Egm. i *prosp.* Duk. a m. s. k *veniunt* L. pr. Reg.

datus a J. G. Vossio de Constr. c. 29. *Quanti auctoritas ejus haberetur.*

*Ut — sequantur*] In iisdem Codd. deest *ut.* Neque ullo sententiae detrimento. CLARK. Contra rectius hic adesse censet Cl. Wasse; quia ante eleganter aberat, *imperat, adeat et hortetur.* Exsulat quidem a plerisque MSS. et Edd. primis, sed in vetustioribus comparet; uti in Bongars. Petav. And. Leid. pr. Oxon. Lovan. aliisque. quare eam hic particulam retinere satius est.

*Regionibus*] In eisdem Codd. *regionibus omnibus.* CLARK. *Omnibus* invenias quoque in Bongars. Petav. Vossianis omnibus, Lovan. ac multis aliis, et Edd. plerisque Vett. Sed ratio et mens Caesaris ei adversari videtur: quare rectius omisit Metaphrastes, uti et Codd. And. Scal. Leid. pr. Oxon. et Edd. Vascos. Gryphii, Stephani, Plant. et seqq.

*Se de superioris temporis consilio excusarent*] Quo fiebat, ut legatos ad Caesarem non mitterent, bellumque iis illatum propulsarent. Romani enim, ut ipsis visum est, singulari jure gaudebant; illis enim licitum erat, quosvis pro libitu aggredi, populus autem, qui se, suaque non dederet, piaculum admittebat. Nec soli hac in re contra justitiam peccarunt, ut apparet ex modo, quo erga Musicanum se gessit Alexander. Vide *Arrianum* de Exp. Alex. l. 6. p. 134. DAVIS.

*Nostrae consuetudinis imperiti*] Ignari, Populum Romanum non modo erga dedititios humanitatem exercere, sed et eos a

Romano fecissent, [a] seque ea, quae imperasset, facturos [b] pollicerentur. [c] Hoc sibi satis obportune 2
Caesar accidisse arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere volebat; neque belli gerendi, propter anni tempus, facultatem habebat; neque has [d] tantularum rerum occupationes sibi Bri- 196
tanniae anteponendas judicabat, magnum his [e] obsidum numerum imperat. Quibus adductis, eos in 3
fidem recepit. Navibus circiter LXXX onerariis coactis, contractisque, [f] quot satis esse ad duas transportandas legiones [g] existimabat: [h] quidquid praeterea navium longarum habebat, [i] quaestori, lega-

VARIAE LECTIONES.

a *sed quae* B. pr. b MSS. multi et Edd. Vett. qq. *pollicentur.* Sed jungenda *excusarent*, *et pollicerentur.* L. pr. *pollicebantur.* c *haec* L. pr. Edd. A. Vasc. Gr. Steph. etc. praeterea MSS. fere *Caesar s. obp.* fors abundat nomen proprium. d MSS. plerique et Edd. primae *tantarum.* sed v. ad 5, 49. e Sic L. pr. non *num. obs.* f Sic MSS. et Edd. Vett. plerique. vulgo *quod* et *leg. transp.* g *aestimabat* MSS. 2. h *quod* vel *quot*, *quotque, quidem* MSS. et Edd. qdd. i *id q.* Pet. Scal. L. pr. *quaestoribus* Cuj. Scal.

vicinorum injuriis tutos praestare solitum. IDEM.

*Sibi*] Deest in MSS. et Vett. Edd. CLARK. In suis codicibus tamen esse monuit Ursinus, atque servatur item in Scalig. et Leid. pr. uti et a Metaphraste.

*Navibus circiter* LXXX] MS. *Norv.* editt. *Rom. Ven.* aliaeque habent DCCCLXXX. Sed pro vulgato numero stat *Orosius* l. 6. ut et res ipsa. DAVIS. *Eos in fidem recepit. Navibus — coactis*) Ita ex MSS. Editt. vett. et Graeco Interprete restitui. Scaliger et recentiores omnes, pessima interpunctione, sententiam prorsus turbarunt: *eos in fidem recepit navibus* etc. MSS. Reg. et Eliens. et Edit. Rom. aliaeque habent 880. CLARK. *Octingentis octoginta* etiam MSS. mei undecim, in quibus ipsi Bongars. pr. et Voss. pr. Ineptissime sane. Verum numerum servant Petav. Scalig. Leid. prim. Oxon. et alii. Menda sine dubio e Glossemate nata est.

*Navium longarum*] Sic vocat quascunque militares, ac onerariis opponit, ut et Graeci *μακρὰ πλοῖα*. Vide *J. A. Bosium* ad *Corn. Nepotis* Themist. 2, 5. et *Joan. Schefferum* Mil. Nav. 2, 2. DAVIS.

*Quae ex eo loco millibus passuum*] Ciacconius ambigebat, an legeret, *ex eo loco a millibus*

4 tis, praefectisque [a] distribuit. Huc accedebant [b] XIIX onerariae naves, quae ex eo loco ab [c] milibus passuum VIII vento tenebantur, quo minus in eumdem
5 portum [d] pervenire possent. Has equitibus distribuit, reliquum exercitum Q. Titurio Sabino, et L. Aurunculeio Cottae, legatis, in Menapios, atque in eos pagos Morinorum, [e] ab quibus ad eum legati
6 non venerant, deducendum dedit. P. Sulpicium Rufum legatum cum eo praesidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere jussit.

VARIAE LECTIONES.

a *tribuit* MSS. Urs. b *VIII*.B. pr. c vulgo deest *ab*. d MSS. plurimi et Edd. quaedam *venire*. e *a q*. MSS. et Edd. qdd.

p. Quia l. 5. Caesar ait, *a millibus passuum duobus*. Sed attendere debuerat, aliud esse, *ex eo loco a millibus passuum duobus*, aliud, *a millibus passuum duobus*. Nam quando illud, *ex eo loco*, retines: abundabit τὸ *a*: quando *a* retines, supervacuum erit illud, *ex eo loco*. VOSS. Nonnulli Codd. (*ex eo loco* a *millibus*). Et alibi quidem ait Caesar (a *millibus passuum*.) Sed Vossius contendere non sine ratione videtur, locutionem istam post voces, *ex eo loco*, minus convenire. CLARK. Nihilominus *ab milibus* exhibent MS. Brantii, Bongars. pr. Voss. pr. Leid. pr. Petav. Lovan. Egmund. et alii quatuor cum Ed. Inc. *a milibus* Duker. Voss. tert. et Edd. Rom. ac Mediol. quem consensum ego veneratus *ab* inserui. V. infra ad 6, 7.

*Deducendum d.*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edd. Vett. *ducendum*. CLARK. *Deducendum* e suis codicibus produxit Ursinus; et ex meis agnoscunt Andinus, Cujac. Scalig. Leid. prim. et Oxon. qui suo more conspirant: quocirca etiam nihil muto. Frequens autem in his est confusio. Vide Cl. Drakenb. ad Livium 3, 62. Cort. ad Sall. Catil. 55. supra 1, 43. *legionem equis devexerat*. MSS. plerique male, *vexerat*. Eadem variatio c. 38. *In M. fines legiones duxerat*. 5, 24. *legionem in Morinos ducendam dedit*. et millies. praefero simplex. nam *deducere* notat vulgo vel *abducere*. (v. ad 2, 33.) vel *in planum ducere*, aut *in longum ducere*. quarum significationum nulla hic locum habet: forsan fuerat *adducendum*. ut 5, 46. *in Atrebatium fines legionem adducat*. 3, 28. *Eo exercitum adduxit*. Front. 1, 6. quibus locis alii *ducere*. Infra 8, 35. *jumenta ad oppidum adducit*. ubi itidem plerique MSS. *ducit*. c. 36. *legionem armatam adducit*. B. Alex. c. 68. 69. et passim. Nihilominus, ut dixi, optimorum Codicum lectionem loco movere non sustinui. Vide ad B. Civ. 2, 19. *Deductis in arcem cohortibus*. Immo et *deducere coloniam* obvium est. V. ad Lucan. 4, 397.

XXIII. His constitutis rebus, nactus idoneam 1
ad navigandum tempestatem, tertia fere vigilia sol- 197
vit, [a] equitesque in ulteriorem [b] portum progredi,
et naves conscendere, [c] et se sequi, jussit: a qui- 2
bus quum [d] id paullo tardius esset administratum,
ipse hora diei circiter IV cum primis navibus Bri-
tanniam adtigit; atque ibi in omnibus collibus ex-
positas hostium copias armatas conspexit. Cujus 3
loci haec [e] erat natura: [f] adeo montibus angustis
mare continebatur, uti ex locis superioribus in litus

VARIAE LECTIONES.

a *equites in* et mox *navesque* L. pr. *equites quos* Egm. b *partem* Pet. et *congredi* Edd. qq. c Sic MSS. o. et Edd. Vett. non *ac* et *ab q.* d vulgo etiam deest *id.* e deest Carr. Duk. L. pr. a m. pr. f al. *atque ita.*

*P. Sulpicium Rufum*] Indicio, arbitror, nummus Caesaris est, qui averso latere navem impressam habet addita inscriptione: *ΠΟΥΒ. ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦ.* VOSSIUS.

*Tert. f. vigilia solvit*] MSS. Urs. Pet. And. Leid. prim. *naves solvit*: quod videri posset e Glossa natum. *Solvere* enim pro *naves solvere* saepius occurrit. Videndum tamen, an plenus Caesaris stylus non praeoptet id addi. Certe aliis locis solet adponere. ut B. C. 1, 28. 3, 6. 14. 26. et saepius. Sed, uti hic, ita 5, 23. *secunda quum solvisset vigilia.* Vide de his ad 7, 83. Amplius addit Leid. pr. *noctis.* Sed hoc, sine dubio, Glossema sapit.

*Id paullo tardius*] Graec. *περὶ ταῦτα.* In MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edd. Vett. deest. CLARK. Cum Clarkio hanc particulam revocavi e MSS. Scal. Leid. primo, Oxon. Petav. aliisque, uti et Edd. Vascos. Stephani, Gryph. sec. et aliis.

*Copias armatas*] Lovaniensis, Leidens. secundus, item Dorvillii codices cum Editionibus primis, Romana, Mediolanensi et Ven. exhibent, *turmas armatas.* In Leidensi primo vox *armatas* non comparet, nisi a manu secunda inter versus; et in Ed. Elzevirii editur *firmatas.* Forsan *copias armatas* Glossa fuerit *τοῦ turmas.*

*Natura, Adeo*] Ita Scaliger et Recentiores: MSS. et Edd. Vett. et Interpres Graec. (*haec erat natura*, atque ita *montibus* etc.) CLARK. *Adeo* legas in MSS. Ursini, Cujacii, Scaligeri, Andinis, Leidens. pr. et Oxoniensi. praecedit *atque ibi.*

*Montibus angustis mare continebatur*] Locum hunc suspectum habet *P. Ciacconius*, legitque, *montium angustiis*, vel

4 telum adjici posset. Hunc [a] ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquae naves eo convenirent, ad horam IX in anchoris [b] ex-
5 spectavit. Interim legatis, tribunisque militum convocatis, et quae ex Voluseno [c] cognosset, et quae
198 fieri vellet, ostendit: monuitque, (ut rei militaris ratio, [d] maxime ut maritimae res postularent, ut quae

VARIAE LECTIONES.

a *adgrediendum* Cuj. *adgrediendi loc. neq.* omisso *idoneum* L. pr. a m. pr. *locum* varie transponitur in MSS. et Edd. b *spectavit* Egm. c Sic vetustiores MSS. vulgo *cognovisset*. al. *cognosceret*, *cognoverat*. d *est maxime* Duk. a m. pr. Dorv. Edd. R. M. V. *maximeque* Cuj. Scal. L. pr. et Edd. multae Vett. dein contra MSS. vulgo *res mar.*

*montibus mare continebatur.* Sed mutatione nihil est opus; vult enim *Caesar*, mare montibus in magnam latitudinem diffusis circumdari, *περιέχεσθαι*, ut recte Metaphrastes. *Aditus insulae esse munitos mirificis molibus*, narrat et *Cicero* ad Attic. l. 4. Epist. 16. DAVIS. Metaphrastes in sua versione vocis *angustis* rationem non habuit. Perperam. Nam pari modo *montem angustum* dixit Tacitus Ann. 4, 47. IDEM. *Cur. sec.*

*Adjici posset*] Ita, vel *adici*, exaratur in Palat. Bongars. tert. Leid. sec. Duk. Dorvill. Pulm. (forsan et Scalig. Oxon. et Andin.) atque Edd. Rom. Med. Ven. et plerisque. Sed MSS. Bongars. pr. sec. Vossiani omnes, Leid. prim. et tertius, Lovan. Egmund. Gottorp. aliaeque cum Ed. Incerta, Aldi, Gryphii et aliis habent *adigi*. quod ob Codicum praestantiam hoc loco praeferendum videtur eodem sensu, quo *adjici*. Ut enim *agere telum* aeque dicitur, ac *jacere*; de quo vide ad c. 17. quidni ita *adigere* idem erit, ac *adjicere*? Sic etiam *agere turres*, et *adigere turres* 5, 43. Certe *adigere telum*, *ferrum alicui*, *in pectus* et similia saepius occurrunt. V. Ovid. Met. 5, 70. 78. 6, 27. 12, 324. 453. 15, 562. Justin. 1, 9. in quibus tamen alia quaedam ratio. Propius accedit locus in Ibin. 307. *jaculis moriaris adactis*. et Valer. Max. 3, 2, 23. *Pila hostium corporibus adegisti*. ubi vide etiam soceri notas. B. G. 2, 21. tamen plerique MSS. *quam quo telum adici posset*; et 3, 13. *Neque facile telum adjiciebatur*. et c. 14. *satis commode tela adjici possent*. B. Civ. 2, 34. *priusquam telum adjici posset*. ubi MSS. *abici*. B. Afric. c. 56. *quo telum adjici* (MSS. *abici*) *non posset*. at B. Civ. 3, 51. et 56. MSS. constanter dant, *telum tormentumve adigi*; nec non B. Afric. c. 72. *Cui parti corporis telum adigi possit*. Confusionis caussa est crebra permutatio litterarum c et g. Sic *subicere* et *subigere* confunduntur in Lucan. 7, 574.

quae celerem, atque instabilem motum haberent) ad nutum [a] et ad tempus omnes res ab iis administrarentur. His dimissis, et ventum, et [b] aestum 6
uno tempore nactus [c] secundum, dato signo, et sublatis anchoris, circiter milia passuum [d] VII ab eo loco progressus, [e] aperto ac plano litore naves constituit.

XXIV. At barbari, consilio Romanorum co- 1

VARIAE LECTIONES.

a Voces quatuor *et ad t. o.* desunt L. tert. et Ed. Inc. *omnes* abest a Gott. et Aic. b *aestatem* L. pr. c *simul* L. pr. d vulgo *VIII.* e B. pr. V. pr. et 8 alii carent *τῷ aperto.* Edd. R. M. V. Inc. carent *ap. ac* male. 5, 9. *litore molli atque aperto.* V. et 2, 19.

*Ut res maritimae postularent*] Legendum: *ut maritimae res* postulabant. Ordo verborum est a MSStis. DAVIS. *Cur. sec.*

*Ut quae celerem atque instabilem motum haberent*] Ob aestus et ventorum inconstantiam. *Fr.* quidem *Hotomannus* et *P. Ciacconius* legunt, *ut quoniam celerem* etc. Malo autem exemplo sollicitatur recepta lectio, cum sensus rei sit congruus, et oratio bene Latina. IDEM. Reponunt Ciacconius et Hotomannus (*ut quoniam.*) Quos merito arguit Vir doctissimus, Davisius, sententiam perspicuam turbantes. Si quid conjecturae indulgendum esset, delerem equidem istud *ut*, jam tertium in eadem sententia repetitum. Sed sine codicibus nihil mutandum. CLARK. Videtur tamen hic turbatum esse: nam in Petaviano post vocem *postularent* additur verbum *adhiberetur.* Pro *quae* in MSS. meis omnibus, si forsan Oxoniensem excipias, et Edd. vetustis scribitur *quam.* unde R. Stephanus fecit *quia.* Singularis est lectio Leidensis secundi, *quae quam c. postulabant* etiam Hotomannus voluit. Sed rectius forsan hinc legas, *monuitque* (*ut r. m. ratio, maxime,* vel *maximeque, ut res maritimae postulant, quae quam celerem* etc. quamvis *ut quae*, si in MSS. esset, non damnem. Recte me conjecisse *postulant*, videtur patere e MSS. in quibus exaratur, *ratio est.* Posset etiam legi: *uti* (sic enim Oxon.) *rei m. ratio maximeque uti res maritimae*, *quae c. a. i. m. h. ad n. et ad t. ab iis adm.* resectis *postularent ut*, et *omnes res.*

*Millia passuum* VIII. ] MS. *Norv.* habet *millia passuum* VII. quam lectionem secutus est *Jul. Celsus* vit. Caes. p. 74. Pro ea in editt. *Rom.* et *Ven.* male legitur *centum.* Vitium a scribente Librario profluxit, qui dictantem non satis audivit. Graecus hoc in loco: *ςάδιον ἐντεῦθεν προελθών.* Mendose quidem, ut apparet: *Gothof.* tamen *Jungermannus* se nequiit expedire. Scribendum *ςάδια ν'*, hoc est, *quinquaginta*, qui stadiorum numerus ad millia passuum septem tantum non assurgit. DAVIS. MSS. Bongars. Vossiani, Leidenses, Petav. Le-

gnito, praemisso equitatu, et essedariis, quo ple-
rumque genere in proeliis uti [a] consuerunt, reliquis
copiis [b] subsecuti, nostros navibus egredi prohibe-
2 bant. Erat ob has caussas summa difficultas, quod
naves propter magnitudinem, nisi in alto, constitui
non poterant: militibus autem, ignotis locis, inpe-
199 ditis [c] manibus, magno et gravi armorum onere
[d] obpressis, simul et de navibus desiliendum, et in

VARIAE LECTIONES.

a *consuessent* Carr. Duk. b *subsecutis* Ed. Elz. c *navibus* MSS. 2. d vulgo *pressis*. et mox abest *in*.

van. Egmund. Duker. Dorvill. Gottorp. et Ed. Incerta unanimiter exhibent *septem* vel *VII.* quare de eo numero non dubitans, *VII* tantum in textu excudi curavi.

*Et essedariis*] *Essedum* Gallica vox, ut vett. produnt. In glossis veterib. invenio, *Adseda, sella quadrijugis.* An igitur et *essedum* vox Latina ab assidendo, vel insidendo? Si Servio credimus, in Belgio inventa sunt esseda, unde Maro dixerit 3. Georg. *Belgica vel molli melius feret esseda collo.* Ubi ille, *Gallicana*, inquit, *vehicula. Nam Belgae civitas est Galliae, in qua hujuscemodi vehiculi repertus est usus.* Jornandes c. 2. de rebus Geticis ait, vocem Britannicam esse, quod tantundem fere, ac si Gallicam dicas. Verba ejus sunt: *Bellum gerunt* (Britanni) *non tantum equitatu vel pedite, verum bigis, curribusque falcatis: quos more vulgari Esseda vocant.* Fallitur, nisi idem est *Essedum*, ac *Covinus*. Nam Mela, ex quo pleraque haec Jornandes descripsit, disertim ait 3, 2. *Dimicant non equitatu modo, aut pedite, verum et bigis et curribus, Gallice armati. Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.* Pincianus pro *pedite* reponebat *peditatu*, sed frustra, ut vel, silente me, Jornandes arguat. Caeterum saepe miratus sum, nihil in omnibus hisce commentariis Caesarem de falcatis curribus Gallorum vel Britannorum dicere. Unde omnino verum credo, quod olim Asinius Pollio dicere solitus, Caesarem multa mutaturum fuisse, si diutius vixisset. Imprimis cum disertim apud Frontinum 2, 3. Strategem. legam: *C. Caesar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit, inhibuitque.* Haec autem ex Ephemeridibus Caesaris hausta vix ambigo. VOSSIUS.

*Onere armorum pressis*] MSS. et Vett. Edd. *oppressis*. Quod et elegantius. CLARK. Bene hoc observat Clarkius. *obpressis* exaratum est in omnibus meis, aliorumque. Quare reduxi, et reposui *armorum onere* e Leid. primo. Quod concinnius.

*De navibus desiliendum*] Editt. nuperae praepositionem omittunt, quam reducendam censuimus, cum in MSS. et veteribus impressis compareat. Sic *Ci-*

fluctibus consistendum, et [a] cum hostibus erat pugnandum; quum illi [b] aut ex arido, aut [c] paullulum 3
in aquam progressi, omnibus membris [d] expediti, notissimis locis, audacter tela conjicerent, et equos
[e] insuefactos incitarent. Quibus rebus nostri per- 4
territi, atque hujus omnino generis pugnae inperiti, non omnes eadem alacritate, ac studio, quo in pedestribus uti proeliis consueverant, utebantur.

VARIAE LECTIONES.

a Deest praepos. in L. pr. a m. pr. b *vel ex a. vel* L. pr. c MSS. longe plurimi et vetustiores *paulum.* V. c. seq. d *expeditis* And. L. sec. Ed. Steph. ut obponantur *manibus inpeditis.* e *assuef.* L. sec. Edd. Vasc. Aldi etc. male.

*cero* pro Milone c. 10. *Hic* de rheda, *rejecta penula*, desiliisset. DAVIS. Ursini haec culpa est, qui monuit, a Cod. suo exsulare *de*; uti abest quoque a Scaligeri MSto, qui ideo ejecit; in Leid. pr. est *cum*. Ceteri retinent rectius e Juliano stylo. *ex equis desiliunt* cap. sec. *ex navi* c. seq. ubi itidem Leid. pr. *de navi.*

*Et fluctibus cons.*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edd. Vett. (*et* in *fluctibus* ). Quod magis Latinum. Graecus, ἐν τῷ ῥῷ. Crediderim equidem, in *Scaligerana* Editione errore typographico omissam praepositionem. Quam secuti sunt recentiores. CLARK. Carrariensis Cod. auctoritati, cui adstipulatur Duker. ejecit Scaliger *τὸ in*. Sed nostri omnes etiam servant; quocirca revocavi praepositionem hic quoque.

*Non eadem alacritate*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Interpres Graecus et Editt. Vett. Scaliger et Recentiores, (*non* omnes *eadem alacritate.*) Quod illorum assumentum esse puto, qui, ne Caesar suorum fortitudinem narrando minuisse videretur, verebantur. CLARK. *Omnes* Scaliger e suo Codice videtur addidisse. Eamque vocem agnoscit Oxoniensis; forsan etiam Petav. et Cujac. sed in ceteris MSS. non comparet. Delendum ego quoque suspicor. Statim MStorum jussu *consuerant* rursus edidi tantum non omnium, et Edd. primarum. Vide ad 1, 43. In Vossiano primo solo vidi, *consueverant.*

*Utebantur*] Non male. Saepissime ita idem verbum repetit Caesar, et male *τὸ uti* delere tentat Ciaccon. At in Oxon. Codice non minus eleganter hic scribitur *nitebantur*. Vide 7, 63. B. Civ. 1, 35. *Tamen virtute et patientia nitebantur.* Valer. Max. 3, 2, 23. *Summo studio ad id capiendum niteretur.* ubi vide Vorst. Idem 8, 6. *forum summo studio nitebatur.* Infra B. Alex. c. 20. *animo nixi.* B. Civ. 2, 6. *Celeritate navis enisus est.* MSS. multi *usus.* Eadem confusio B. Civ. 3, 43. *Auctoritate niti*; et c. 35. *vi nitebatur.* Idem reponit Ciacconius in B. Alex. c. 58. Eadem varietas in Nep. Phoc. c. 3. *Insidiis niterentur* apud nostrum

1 XXV. Quod ubi Caesar animum [a] advertit, na-
200 ves longas, quarum et species [b] erat barbaris inusitatior, et motus ad [c] usum expeditior, [d] paullum removeri ab onerariis navibus, et remis incitari, et ad latus apertum hostium constitui, atque inde fundis, sagittis, tormentis, [e] hostis [f] propelli, ac sub-
2 moveri jussit: quae res magno usui nostris fuit. nam et navium figura, et remorum motu, et inusitato genere tormentorum permoti barbari, constiterunt;
3 ac paullum modo [g] pedem retulerunt. Atque no-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *animadvertit.* b MSS. 7. et Edd. R. V. M. non male carent τῷ *erat. ac* MSS. 2. et Ed. Inc. in Leid. sec. ponitur post *expeditior.* in alio post *usum.* c *usus* Edd. R. M. V. d Sic MSS. et Edd. pp. non *paullulum*, et *torm. sag.* e Sic B. pr. f *pelli* Pet. g deest L. sec. *paullulum* Edd. R. M. V. cum Dorv.

quoque B. G. 1, 13. Contra in Appul. l. 3. Met. p. 43. scribendum auctoritate MS. a me consulti, *violentia utitur*, non *nititur:* ut vidit jam olim e conjectura Sciopp. Susp. Lect. 3, 16.

*Animadvertit* ] Membranae Andinae et Oxonienses optime, *animum advertit:* ut edidi. Vide ad 1, 24.

*Et motus ad usum expeditior* ] Pro ἡ Χρεία πρὸς τὴν κίνησιν ταχύτερα. Simile illud, — *Dare classibus Austros.* Sic Hirtius principio libri de bello Africano: *Tabernaculum secundum litus ipsum constituit, ut prope fluctus verberaret.* Eodem modo 1. de bello Civili: *Naves factae subito ex humida materia non eundem usum celeritatis habebant.* VOSS. Frustra est *P. Ciacconius*, qui legendum conjicit, *usus ad motum expeditior;* est enim Hypallage, cujus non rara sunt exempla apud optimos auctores. *Corn. Severus* in Aetna vs. 55. — *Removet caligine mundum;* hoc est, removet caliginem e mundo. Sic et vs. 226. habemus in editt. antiquis: — *Capitique attollere coelum*, cum *Jos. Scaliger*, cumque secutus nuperus editor, perperam reposuerint, *caput atque attollere coelo*, quod hanc figuram in animum non revocarent. Eodem plane modo *Silius* Italicus 10, 204. dixit: *Sublatum pulvere campum Vulturnus rotat*, pro eo, quod est, *pulverem sublatum campo.* DAVIS. Ineptissime Ciacconius legendum contendit, (*et* usus *ad* motum *expeditior.*) Nec quicquam felicius Viri Doctissimi, *Vossius* et *Davisius*, qui veram lectionem tuentur, sed *Hypallagen* esse ajunt, pro eo, quod dici potuisset, *usus ad motum expeditior.* Quasi vero aut *Usus* recte dici posset *expeditus*, (Graec. ταχύτερα;) aut, *Motus ad usum expeditior*, non esset maxime naturalis et rerum

stris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem [a] maris; qui x legionis aquilam ferebat, [b] contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: [c] *Desilite, inquit, commilitones,* [d] *nisi vultis aquilam hostibus prodere. ego certe meum Reipub. atque Imperatori officium praestitero.*
4 Hoc quum magna voce dixisset, ex navi se projecit, atque in hostes aquilam ferre coepit. 201
5 Tum nostri [e] cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, universi ex navi [f] desiluerunt:
6 hos item [g] ex

VARIAE LECTIONES.

a *navisque* L. sec. b *obtestatus* Cuj. L. pr. c Inepte And. et Ed. Basil. ac Gryphii *deserite i. m. si v. a. atque h. prodite.* d deest *nisi* MS. Urs. et L. sec. per interrogationem. vulgo etiam *milites.* e *hortati* B. pr. f Sic MSS. tantum non o. et Edd. pp. vulgo per *i.* g vulgo *alii ex proximis navibus.*

et verborum ordo. Profecto, quas constructiones ex bonis Auctoribus ad *Hypallagen* referre solent Grammatici, eae aut ex corruptis fere sunt Codicibus, aut ex sinceris male intellectae. Et ridiculus prorsus est *Vossius* in eo, quem ex *Hirtio* ad hanc rem citat, loco: ubi, cum ait Hirtius, *Tabernaculum secundum littus ipsum constituit, ut prope fluctus verberaret;* istud (*fluctus*) ita *plurali* numero construit Vir doctus, ut, absurdissima Hypallage, *tabernaculum* scilicet *verberare* dicatur *fluctus marinos.* CLARK. *Lycophron* vs. 105. *Στεῤῥὰν ἐνοπλίσασιν ὠλέναις πλάτην.* Ubi *Tzetzes, Ἀντιστρόφως εἶπεν ἀντὶ τοῦ τὰς χεῖρας ἐνοπλίσασιν ταῖς στεῤῥαῖς κώπαις.* In Caesare tamen, ut observavit *Cl. Clarkius,* naturalis est et rerum et verborum ordo, ut fallantur ii, qui vel mutationem tentarunt, vel Hypallagen somniarunt. DAVIS. *Cur. sec.* Roetius Hypallagen statueret, in Hirtii verbis B. Alex. c. 28. *Variis generum munitionibus,* si ab optimis Codicibus stare licet. Non temere tamen ea videtur admittenda, ut et alibi monui, praesertim apud Historicos; quamvis sciam, aliter videri viris quibusdam doctis.

*Atque*] Sic MSS. et Editt. Vett. Meliusque convenit, quam quod Scaliger et recentiores reposuerunt, *At.* CLARK. *At* scriptum est in Cujac. Scalig. Oxon. et Leid. primo, atque Edd. Aldi, Gryphii, Stephani aliisque. Praetuli tamen ego quoque, quod ceteri exhibent MSS. et Edd. primae, *atque.* Ursini Codd. *ac,* ipso probante. Eadem variatio 5, 3. 7. bis. 23. B. Civ. 2, 29. B. Afric. c. 18. Quod saepe male in *atqui* mutatur. Consule Miscell. Observ. vol. 4. p. 126. Cic. pro Arch. c. 7. Terent. And. 1, 3, 20. Ad. 3, 3, 28. etc.

*Milites*] Non damno. Praepono tamen lectionem MStorum

proximis primis navibus quum conſpexiſſent, ſubſecuti, hoſtibus [a] adpropinquarunt.

1 XXVI. Pugnatum eſt ab utrisque acriter. Noſtri tamen, quod neque ordines servare, neque firmiter insiſtere, neque signa subsequi poterant, atque alius alia ex navi, quibuscumque signis occurrerat, se [b] adgregabat, [c] magno opere perturba-
2 bantur. Hoſtes vero, notis omnibus vadis, ubi ex litore aliquos singulares, ex [d] navi egredientes, conspexerant, incitatis equis, inpeditos adoriebantur:

VARIAE LECTIONES.

a *adpropinquarent* V. pr. sec. Ed. Inc. *adpropinquaverunt* L. pr. b *aggerebat* G. V. tert. Ed. Inc. *aggregabant* Edd. R. M. V. Vide ad 2, 26. *Occurrent* etiam Ed. Inc. *occurreret* Carr. c Sic V. sec. V. ad 1, 13. ſtatim *perturbantur* MSS. et Edd. qq. d *nave* L. pr. *n. aliquos eg.* Edd. R. M. V.

Cujac. Scalig. Oxon. Leidens. primi, Fulviani, et Aicardi cum Edd. Vascos. Gryphii, Stradae, Stephani aliisque, *Commilitones*. Hoc nomen Aquilifero convenientius, et ad perſuadendum militibus multo aptius eſt: quare et ipsi Imperatores, Alexander, Caeſar etc. ea *Commilitonum* voce non abſtinuerunt. Neque aliter hic loci Celſus et Metaphraſtes.

*Ne tantum dedecus admitteretur*] Aquila nimirum prodita, quod maximae ignominiae ducebatur. Vide *J. Lipsium* Mil. Rom. lib. 4. Dial. 5. DAVIS.

*Alii ex proximis navibus*] Sic recentiores ex conjectura *Fr. Hotomanni*. In Manuscriptis autem et antiquitus cuſis legimus, *ex proximis primis*, vel *ex primis proximis navibus*, ut forte sit scribendum, *ex primae proximis*, aut *ex proximis primae*, navi videlicet, ex qua milites jam desilierant. DAVIS. *Ex proximis primis navibus*) Sic MSS. et Editt. Vett. Quod cum non intelligeret *Hotomannus*, vocem (*primis*) ejecit. Quem secuti sunt *Scaliger* et recentiores omnes. *Davisius*, aliquanto propior vero, conjecit legendum, (*ex proximis primae.*) Sed nihil opus. Sententia enim perſpicua eſt: *ex navibus, quae proximae essent primis:* vel, *ex aliis navibus in primo ordine proximis: proximis* nimirum ei navi, e qua desilierat Aquilifer; *in primo* autem *ordine*, scilicet eo in ordine, qui erat earum, quae ante caeteras eſſent littori appulſae. CLARK. Etiam MSS. mei omnes ad unum; sed in iis, uti nec in Edd. Vett. non comparet *τὸ alii*. Quod ab Aldo primum intruſum credo, quem tamen non secutus eſt R. Stephanus. Pro ea voce alii inſeruerunt *nostri*, ut eſt in MSS. Duker. Dorvill. et Leid. sec. At in Edd. Rom. Mediol. et Ven. habetur, *nostri cum ex primis proximis*

plures paucos [a] circumsistebant; alii ab latere aperto 3
in universos tela conjiciebant. Quod quum animum 4
[b] advertisset Caesar, scaphas longarum navium, item
speculatoria navigia militibus compleri jussit, et, 202
quos laborantes conspexerat, iis subsidia [c] submit-
tebat. Nostri, simul in arido constiterunt, suis om- 5
nibus consecutis, in hostes inpetum fecerunt, at-
que eos in fugam dederunt; neque longius prose-
qui potuerunt, quod equites cursum tenere, atque
insulam capere non [d] potuerant. Hoc unum ad pri-
stinam fortunam Caesari defuit.

VARIAE LECTIONES.

a *circumstabant* Ed. Clark. V. ad. 3, 15. b vulgo *animadv.* c *Mittebat* Pet. sed v. ad 2, 6. d MSS. o. et Edd. Vett. *potuerunt.*

*consp.* In Florentina vero, *nostri proximis ex primis* etc. unde scribendum conjecit Brutus, *nostri proximi ex primis.* Mihi non dubium est, et *alii*, et *nostri* esse Glossatorum; nec placet tamen *proximis primis:* quamvis MStos sequens ita exhibuerim. An scripsit Auctor: *hos item ex proximis navibus primi qui conspexissent?* vel etiam, *primi quum*, sensu eodem: sed prius malim. Graecus solummodo habet: *οἱ ἐκ τῶν ἐγγὺς νεῶν κατανοήσαντες.* Qui ejecerunt *τὸ primis*, natum certo crediderunt e varia lectione. [An *maximis*? de quarum vocum variatione egi ad 3, 29. Cl. Burm. ad Suet. Claud. c. 33. Sed magis inclino, ut unam harum vocum Glossam censeam. Sic 6, 25. MSS. *audisse*, *adisse.* Plura vide ad c. 22. *octingentis*, *octoginta.* 5, 2. *transjectum*, *transmissum.* OUDENDORP. *in Addend. Ex proximis primis navibus* forsan posset explicari: ex iis navibus, quae in primo navium ordine erant proximae illi navi, de qua praecessit. IDEM ad Sueton. Caesar. cap. 50. p. 82.]

*Pugnatum est ab utrisque acriter*] Hoc in proelio fortissime se gessit, et egregia facinora praestitit *M. Scaeva*, ob quae Centurionatus honore illum auxit Imperator; cujus tamen benignitas modum excessisse mihi quidem non videretur, si ea litteris consignasset. Historiam vide apud *Val. Maximum* 3, 2. et *Jul. Celsum* vit. Caes. p. 76. DAVIS.

*In aversos*] Vulgo, *in universos.* Codex Ursini habet, (*in* adversos.) Unde felix *Ciacconii* conjectura, (*in* aversos.) CLARK. Si *aversi* essent Romani, non tantum pedem retulisse, sed turpiter terga dedisse debuerunt: quod hic loci de suis militibus factum fuisse Caesarem non est credibile. *εἰς σύμπαντας* etiam Graecus.

1 XXVII. Hoſtes proelio superati, simul atque [a] se ex fuga receperunt, ſtatim ad Caeſarem [b] legatos de pace miſerunt: obsides daturos, quaeque
2 imperaſſet, sese facturos, polliciti sunt. Una cum his legatis [c] Commius Atrebas venit, quem supra [d] demonſtraveram a Caeſare in Britanniam praemis-
3 sum. Hunc illi e navi egreſſum, quum ad eos Imperatoris mandata perferret, comprehenderant, at-
4 que in vincula conjecerant. [e] tum, proelio facto, remiſerunt; [f] et in petenda pace ejus rei culpam

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Pet. 2. a m. pr. b *de p. leg.* V. pr. c Sic rurſus MSS. longe plurimi, et deinceps. d *demonstravimus* Aic. e Sic MSS. vulgo *tunc f. p.* f deeſt *in* MSS. plerisque et Edd. pp. *quod* vel *quo impetranda p.* Edd. R. M. V.

*Animadvertisset*] Petav. *advertisset*, eleganter quidem, sed sollemni variatione. Vide ad Frontin. 1, 5, 16. 2, 7. Infra 7, 45. 8, 16. et alibi. At Codd. Andinus et Oxon. rurſus, *animum advertisses.* ut rescripsi etiam cap. praecedenti.

*Simul in arido constiterunt*] Ita MSS. et veteres impreſſi: recentiores autem, *simul atque in arido constiterunt.* Sed a Codd. perperam abiere. Auctor de Beſſ. Hisp. c. 34. *Ad quem* simul *nuncius allatus est*, *confestim sequi coepit. Curtius* 3, 11, 4. *Tela* — simul *erant emissa*, *in eosdem concurrentia implicabantur.* Vide et ejusdem 6, 3, 9. DAVIS. *Simul in arido constiterunt*). Ita optime ex MSS. et Editt. Vett. reſtituit *Davisius.* Scaliger et Recentiores, ex Librariorum imperitorum emendatione, (*simul* atque *in arido constiterunt.* CLARK. *Atque* compareat jam in Edd. Ven. 1517. Aldi, Plantini, aliisque, perperam. B. Civ. 1, 30. *simul ad se mitti audierunt.* Male Brutus, *simul atque.* Eadem varietas B. Civ. 3, 26. B. Afric. c. 35. *simul ad eum sunt adducti.* Adi viros laudatos ab Erud. Arntzenio ad Aurel. Vict. Epit. c. 10. *Simul imperium accepit*, et quae notantur ad Frontin. 2, 3, 14. *Simul ad pedites ventum esset.* Hinc emendandus quoque Appulej. l. 2. Metam. p. 23. Ed. Pric. *Nam simul quemquam conspexerit.* Sic enim MSS. et Edd. Vett. Colvius, et seqq. ediderunt *cum.* l. 4. p. 65. *simul eum prostratum despexit.*

*Ad Caesarem legatos de pace miserunt*] Legati, quos miſerunt, erant Morini, Britannis amicitia juncti. Vide *Dionem* l. 39. p. 114. DAVIS.

*Sese facturos*] Deeſt in MSS. *sese.* Al. *facturos.* Al. *facturos esse.* CLARK. Vulgatum servant Cujac. Scal. Leid. pr. et Oxon. Ceteri cum Edd. primis, *facturos esse.*

in multitudinem [a] contulerunt, et, propter inpru-
dentiam, ut ignosceretur, [b] petiverunt. Caeſar que- 5
ſtus, quod, quum ultro in continentem legatis missis pacem ab se petiſſent, bellum sine cauſſa intulissent, ignoscere inprudentiae dixit, obſidesque imperavit: quorum illi [c] partem ſtatim dederunt, par- 6
tem ex longinquioribus locis arceſſitam [d] paucis die- 203
bus sese daturos, dixerunt. Interea suos remigrare 7
in agros juſſerunt; principesque undique convenere, et se, civitatesque suas Caeſari commendare coeperunt.

VARIAE LECTIONES.

a Sic Urs. Cuj. L. pr. Ox. And. cum Edd. Scal. et seqq. Ceteri et Edd. Vett. ac Cellar. *conjecerunt*. b *petierunt* MSS. et Edd. Edd. et ſtatim *a se*. c *partim s. d. partim* Pet. d *P. post dieb. se daturos esse* L. pr. *post* addunt quoque Cuj. Edd. Al. Gryph.

*Imperatoris mandata perferret*] Plerique MSS. et omnes impressi usque ad *Manucianam* editionem exhibent, *Oratoris modo Caesaris mandata perferret*; sed probe se habet lectio vulgata. Oratorem enim pro legato nuspiam uſurpavit *Caesar*, praeterquam quod duae primae voces Gloſſam olent. DAVIS. MSS. et Editt. *Oratoris modo, Caesaris mandata deferret*. Quod, ut recte obſervat Davisius, gloſſam olet. Scaliger et recentiores, *perferret*. CLARK. *Imperatoris mandata*, ut vulgo editur, in solis Andino et Oxoniensi MSS. reperias. Ceteri MSS. omnes consentiunt cum olim Editis, uti et Metaphraſtes Graecus: *τοῦ Καίσαρος ἐντάλματα ὡς πρέσβυν*. Quod nimis temere non damnandum videtur: cum antiquiſſimi servent Codd. *Oratoris modo* addere potuit Caeſar; ut eo clarius pateret, jus gentium ab Britannis in eo viciendo violatum fuiſſe; quod nefas et in Ariovifto reprehendit auctor 1, 43. Immo miratur Gruterus, eam lectionem cuiquam mortalium sordere potuiſſe prae altera plane, ut ait, incepta, *Imperatoris mandata*. Male autem Clarkius *perferret* credit a Scaligero ortum. Nam et Aldus, Stephanus, Gryphius aliique sic ediderunt, et exſtat in Scalig. And. Leid. pr. Oxon. ac Cujac. et Ursini Codd. qua propter iterata mutatione non opus fuit. Utrumque jungit B. Civ. 1, 9. *Per quos ea, quae vellet, ad eum perferrentur, petit ab utroque, quoniam Pompeji mandata ad se detulerint. Fama ad eum perlata* 5, 39. Vide et B. Civ. 2, 27. Quid sit *perferre*, patet ibid. ex c. 40. *Mittuntur a Cicerone litterae, magnis propositis praemiis, si pertulissent*. Nep. Paus. c. 4. *si epistolam pertulisset*. Eadem variatio 5, 45. Appul. l. 6. p. 22. *Veneream pertulit legatio-*

1 XXVIII. His rebus pace [a] confirmata, post diem IV, quam est in Britanniam ventum, naves [b] XVIII, de quibus [c] supra demonstratum est, quae equites sustulerant, ex [d] superiore portu [e] leni vento solve-
2 runt: quae quum adpropinquarent Britanniae, et ex castris viderentur, [f] tanta tempestas [g] subito [h] coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset: sed aliae eodem, unde erant profectae, [i] referrentur, aliae ad inferiorem partem insulae, quae est [k] propius Solis occasum, magno sui cum periculo
3 dejicerentur: [l] quae tamen, anchoris jactis, quum fluctibus complerentur, necessario, adversa nocte in altum provectae, continentem [m] petierunt.

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *firmata.* et supra *commendarunt.* b x *et* VIII. Egm. c deest B. pr. d *superiori* Edd. qdd. e *levi* MSS. 2. f *tum t.* Pet. g deest Lov. *sub temp.* L. pr. h *orta* L. pr. Duk. i *reverterentur* Carr. Lov. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. k *proprie* suprasc. *prope* B. pr. l deest Carr. m Sic MSS. fere o. et Edd. Vett. pro *petiverunt.*

*nem:* minus bene Wouw. et Pric. *protulit.*

*Convenere — commendarunt*] MSS. et Edd. *convenire,* et *commendare coeperunt:* CLARK. *Convenerunt* Ed. R. Steph. et MS. Scal. Vulgatis adstipulatur Oxoniensis, ut videtur: quia nihil ex eo adnotatum est. Ceteri omnes et Edd. primae *convenere,* vel *conveniunt,* et *commendare coeperunt.* Ursinus reperit, in suis esse infinitivum sine τῷ *coeperunt* historicorum more. Sed credo in notis errasse, et vocem *coeperunt* omisisse librarios. Aliter et *jusserunt* posset subintelligi. Revocavi ego, quod plurimi et antiquissimi dant Codices: nisi quod *convenere* cum multis retinuerim, aptissimo, ni fallor, sensu.

*Pace firmata*] Licet hoc per se non damnem, excudendum tamen fuit, quod ostentant MSS. Jam vero Bongars. Leidenses, Vossiani, Lovan. Egmund. Scalig. et tres alii cum MSS. Carrar. et Brantii ac Ed. Incerta habent, *p. confirmata.*

*Dejicerentur*] Proba vox. Dejicitur, qui deorsum impellitur. Male Ciacconius *rejicerentur* legebat. Nam Caesar ut rationem hujus vocabuli ostendat, ipse paullo ante ait, *ad inferiorem insulae partem.* VOSS. Andin. et Oxon. e Glossa *dissiparentur.* *Deferri* ait c. 36. et 5, 8.

XXIX. Eadem nocte accidit, ut esset Luna ple- 1
na: qui [a] dies maritimos [b] aestus [c] maximos in Oce-
ano efficere consuevit; nostrisque id erat incogni-
tum. Ita uno tempore et longas naves, quibus Cae- 2
sar exercitum transportandum curaverat, quasque
in aridum subduxerat, aestus [d] complebat: et one- 204
rarias, quae ad anchoras erant deligatae, tempestas
adflictabat. neque ulla nostris facultas aut admini-
strandi, aut auxiliandi dabatur. [e] Compluribus na- 3
vibus fractis, reliquae [f] quum essent, funibus, an-
choris, [g] reliquisque armamentis amissis, ad navi-
gandum inutiles, magna, [h] id quod necesse erat ac-
cidere, totius exercitus perturbatio facta est: ne- 4

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *quae.* b *marinos* Pet. *maritumos* Ox. V. supra c *plurimos* Pet. d deest B. pr. a m. pr. e *cum pl.* B. pr. V. pr. And. Urs. mox *confractis* Carr. et Duk. f deest Urs. And. g deest L. pr. h exsulat a G. V. tert.

*Quae dies*] Hoc rursus intrusum est ab recentioribus. In MS. Oxon. item Edit. Aldin. Steph. Gryph. aliisque non comparet *dies.* Sed MSS. tantum non omn. et Edd. primae exhibent *qui.* Quod idcirco reposui. Sic B. Civ. 3, 22. *jussu Pompeji, quae mandata* etc. Sallust. B. Jug. c. 36. *ante comitia, quod tempus.* ubi v. Cort. [Omnino legendum: *Luna plena: qui dies.* Horat. Od. 4, 11, 14. *Idus tibi sunt agendae. Qui dies* etc.]

*Maritimos aestus maximos — nostrisque id erat incognitum*] Maximi fiunt aestus, cum Luna est plena, quia subjecta spatia magis premit, propterea quod tum sit in Perigejo. Cum autem Romani Mare Mediterraneum navigabant, quod in plerisque locis aestum non patitur, ob caussas, quas dicet *Joan. Clericus* Phys. l. 2, c. 8, 20. facile fieri potuit, ut aestuum rationem ignorarent. DAVIS.

*Complebat*] MSS. et Edd. Vett. *compleverat.* Quae lectio aeque ferri potest. CLARK. Imperfectum servant de more MSS. Cuj. And. Scal. Oxon. et Leid. pr. Ceteri *compleverat;* nisi quod in Carr. *complerat,* et in Petav. *complexerat.*

*Hiemare*] Scaligeri Cod. et Leid. primus, *hiemari.* Quod rectum esse suspicor, ut *navigari* c. 31. *hibernari* hoc loco Celsus. *Veniri* e MSS. 6, 36. ubi plura. *Concurritur* c. 79. at plerique, *concurrunt.* Adde ad c. 85. *contendi.*

que enim naves erant aliae, quibus reportari possent; et omnia deerant, quae ad reficiendas [a] eas usui sunt, et, [b] quod omnibus constabat, hiemari in Gallia oportere, frumentum his in locis in [c] hiemem provisum non erat.

1 XXX. Quibus rebus cognitis, principes Britanniae, qui post proelium [d] factum ad ea, quae jusserat Caesar, facienda convenerant, inter se conlocuti, quum equites, et naves, et frumentum Romanis deesse intellegerent, et paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent; quae hoc erant etiam angustiora, quod sine inpedimentis Caesar le-
2 giones transportaverat; optimum factu esse duxerunt, rebellione facta, frumento, commeatuque nostros prohibere, et rem in hiemem producere;

VARIAE LECTIONES.

a Sic Urs. Cuj. Scal. And. L. pr. Ox. Ceteri cum Edd. primis *naves erant usui.* ut c. 31. sed aliae et Clark. *n. essent u.* Vide ad 5, 42. b deest V. sec. c *hiemes* V. sec. *hieme* L. pr. V. pr. d vulgo deest *factum.*

*Post proelium*] MSS. Cuj. Scal. And. Oxon. Leid. pr. et Edd. R. Stephani ac Gryphii, *p. proelium factum.* Optime. millies, ut ita dicam, jungit Caesar *proelium factum*, et *facto proelio.* B. Civ. 3, 72. *Non ex concursu acri facto, non proelio* etc. Nec obstat sequens *facienda.* Nam haec ipsa verbi repetitio, Caesari familiaris, omissionis caussa fuit librariis. V. ad 1, 44. eaque singulis fere paginis in Caesare occurrit.

*Ad ea, quae jusserat Caesar, facienda convenerant*] Pulchra Manutii emendatio. MSS. et Vett. Editt. *ad Caesarem convenerant.* Graecus Interpr. rectius: *οἱ πρόσθεν τὰ ὑπὸ τῦ Καίσαρος προσαχθησόμενά σφισι ποιήσειν ὁμολογήσαντες.* CLARK. Antea vulgatae lectioni adstipulantur plerique MSS. et ipse auctor c. 28. *principesque undique convenere, et se commendare coeperunt.* Dubitat autem Hotomannus, an Manutius ex ingenio, an ex libro vetere hanc emendationem hauserit. Sciendum igitur, e MSS. esse prolatum. Nam habent ita iidem Codices, qui et post proelium *factum* servarunt.

*Optimum factu*] Vossian. pr. Leid. pr. Oxon. ut et Voss. sec. ac Leid. tert. item tres, Duker. scilicet, Egmund. et Gottorp. a manu prima, et Ed. Incerta ex-

quod, iis superatis, aut reditu interclusis, neminem poſtea belli inferendi cauſſa in Britanniam tranſitu- 206
rum confidebant. Itaque, [a] rurſus conjuratione facta, paullatim ex caſtris discedere, [b] ac suos clam ex agris deducere coeperunt.

XXXI. At Caeſar, etsi nondum eorum conſilia 1
cognoverat, tamen et ex [c] eventu navium suarum, et ex eo, quod obſides dare intermiſerant, fore id, quod accidit, suspicabatur. Itaque ad omnes caſus 2
[d] subſidia comparabat. nam et [e] frumentum ex agris quotidie in caſtra conferebat; et, quae graviſſime adflictae erant naves, earum materia atque aere ad reliquas reficiendas utebatur; et, quae ad eas res erant uſui, [f] ex continenti [g] comportari jubebat. Itaque, quum [h] id summo ſtudio a militi- 3

VARIAE LECTIONES.

a *rursum* V. pr. b MSS. plerique *aut*. Scal. L. pr. Ed. R. Steph. *et*. Gr. *καί*. mox *agnoverat* Carr. Duk. c deeſt praep. Egm. d *consilia* Dorv. Edd. R. M. V. e *fructuum* V. sec. f *in c*. L. pr. g *comparari* Urs. Cuj. L. pr. *comparare* Edd. Amſt. Lugd. h deeſt *id* MSS. 12 et Ed. Inc.

hibent, *optimum factum*. Quomodo multi viri docti paſſim scribere amant. Vide Colvium et Pricaeum ad Appulej. l. 1. p. 8. Ed. Colv. *Optimum itaque factum visum est*. MSS. tamen plerique et Edd. Vett. *factu*. Item Waſſium et Cortium ad Salluſt. B. Cat. c. 14. et 32. *Optimum factum credens, exercitum augere*. Supra 1, 3. et 7, 64. *perfacile factu esse*, in aliis eſt *facto;* in aliis *factum*. et Hirt. B. Alex. c. 30. et c. 42. *difficile factu*. In nonnullis *factum*. B. Afric. c. 48. *facile intellectum* MSS. plerique; sed ibi alium sensum etiam admittit.

*Reditu interclusis*] Imo *aditu*, inquit Hotomannus. Quod perperam dictum: nam Caeſar ait putaſſe Britannos, si Caeſarem cum suis delere potuiſſent, aut reditu in Galliam intercludere, nullos poſthac Romanos in inſulam transjecturos fuiſſe, metu eorum, quae Caeſari accidiſſent. Haec scripſeram, cum forte incidi in locum Roberti Titii, ubi hanc Hotomanni sententiam damnat, et merito quidem, sed tanta malignitate, ut, quantum bona obſervatione laudis, tantum impotentia animi reprehenſionis meritus sit. VOSSIUS.

*Ex eventu navium suarum*] Ex eo, quod evenerat navibus suis.

bus adminiſtraretur, XII navibus amiſſis, reliquis ut [a] navigari [b] commode [c] poſſet, effecit.

1 XXXII. Dum ea geruntur, legione, ex consuetudine, [d] una frumentatum miſſa, quae [e] adpellabatur VII, neque ulla ad id tempus belli suſpicione [f] interpoſita, quum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in caſtra ventitaret, ii, qui pro portis [g] caſtrorum in ſtatione erant, Caeſari [h] renunciaverunt, pulverem majorem, quam conſuetudo ferret, in ea parte videri, [i] quam in partem legio
2 iter feciſſet. Caeſar, id quod erat, ſuſpicatus, aliquid [k] novi a barbaris initum conſilii, cohortes, quae in [l] ſtationibus erant, secum in eam partem proficisci, duas [m] ex reliquis in ſtationem succedere, reliquas armari, et confeſtim [n] sese ſubſequi,
3 juſſit. Quum paullo longius a caſtris [o] proceſſiſſet;

VARIAE LECTIONES.

a *navigare* MSS. 3. b deeſt Pet. et 3 aliis, ac Ed. Inc. c *possit*, *efficit* L. pr. et Edd. qdd. *effectum* R. Steph. d deeſt L. pr. e *adpellatur* L. pr. Vide infra. f *posita* Edd. R. M. V. g deeſt G. V. tert. Ed. Inc. *castris* V. sec. h MSS. plerique et Edd. pp. *nunciaverunt*. *nunciarunt* Pet. al. *renuntiarunt*. i *in qua leg*. Ox. k *novum* L. pr. *aliquidque* Egm. ſtatim *consilii* exſulat a V. tert. L. tert. Ed. Inc. l *statione* Pet. m deſunt *ex rel.* vulgo. n Sic MSS. uno alteroque excepto et Edd. Vett. non *se*. deeſt Pet. et Oxon. nec male. V. B. C. 1, 8. o *processissent* Pet. *proc. et* MSS. et Edd. qdd.

Sic *Valerius Maximus* 1, 6. Exempl. ext. 1. *Quo genere monstri tanti apparatus significatus est eventus*. Ultimam vocem *P. Ciaconius* fruſtra delendam cenſet: nam et sic apud *Curtium* 4, 5, 18. Amphoterus et Hegelochus *suas copias* vocant, quae eorum fidei erant commissae. DAVIS. *Hirtius* B. G. 8, 21. *Quae Bellovacorum speculabantur eventum*. Similiter *Livius* 7, 9. *Duorum eventum* dixit. Item 33, 48. *Ita Africa Hannibal excessit, saepius patriae, quam suorum eventus miseratus*. Ibi *J. Fr. Gronovius* reponit *suos eventus*. malim *suarum rerum eventus*, quod MSStorum lectioni propius accedit. IDEM. *Cur*. *sec*. *exitus fortunarum* 7, 77. Immo B. Civ. 2, 5. *suarum omnium fortunarum eventum* ait.

*Pars hominum in agris rema-*

suos ab hostibus premi, atque aegre sustinere, et 206
[a] conferta legione ex omnibus partibus tela conjici,
[b] animum advertit. nam quod omni ex reliquis par- 4
tibus demesso frumento, pars una erat reliqua; suspicati hostes, [c] huc nostros esse venturos, noctu
in silvis delituerant. tum dispersos, [d] depositis ar- 5
mis, in metendo occupatos subito adorti, paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus [e] perturbaverant: simul equitatu, atque essedis circumdederant.

XXXIII. *Genus hoc est ex essedis pugnae: pri-* 1
*mo per omnes partes* [f] *perequitant, et tela conjiciunt, atque ipso terrore equorum, et strepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: et quum se inter equitum turmas* [g] *insinuaverint,* [h] *ex essedis desiliunt,*
*et* [i] *pedibus proeliantur. Aurigae interim* [k] *paulla-* 2

VARIAE LECTIONES.

a *conserta* L. pr. b Sic rursus And. vulgo *animadvertit*. c *hoc* Duk. a m. pr. d *dispositis* V. tert. G. Dorv. e *perturbaverunt* et *ex essedis circumdederunt* L. pr. *circumdaverant* B. pr. f *equitant* L. pr. male. V. 7, 65. g Sic MSS. et Edd. Vett. vel *insinuaverunt*. Al. *insinuavere, et*. vulgo *insinuavere*. h deest praep. Duk. i Sic c. 2. *pedites* L. pr. cum Edd. Ald. Vasc. Gryph. Steph. Str. aliisque. k vulgo *paullum e. p.* et deest *curru*.

*neret*] Non Romanos intelligit, sed Britannos. Expressit Metaphrastes, qui habet: *μέρυς τῶν Βρηταννῶν ἔτι ἐν τοῖς ἀγροῖς μενόντων*, quo modo dilucidior multo et clarior est oratio. DAVIS.

*Duas in stationem succedere*] MSS. omnes tam aliorum, quam mei et Edd. usque ad Scaligeranam *duas ex reliquis*, vel *ex rel. duas*; quas voces contra perspicuitatem Caesaris, ob repetitionem vocis *reliquas* sine dubio, temere ejecit vir summus. Nihil frequentius hac copia in nostro auctore ubivis occurrit. V. ad 1, 44. quare revocavi. Immo addidissem pene *cohortes*; quod itidem est in MSS. et Edd. primis. Sed inhibuerunt me Codd. Scal. Leid. pr. Oxon. et alii forsan, a quibus abest quoque.

*Paucis interfectis*] Aliter *Dion* haec refert: *Δεξάμενοι δὲ (Βρεταννοὶ) τινὰς ὡς καὶ ἐς φιλίαν*

*tim ex proelio excedunt, atque ita curru se conlo-*
*cant, ut, si illi a multitudine hostium premantur,*
3 *expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobili-*
*tatem equitum, stabilitatem peditum in procliis prae-*
*stant; ac tantum* [a] *usu quotidiano, et exercitatione*
*efficiunt,* [b] *uti in declivi, ac praecipiti loco incita-*
*tos equos sustinere, et brevi moderari, ac flectere,*
*et per temonem percurrere, et in jugo insistere,* [c] *et*
*inde se in currus citissime recipere* [d] *consuerint.*

1 XXXIV. Quibus rebus, perturbatis nostris novi-
tate pugnae, tempore [e] obportunissimo, Caesar au-
207 xilium tulit: namque ejus adventu hostes constite-
2 runt, nostri se ex timore receperunt. Quo facto,
ad lacessendum [f] et ad committendum proelium,
alienum esse tempus arbitratus, suo se loco conti-
nuit;

VARIAE LECTIONES.

a *in usu* L. sec. b Sic MSS. et Edd. pp. non *ut.* c *ac se deinde* L. tert. *se inde* MSS. plerique et Edd. pp. d Sic rursus MSS. o. et Edd. Vett. V. ad 1, 43. vulgo *consueverint.* e *oportuno* Pet. f vulgo *l. hostem et comm.* et paullo ante contra MSS. *ex tim. se.* In Scal. deest τὸ *se.*

*Χώραν σφῶν πρὸς κομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων ἐπεμφθέντας, αὐτούς τε πλὴν ὀλίγων πάντας ἔφθειραν.* Vide lib. 39. p. 115. A. DAVIS.

*Ita se collocant*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, (*ita* currus *collocant.*) Quod idem est. Quare nihil opus est *Hotomanni* conjectura, qui reponit, (*Ita* se et currus *collocant.*) *Ad suos*, ad Aurigas curribus suis insidentes. CLARK. Quis primus *se* ediderit, certum mihi non est. Hoc scio, ita scribi in solis MSS. Andino et Oxon. qui tamen hic tantae non sunt auctoritatis, uti ceterorum inmenso numero codicum lectionem, *currus*, damnare possim, quam etiam secuti sunt Editores Prisci. *Cursus* Scal. et Leid. pr. Vix dubium mihi est, quin scripserit auctor, *curru se conlocant.* Paullo ante reposui, MSS. omnibus et sensu ipso flagitante cum Edd. primis, *paullatim ex pr.* Vulgatum *paullum* e contractione natum est. *ex* pro *e* habent etiam Bong. prim. Lovan. Egmund. multique alii. [Non respuo nunc *se et currus c.* licet non obstet singularis numerus *curru.* V. ad 5, 8. fin. B. Civ. 1,

nuit; et, brevi tempore intermisso, [a] in castra le-
giones [b] reduxit. Dum haec geruntur, nostris om- 3
nibus occupatis, qui erant [c] in agris, reliqui dis-
cesserunt. Secutae sunt [d] continuos complures dies 4
tempestates, quae et nostros in castris continerent,
et [e] hostem a pugna prohiberent. Interim barbari 5
nuncios [f] in omnes partes dimiserunt; paucitatem-
que nostrorum militum suis praedicaverunt; et,
[g] quanta praedae faciendae, atque in perpetuum sui
liberandi facultas daretur, si Romanos castris expu-
lissent, [h] demonstraverunt. His [i] rebus celeriter ma-
gna [k] multitudine peditatus equitatusque coacta, ad
castra venerunt.

XXXV. Caesar, etsi idem, quod superioribus 1
diebus acciderat, fore videbat, ut, si essent hostes
pulsi, celeritate periculum effugerent; tamen nactus

VARIAE LECTIONES.

a *intra* G. V. tert. Edd. Inc. Amst. Lugd. b *conduxit* V. pr. c *inter agros* Egm. d *continuo* Carr. Lov. Duk. G. V. tert. et Edd. quaedam, male. dein vulgo *dies complures temp.* contra MSS. plerosque, Edd. Vett. ac perspicuitatem Caesaris. e *hostes* L. pr. f *per* G. Ed. Inc. g *quantae* MSS. Urs. h *demonstraverant* V. pr. Egm. i *diebus* MS. Br. Cuj. And. L. pr. Edd. Ald. Gryph. male. k *multitudo* B. pr.

67. *sub oculis Domini suam probare operam studebant.* B. Alex. c. 20. *Expeditas ad anchoram naves.* ubi Edd. aliae, *anchoras.*]

*Ad suos receptum habeant*] Minime necessum est, *Fr. Hotomanno* adsentiamur, qui legit *ad eos: illi* enim, quae vox antecessit, sunt ii, qui ex essedis desiliunt, et pedibus proeliantur. DAVIS.

*Ad lacessendum hostem, et committendum proelium*] *Hostem* nesciunt *Carrar. Voss. Egmond.* locumque sic exhibent, *ad lacessendum et ad committendum proelium.* Cum iis faciunt *Norvic. Gottorp.* et *Lovan.* nisi quod non compareat geminata praepositio. Ac *hostem* addidisse videntur Librarii, quod φρdσιν non intelligerent. *Livius* 33, 7. *Principio a paucis procurrentibus* lacessita pugna est. Lucanus 4, 720. *Mittitur, exigua qui proelia prima lacessat, Eliciatque manu.* Vide *Virgilium* Aen. 5, 429. 11, 253. et *Sta-*

equites circiter xxx, quos Commius Atrebas, de quo ante dictum est, secum transportaverat, legiones
2 in acie pro castris constituit. Commisso proelio, diutius nostrorum militum inpetum hostes ferre non
3 potuerunt, ac terga [a] verterunt: quos tanto spatio secuti, [b] quantum cursu et viribus efficere potue-
208 runt, complures ex iis occiderunt; deinde omnibus longe lateque [c] adflictis, incensisque, se in castra receperunt.

1 XXXVI. Eodem die legati ab hostibus missi ad

VARIAE LECTIONES.

a *dederunt* G. V. tert. Ed. Inc. b *quanto* Ox. c vulgo *aedificiis incensis*, et *aedif. adflictis incensisque.*

*tium* Theb. 1, 413. DAVIS. *Cur. sec.* Optime Davisius in sec. curis hanc adnotavit observationem: nam etiam Bongarsianus prim. Leidenses et Vossiani omnes, item Duker. et Dorvill. cum Edd. Romana, Mediol. Veneta atque Incerta non agnoscunt *τὸ hostem*; sed quidem repetunt praepositionem *ad*. *Lacessere pugnam* elegans est locutio, de qua egi ad Lucan. 3, 553. *Sed Grajis habiles pugnamque lacessere pinus.* Et ita MS. Taurin. apud Stat. 11, 158. *privamque lacessere pugnam.* Alibi noster dicit, *commovere proelium*, 1, 23. ac *proelii sollicitationes* 2, 8. quibus locis vide plura. Deinceps Juliano stylo egregie convenit praepositionis geminatio; de qua adi ad 1, 44. et 3, 1. 5, 31. in f. 7, 32.

*Ut si*] Bongars. primus, Voss. prim. Petav. Lovan. Egmund. aliique sex cum Ed. Incerta *et*. Forsan non male. Vide ad 2, 10. *Constituerunt optimum esse*, etc. *et convenirent*.

*Equites circiter* xxx] Hotomannus ait ccc, et errorem credit ortum ex 300, pro quo librarius scripserit 30. Sed non arbitror ipsum Hotomannum putasse in ullo alicujus autoritatis vel antiquitatis codice tales numerorum notas reperiri, qualibus vulgo utimur. Nullus adeo imperitus, qui nesciat, notas eas a Gothis et Vandalis in Hispaniam illatas. VOSS. Memoria lapsus est vir eruditus: Hispani enim non a Gothis et Vandalis, sed a Mauris barbaras hasce numerorum notas accepisse dicuntur. Vide *Jos. Scaligeri* Epist. 223. p. 435. ed. Francof. et *G. J. Vossium* de Scient. Math. c. 8. §. 6. et 7. *Is.* tamen *Vossius* ad *Melae* 1, 12. docet, cifras has, quibus jam utimur, non ab Indis aut Arabibus fluxisse, sed antiquissimis et Romanis fuisse cognitas. Utcunque vero haec

Caesarem de pace venerunt. His Caesar numerum 2
obsidum, quem [a] antea imperaverat, duplicavit;
eosque in continentem adduci jussit; quod propinqua die aequinoctii, infirmis navibus hiemi navigationem subjiciendam non existimabat. Ipse idone- 3
am tempestatem [b] nactus, paullo post mediam noctem naves solvit: quae omnes incolumes [c] ad continentem pervenerunt; sed ex his onerariae II eosdem, quos reliquae, portus capere non potuerunt, et paullo infra delatae sunt.

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plurimi et Edd. Vett. *ante.* b *nanctus* B. pr. c *in cont.* L. pr.

res se habeat, non necessaria est *Hotomanni* conjectura, ut apparet ex *Hirtii* Bell. Afr. c. 6. DAVIS.

*Aedificiis adflictis incensisque*] Vulg. *aedificiis incensis:* sed lectionem, quam exhibuimus, in Codice *Andino* reperit vir summus, *J. F. Gronovius*, eamque pluribus confirmat Obs. 4, 8. p. 110. seq. IDEM. Errat Cl. Davisius, et cum eo Clarkius, putantes, magnum Gronovium ex MS. Andino legere, *aedificiis adflictis incensisque.* Nequaquam, sed pro *aedificiis incensis* in illo invenit et probavit optime, *adflictis incensisque* scil. *omnibus* tam vicis, et frumentis, quam aedificiis, ut alibi saepius loquitur auctor. Consule, quaeso, Observat. ejus: neque aliter restat in Oxoniensi: quare delevi *τὸ aedificiis*, quae vox pro altera *adflictis* in plurimos MSS. inrepsit. De verbo *adfligere* eo sensu pro sternere, evertere, plura vide apud Celeb. Drakenb. ad Silium 1, 674. B. Civ. 3, 27. *tempestas adflixit naves. Adflicta urbs* pro eversa Valerio Maximo 5, 1, 4.

*Hiemi navigationem subjiciendam*] In plerisque Codd. (hiemis *navigationem* subeundam.) Sed verior est vulgata Lectio. CLARK. Sic recte Ursinus et Hotomannus e suis Codd. restituerunt; iisque adstipulantur mei praeter aliquot recentiores. Ita enim exhibent Cujac. Bongars. pr. et sec. Petav. (nisi quod in eo sit a m. pr. *hieme*) Andin. Oxon. Scalig. Leid. prim. Egmond. etc. In Voss. pr. et sec. *hiemis n. subiciendam.* In tertio ac Gottorp. *hiemi n. subeundam.*

*Ex his*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. (Sed *ex his.*) CLARK. Ex *Petav. Norvic. Gottorp. Voss. Lovan.* et *Egmond.* lege: *sed ex iis onerariae* II. *eosdem, quos reliquae, portus capere non potuerunt, et paulo infra delatae sunt.* DAVIS. *Cuj. sec.* Uti

1 XXXVII. Quibus ex navibus quum essent expositi milites circiter ccc, atque in castra contenderent; Morini, quos Caesar, in Britanniam proficiscens, pacatos reliquerat, spe praedae adducti, primo non ita magno suorum numero [a] circumsteterunt; ac, si sese interfici nollent, arma ponere
2 jusserunt. Quum illi, orbe facto, sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter milia vi convenerunt. Qua re nunciata, Caesar omnem ex ca-
3 stris equitatum suis [b] auxilio misit. Interim nostri
109 milites inpetum hostium sustinuerunt; atque amplius horis iv [c] fortissime pugnaverunt; et paucis vulneribus acceptis, complures ex iis occiderunt.
4 Postea vero quam equitatus noster [d] in conspectum venit; hostes, [e] abjectis armis, terga verterunt; magnusque eorum numerus est occisus.

VARIAE LECTIONES.

a *circumstiterunt* Ed. R. Steph. dein *se* MSS. Urs. L. sec. b *auxilium* B. pr. c Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo *fort. IV.* d *in conspectu* B. pr. V. ad c. 12. hujus libri. e *acceptis* G. V. tert. Ed. Inc.

scribendum ex illis MSS. voluit Davisius, sic olim ante Aldum fuit editum, et confirmatur a meis, si forte unum alterumve excipias. Immo et Vascosanus, Stephanus, aliique ac recentiores Amstel. et Lugdun. ita exhibuerunt, nisi quod *eosdem portus* junxerint ultimi. Aldus et reliqui fere: *Ex his o. II e. p. q. r. c. n. p. Sed* etc. Ceterum pro *reliquae* in Bong. pr. Voss. pr. sec. Egmund. et Leid. tert. est *reliqui.* Ut ad nautas per Synthesin eleganter referatur, de quo vide ad 3, 9. ac Cl. Burm. ad Ovid. Met. 1, 160. Et ita clare B. Civ. 3, 24. *Quadriremes V. misit: quae quum adpropinquassent, nostri refugerunt; illi incitati* etc. 3, 87. *Copiae* etc. *et plerique* e MSS. Adde B. Alex. c. 2. *Cohortes* et *obportuni.* In Ed. Incerta, *reliquis.*

*Amplius horis* ] Praefero, quod exstat in Lovan. et Dorvill. codicibus ac Editionibus primis Romana, Mediol. et Veneta, *horas.* Sic enim, subintellecto *quam*, cum aliis loqui

XXXVIII. Caesar [a] postero die T. Labienum 1
legatum cum [b] iis legionibus, quas ex Britannia re-
duxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, mi-
sit. qui quum propter [c] siccitates [d] paludum, quo 2
se reciperent, non [e] haberent, (quo perfugio su-
periore anno fuerant usi) omnes fere in potesta-
tem Labieni venerunt. At Q. Titurius et L. Cotta, 3
legati, qui in Menapiorum fines legiones [f] duxe-
rant, omnibus eorum agris vastatis, frumentis [g] suc-
cisis, [h] aedificiis incensis; quod Menapii [i] se om-
nes in densissimas silvas abdiderant, se ad Caesarem
[k] receperunt. Caesar in Belgis omnium legionum 4
hiberna constituit. Eo duae omnino civitates ex
Britannia obsides miserunt: [l] reliquae neglexerunt.

### VARIAE LECTIONES.

a *vero postremo d.* Duk. b deest L. pr. idem mox *Et quum.* c *siccitatem* Carr. L. pr. Ed. R. Steph. sed v. 5, 24. *caecitatem* Ox. d *paludium* Oxon. V. ad c. 2. e *habebant* L. pr. f *deduxerant* Carr. Dorv. sec. Edd. R. M. V. Adi ad c. 22. g *succensis* G. V. tert. Ed. Inc. h Sic MSS. et Edd. praeter Scal. L. pr. et Ox. sed vide ad c. 15. i Sic MSS. et mox. vulgo *omnes se* et *ad Caes. se.* k *recipiunt* Dorv. et Edd. pp. l *reliqui* L. pr. de quo alibi.

non raro amat Caesar. Vide ad 8, 10. Adde Davis. ad Hirt. B. Afric. c. 45. et Viros doctos ad Vell. 2, 1. *Sic longius milia VIII* 5, 53. ubi in aliis *milibus* perperam. Sed tamen 1, 15. *Amplius V milibus passuum interesset.* et alibi. 8, 16. *Non amplius patentem passibus mile.* Sed MS. Leid. pr. *passus.* B. Civ. 1, 82. *non amplius* II *milibus distabant.* et ita in plerisque MSS. Hirtii loco indicato, *amplius XXXVI annis.*

*Quo perfugio s. a. fuerant usi* etc.] Vehementer hic turbant veteres libri. Nam primo vox *perfugio* non adparet in Bongars. pr. sec. Pet. Gott. a m. pr. Egmund. Lovan. Duk. Dorvill. et tribus aliis, atque Edd. Rom. Mediol. Veneta et Incerta. In Vossiano primo etiam non est, sed vacuum relictum est spatium. Dein *perfuerant* Bongars. prim. sec. Voss. pr. sec. *semper fuerant* Lovan. et sex alii cum iisdem Editis. *erant usi* Cujac. et Leidens. primus. Tandem

His rebus gestis, ex litteris Caesaris dierum xx supplicatio a senatu decreta [a] est.

VARIAE LECTIONES.

a deest MS. Urs.

*omnes fere* exsulant a Cujac. Scalig. Oxon. et Leid. primo, sed agnoscunt eas voces Cellus quoque et Gr. Iidem scripti retinent *venerunt*. At ceteri omnes et Edd. primae, *pervenerunt*, sollemni variatione. Quid hinc extricandum sit, videant acutiores. An: *per superiorem annum fuerant usi*? Vide ad 6, 36. *per omnes superiores dies*. an latet verbum *perfugerant*, vel *superfuerant*? Mihi non liquet. Tota periodus salvo sensu abesse poterat; quare uncis inclusi.

*In Belgis*] Aut potius cum Cluverio Germ. Antiq. 2, 2. *in Belgio*, id est, Bellovacis. Vide ibid. et saepius infra.

# C. JULII CAESARIS 210
# COMMENTARIORUM
## DE
# BELLO GALLICO
## LIBER V.

---

**ARGUMENTUM LIB. V. DE BELLO GALLICO.**

*Caesar grandem in Gallis per Legatos instrui classem jubet. Ipse in Illyricum profectus, Pirustas cohibet.* II. *in Galliam reversus, turbisque Trevirorum compositis,* VIII. *In Britanniam trajicit.* IX. *Cum insulanis citra ultraque Thamesim bella gerit.* XXIII. *Quibus confectis, in Galliam reductas legiones, in varias partes distribuit.* XXVI. *Plerique Galli deficiunt: primique Eburones, duce Ambiorige, castra Titurii Legati adoriuntur: ac desperata expugnatione,* XXXII. *dolo ipsum cum omnibus copiis circumveniunt.* XXXVIII. *Victor Ambiorix, junctis Nerviis, castra Q. Ciceronis obsidet.* XLIX. *Obsidione, ob adventum Caesaris, soluta, totus ejus exercitus profligatur.* LIV. *Senones nihilominus et Treviri res novas moliuntur.* LVIII. *Sed interfecto Induciomaro, res paullum pacatae.*

---

1 I. [a] Lucio Domitio, Ap. Claudio Coss., discedens ab hibernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere [b] consuerat, legatis imperat, quos legionibus praefecerat, uti, quamplurimas possent, hieme naves aedificandas, veteresque reficiendas curarent.
2 Earum [c] modum, formamque [d] demonstrat. Ad celeritatem onerandi, subductionesque, paullo [e] facit
211 humiliores, quam quibus in [f] nostro mari uti con-

VARIAE LECTIONES.

a Deest MSS. plerisque et Ed. Inc. b vulgo *consueverat*, *instituerat*. c *rerum* V. pr. d *demonstrant* Scal. *demonstravit* L. pr. *monstravit* Ox. e *fecit* L. sec. f vulgo deest *in*. *mari* exsulat a B. sec.

*Instituerat*] MSS. plerique, et Edd. Vett. *consueverat*. Graecus, εἰώθει. CLARK. Scilicet *instituerat* ex Ursini Codice receptum est, qui tamen pro varia lectione adscriptum habebat, *consueverat*: neque aliter exstabat in Scaligerano. Saepe Caesar *instituit agere* adhibet; *quotannis* vero *instituere* mira est locutio. Quare reposui, non quidem *consueverat*, quod ante Ursinum vulgo editum, sed *consuerat*; ut servatur in MSS. Brantii, meisque Codicibus quindecim et Ed. Incerta. Vide ad 1, 43. Ceteri *consueverat*. Nisi velles *quotannis* jungere potius τῷ *facere*. *Instituere* exponit per *solere* Vossius ad 6, 44. *Ut instituerat*, *in Italiam ad conventus agendos profectus est*. qui locus hunc maxime confirmaret, nisi plurimi Codices aliud juberent.

*Subductionesque, paullo*] MS. Reg. et Edit. Rom. *subductiores, paulloque* etc. CLARK. Sic etiam Lovan. Leid. sec. et Edd. Med. Ven. sed Carr. Palat. Gott. et Voss. tert. *subductioresque*: unde nata est altera inepta lectio. Humiliores fecit naves Caesar, ut facilius *subduci* et in arido collocari possent: si quid esset mutandum, rescribi placeret *subductionisque*, quod in aliis esse notavit Ciacconius. *Substrictiores, paulloque* Vascos. *subductiones navium* hoc sensu apud Vitruvium quoque occurrere, ut c. 11. et passim verbum *subducere*, jam in Lexicis observatum est. Adde hic Hotomannum.

*Nostro mari*] Ita Mediterraneum vocabant Romani. *Pomponius Mela* 1, 1. post descriptum illud mare, *Id omne*, inquit, *qua venit*, *quaque dispergitur, uno vocabulo* nostrum mare *dicitur*. Vide et 3, 1. DAVIS. *In n. m.*) Sic MSS. et Editt. Vett. Scaliger et recentiores omittunt *in*. Sunt, qui legant: *in reliquis utimur maribus*. Sed haec ex sequentibus in alienum locum transcripta. CLARK. Etiam mei omnes agnoscunt praepositionem; quare reponi eam curavi.

*Minus magnos*] Sic ex v. c. restituit *Gabr. Faërnus*, et ita

suevimus; atque id eo magis, quod propter crebras
commutationes aeſtuum minus magnos ibi fluctus
fieri cognoverat; ad onera, [a] et ad multitudinem
jumentorum [b] transportandam paullo [c] latiores,
quam quibus in reliquis utimur maribus. Has om- 3
nes actuarias imperat fieri: quam ad rem multum
humilitas [d] adjuvat. Ea, quae sunt usui ad arman- 4
das naves, ex Hispania [e] adportari jubet. [f] Ipse, 5

VARIAE LECTIONES.

a MSS. carent *et*. alii *ad*. in L. pr. *ac*. sed v. ad 2, 10. et alibi. b *transportandum* G. V. tert. Ed. Inc. at vide ad 3, 14. c *altiores* And. L. pr. male. d *adjuvabat* L. pr. Ox. Contra MSS. vulgo *hum. m.* e *comportare* Pet. B. tert. f *Ita* And. Ox. Hinc usque ad *qua re* deſunt in G. V. tert. Ed. Inc.

exhibent MS. *Norv.* et editt. *Rom. Ald.* cum aliis nonnullis: pleraeque enim *magis magnos* repraeſentant, unde *Hadr. Valesius* in *Valesianis* p. 178. legendum conjecit, *maris magnos*; sed ita loqui non solitus eſt *Caesar*, et lectionem, quam retinuimus, res ipsa poſtulat. DAVIS. Codd. nonnulli *magis magnos* perperam. CLARK. *Magis* comparet in solis Andino et Oxoniensi. ceteri omnes cum Edd. primis *minus*; ut ipsa ratio et experientia, judice etiam Grutero, legi jubent. Ex praecedenti *magis* inrepsit et huc loci. Confunduntur hae voces quoque 7, 53.

*In reliquis utimur maribus*] Sic recte Urſinus et Hotomannus e MSS. ac Prisciano l. 7. c. 70. Ed. Puts. scribendum eſſe docuerunt. Nec secus exſtat in MSS. aliorum et meis quindecim, et Edd. prioribus. Aldus, Gryphius et alii exhibuerunt, *in alio mari uti adsueverant:* quod habetur quoque in Andino et Oxon. male tamen, reſpectu τοῦ *mari:* cum Priscianus expreſſe hunc citet locum, ut oſtendat, probum eſſe τὸ *maribus*. Quare vide, num praeſtet bona lectio, mihi certe valde adridet, quam servarunt MSS. Cujacianus, Scaliger. et Leidenſis primus: *q. q. in reliquis maribus uti adsueverant. Utuntur* Ed. Beroaldi.

*Omnes actuarias*] Naves actuariae celeritate praeſtabant, et velis simul ac remis agebantur. Vide *Isidorum* Hispalenſem 19, 1. De iis fuse *Joan. Schefferus* Mil. Nav. 2, 2. p. 81. seqq. DAVIS.

*Quae sunt usui ad armandas naves*] Funibus reliquoque apparatu inſtruendas. Vide not. ad B. G. 3, 14. Spartum praecipue intelligit, cujus mirificum eſſe in Hiſpania proventum docebunt *Strabo* Geogr. l. 3. p. 160. B. et *Plinius* H. N. 19, 2. IDEM.

*Demonstrant*] Malit Ciacconius *demonstrent*, ut τῷ *doceant* reſpondeat. Sed vide notata ad Frontin. l. 3. Praef. et supra ad

conventibus Galliae citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur, quod a [a] Piruſtis [b] finitimam partem
6 provinciae incursionibus vaſtari audiebat. [c] Eo quum veniſſet, civitatibus milites imperat; certum-
7 que in locum convenire jubet. Qua re nunciata, Piruſtae [d] legatos ad eum mittunt, qui doceant, *nihil* [e] *earum rerum publico* [f] *factum consilio:* [g] *seseque paratos esse* demonſtrant, *omnibus* [h] *rationibus*
8 *de injuriis satisfacere.* Accepta oratione [i] eorum,
212 Caeſar obſides imperat, eosque ad [k] certam diem adduci jubet: nisi ita fecerint, sese bello civitatem
9 perſecuturum, [l] demonſtrat. His ad diem adductis,

VARIAE LECTIONES.

a *Piratis* Cuj. et Scal. pro var. lect. Pet. a m. s. ut mox a m. pr. b *finitumam* B. pr. Egm. c Haec usque ad *qua re* exſulant a Lov. Dorv. Edd. R. M. V. d *ad eum l.* L. pr. e *eorum p.* Egm. f *facto* L. pr. g *s. par.* deſunt Pet. a m. pr. *que* abeſt non male a Duk. et 4 aliis. *seque* L. pr. h deeſt And. Ox. V. sec. Ed. Flor. i deeſt B. tert. Pal. L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. k *certum* L. sec. l *demonstrans* Pet.

2, 10. ac 7, 35. Adde B. Civ. 1, 80. Gruterus vellet delere, ut et seq. *demonstrat.* Sed conſule dicta ad 1, 43.

*Accepta oratione*] Adſentior *Hadr. Valesio*, qui in *Vales.* p. 178. legit, *accepta ratione*, id eſt, satisfactione, excuſatione. Quod et *Ursino* ante eum in mentem venerat, cui *Hotomannus* temere refragatur. DAVIS. *Ursinus* et *Valesius* conjiciunt legendum, (*accepta* ratione *eorum.*) Quibus adſentitur *Davisius*. Sed nihil opus. Graecus, ἀκούσας αὐτῶν. MSS. plerique, *Percepta oratione* etc. CLARK. *Fulv. Ursinus* et *Hadr. Valesius* in *Vales.* p. 178. legunt, *accepta* ratione *eorum.* Aequius autem eſt, ut cum *Petav. Norvic. Bongars.* tribus, *Gottorp. Voss.* et *Egmond.* reponas, *percepta* oratione eorum. DAVIS. *Cur. sec.* Non conjecit ita Ursinus, sed in veteri libro scriptum reperit; quod et ego inveni in Scalig. et Leid. primo. Non adeo male, si ejicias cum quibusdam MSS. *rationibus*. Sed non opus: si enim audivit orationem, etiam rationem accepit, nisi participium *accepta* velis capere cum Ciacconio eo sensu, quo Caeſar saepe dicit, *accipere satisfactionem*, id eſt, eorum ratione contentum eſſe. *accipere jusjurandum* B. Civ. 3, 28. Nam *accepta* exſtat in Cujac. Scal. Oxon. et Leid. pr. Reliqui codices mei cum aliorum MStis et Edd. priscis *percepta;* quod tamen Hotomanno non magis placuit, quam al-

ut imperaverat, arbitros inter [a] civitates dat, qui litem [b] aestiment, poenamque constituant.

II. His confectis rebus, [c] conventibusque [d] per- 1
actis, in citeriorem Galliam revertitur, atque inde
ad exercitum proficiscitur. Eo quum [e] venisset, 2
[f] circuitis omnibus hibernis, singulari militum studio, [g] in summa omnium rerum inopia, circiter DC ejus generis, [h] cujus supra demonstravimus, naves, et longas [i] XXIIX invenit instructas, neque multum abesse [k] ab eo, quin paucis diebus deduci [l] possent.
Conlaudatis militibus, atque iis, qui negotio prae- 3
fuerant, quid fieri [m] velit, ostendit, atque omnis
ad portum [n] Itium convenire jubet: quo ex portu 213

VARIAE LECTIONES.

a *civitatem* B. pr. paullo ante *ut imp.* deleri volebat Hotom. b *existiment* MSS. 2 male. V. Ciacc. et Gebh. etc. ad Nep. Milt. 7. *aestument* Egm. B. pr. c *conventisque* B. pr. Egm. d *paratis* L. pr. e *pervenisset* L. pr. *et* c. G. V. tert. f *circumitis* L. pr. V. tert. g *et s.* Carr. *omn. r.* e MSS. vulgo *rer. o.* h *quas* L. pr. i *XXIX* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. *duodetriginta* L. pr. et Scal. totidem litteris cum Edd. qq. Male Graecus *δύο καὶ τριάκοντα.* *XXX.* Ox. Mox vulgo *constructas.* k deest *ab* V. tert. l MSS. plerique, et Ed. Inc. *possint.* m *Vellet* MS. Br. Fagrni, et 8 mei recentiores, ac Edd. pp. V. Ciacc. et Br. et ad 1, 8. paullo ante Lovan. *quos n. praefecerat.* Ox. *omnis qui n. praefuerat* corrupte ex seq. *atque omnis.* Sic enim idem pro *omnes.* n Sic Urs. et mei Codd. praeter recentem B. tert. *Iccium,* ut in Edd. qq. Al. *Icium* vel *Ictium.* *Ytium* MSS. 2.

terum *ratione.* *praecepta* est in Palat. Ego quoque nil temere muto. et *accepta oratione* explico, audita oratione, qua contentus fuit et adquievit ob rationes in ea expositas. Eadem varietas apud Sallust. B. Jug. c. 22. *Quorum Jugurtha accepta oratione respondit.*

*Constructas*] MSS. Bongars. pr. sec. Andin. Vossiani omnes, Petav. Lovan. Egm. Leid. pr. et alii cum Edd. Incerta, Aldi, Gryphii, Cellariique habent, *instructas.* Non tantum aedificatas naves, sed et armamentis ornatas invenit, ita ut paucis diebus deduci possent. Proprium autem hoc in re navali bellica est verbum. c. 5. *Reliquas paratas ad navigandum atque omnibus rebus instructas invenit.* Vide et B. Civ. 1, 36. 3, 100. *tectas instructasque scaphas.* Virgil. Aen. 2, 254. *Phalanx instructis navi-*

commodiſſimum in Britanniam transjectum eſſe cognoverat, circiter milium paſſuum xxx [a] transmis-
4 sum a continenti. Huic rei quod satis [b] eſſe viſum
5 eſt militum, reliquit: ipse cum legionibus expeditis iv, et equitibus DCCC in fines [c] Trevirorum proficiscitur: quod hi neque ad [d] concilia veniebant, neque imperio parebant, Germanosque Transrhenanos sollicitare dicebantur.

1 III. Haec civitas longe plurimum totius Galliae equitatu valet, magnasque habet copias pedi-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deeſt. b abeſt a Reg. Edd. R. M. V. non male. ſtatim vulgo *relinquit*. c *Treverorum* MSS. plerique. d *consilia* L. pr. tert. et Edd. R. M. V. Inc. male. V. ad 4, 14.

*bus ibat.* Juſtin. 5, 4, 1. *Instructis navibus exspectabant.* Frontin. 2, 5, 47. *Instructa classis ad pugnandum processisset.* et paſsim illi, ceterique hiſtorici. Delevi itaque vulgarem lectionem *const.* quae non confirmatur, niſi a Carrar. et recentiſſimis Codd. Duk. Bong. tert. Pal. et Leid. sec. forſan etiam ab Oxon.

*Neque multum abesse ab eo*] Ultimam vocem cum penultima abundare cenſent *P. Ciacconius* et *Jos. Scaliger*. Sed aliquoties obſervavimus, *Caesarem* nonnulla plenius extuliſſe, quam alii fere solent; idcirco nihil mutarim, praecipue cum libri omnes vulgatam lectionem conſtanter retineant, ac *Cicero* Tusc. Quaeſt. 1, 31. dicat: *Tantum autem abest ab eo, ut malum mors sit:* qui loquendi modus non differt ab eo, quem hic noſter adhibuit. DAVIS.

*Commodissimum in B. transjectum e. c. c. milium p.* xxx *a continenti*] MSS. plerique et Editt. Vett. (transmiſſum *a continenti.*) Sed vox (*transmissum*) interpretamentum videtur illius (*transjectum*) in linea superiore poſitae. CLARK. Temere Scaliger et seqq. e Faërni unico codice tacite ejecerunt vocem *transmissum*, quae in ceteris omnium, meisque codicibus reperitur, ut et in Edd. Veteribus, ac Gryphii, Stephani, Lipsiique, scilicet poſt numerum *XXX*. In Palatino vero *milia* scribitur: quasi *transmissus* idem poſſet notare, ac *distans* vel simile. Non puto. Multo verior eſt Homanni conjectura, qua cenſet, *trajectum*, ut eſt in MSS. e Glossa ſubſtantivi rariſſimi *transmissus* in textum inrepſiſſe: addo ego, et dein *transmissum* pro adjectivo sumtum, et in seq. verſum detruſum eſſe. *Transmissus* hoc senſu uſurpatur hoc ipſo libro c. 13. *Pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam.* Hanc emendationem vehementer confirmat Lucani locus 4, 137. ubi pari modo vulgo *transjecta* vel *trajecta* le-

tum, Rhenumque, ut supra demonstravimus, tangit. In ea civitate duo de principatu inter se con- 2
tendebant, [a] Induciomarus, et Cingetorix: [b] ex 3
quibus alter, simul atque de Caesaris legionumque
adventu cognitum est, ad eum venit; se suosque 214
omnes in officio futuros, neque ab amicitia populi Romani [c] defecturos, confirmavit; quaeque in Treviris gererentur, ostendit. [d] At Induciomarus equi- 4
tatum peditatumque [e] cogere; iisque, qui per aetatem in armis esse non poterant, in silvam [f] Ar-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. plurimi et Vetustiores cum Edd. Vett. et Metaph. Alii per *t.* ut in Dione. *Indiciom.* Pet.. b *e. q.* MSS. qdd. c *defuturos* L. sec. d Carr. Duk. *atque.* inde Brutus *atqui.* sed v. 4, 25. e *congerere* Pet. f *Arduemnam* B. pr. Egm.

gas, uti hic; sed in veterrimo Vossiano recte *transmissa. transductis* et *transmissis* confunduntur 7, 35. *transvexisset* et *transmisisset* B. Civ. 3, 29. ut B. G. 7, 61. *exercitus transmittitur.* Ea itaque tuto forsan acquiescere possimus. Verum tamen hic inveni in Voss. secundo, *transmissurus.* Recte et sano sensu. Caesar transmissurus a continente cognoverat, ex eo portu trajectum esse commodissimum. Sic *transmissus*, pro *transmissurus*, exaratur in Mediceo Cod. Frontini 4, 1, 31. Distinctio tum ponenda erit post *XXX.* Eleganter etiam legi posset *transmissuris.* Commodissimus illinc est trajectus iis, qui transmittere volunt e continenti. De quo loquendi more adi summum virum J. F. Gronov. ad Liv. 1, 8. *Locus, qui nunc septus descendentibus inter duos locus est.* 26, 26. *Sita Anticyra est in Locride laeva parte sinum Car. intrantibus.* Mela 2, 1. *In Maeotida remeantibus, ad dextram Europe est.* Curt. 5, 1, 11. *Euntibus a laeva Arabia campestre iter est.* et passim omnes Historici. Lectori idcirco liberum relinquens arbitrium e tribus hisce conjecturis unam eligendi, edi curavi, quod in MSS. innumeris exstat, *transmissum.* priori conjecturae favent et Metaphrastes et Celsus, qui tantum unam vocem agnoscunt. Ceterum perperam omnino Doct. Clarkius cum Faërno *transmissum* putat esse interpretamentum vulgarissimae vocis *trajectus*; licet occurrat et apud Hirt. B. Alex. c. 56. *Auxilia mittit ad Trajectum*, sive Fretum Herculeum. Porro de discrepantia spatii, qua differt Caesar ab aliis, vide post Ciaccon. et Casaubon. ad Strabon. l. 4. p. 193. et 199. Ed. Par. qui legit *XL*, Cl. Cannegiet. Diss. de Brittenb. p. 70.

*Relinquit; ipse proficiscitur*] MSS. Bongars. pr. sec. Leid. pr. Voss. prim. Lovan. Oxon. et multi alii cum Edd. principibus, *re-*

ducnnam abditis, quae ingenti magnitudine per me-
dios fincs Trevirorum a flumine Rheno ad initium
5 Remorum pertinet, bellum parare inſtituit. sed
poſtea quam nonnulli principes ex ea civitate, et
familiaritate Cingetorigis adducti, et adventu no-
ſtri exercitus perterriti ad Caeſarem venerunt, et de
suis [a] privatim rebus [b] ab eo petere coeperunt, quo-
6 niam civitati [c] conſulere non [d] poſſent; Inducio-
marus veritus, ne ab omnibus deſereretur, legatos
ad Caeſarem mittit; sese idcirco [e] ab suis disce-
dere, atque ad eum venire noluiſſe, quo facilius

VARIAE LECTIONES.

a *privatis* Cuj. And. Ox. L. pr. sed v. ad 1, 17. b *ad eum* L. pr. c *solvere* V. tert. c Sic C. A. O. L. pr. cum Graeco. Ceteri omnes et Edd. pp. *posset:* ut ad Induciomarum referatur, vel *consuli* sit scribendum. Nil tamen muto. Dein vulgo *Induciom.* ponitur poſt *desereretur.* e Sic MSS. non *a.* Mox bene Petav. *per inp.*

*liquit.* recte. Mutarunt, quia sequitur *proficiscitur.* Sed hanc temporum permutationem frequentem eſſe, vidimus jam ad 1, 36. *facit et recepit*, vel *fecit* et *recipit.*

*Ut supra demonstravimus*] Grutero haec verba, saepius in Caeſare occurrentia, pro Glossemate hic quidem ſuſpecta sunt. Favet ei, quod in Lovaniensi scribatur *diximus.* Dein illa *inter se* etiam ejecta mallet. neque conſpicias ea in Edd. Rom. Mediol. Ven. Trajecta etiam sunt ante *τὰ de princ.* in Leid. primo. sed aliud suadet perpetua Caeſariani ſtyli copia.

*A flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet*] Cum Caesar 6, 28. dicat: *Arduenna a ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet,* Giacconius putabat legendum et hic *Nerviorum*, motus auctoritate Orosii, qui *Nervios* habet. Sed mihi non perſuadet. Probum utrumque eſt: nam Arduenna a flumine Rheno incipiens paullatim latius diffunditur, et una parte Rhemos, altera Nervios attingit. Et sane, si non alium ejus rei auctorem habeam, facile tamen crediderim Anonymo Celsi exscriptori, qui ait: *Per Arduennam sylvam maximam omnium Galliarum, quae inter Treviros Nerviosque et Rhemos* D, *et eo amplius passuum millibus, in longum, ita enim proditum a scriptoribus rerum, in latum vero, unius, aut circiter aestivae lucis itinere, quod ego ipse sum emensus, extenditur.* VOSSIUS.

*Et familiaritate Cing. adducti*] MSS. duo Urſini. Cujac. Sca-

civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu plebs propter inprudentiam laberetur: itaque esse civitatem in sua potestate: [a] seque, si 7
Caesar permitteret, ad eum in castra venturum, [b] et suas, civitatisque fortunas ejus [c] fidei permissurum.

IV. Caesar, etsi intellegebat, qua de caussa 1
[d] ea dicerentur, [e] quaeque eum [f] res ab instituto 215
consilio [g] deterreret; tamen, ne aestatem in Treviris consumere cogeretur, omnibus [h] ad Britannicum bellum rebus comparatis, Induciomarum ad se cum

VARIAE LECTIONES.

a *sese* vel *seseque* MSS. nonnulli et Edd. Vett. paullo ante *esse* ponitur vulgo post *pot.* contra MSS. plerosque et Edd. primas. b *et* deest MSS. longe plurimis et Edd. priscis, non male. *suasque* Duk. c *fide* L. pr. V. ad 2, 23. d *Haec dicebantur* L. pr. e *quaeve* L. pr. *quaecumque* Lov. E. V. pr. sec. f deest Pet. g *deterrerent* Pet. h Sic MSS. fere o. et Edd. Vett. Urs. *ad Br. b. omnibus c. rebus* vulgo *o. rebus etc.* deest *rebus* G. V. tert. Ed. Inc. *Britanniam* Edd. R. M. V.

lig. Oxon. Leidens. prim. et margo Petav. atque Ed. R. Steph. *auctoritate*, Neque aliter Metaphrastes, ἀξιώματι. Videtur tamen librarii cujusdam inventum esse ex 1, 3. *His rebus adducti, et auctoritate Orgetorigis permoti.*

*Indutiomarus*] Ad simplicitatem *Caesaris* attendisse non videntur *Jos. Scaliger* et *P. Ciacconius*, cum hoc verbum putarent expungendum: auctores enim, qui σαφηνείᾳ student, saepe hoc modo voces repetunt. *Minucius Felix* Oct. p. 52. *Sit Thales Milesius omnium primus, qui primus de coelestibus disputavit. Idem Thales Milesius rerum initium aquam dixit.* Vide et B. G. 4, 13. DAV. *Indutiomarus*) Delendam existimant hanc vocem *Ciacconius* et *Scaliger*. Et sane, ad sententiam, supervacanea est. Habet tamen momentum suum id, quod affert *Davisius* de simplicitate et σαφηνείᾳ hujus Auctoris. CLARK. Agnoscunt etiam mei omnes, Celsus, et Metaphrastes, sed rectius Petav. Cujac. And. Leid. pr. Oxon. et Ed. R. Stephani ponunt ante vocem *veritus*: quos secutus sum. Ea tamen sedis mutatio nonnihil favet doctis Viris, quibus deleri placebat.

*Permissurum*] Edd. Rom. Mediol. Ven. et Flor. *commissurum*. Qua scilicet praecedebat, *permitteret*. Sed v. ad 1, 44. et de verbo *permittere* ad Lucan. 7, 286. Liv. 36, 27. *Ut in fidem se permitterent Rom.* similis confusio apud Ciceron. Ca-

2 cc obsidibus venire jussit. His adductis, in [a] iis fi-
lio, propinquisque ejus omnibus, quos nominatim
evocaverat, consolatus Induciomarum, hortatus-
3 que [b] est, uti in officio [c] permaneret: nihilo tamen
secius principibus Trevirorum ad se [d] convocatis,
[e] hos singillatim Cingetorigi conciliavit. quod [f] quum
merito ejus [g] ab se fieri intellegebat; [h] tum magni
interesse arbitrabatur, ejus auctoritatem inter suos
[i] quam plurimum valere, cujus [k] tam egregiam in
4 se voluntatem perspexisset. Id factum graviter tulit
Induciomarus, suam gratiam inter suos minui: et,
qui

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *et fil.* vel *in iis f. evocarat* Ed. Steph. b deest L. pr. Duk. c *maneret* B. pr. sec. V. pr. Pet. aliique 4. *reman.* V. tert. Ed. Inc. d *vocatis* L. pr. e Sic MSS. et Edd. pp. non *eos sigill.* f *tum* L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. g Sic MSS. Sc. L. pr. Ox. Ed. Steph. h *tamen* L. pr. Ox. i *multum v.* V. pr. k deest Cuj. Ed. Steph.

til. 1, 2. *C. Mario et L. Valerio Coss. est permissa Resp.* quod mutari non debuit. Infra c. 11. *Summa imperii permissa Cassivellauno.* B. C. 1, 9. *Respub. senatui populoque Romano permittatur.* Appul. l. 8. Met. p. 168. *Cui cunctam familiae tutelam dominus permiserat suus.* Sic MSS. et Edd. Vett. male Elmenhorst. Scriv. et Flor. *commiserat* contra vulgarem Appuleji stylum, quamquam is non semper sibi constet. V. Pric. Add. ad l. 4. p. 67. plus notat quam *comm.* Cic. Verr. 1, 32. *Incommoda sua nostris committere legibus, quam dolori suo permittere maluerunt.*

*Et in iis filio*] Bongars. prim. Scaliger. Leidenses, Vossiani, Lovan. Egmund. aliique multi cum Edd. primis ac R. Steph. carent τῷ *et.* Vere. *In iis* desunt in Petav. Pal. Oxon. et Edd. quibusdam. *filiis* exstat in Cujac. Scalig. et Leid. primo contra Celsum et Metaphrasten.

*Consolatus Indutiomarum*] Eo, ut arbitror, certiore facto, filium propinquosque ejus nihil detrimenti capturos, licet secum in Britanniam obsidum loco ducerentur. Vide c. 5. et 6. DAVIS.

*Sigillatim*] In MSS. constanter praeter unum alterumque recentiorem, et Edd. priscis *singillatim.* Adi ad 3, 2.

*Id factum gr. tulit*] MSS. aliorum et mei 11. cum multis Edd. *Id tulit factum.* Unde prona ori-

qui jam [a] ante inimico in nos animo fuiſſet, multo
gravius hoc dolore exarsit.
V. His rebus conſtitutis, Caeſar ad portum Iti- 1
um cum legionibus pervenit. Ibi cognoscit, [b] LX. 2
naves, quae in Meldis factae erant, tempeſtate re-
jectas, curſum tenere non potuiſſe, atque eodem,
unde erant profectae, revertiſſe: reliquas paratas 216
ad navigandum, atque omnibus rebus inſtructas in-
venit. Eodem totius Galliae equitatus [c] convenit, 3
numero milium IV, principesque [d] omnibus ex civi-
tatibus, ex quibus [e] perpaucos, quorum in se fidem
perſpexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum

VARIAE LECTIONES.

a Exſulat *τὸ ante* et dein *esset* Lov. Dorv. Edd. R. M. *essent* Ed. V. b vulgo *XL.* et *Belgis*, ac *relatas.* c *perv.* Egm. Edd. R. M. Fl. d Sic L. sec. non *ex o.* e *paucos* B. pr.

tur suspicio, *τὸ factum* eſſe e Gloſſa; quae confirmatur MSS. Gott. Leid. tert. Voſſ. tert. et Ed. Inc. in quibus ea vox non comparet. Carrar. *Id in se factum.*

XL. *naves*] *Julius Celsus* de vit. Caes. p. 80. habet *sexaginta*, quem etiam numerum retinent MS. *Norv.* ac editt. antiquiſſimae *Rom. Ven.* et *Beroald.* Stat autem pro vulgata lectione Metaphraſtes. DAVIS. MSS. Reg. Elienſ. et Voſſii, et Editt. antiquae plurimae habent: *LX.* CLARK. *LX.* etiam MSS. mei septemdecim, in quibus Petav. et Egmund. expreſſis litteris habent *sexaginta.* In corruptum Cod. ut in Lovan. et Oxon. vel similem inciderit Metaphraſtes.

*In Meldis*] *Belgis.* Sic MS. Reg. Al. *Meldis.* CLARK. Cum Clarkio faciunt Beroaldus, Rhellicanus, Hotomannus, et Brantius, atque Editores Rom. Mediol. Ven. Verum *Belgis* non invenitur, nisi in MSS. recentiſſimis; quales sunt Bongars. tert. Palatin. Leid. sec. Dukerian. Dorvill. sed tamen Carrar. qui forſan et ipse eſt notae recentioris Codex, ut suspicor saepius, licet aliud de eo teſtetur Brutus, et Bongars. primi margo a m. sec. agnoscunt quoque *Belgis.* Ceteri vetuſtiores quique servant *Meldis;* praeterquam quod in Andino et Oxonienſi scribatur, *Meluis Heduis;* et in ora *Meldis:* quod et retinent Celſus ac Metaphraſtes. Verius. Nec enim credibile, e notiſſimis *Belgis* librarios feciſſe *Meldis*, ignota fere gente. Et unde, quaeſo, scit Hotomannus, veritatem lectionis *Belgis* ex superioribus plane intelligi. De hac re ne *γρὺ* quidem supra. Magis ſtringit, quod Pto-

loco secum ducere decreverat: quod, quum ipse abesset, motum Galliae verebatur.

1 VI. Erat una cum ceteris Dumnorix Aeduus, de quo [a] ab nobis antea dictum est. Hunc secum [b] habere in primis constituerat, quod [c] eum cupidum rerum novarum, cupidum imperii, magni animi, màgnae inter Gallos auctoritatis, [d] cognove-
2 rat. Accedebat huc, quod [e] jam in concilio Aeduorum Dumnorix dixerat, *Sibi a Caesare regnum civitatis deferri:* quod dictum Aedui [f] graviter ferebant: neque recusandi, [g] aut deprecandi caussa legatos ad Caesarem mittere audebant. Id factum ex
3 suis [h] hospitibus Caesar cognoverat. Ille omnibus

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. Lov. et 3. alii cum Ed. Inc. desunt *a nobis* in B. sec. *ante ab n.* MSS. plerique et Edd. Vett. *ante dictum* B. sec. et Ed. Steph. b vulgo *ducere.* c deest Ox. d *agnov.* Carr. Duk. V. sec. e Sic L. pr. Ox. And. Ceteri cum Edd. Vett. carent τῷ *jam.* f *grave* V. pr. a m. pr. non male. g vulgo *neque.* h *hostibus* B. pr.

lemaeus et Plinius *Meldos* collocant in Gallia Lugdunensi ultra Aeduos et Parisios versus Galliam Narbonensem; ubi naves factas ad transmittendum in Britanniam, neutiquam verisimile. At vero huic difficultati succurrit Strabo, a Rhellicano adductus, l. 4. p. 194. Ed. Paris. ubi clare infra Parisios ponit, et ad mare: Ἐισὶ καὶ οἱ Παρίσιοι, etc. καὶ Μέλδοι καὶ Ἀηξουιοι, παρωκεανῖται ὖτοι.

*Relatas*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. vett. exhibent: *revertisse.* CLARK. Loco vocis ultimae rescribatur *revertisse;* quod volunt *Bongars.* tres, *Petav. Norvic. Palat. Gottorp. Voss.* et *Egmond.* DAVIS. *Cur. sec.* Etiam *revertisse* Cujac. Vossiani et Leidenses omnes, Scaliger. Lovan. Duker. Dorvill. et Edd. Vascos. Stradae, ac Gryphii A. 1546. cum primis. Quare hoc loco tanti mihi non sunt Andinus et Oxon. ut cum iis retineam *relatas:* cum sequatur, *reliquas paratas.* Licet participium per se non damnem. passim *ferri, deferri, referri* naves dici, notissimum est.

*Secum ducere*] Non male; licet modo praecesserit. Sed aliud verbum hic reponere MSS. flagitant. *Abire* enim est in Scalig. Voss. primo, Cujac. et Petav. Marg. Egm. et tribus aliis cum Ed. Incerta. *Habere* vero, quod unice rectum est, scribitur in

[a] primo precibus petere contendit, ut in Gallia [b] relinqueretur; partim, quod inſuetus navigandi mare timeret; partim, quod [c] religionibus sese diceret inpediri. Poſteaquam id obſtinate sibi negari vidit, 4
omni spe inpetrandi ademta, principes Galliae sol- 217
licitare, [d] sevocare singulos, hortarique coepit, uti in continenti remanerent; [e] metu territare, non sine cauſſa fieri, ut Gallia omni [f] nobilitate spoliaretur: id eſſe conſilium Caeſaris, ut, quos in conſpectu 5
Galliae interficere vereretur, hos omnes in Britanniam [g] transductos necaret: fidem [h] reliquis inter- 6
ponere; jusjurandum poscere; [i] ut, [k] quod eſſe ex uſu Galliae intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent.

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. non *pr. om.* b *remitteretur* L. pr. Scal. pro V. l. c *legionibus* L. pr. dein MSS. plerique et Edd. Vett. *imp. sese d.* d Sic B. sec. V. pr. Duk. Ox. et Urs. Codd. Alii *Revocare* cum Edd. Vett. *evocare* non malè Urs. unus. dein *uti*, non *ut*, MSS. meliores. e deſunt 2. verba a Codd. Urs. f *dignitate* Edd. R. M. V. mox *in conspectum* MS. Scal. g *inductos* G. V. tert. Ed. Inc. h *de reliq.* V. sec. i *Id* V. tert. G. Ed. Inc. k *quid esset* L. pr. *quae* Edd. R. M. V.

Bongarsianis, Leidensi primo, Oxonienſi, Petav. Cujac. Marg. Duker. aliisque, uti et Edd. Vascos. Stradae, Stephanique. 8, 6. *quas secum habebat.*

*Neque deprecandi*] MSS. et Editt. Vett. (aut *deprecandi*). Quod rectius, non enim bimembris, sed simplex eſt sententia. CLARK. Etiam mei septemdecim vel plures *aut*, quod reposui. Vide ad 3, 14. Edd. primae, *neque dep. causa aut recusandi.* Lipſius, quod sciam, primus exhiberi curavit *neque.* Ciaccon. delet *dictum*, ac *tamen* poſt *ferebant* inſerit.

*Religionibus sese diceret impediri*] Fortaſſe, quod omina vel auſpicia sibi adversa eſſe prae se ferret. Sic Pharnaces apud *Hirtium* de Bell. Alex. c. 74. *auspiciis et* religionibus *inductus — descendere praerupta valle coepit.* Eo veriſimilior eſt haec sententia, quod apud Gallos erant vates, qui διά τε τῆς οἰωνοσκοπίας καὶ διὰ τῆς τῶν ἱερείων θυσίας, τὰ μέλλοντα προλέγουσι, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἔχουσιν ὑπήκοον, teſte *Diodoro* Siculo l. 5. p. 380. ed. Rhodom. DAVIS. Ita etiam exponit Rhellicanus, et Glandorpius. Hotomannus capit de voto obeundo,

1 VII. Haec a compluribus ad Caesarem deferc-
bantur. qua re [a] cognita, Caesar, quod tantum
[b] civitati Aeduae dignitatis [c] tribuerat, coërcendum,
atque deterrendum, quibuscumque rebus posset,
2 Dumnorigem statuebat: quod longius ejus amentiam
progredi videbat, [d] prospiciendum, ne quid sibi
3 [e] ac Reipublicae [f] nocere posset. Itaque [g] dies cir-
citer xxv in eo loco commoratus, quod [h] Corus
ventus navigationem inpediebat, qui magnam par-
tem omnis temporis in his locis flare consuevit; da-
bat operam, [i] ut in officio Dumnorigem contine-

VARIAE LECTIONES.

a *recognita* Lov. b *civitatibus* V. sec. c Sic A. Sc. Ox. L. pr. Ed. Steph. non *tribuebat*. d *perspic.* MSS. quidam. e *aut* Duk. f *noceri* Scal. g deest V. In Lov. Egm. Dorv. *circ.* xxv. *diebus*. h *Chorus* MSS. plerique. *ventus* abest a Lov. i exsulat a V. sec. Ordo est e MSS. vulgo *Dumn. in off.* et *temp. n.*

vel justis solvendis. Minus bene. Sueton. in Caesare c. 86. *Ideoque et quae religiones monerent, et quae renunciarent amici, neglexisse.* Adde. c. 59. *Ne religione quidem ulla a quoquam incepto absterritus.* Vide etiam Liv. 1, 31. Nec secus alii.

*Tantum civitati Aeduae dignitatis tribuebat*] Permutatis casibus, rescribit *P. Ciacconius*, *Tantum civitatis Aeduae dignitati tribuebat*; sed priore modo locutus est *Minucius Felix*. Octav. p. 18. *Antiquitas*, inquit, *ceremoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit* etc. Ideo vulgata lectio loco suo non est movenda. DAVIS.

*In his locis flare consuevit*] In MSS. Vossianis, Bongars. primo et sec. Lovan. Gott. Duker. Dorvill. Leid. sec. ac tert. item Edd. Rom. Med. Ven. et Inc. non conspicitur vox *locis:* in Petav. est *partibus.* doctius. Adi ad 6, 2. Nihilominus spuria videtur. Vide ad Frontin. 1, 6, 25. Cort. ad Plin. Epist. 8, 17, 5. Nisi quis totam periodum cum Lipsio Glossematis suspectam habere malit. Praesertim cum in Dorvill. Lovaniensi ac Leid. sec. et Edd. Rom. Med. Ven. exaratur, *consuevit sufflare.* Gruterus conjiciebat, tantum scribendum esse, *temp. his fl. cons.* scil. Gallis ejus loci.

*Conscendere naves jubet*] MS. *Norv.* *conscendere in naves*, quod etiam probum. *Ovidius* in Epist. Hypsipyles Jasoni vs. 65. *Ultimus e Sociis sacram conscendis in Argo.* *Lentulus* in Epist. ad *Ciceronem* l. 12. Fam. Epist. 14. *Idque Dolabellam ea mente comparasse*, *ut*, *si Syriae spes eum frustrata esset*, conscenderet in naves, *et Itali-*

ret; nihilo tamen secius omnia ejus consilia cognosceret; tandem idoneam nactus tempestatem, mili- 4
tes, equitesque conscendere [a] in naves jubet. At 5
omnium inpeditis animis, Dumnorix cum equitibus 218
Aeduorum a castris, [b] insciente Caesare, domum discedere coepit. Qua re nunciata, Caesar, inter- 6
missa profectione, atque omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum [c] mittit, retrahique imperat; si vim faciat, neque pareat, interfici jubet: nihil [d] hunc, se absente, 7
pro sano [e] facturum arbitratus, qui praesentis im-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deest *in*. b *nesciente* Egm. c *misit* et *imperavit* Scal. L. pr. Ox. d *eum* Scal. L. pr. Ed. Steph. e *futurum* L. pr. et mox *neglexerit* Ox.

*am peteret*. Vide et l. 14. Epist. 7. DAVIS. *In n.*) Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii: quod et exemplis allatis tuetur Davisius. Al. *conscendere naves*. CLARK. MSS. Bongars. Vossiani, Leidens. pr. Oxon. Scalig. Petav. Lovan. aliique magno numero cum Ed. Inc. *in naves*. quare cum Clarkio id reposui. Eadem varietas apud Frontin. 1, 12, 2. *conscendens navem*. Petrens. Cod. *in nav*. Sic dicitur *adscendere navem*, et *in navem*. V. ad Nepot. Them. 8. *in navem omnibus ignotus nautis adscendit*.

*Atque*] Ita MS. Reg. Al. *at*. Quod parum interest. CLARK. Sed mei omnes retinent *at*. Vide ad 4, 25. Dein vulgo contra plerosque MSS. *imped. omn*. In Bong. pr. et Leid. tertio legas *omnibus*. 2, 3. in MSS. *omni opinione*, pro *omnium*.

*Impeditis omnium animis*] Dum sarcinis componendis, reliquisque rebus ad iter parandis distinerentur. Sic *Cicero* de Legg. 1, 3. *Neque* impedito animo *res tanta suscipi potest*, pro occupato et curis obruto. DAVIS. Vide ad 6, 20.

*Pro sano facturum*] Tanquam sanum, vel, ut sanum et prudentem facere par erat. Sic de Bell. Civ. 3, 109. *Isque maxime vellet pro communi amico atque arbitro controversias Regum componere. Plautus* Menaech. 5, 5, 28. *Hoc quidem aedepol haud pro insano verbum respondit mihi*. Et mox vs. 42. *Satin' haec pro sano maledicta maledictis respondeo?* Et multo ante 2, 2, 24. *Pro sano loqueris, cum me meo appellas nomine*. Ubi tamen mendose legitur, *pro sane*. Hotoman. Vide *Nic. Heinsium* in *Ovidii* Epist. Briseid. Achilli vs. 98. DAVIS. Similiter Sallustius: *Populum Romanum haud pro bono facturum, si jure gentium sese prohiberet*. VOSSIUS.

8 perium neglexisset. Ille enim revocatus resistere, ac se manu defendere, suorumque fidem implorare coepit, saepe clamitans, *Liberum se, liberaeque civi-*
9 *tatis esse.* Illi, ut erat imperatum, circumsistunt [a] hominem, atque interficiunt: [b] at Aedui equites ad Caesarem omnes [c] revertuntur.

1 VIII. His rebus gestis, Labieno in [d] continente cum III legionibus, et equitum milibus II relicto, ut portus tueretur, et [e] rem frumentariam provideret, [f] quaeque in Gallia gererentur, cognosceret,
219 [g] consiliumque pro tempore, et [h] pro re caperet;

### VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *hominemque.* b *atque* Carr. Duk. unde Brutus rursus *atqui.* male. c *referuntur* Edd. Amst. Lugd. d *continentem* Duk. Dorv. L. sec. *continenti* L. pr. Scal. aliique, ac Ed. Steph. e vulgo *rei frumentariae.* f *ne quae in G. fierent* And. L. pr. *fierent* etiam Cuj. Ox. g Sic MSS. et Edd. Vett. non *et cons.* h *Per se* et *pro se* MSS. qq. male.

*Ille enim revocatus resistere*] *Enim* hic affirmativa particula, et pro *enimvero.* Usus eodem modo Tacitus. Saepius quoque apud Plautum et alios invenire est. Unde frustra *enimvero* emendabat Ciacconius. IDEM. *Ille* autem *revocatus, resistere*) Codd. plerique, (*Ille* enim *revocatus resistere*). Quae et proba Lectio est. Ut illud *enim* idem sit, quod *At enim* vel *Enimvero.* CLARK. Soli Petav. et alius recens cum Edd. primis retinent *autem.* Sed *enim*. pro *at enim*, non raro ponitur. Terent. Phorm. 5, 8, 90. *Enim solus nequeo.* ubi in nonnullis MSS. *at enim.* Ad. de Elmenhorst. Indic. in Appulejum, et hic Ursin. atque Hotom. Vide et B. G. 1, 21. et 81. *Illi enim adverso vitio castrorum.* Nam sic MSS. 2, 32. *Desertos enim* etc.

*Circumsistunt, hominemque interf.*] MSS. Reg. et Vossii, et Editt. Vett. aliquot: *Circumsistunt hominem, atque interficiunt.* Quod perinde est. CLARK. *atque* Ursini, Brantii, meique MSS. magno numero, et quotquot sunt notae melioris cum Edd. primis; quare revocavi. *Circumsistere aliquem* passim dicit Caesar. V. ad 3, 15.

*Rem frumentariam provideret*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. Quomodo et alibi Caesar loquitur. Al. *rei frumentariae.* Utrumque recte. CLARK. Hoc e suis praefert quoque Hotom. propter 6, 10. *Rem frumentariam providet.* Saepissime noster, *re frumentaria provisa.* et 6, 44. *frumento proviso.* Adstipulantur Mss. Brantii, Bongars. sec. Egm. et sex septemve alii cum Edd. Mediol. Ven. et Incerta. In Bongars. pr.

ipse cum v legionibus et pari numero equitum,
quem in [a] continenti relinquebat, Solis occasu na-
ves solvit: et [b] leni Africo provectus, [c] media cir- 2
citer nocte vento intermisso, cursum non tenuit; et
longius delatus aestu, orta luce, sub sinistra Bri-
tanniam relictam [d] conspexit. Tum rursus aestus 3
commutationem [e] secutus, remis contendit, ut eam
partem insulae caperet, qua optimum [f] esse egres-
sum, superiore aestate cognoverat. Qua in re ad- 4
modum fuit militum virtus laudanda, qui [g] vecto-
riis, gravibusque navigiis, non intermisso [h] remi-

VARIAE LECTIONES.

a Sic hoc loco MSS. fere o. et Edd. Vett. vulgo *continente* et *reliquerat ad S. occasum*, ac mox *profectus*. b *levi* MSS. nonnulli. c *mediam c. noctem* Duk. d *asp.* Ox. e *consec.* L. pr. f deest Car. D. V. sec. *superiori* Edd. R. M. V. g *vectoribus* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. h *navigandi* L. pr. tert. V. tert. Ed. Inc. *remigii* Ox. non male.

Voss. pr. et sec. *Re frumentaria*, omissa lineola, *m* denotante.

*Quem in continente reliquerat, ad Solis occasum naves solvit*] Nihil mutant Codices nostri; at *Joan. Frid. Gronovius* se in membranis *Andinis* invenisse testatur, *Quam in continente relinquebat, Solis occasu naves solvit*, cujus quidem optimi MSti lectionem propugnat vir summus Observ. 4, 4. DAVIS. Sed et vulgata aeque est proba. Nam et, *Solis occasu*, et *ad Solis occasum*, usurpant optimi Auctores. Et, *pari numero* (ei) *quem*, idem est ac, *pari numero quam*. Et sive, *reliquerat*, scribatur; sive, *relinquebat*; aeque constat temporum ratio. Nam et, cum naves conscendisset Caesar, equites in continente *reliquerat*; et, cum naves solveret, eosdem *relinquebat*. CLARK. Retinui ego *quem* cum MSS. ceteris omnibus; sed *relinquebat, solis occasu* ostentant quoque Cujac. Scalig. Oxon. Leid. pr. et *solis occasu* jam edidit R. Stephanus.

*Provectus*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. Graecus item, *ἀνήχθη*. Scaliger et recentiores: *profectus*. CLARK. Cum Clarkio et MSS. Bongars. Petav. Scal. Oxon. Vossianis duobus, Egm. et tribus aliis, ac Edd. Vetustis rescripsi, *provectus*. Quae locutio in re navali est frequentissima. Vide Cl. Burm. ad Quinctil. Inst. 4, 2. *Solvimus oram, provecti sumus.* Arntz. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 22. *Antium provecti sunt.* B. Civ. 2, 5. *freto Siciliae provehitur.* Sed aliter ibi MSS. 3, 8. *A terra provectae naves.* V. etiam B. Afric. c. 3. c. 97. *A Ca-*

gandi labore, longarum navium cursum [a] adaequarunt.
5 Accessum est ad Britanniam omnibus navi-
6 bus meridiano fere tempore: neque in eo loco hostis est visus, sed, ut postea Caesar ex captivis [b] comperit, quum [c] magnae manus eo convenissent, multitudine navium perterritae, quae cum annotinis, privatisque, quas sui quisque commodi [d] fe-
220 cerat, amplius DCCC [e] uno erant visae tempore, a litore discesserant, ac se in superiora loca abdiderant.

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. uno alteroque excepto, et Edd. Vett. b *cognovit* MSS. plurimi et Edd. pp. c *magna* B. pr. d vulgo *com. caussa.* e vulgo *una e v., timore.* dein *superiore loco* B. sec. et pr. pro var. l. male.

*ralibus secundum terram provectus.* Sic enim MSS. et Edd. Vett. nunc *profectus.*

*Militum virtus*] Hic significat patientiam, quam praestiterunt in subeundo remigandi labore. Cum virtus proprie sit *animi fortitudo, qua mala toleramus*, ut docet *Cicero* Tusc. Quaest. 2, 18. noster adhibuit ad denotandum corporeum laborem fortiter latum. DAVIS.

*Quae cum annotinis*] Primo ridere eos libet, qui *annotinas naves* annonarias interpretantur, quod Glareanus et Rhellicanus et alii crediderunt. Annotinus est, qui unius tantum anni est. et recte Graecus, *σὺν ταῖς τῦ πρόσθεν ἔτυς.* In Glossis lego: *Annotini, ἐτήσιαι, ἐνιαύσιοι.* Nescio an probem. Neque enim annuum et annotinum idem esse arbitror. Scaliger notis ad Festum vocem hanc ab *annos, annotis* deducebat; ita annotinus sit *πολυετής*, sive annosus, quod falsum. *Annotinus* est ab *annus*, ut a *sero serotinus*, a *vesper vespertinus.* Sic usus Columella 4, 24. *Ungues custodum annotinos resecato.* Eodem modo ab *hornus* factum *hornotinus*, quo usus idem Columella, et Cato de R. R. VOSS. Docuit idem Petavius ad Themistii Orat. 13. p. 665.

*Commodi caussa*] Bongars. tres, Voss. primus, Egmund. Gottorp. Palat. et quatuor alii cum Ed. Incerta optime omittunt *τὸ caussa:* quare ejeci. Adi 4, 1. *Bellandi caussa.* Praeterea *fecerant* non male profecto recentiores Palat. Dorvill. et Bongars. tertius cum Edd. Rom. Mediol. Ven. et aliis. V. ad 1, 39.

*Una erant visae, timore a litore discesserant*] In MS. nostro est, *uno erant visae tempore*, quod fere praeferam vulgatae lectioni. Nam cum Caesar paullo ante dicat *perterritae*, cur hic repetat, *timore?* VOSS. Iidem Codd. (— uno *erant visae* tem-

IX. Caesar, expoſito exercitu, et loco caſtris 1
idoneo capto; ubi ex captivis cognovit, quo in loco
hoſtium copiae conſediſſent, cohortibus x ad mare
relictis, et equitibus ccc, qui praesidio navibus es-
sent, [a] de III vigilia ad hoſtes contendit, eo minus
veritus navibus, quod in litore molli, atque aperto,
deligatas ad [b] anchoram relinquebat; et [c] praeſidio
navibus Q. Atrium praefecit. Ipſe [d] noctu progres- 2
sus milia paſſuum [e] circiter XII, hoſtium copias con-
spicatus eſt. Illi equitatu, atque eſſedis [f] ad flu- 3

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt Cuj. b Sic MSS. plurimi et meliores cum Edd. pp. non *anchoras*. c *praesidium* Duk. d *nocte* Ed. Inc. e deeſt Ox. f *a flumine* L. sec.

pore; *a littore discesserant.* Quod et rectius videtur. Supervacuum enim illud, *timore*; cum jam praeceſſiſſet, *perterritae.* Ut recte annotavit *Vossius.* CLARK. *Uno tempore* etiam exhibent MSS. mei et aliorum omnes praeter unicum Urſini et varias lectiones Scaligerani; quod temere illi adripuerunt. Ceterae Edd. conſentiunt cum MSS. quare etiam reſtitui, et mox *anchoram*, fide MSS. de qua locutione adi Cel. Burm. ad Sueton. Claud. c. 34. *exspirantium faciem.* c. 12. *utuntur taleis pro nummo.* plura alibi.

*Eo minus veritus navibus*] Phraſis eſt paullo rarior, qua tamen uſus eſt et *Cicero* Acad. Quaeſt. 4, 45. DAVIS.

*Q. Atrium praefecit*] Urſinus negat, notam ſibi familiam Atriam, et *Arrium* hic legere mavult. Ego nihil muto, cum in Inscript. antiqua *Atrii* quoque nomen occurrat:

Q. ATRIO. CLONIO
LEG. AVG. PR. PR.
PROVINCIARUM
THRACIAE. CAPPADOCIAE.
SYRIAE MAIORIS.
HISPANIAE CITERIORIS
CLAVDIVS. IVSTVS. 7
LEG. VII. GEMIN. P. F
SEVERIANAE. ALEXANDRINAE
PRAESIDI. ABSTINENSISSIMO.

VOSS. *Titurium* exhibent Duker. et Voſſian. secundus, et ſtatim *Titurio* Leid. pr. *Attio* Ed. Rom. contra Celſum et Metaphraſten. *Atriorum* nomen aliquoties occurrit in Inſcr. Gruter. corpore. Vide Indicem, et in Gudianis p. 152. N. 5.

L. ATRIO L. F. VEL. PRIMI
GENIO VET. AUG.

*Praefecit*] Non neceſſum eſt, ut cum *P. Ciacconio* legamus, *Q. Atrium praefecerat*, nam verba, *eo minus — relinquebat*, ha-

men progressi ex loco superiore nostros prohibere,
4 et proelium committere coeperunt. Repulsi ab equitatu se in silvas abdiderunt, locum [a] nacti, egregie et natura, et opere munitum; quem, domestici belli, ut [b] videbatur, caussa, jam ante praepara-
5 verant. nam crebris arboribus succisis omnes in-
6 troitus erant praeclusi. Ipsi ex silvis rari propugnabant, nostrosque intra munitiones ingredi pro-
7 hibebant. at milites legionis VII, testudine facta,

VARIAE LECTIONES.

a *nancti* V. pr. b *videbantur* MSS. 5. et Ed. Inc.

benda sunt tanquam Parenthesi inclusa. DAVIS. Ciacconius legit, *praefecerat*; ut cohaereat cum eo, quod praecessit, *relinquebat*. Sed, *praefecit*, vera est Lectio; et cohaeret, non cum (*relinquebat*;) sed cum praecedente (*contendit*,) quod et observavit *Davisius*. CLARK.

*Et aggere ad munitiones adjecto*] Proba lectio. Ciacconius, quia infra legitur, *adacta turri*, et hic emendabat *adacta*. Frustra. Agger proprie jaci dicitur, turris agi. VOSS. Merito hic reprehendit Vossius Ciacconium; qui, quoniam infra legitur, *adacta turri*, et hic emendat *adacto*. Inscite admodum. Nam (ut optime adnotat iste Vir Doctissimus) Agger proprie *jaci* dicitur, Turris *agi*. CLARK.

*Longius persequi*] MSS. omnes Bongarsiani, Leidenses, Vossiani, Petav. Lovan. Egm. Duker. et tres alii cum Edd. Rom. Mediol. Ven. et Incerta *prosequi*. Quem consensum veneratus, id reposui. licet sciam, quod plerumque *persequi* dicatur inimicus, *prosequi* amicus et comes. Sed aliter Caesar. Vide Voss. ad 3, 26. Sed hoc libro c. 52. *Longius prosequi veritus, quod silvae paludesque intercedebant*. ubi eadem confusio. V. et varias lectiones cap. seq. 4, 26. *Atque eos in fugam dederunt, neque longius prosequi potuerunt*. B. Civ. 2, 8. *Hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant*. c. 41. *Neque fugientes longius prosequi*. ubi vide Ciaccon. 3, 51. *Insequentes nostros, ne longius prosequerentur, revocavit*. Eadem varietas B. Afric. c. 15. B. Hispan. c. 10. *longius ad Cordubam versus prosecuti sunt eos*. sic enim MSS. et Edd. Vett. Sic *fortuna prosequitur* inimica apud Hirt. B. Alex. c. 25. Si tamen ibi a MSS. nonnullis standum quidem est.

*Milites equitesque in expeditionem misit*] *Milites* pro pedite dixit eodem modo l. 2. de bello civil. c. 41. *Ne militibus quidem, ut defessis, neque equitibus, ut paucis, et labore confectis, studium ad pugnandum virtusque deerat*. ut Livius *viros* decade III. l. 1. *Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebat ex adverso*

[a] et aggere ad munitiones adjecto, locum ceperunt, eosque ex silvis expulerunt, paucis vulneribus acce- 221
ptis. sed eos fugientes longius Caesar [b] prosequi 8
vetuit, et quod loci naturam ignorabat, et quod, magna parte diei consumta, munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

X. Postridie ejus diei, mane,* [c] tripartito mili- 1
tes [d] equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, [e] persequerentur. His [f] aliquantum iti- 2

VARIAE LECTIONES.

a Deest τὸ *et* L. pr. Scal. *et ad aggerem* V. sec. b vulgo *persequi*. c *tripertito milite* B. pr. V. pr. d *peditesque* G. Ed. Inc. e *proseq.* B. sec. Duk. L. tert. f *aliquantulum* Duk.

*hostis, omnem ripam equitesque virique obtinentes.* Nec difficile conjectu est, cur ita solus pedes, non eques appelletur. Nam prima inter mortales pedestria proelia fuere. Solus id Palaephatus satis docuerit de Incr. c. 1. cum ait, *νεανίσκοι δέ τινες ἐπινοῦσιν ἵππυς κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ ὐκ ἠπίσαντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον ἅρμασιν ἐχρῶντο. Adolescentuli vero nonnulli equos domare tum primum aggressi, quomodo equites sessoresque dorso gestarent, illos docere excogitant. Prius enim homines equis vehi nesciebant, verum curribus duntaxat utebantur.* Et hinc ob insolentiam rei, cum primi sessores equorum conspecti, *κενταύρων* nomen reportavere. nam homines esse non putabant. Itaque similis locutio in illo Caesaris l. 2. de Bello Civili c. 30. *Capti homines equitesque producebantur.* Ubi fortasse emendatorculus quispiam reponat *equique*; non ego: qui in quatuor probis codicibus et omnibus editis *equites* invenio. Aut si alte adeo repetere caussam hujus non placeat (non est tamen adeo absurda, quam prima fronte forte aliqui judicabunt) dicendum, militem vocari peditem, quia exercitus potissima ille pars. Quemadmodum autem prima proelia terra fuere, priusquam mari pugnaretur: ita Caesar supra 4, 24. terrestria proelia dixit *pedestria.* nam, ubi de Romanis loquitur, qui in fluctibus stantes pugnabant, ait: *Quibus rebus nostri perterriti, atque hujus omnino generis pugnae imperiti, non omnes eadem alacritate, ac studio, quo in pedestribus uti proeliis consueverant, utebantur.* VOSS. Vide quos congessi ad Frontin. 2, 3, 14. Adi et infra ad 7, 61. et sexcenties in his commentariis.

*In litore ejectas*] Leidens. pr. Cuj. Scalig. Oxon. cum Edd. Aldi, Steph. Gryphii aliisque, *in litus.* Sed Faerni, Hotomanni, Brantii, meique ceteri Codd. cum Edd. primis servant *litore.* Recte. nam praeterquam quod saepe *in* cum ablativo ponatur,

neris progreſſis, quum jam extremi eſſent in [a] proſpectu, equites a Q. Atrio ad Caeſarem venerunt, qui [b] nunciarent, [c] superiore nocte maxima coorta tempeſtate, prope omnes naves adflictas, atque in
222 litore [d] ejectas eſſe; quod neque [e] anchorae, funesque ſubſiſterent, neque nautae, gubernatoresque
3 vim pati tempeſtatis poſſent. Itaque ex eo concurſu navium magnum eſſe incommodum [f] acceptum.

1 XI. His rebus cognitis, Caeſar [g] legiones, equitatumque revocari, atque itinere deſiſtere jubet:
2 ipse ad naves revertitur: eadem fere, quae ex nun-

VARIAE LECTIONES.

a *conspectu* Ox. et alius cum Edd. Ald. Vasc. Str. Steph. Gryph. b *nunciaverunt* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. c Sic MSS. o. non per *i*. d *projectas* G. V. tert. *dejectas* Duk. a m. pr. male. e *anchora* Ed. Ven. *neque funes* L. pr. f *conceptum* Ox. paullo supra *ex eo* abſunt a Duk. *eo* delet Aic. g *equit. rev. et leg.* L. pr. *revocare* B. pr. non male.

licet vel inſit motus significatio, sive potius ille motus praeceſserit, ut notatum saepiſſime, haec ipſa vox *litore* ita uſurpatur a Lucano 2, 710. *Hic haesere rates geminae, classique paratas Excepere manus, tractoque in litore bello Hic primum* etc. ubi vide notas. Adpoſite magis Virgil. Aen. 4, 373. *Ejectum litore, egentem Excepi.* Conſule et ibi Commentarios.

*Subsisterent*] Pulmanni Excerpta, Duker. Dorvill. et Edd. Romana, Mediol. Ven. *substin.* vel *sustinerent.* Non male, sed cave, admittas. Eſt enim hoc loco Gloſſa τȣ̃ *subsistere.* de quo verbo conſule summum Gronovium Obſerv. 1, 17. et ad Livium 27, 7. *Vix Annibali atque ejus armis subsistentem.* Ovid. ex P. El. 3, 4, 83. *Res quoque tanta fuit, quantae subsistere, summo Aeneidos vati grande fuisset onus.* Adde Glandorp. et ad 8, 28. *toto agmine subsistentes.*

*Itinere desistere*] Editt. primae et Beroald. habent, *in itinere consistere*, MSS. Brant. et Norvic. cum Ed. Steph. *in itinere resistere*, quam lectionem probat *Hotoman.* DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, *in itinere resistere.* CLARK. MSS. etiam mei plerique, *in itinere resistere*, et in Pal. *consistere.* Petav. vero non agnoscit praepoſitionem: immo *desistere* servant MS. antiquiſſimus Urſini, Andin. Cujac. Scalig. Leidens. pr. et Oxon. ac cum plurimis editis etiam Stephani Ed. A. 1544. multisque hanc lectionem optime propugnat Cl. Bos in Animadvers. ad Caes. p. 18. Adde B. G. 1, 8. *Hoc conatu destiterunt.* 4, 12. *Ut non prius fuga desisterent.* Vim hu-

ciis [a] litterisque cognoverat, coram [b] perspicit, sic
ut, amissis circiter [c] XL navibus, reliquae tamen
refici posse magno negotio viderentur. Itaque ex 3
legionibus fabros delegit, et ex continenti alios ar-
cessiri jubet; Labieno scribit, ut, [d] quam pluri- 4
mas [e] posset, iis legionibus, quae sunt apud eum,
naves instituat. Ipse, etsi res erat [f] multae ope- 5
rae ac laboris, tamen commodissimum esse statuit,
omnes naves subduci, et cum castris una munitione
[g] conjungit. In his [h] rebus circiter dies X consumit, 6
[i] ne nocturnis quidem temporibus ad laborem mili-

VARIAE LECTIONES.

a Abest *que* a L. pr. b *prospicit* Carr. Duk. V. sec. Ed. Fl. *praesp.* Egm. c *LX,* MS. Br. Lov. *L.* Duk. Dorv. Pal. B. tert. L. sec. d *quas* L. pr. e *possit* Scal. Edd. Steph. et Hotom. f *multi operis* MSS. 6 recentissimi, Edd. R. M. V. aliaeque. V. ad 1, 47. *erat* omissum in Edd. Amst. Lugd. g *subjungi* B. pr. tert. Pal. L. sec. Dorv. h deest V. pr. i *nec* MSS. et Edd. qdd.

jus verbi, ac mutatae mentis consiliique significationem pluribus inlustrat elegantissimus Broukhus. ad Tibull. 1, 9, 71. Eadem τῶν *de, re, con* variatio in hoc verbo est apud Ovid. Epist. Her. 4, 8. et saepius.

*Deligit et jubet*] MSS. omnes Leidenses, Gottorp. Voss. tert. Duker. et Ed. Incerta *delegit.* Recte. vide notata ad 1, 8. 4, 14. et statim *reliquit, proficiscitur.* c. 49. *consedit et castra communit.* V. et 6, 4. 9. *Accepit et perquirit.* 7, 4. *non destitit et habet.* c. 12. *obpugnatione destitit et proficiscitur.* 8, 1. *praefecit et proficiscitur.* c. 19. 45. In Andino vero quod scribitur *deligit,* librarii inventum est, qui consentire id voluit cum *arcessiri.* Adi 7, 13. *Equitatum educi jubet, proeliumque committit.* Immo ipse per se delegit, non deligi jussit. 7, 58. *Oppidum incendunt, pontesque rescindi jubent.*

*Arcessiri*] Sic e MSS. ut semper, scribendum, non *accers.* Ceterum MSS. plerique et Edd. quaedam habent *arcessi.* At vulgatum retinetur a Bongarsiano sec. Leidensi primo, Scaligerano, Cujac. Duker. ac quatuor aliis cum Edd. priscis, praeter Incertam. Vide Cellar. et supra nos ad 1, 31.

*Ad laborem militum intermissis*] Legit quidem *Joan. Brantius, ab labore militum intermissis;* sed nihil est caussae, cur quidquam mutemus. Sic infra hujusce libri c. 39. *Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur.* Quem etiam locum simili modo depravare conatus est *Phil. Beroaldus;* in ejus enim editione contra omni-

7 tum intermissis. Subductis navibus, castrisque egre-
223 gie munitis, easdem copias, [a] quas ante, praesi-
dio navibus [b] reliquit: ipse eodem, unde [c] redierat,
8 proficiscitur. Eo quum venisset, majores jam undi-
que in eum locum copiae Britannorum convene-
9 rant; summa imperii bellique administrandi, com-
muni consilio, permissa [d] Cassivellauno, cujus fines
a maritimis civitatibus flumen [e] dividit, quod ad-
pellatur Tamesis, a mari circiter [f] milia passuum

VARIAE LECTIONES.

a *quae a.* vel *antea p. n. fuerant* Cuj. Sc. L. pr. Ox. Edd. Bas. Vasc. Ald. Str. Steph. Gr. ut c. 9. sed v. ad 1, 51. b Sic MSS. o. et Edd. pp. praeter Sc. et Oxon. c *venerat* L. pr. d vulgo *est C.* e deest G. V. tert. Ed. Inc. Mox *Thamesis* MSS. et Edd. qdd. f *millibus* Edd. R. M. V. al. *pass. m.*

um Codd. fidem legitur, *ab labore intermittitur.* DAVIS. Recte hic arguit Davisius Brantium et Beroaldum, qui legunt, *ab labore.* Ineleganter admodum, praeterquam quod prior illa constructio Caesari valde familiaris. CLARK. Id est, ut laborarent nihilominus, etiamsi nox esset. *a labore* tamen hic exaratur in vetusto Bongars. sec. ut B. Civ. 1, 32. *ut reliquum tempus à labore intermitteretur.* B. G. 7, 24. *ne quod tempus ab opere intermitteretur.* Frequenter tamen *ad* et *ab* confunduntur. Vide omnino ad 8, 41. Sic 2, 12. *a defensione desistere*, in Leid. pr. *ad defensionem.* B. Civ. 1, 2. *Rapiditate fluminis ad transeundum non impedirentur.*

*Permissa est Cassivellauno*] In Dione corrupte Σουέλλαν legi, et unde ortus error, supra ostendimus initio notarum ad l. 4. In Polyaeno, Κασσόλαυλον, non minus depravate legitur. VOSSIUS. *Casibellano* vel *Casivellano* MSS. quidam. Ceterum, ut exhibui sine verbo *est*, inveni in MSS. meis antiquioribus, Bongarsianis, Petav. Vossianis, Lovan. Leid. primo, Oxon. et aliis multis ac Ed. Incerta. vulgo *convenerant. Summa etc. permissa est C.*

*Quos natos in insula ipsa*] Quorum majores ex ipsa terra Britannica prorepserunt. Similis est locutio apud *Thucydidem* l. 1. init. Τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. Ubi Scholiastes, τῷ γένει δηλονότι, inquit, οὐ γὰρ ἦσαν ἀθάνατοι. Antiquissimae autem nationes sese putarunt αὐτόχθονας, quod in eadem terra diu moratae, originis tandem obliviscerentur. DAVIS.

*Memoria proditum*] Hotomannus ubique et apud nostrum et alios dicit inveniri in casu tertio *memoriae.* Sed fallitur vir doctus. Aliquando enim occurrit in Ablat. *memoria.* Vide ad Obseq. c. 86. *Proditum est memoria.* Vorstium ad Valer. Maxim.

LXXX. Huic [a] superiore tempore cum reliquis civi- 10
tatibus [b] continentia bella intercesserant. Sed, [c] nostro adventu permoti Britanni, hunc toti bello imperioque [d] praefecerant.

XII. *Britanniae pars [e] interior ab iis incolitur,* 1
*quos natos in insula [f] ipsa, memoriá proditum dicunt.* [g] *Maritima pars ab iis, qui, praedae ac belli* 2
*inferendi caussa, ex [h] Belgis transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum adpellantur, quibus* 224

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. Vett. non per *i*. b *continua* MSS. 5 male. c *nostrorum* Pet. d *praefecerunt* Egm. e deest B. pr. *inferior* L. pr. Sc. dein *Ambiis* pro *ab iis* Pet. f Sic Cuj. Scal. L. pr. Ox. Ceteri, et Edd. ante Scalig. *ipsi*. g *Marituma* B. pr. Lov. *maritimi* Egm. *mari. Tum* V. pr. h vulgo *Belgio. transierunt* MSS. et Edd. qdd.

2, 6, 10. *Memoria proditum est,* Appulej. Apol. p. 329. Ed. Colv. *Eum memoria prodiderunt.* Variatur etiam in MSS. saepissime apud Livium, ut 3, 54. 9, 27. 40, 29. et alibi. Ad ea vero loca consule omnino Celeb. Drakenburgium. Apud nostrum quoque variant codices 5, 25. et B. Civ. 3, 17.

*Ex Belgio*] MS. *Norv.* et edit. *Ven. ex Belgis*, et ita loqui solet noster: itaque reponendum videtur; neque enim credibile est, *Caesarem* de solo Belgio agere, de quo infra c. 24. quod tamen *Hadr. Valesius* not. Gall. p. 80. arbitratus est. DAVIS. *Belgis*) Sic MSS. Reg. et Eliens. al. *ex Belgio*. CLARK. Monet quoque Glareanus, in aliis codicibus scribi *Belgis*, et ita legi contra suos MSS. jam voluit Hotomannus. Verum hoc loco MSti mej retinent *Belgio* praeter recentiores, Duker. Gottorp. et Voss. tertium. At c. 24. *Tres* (legiones) *in Belgio conlocavit*, habent fere omnes libri, *Belgis*. Iidem vero *ex Belgio* retinent c. 25. Medio loco rectius Davisius e Cluverio *Belgium* capit de Belgicae Galliae regione, proprie dicta *Belgio*. Et sane non aliter sumendum est: nam Glareanus et Glandorp. perperam intellexerunt oppidum. Quod reprehendit jam olim Petrus Divaeus libro Galliae Belgicae Antiquit. edito Antv. 1566. l. 1. p. 10. ubi inbecillem tamen addit rationem: quod addatur praepositio, quam a nemine Latine docto putat additam nominibus urbium. Contrarium patet ex ipso Caesare alibi. Hic *Belgis* e novitiis licet Codicibus cum viris doctis post Clarkium retinui: nam etiam Cluverius putavit hic *Belgis* esse restituendum, quia loquitur Caesar de pluribus *civitatibus*, iisque, qui Belgis erant adtributi, ut Atrebates aliique. Vide Germ. Ant. 2, 2. Nec non Cl. Wesseling. ad Anton.

*orti ex civitatibus eo pervenerunt, et bello inlato ibi*
3 *remanserunt, atque agros colere coeperunt. Hominum est infinita multitudo, [a] creberrimaque aedificia,*

VARIAE LECTIONES.


a *celeberr.* Edd. R. M. V.

Itiner. p. 478. ubi *Belgae* in Britannia recensentur.

*Et bello illato ibi remanserunt*] Operam ludit *Fr. Hotomannus*, dum reponit, *bello illato ibi pervenerumt.* Recte se habet vulgata lectio. Antecedens est pro consequente. DAVIS. Plerique Codices, *permanserunt.* CLARK. Hotomannus non *pervenerunt* scribi voluit, sed *ex civ. bello illato eo pervaserant.* at refellit jam eum Brantius. Rectius autem *remanserunt* est in MSS. Cuj. Scal. Leid. prim. Oxon. et Edd. quibusdam. nam ceteri cum Edd. primis dant *perm.* Paullo post revocavi *τὸ pecorum* ex MSS. cunctis, si forte Oxoniensem excipias, et Edd. primis. Cur id mutarint ex unico Ursini Codice, nescio. Eadem variatio infra 5, 21. sed tamen 5, 3. et 6. *Magno pecoris atque hominum numero.* uti et 5, 35. ubi etiam variatur.

*Aedificia fere Gallicis consimilia*] Jornandes 2, 2. *Virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore, sylvaeque illis saepe sunt domus.* VOSSIUS.

*Utuntur aut aereo, aut taleis ferreis*] In MS. nostro est, *utuntur aut aere, aut nummo aereo, aut aliis ferreis ad certum pondus examinatis.* In aliis legitur, *aut annulis ferreis*, et sic Graecus legit, qui habet, δακτυλίοις σιδηρινοῖς. Hotomannus, Ciacconius, Faërnus *laminis* emendant. Scaliger *taleis* edidit. Non dubito, quin auctoritate v. c. Et sic videmus hodieque in Suecia pro pecunia usurpari aeris quasi praesegmina diversa forma, quae taleas haud immerito appelles. Non tamen temere ideo recipiendam hanc lectionem censeo, praesertim si nullus vv. cc. juvet. In aliis codd. erat, *lanceis ferreis.* Ego amplius deliberandum arbitror. Fortassis autem illud *annuli* adeo absurdum non sit, cum in Oriente Chinensibus usurpentur nummi hac forma: ubi si, quae interius



quadrata forma excisa sunt, ad rotundam redigas, habes annuli formam. Et potuere Britanni talibus uti. Sed Britannorum simplicitati illud de taleis magis congruit. Quare retinendum tantisper statuo, donec commodius quid succurrat. Imprimis cum Solinus dicat: *Nummum refutant, dant merces et accipiunt.* VOSS. Ita edidit *Jos. Scaliger*; *Just.* autem *Lipsius*, *aut nummo aereo, aut annulis ferreis*; uterque conjectura sua fretus: in Codd. enim aliter exaratum est. *Vossii* MS. habet: *aut aere, aut* (*ut* editt. *Rom. Ven. Beroald.*) *nummo aereo* (*aureo* MSS. *Brant.* et *Norvic.* cum antiquitus editis) *aut aliis ferreis*, cum in praedictis MSS. et impressis libris legatur, *aut annulis ferreis. Gabriel Faërnus* aliique reposuerunt, *aut laminis ferreis*; absque causa sontica.

*eia, fere Gallicis consimilia;* [a] *pecorum* [b] *magnus numerus.* *Utuntur aut* [c] *aere, aut taleis ferreis ad* 4
*certum pondus examinatis, pro* [d] *nummo.* *Nasci-* 5
*tur* [e] *ibi plumbum album in mediterraneis regioni-* 226

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *pecoris.* b *ingens* MS. Urs. Cuj. Sc. L. pr. c vulgo *aereo.* d vulgo *nummis* et *numero.* e deest *ibi* Lov. bene.

Nos quidem totum locum ita scribendum existimamus: *Utuntur aut aere, aut annulis ferreis* etc. Voces enim, *aut aereo nummo*, inanis sunt explicatio τοῦ *aere*; quod cum deprehenderent nonnulli librarii, scripserunt, *aut nummo aureo.* Perperam: nam, praeterquam quod eos nummo aureo usos non quasi singulare aliquid notaret *Caesar*, tum temporis aurum in Britannia non erat inventum. *Cicero* Epist. ad Famil. 7, 7. *In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti.* Idem ad Atticum 4, 15. *Illud jam cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem praedae, nisi ex mancipiis.* Haec etiam ostendunt, operam lusisse *Fr. Hotomannum*, qui legit, *aut minimo aere, aut auro, aut laminis ferreis* etc. ex eo, quod *Tacitus* scripserit in Agric. *Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla;* fieri enim potest, ut horum fodinae post Julium sint apertae. Fatendum tamen est, *Strabonem*, qui Augusto imperante vixit, idem esse testatum Geogr. l. 4. p. 199. Sed eo etiam scribente res comperta esse potuit, quae priores fugit. DAVIS. *Aut aere, aut annulis ferreis*) Hanc lectionem cum doctissimo *Davisio* amplector. MSS. variant, foedati glossematis, quae ex margine irrepserunt. Scaliger edidit, *aut aereo, aut Taleis ferreis;* sed MSS. Reg. Eliens. et Vossii habent: *aut aere — aut Annulis.* Graecus item, δακτυλίοις. Videtur Scaliger istud *taleis* excudisse ex voce *aliis*, quae in quibusdam MSS. pro *annulis* scripta reperitur. Faërnus reposuit *laminis.* Judicet lector eruditus. CLARK. Mirum in modum hic turbant libri veteres. Pro *aereo*, quod nihil esse existimo, habent tamen *aere* MSS. mei omnes, ni fallor, et Edd. Veteres. Unus et alter Codex aliorum exhibet quidem: *Ut autem nummo aereo* cum Edd. Aldi, Stephani, Gryphii, aliisque. Sed hoc natum est ex eo, quod multi Codices addant, *aut nummo aereo*, vel *aureo*, sine dubio ex Glossa vocis *aeris; autem* vero pro *aut* inveni in MSS. septem, inter quos Petavianus. Deinceps *aut aliis ferreis* est in MSS. quibusvis vetustioribus, ut Bongars. pr. sec. Petav. Vossianis pr. sec. Egm. et Oxon. certo indicio, Scaligerum egregie restituisse, *taleis.* Absorpta est littera *t* a vocula *aut:* quia, quid esset *talea*, non capiebant librarii. Immo quid dubitandum? *taleis* diserte scriptum inveni in excerptis MSti Scaligerani, Leidensi primo: uti et in Cujaciano; ex quo edidi: *utuntur aut aere aut taleis*, id est, laminis, ἐλάσμασι (v. Strab. l. 3. p. 233.) *ferreis:* quod addidit, quia proprie *talea* est e ligno. 7, 73. *Taleae pedem longae ferreis hamis infixis.* ubi etiam MSS. *et aliae, taliae.* Eamque vocem restituendam ar-

*bus, in* [a] *maritimis ferrum: sed* [b] *ejus exigua est copia: aere utuntur inportato. Materia cujusque generis, ut in Gallia est, praeter fagum* [c] *atque abi-*
6 *etem. Leporem, et gallinam, et anserem gustare, fas non putant. haec* [d] *tamen alunt, animi volu-*
7 *ptatisque caussa. Loca sunt* [e] *temperatoria, quam in Gallia,* [f] *remissioribus frigoribus.*

## VARIAE LECTIONES.

a *maritumis* B. pr. b abest L. pr. c *et* MSS. nonnulli. d *enim* Edd. R. M. V. e *temperantiora* G. V. tert. Ed. Inc. f *remissior et* Scal. *rem. etiam* L. pr.

bitror Nepoti in Paus. c. 3. *legatos ad eum cum talea miserunt.* MSS. enim habent *lana, lancea, clava:* vulgo *scytala* e Graecis auctoribus. Quare errant Viri docti, qui existimant, *aliis* in MSS. corruptum esse ex *anulis;* uti aliter solet scribi pro *annulis;* quae vox non exstat, nisi in Codd. recentioribus.

*Pro nummo*] Invenio in Ed. Elzevir. *pro numero*, contra MSS. omnes, excepto Leid. tert. In aliis Edd. uti et Lugdun. ultima, atque Edd. primis est, *pro nummis.* In MSS. Andino et Oxon. haec duo verba non comparent. Verum ceteri MSS. omnes, tam aliorum, quam mei et plerique Edd. exhibent *nummo*, seu *numo:* unde corruptum, *numero.* Ἀντὶ νομίσμȣ Metaphrastes. Vide ad c. 9. *naves deligatas ad anchoram.*

*Plumbum album*] Stannum. Κασσίτερος. Vide *Plinium* H. N. 36, 16. DAVIS.

*Insula natura triquetra*] Ex accurata hac Britanniae descriptione erant qui colligerent, hosce Commentarios non esse *Caesaris*, cum, nisi Claudio imperante, non constiterit, utrum Insula fuerit necne. *Dion* l. 39. p. 114. *Τοῖς μὲν πάνυ πρώτοις καὶ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων ȣδ᾽ ὅτι ἐστὶν, ἐγιγνώσκετο. τοῖς δὲ ἔπειτα, ἐς ἀμφισβήτησιν, εἴτε ἤπειρος εἴτε καὶ νῆσος εἴη, ἀφίκετο — Προϊόντος δὲ δὴ τȣ̃ Χρόνȣ, πρότερόν τε ἐπ᾽ Ἀγρικόλȣ ἀντιστρατήγȣ καὶ νῦν ἐπὶ Σεβήρȣ αὐτοκράτορος νῆσος ȣ̃σα σαφῶς ἐλήλεγκται.* Vide et *Tacitum* in Agric. c. 10. Sed haec ex fama dicit *Caesar*, ut et illa, quae de interioribus Britannis scribit, ad eos enim nunquam penetravit; unde factum, ut *Pomponius Mela* 3, 6. Britanniam tandem apertam Claudio gratuletur. DAVIS. In Egmond. Codice scriptum est: *Insulae natura.* Sane neutiquam male. B. G. 1, 21. *Qualis esset natura montis:* quo ex loco aliisque (in quibus tum apud alios, tum nostrum crebro occurrit *loci natura*) patet, errasse virum doctum, qui legendum esse, *figura*, sui codicis margini adleverat. Notandum autem, in Petav. Scalig. et Leid. pr. Codd. scribi, *triquadra*, id est, triquetra, in tres quadras distincta. Nam inde formari vocem volunt. Sed *Sicilia triquetra*, non *triquadra* dicitur. Cur vero Sca-

XIII. *Insula natura* [a] *triquetra, cujus unum latus est contra Galliam: hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere* [b] *omnes* [c] *ex Gallia naves adpelluntur, ad orientem Solem; inferior, ad Meridiem* [d] *spectat.* 1
*Hoc latus tenet circiter milia* 2
*passuum* [e] D. *Alterum vergit ad Hispaniam, atque* 226
*occidentem Solem: qua ex parte est* [f] *Hibernia, di-*

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique ineptissime *utrique*, *utriusque*, *utrisque*, *utique*. *triquatra* G. V. tert. b vulgo deest. c *Galliae* L. pr. Dorv. Bouh. pr. Edd. R. M. V. *adpellunt* Bouh. pr. d *exspectat* V. pr. Lov. Pet. Egm. et infra. e *octingenta* Duk. f *Ivernia* MS. Urs.

liger mox *omnes* cum Carrar. Cod. ejecerit, et post eum sequentes, subodorari nequeo. Recte MSS. mei cuncti, et Edd. Vett. *fere omnes:* qua verborum conjunctione nihil apud nostrum est crebrius. c. 23. *Reliquae fere omnes.* c. 53. *omnes fere civitates.* 7, 19. et sexcenties.

*Hoc latus tenet c. milia*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. *hoc* (scil. latus) *pertinet.* Quae lectio ferri quoque possit. CLARK. Vulgatum servant Cujac. Scalig. Leid. pr. et Oxon. nisi quod ille cum Ed. Ald. det *Hujus*, male. *Continet* unus Lipsii. quod voluit et Leid. tert. in quo *continenter*. Praefero vulgatum, quod et receperunt Vascos. Gryphius, Stephanus, aliique.

*Hibernia*] MSS. Cujac. Scalig. et Leidens. prim. addunt *Insula.* quod pro Caesaris perspicuitate credo inserendum esse. Addidit etiam Graecus: *Ἰβερνία καλουμένη νῆσος.* Dein *aestimatur* reposui ex MSS. novem, in quibus Leid. prim. atque Edd. primitus cusis. Spatii enim *aestimatio* proprie dicitur, uti ponderis. Plin. H. N. 7. 1. *aestimatione nocturnae quietis dimidio quisque spatio vitae suae vivit.* Infra 6, 19. et B. Civ. 1, 87. *aestimatione facta.* De hoc verbo adi ad 2, 17. Bis statim sequitur *existimare.*

*In hoc medio cursu est insula, quae appellatur Mona*] Apud Jornandem corrupte *Memma* legitur pro *Mona.* quod Lipsio quoque observatum, post emendationem advertimus. At Hotomanni stuporem mirari satis nequeo, qui, cum apud Florum 3, 10. legisset de Caesare: *In Britanniam transit mira celeritate: quippe qui tertia vigilia Morino solvisset a portu, minus quam medio die insulam ingressus est*, haec inquam cum legisset, non dubitavit, pro *Morino* rescribere *Monino*, et putat respici ad Monam insulam. Nequeo satis mirari, doctissimum virum foede adeo sui oblitum esse. VOSS. Diu est, ex quo hunc *Fr. Hotomanni* errorem notavit *Is. Casaubonus* not. ad *Strabonis* l. 4. p. 93. DAVIS. Vide commentarios ad Florum.

*midio minor, ut* [a] *aestimatur, quam Britannia: sed pari spatio* [b] *transmissus, atque ex Gallia, est in*
3 *Britanniam. In hoc medio cursu est insula, quae adpellatur* [c] *Mona: complures praeterea* [d] *minores objectae insulae existimantur. de quibus* [e] *insulis nonnulli scripserunt, dies continuos* XXX *sub bruma*
4 *esse* [f] *noctem. nos nihil de eo percunctationibus re-*
227 *periebamus, nisi* [g] *certis ex aqua mensuris, breviores esse, quam in continente, noctes videbamus.*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *existimatur.* b *transitus* L. pr. sec. Bouh. male. c *Mons* Ed. R. *Motia* Ed. Med. *Notia* Ed. Ven. paullo ante *cursu* deest L. pr. d *more* B. sec. e deest V. pr. a m. pr. male. f *noctes* MSS. 4 et Edd. R. M. V. *sub una esse nocte* Bouh. pr. g *quod* B. tert. et alii cum Ed. Gr.

*Objectae*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edd. Vett. *subjectae.* CLARK. *Subjectae* e suis quoque malebat Hotomannus, et ita cum MSS. Editiones pleraeque. Quo notaretur, ejus Monae propinquas esse, et quasi ad eam pertinere. B. Civ. 3, 79. *Heraclea, quae subjecta est Candaviae.* At vero Cujac. Andin. Scal. Leid. prim. Oxon. et Edd. Aldi, Stephani, prima Gryphii *objectae* exhibent, cum Metaphraste, ἀντικεῖσθαι. *Objectis silvis* 6, 37. statim *objecta terra:* et rursus B. Civ. 3, 79. *Aeginium, quod est objectum obpositumque Candaviae.* c. 100. *insula objecta portui. Objectus insularum* apud Plinium et alios passim. *s* adhaerens ex praec. voce *minores,* (unde *in ora* Bong. sec.) procreavit *sub.* quae variatio crebra est. Paullo post male Petav. cum quatuor aliis et Edd. Rom. Med. Ven. *continuo.* Vide Ciaccon. ad 4, 34. *Continuos complures dies.* Praeterea non opus est, cum Faërno contra MStos codices reponere *sub brumam.* Vide ad 2, 11.

*De quibus insulis — noctem*] Qui ita scripserunt, ignaris Astronomiae fumos vendidere. Similiter ineptierunt ii, qui tradidere, continuos dies esse senis mensibus, et totidem continuas noctes in Mona, *quae distat a Camaloduno Britanniae oppido circiter ducentis millibus.* Vide *Plinium* H. N. 2, 75. DAVIS.

*Percunctationibus reperiebamus*] Ita se restituisse confirmat *Godef. Stewechius* ad *Vegetii* 3, 8. cum in Vulgg. legeretur: *percunctantibus reperiebamus.* MS. tamen *Norvic.* ac editt. *Rom.* et *Beroald.* ita exhibent, ut emendavit vir eruditus. *Pet. Ciacconius* hic reponendum censuit, *percunctati omnino reperiebamus.* Sed nihil est causae, cur quidquam mutemus. IDEM. *Percunctationibus* sive potius *percontationibus* MSS. omnes, et Edd. Stewechius in corruptam

*Hujus est longitudo lateris, ut* [a] *fert illorum opinio,* 5
DCC [b] *milium. Tertium est contra septemtriones. cui* 6
*parti nulla est objecta terra: sed ejus angulus lateris maxime* [c] *ad Germaniam spectat. Huic milia passuum* DCCC *in* [d] *longitudinem esse, existimatur.*
*Ita omnis insula est in circuitu vicies* [e] *centum mili-* 7
*um passuum.*

XIV. *Ex his omnibus longe sunt humanissimi,* 1
*qui Cantium incolunt: quae regio est* [f] *maritima*

VARIAE LECTIONES.

a *eorum f.* L. pr. Ox. Scal. Ed. Steph. *fere* Duk. inepte. b vulgo *m. passuum* et *septentrionem*. c deest praepos. in Ox. d *latitudinem* Egm. Boub. pr. sed v. Plinii 4, 16. e vulgo *centena millia*. f *marituma* B. pr.

editionem inciderit necesse est. Paullo post habent MSS. tantum non cuncti et Edd. priscae, ut edidi, non *noctes*, *quam in continente*. et *videbamus* non absurde exsulat ab Oxoniensi: sed *nisi* pro *sed* saepe etiam in Terentio occurrit. Adi Paraeum ad Eunuch. 3, 4. extr. *Nisi quidquid hic est.* et Pric. ad Appul. l. 4. p. 78. *Nisi tandem lanius etc. despoliavit latronem.*

*Nisi — videbamus*] Vocula prior vim adversativam hic obtinet. Sic et apud *Ciceronem* ad Famil. Epist. 13, 73. *De re nihil possum judicare*, nisi *illud mihi certe persuadeo, te, talem virum, nihil temere fecisse.* Vide etiam *J. F. Gronovium* ad *Plauti* Menaechm. Prol. vs. 59. DAVIS.

*Ex aqua mensuris*] Intelligit quas vulgo clepsydras vocamus, quibus olim usos Romanos, cuique gnarum est. VOSSIUS.

DCC *milium passuum*] Ultima vox non comparet in ullo meorum Codicum, numero viginti duorum, nec etiam in Edd. Rom. Med. Ven. ac Incerta. recte. Saepe enim haec vox subintelligitur: ut jam vidimus ad 1, 15. *Non amplius quinis milibus interesset.* Mox *septemtriones* iidem MSti et Edd. aliaeque praeter Leid. sec. dixi de iis 4, 20.

*Huic millia* etc. *esse existimatur*] MSS. et Edd. Vett. *hoc m. passuum*. Forte legendum, *hoc millium passuum*. CLARK. *Hoc* etiam reperi in meis sexdecim. In Duker. Voss. sec. ac Ed. Flor. et Incerta est *haec*. *Huic* habent. Cujac. Scalig. et Leid. primus. Tota vox deest Oxoniensi. Pro *existimatur* vero scribitur *arbitrantur* in Scalig. Leid. primo, Andino, Oxon. et Edd. Aldi, Vascos. Gryphii, Steph. et aliis. Unde conjicio legendum esse *huic*, et *existimantur*. vel cum aliis Edd. *hoc arbitrantur*. Sed malim prius. Dein pro *centena milia* MSS. et Edd. quidam, *centum milibus*. Sed Bongarsiani, Petav. Vossiani, Egmund. Leid. prim. et alii, *cen-*

*omnis; neque multum a* [a] *Gallica differunt* [b] *con-*
2 *suetudine. Interiores plerique frumenta* [c] *non se-*
228 *runt: sed lacte et carne vivunt; pellibusque sunt*

### VARIAE LECTIONES.

a *Gallia* B. sec. V. sec. b *consuetudinem* V. sec. c *conserunt* Egm.

*tum* vel *C milium*. Quod vel ob Codicum antiquitatem praeferendum erat.

*Neque multum a Gallica differunt consuetudine*] MSS. *Carrar.* et *Norvic.* omittunt praepositionem. Sic et *Plinius* H. N. 9, 35. *Origo atque genitura conchae est haud multum ostrearum conchis differens.* Ab antiquissimis etiam editionibus *Rom. Ven. Beroald.* abest eadem vocula. DAVIS. *A Gallica differunt*) MSS. et Editt. Vett. *Gallica differunt*; omissa Praepositione. CLARK. Meorum etiam MSS. quindecim, in quibus Bongars. prim. Voss. prim. Egm. non habent; sed tamen alii, ut Bongars. sec. Lovan. Scalig. Leid. prim. Oxon. etc. retinent *a*. Quod idcirco delere nolui: nam et apud Plinium *conchis* potius videtur esse Dativus: uti eodem libro c. 8. *haud differens Suillae*: et ita 2, 103. *Ceteris differentes.* Adde Bos. ad Nepot. Ages. c. 7. *Sic enim domus erat instructa, ut nulla in re differret cuivis inopis.* Cum Ablativo si construat, solet addere praepositionem, nisi designetur res, per quam differunt; uti si hic dixisset, *a Gallis differunt consuetudine.* Sed ita 6, 21. *Germani multum ab hac consuetudine differunt*; at c. 16. *hoc ab reliquis differunt.* c. 25. *differunt ab ceteris.* 8, 25. *cultu et feritate non multum a Germanis differebat.* Adde ad 6, 28. *a cornibus differt.* Nisi eadem sit ratio et usus verbi *differre* ac *distare*: quod eadem significatione habet Dativum et Ablativum. Vide ad Lucan. 8, 487. et Arntzen. ad Aurel. Victor. Epit. c. 5. *Distare principes Neronis quinquennio.*

*Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem*] Vocem *vitri* jam plerique doctorum ex antiquissimis codicibus receperunt. In nonnullis codd. est *glasto*, et hanc quoque Graecus interpres retinuit. Sunt qui ex Plinio irrepsisse putent, qui 22, 1. ait: *Simile plantagini glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris et nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.* Ciacconius ait, hunc locum efficere, ut quidam multo minus apud Caesarem glasti vocem ferant, cum dicat Plinius, Aethiopum colorem glastum imitari. Et ita putabat etiam vir doctus, P. Victorius Var. Lect. 19, 3. Sed hoc argumentum nullius pretii, neque enim, quando quis aliquid imitatur, statim sequitur, hoc per omnia simile esse illi, quod imitatur. Et glastum efficit fuscum colorem, et Aethiopum color idem est, itaque non temere Plinius hoc dixit. Ego pro certo habeo, *glastum* et *vitrum* idem esse. Non adspernandum hac in re est testimonium Humfredi Lhuyd, Cambro-Britanni, qui in patriae suae descriptione ait:

*vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum* [a] *efficit colorem. atque hoc* [b] *horri-* 229
*diore sunt in pugna* [c] *adspectu: capilloque sunt pro-* 3

VARIAE LECTIONES.

a *efficiat* Edd. R. M. *efficiebat* Ed. Ven. b vulgo *horribiliore.* c *adspectu capillorum sunt promiscuo* L. pr.

*Nec hi, sed Britanni, ut Caesar et alii referunt, corpora glasto in caeruleum colorem, ut hostibus terribiliores viderentur, pingere soliti. Et nobis in hunc diem, (quod antiquitatem probare videtur) caeruleus color glas dicitur, quo nomine et herba illa plantagini haud dissimilis, et mercatoribus nunc optime cognita, nuncupatur.* Sane hodieque Belgis vitrum *glas* vocatur. Caeterum ut dubitem, *glasto* Caesar, an *vitro* scripserit, facit, quod video saepe illi exoticas voces usurpatas. sic in *alce*, et *ambacti*, et *soldurii*, aliisque. Nec frustra Planudes, vel quisquis Caesaris interpres, eandem vocem retinuit. Rursum ut credam, *vitro* scripsisse, movet me non modo autoritas Melae, qui 3, 6. habet, *incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti.* Jornandes c. 2. qui verba Melae exscribit, *ob decorem*, ait, *nescio, an aliam ob rem, ferro pingunt corpora.* Ubi audacter dicerem scribendum esse *vitro*, nisi scirem, Britannos non vitro tantum, sed et ferro prius pingere corpora solere, ut facilius cicatrices imbiberent colorem caeruleum. Testis est Herodianus, qui l. 3. ait: *τὰ δὲ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. ὅθεν οὐδ᾽ ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς.* Ubi recte usurpat vocem *ἀμφιέννυνται*, nam Britannis erat ex pelle vestis, ut Caesar docet. Itaque anterior pars aperta, posterior tecta. Sed clare Solinus fine c. 25. *Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, jam inde a pueris variae animalium effigies incorporantur, inscriptisque visceribus hominis incremento pigmenti notae crescunt. Neque quidquam magis patientiae loco ferae nationes ducunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.* Notas eas *stigmata* recte Isidorus nuncupat 19, 23. *Nonnullae etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros Germanorum: granos et cinnabar Gothorum: stigmata Britonum.* Caeterum quod de omnibus Britannis Caesar ait, id de Siluribus prodit Tacitus in Agricolae vita; et ex eo quoque Jornandes, qui ait: *Sylorum colorati vultus, torto plerique crine et nigro nascuntur*, lege *Silurum.* nam saepe in eo scriptore nomina corrupta sunt. Claudianus l. 2. de laudibus Stiliconis obscurius eandem rem tangit, cum ait: *Inde Caledonio velata Britannia monstro, Ferro picta genas: cujus vestigia verrit Caerulus Oceanique aestum mentitur amictus.* Ubi *caerulus amictus* non vestis, aut simile quid est, sed ita appellat vitrum, quod verrit vestigia ferri, sive inditur cicatricibus, ut colorem bibant. Similem morem ferro incidendi corpora habuerunt quoque Illyrii et Thraces. Autor Stra-

*misso;* [a] *atque omni parte corporis rasa, praeter ca-*

VARIAE LECTIONES.

a *et* L. pr. Sc. Ed. Stephan.

bo est l. 7. p. 218. etiam Japodes, Liburniae populi, de quibus ait: κατάστικτοι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς καὶ Θρᾳξί. *Notis compuncti sunt corpora, ut et Illyriorum caeteri et Thraces.* Viget hodieque mos ille in gentibus, quae Magellanicum sinum propter habitant. VOSS. Mira est hoc loco et veterum codicum et interpretum varietas. Nam libri quidam habent, *glasto inficiunt,* alii *ultro,* nonnulli *nitro,* major pars *vitro;* quae lectiones, fere omnes, suos sunt assertores nactae. Sunt enim qui *glastum* probent, quod scribat *Plinius* 22, 1. *Simile plantagini glastum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris et nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes.* Sed id aliis non placet, quod non *caeruleum,* ut est apud *Caesarem,* sed *Aethiopum colorem* efficiat: et quod eo non *Britanni omnes* aut *semper,* ut ait *Caesar,* sed foeminae, quae viris junctae sunt, et *in sacris* tantum *quibusdam* oblini solent. Sed praecipue, quod in nullo *Caesaris* exemplari paullo vetustiori *glastum* reperiatur. Sunt qui ex *ultro* parva mutatione *luteo* fecerunt, aucteritate *Vitruvii* adducti, qui 7, 14. ita scribit: *qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba, quae luteum appellatur, caeruleum inficiunt, et utuntur viridissimo colore.* Sed id propterea non admittitur a viris doctis, quod *luteum* non *efficiat caeruleum colorem,* ut *Caesar* ait; sed caeruleus luteo infectus viridem reddat colorem. Ac vidi, qui *nitro* legendum esse contendant, quod apud *Vitruvium* 7, 11. *nitro caeruleum temperetur.* Verum cum ea temperatura non solo *nitro* fiat, sed *arena* insuper et *aere Cyprio,* nihil *Vitruvius* hac parte juvat, neque si quis nitro corpus inficiat, caeruleus efficitur color. Cum autem in codice *Fulvii Ursini,* qui antiquior multo emendatiorque aliis est, legatur *vitro,* eaque scriptura in aliis manuscriptis reperiatur, ea lectio omnino vera esse videtur; est enim *vitrum* herba, quae in Gallia frequentissima nascitur, quae caeruleum colorem efficit. Eam Graeci *Isatim* vocant, Galli ipsi *pastellum. Vitruvius,* ut quidem legitur in duobus manuscriptis, quibus sum usus, et uno antiquae editionis, 7, 14. sic scribit: *Idem propter inopiam coloris Indici, cretam Selinusiam, aut anulariam, vitro, quod Graeci Isatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici.* In aliis duobus libris item manuscriptis erat *visallin,* aut *visalsin,* in nullo vero ὕαλον, ut quidam imprimendum curarunt. Quin vero apud *Vitruvium* legi debeat *Isatim,* dubitari non potest, cum *Oribasius* scribat, *Isatim infectores Vitrum appellare. Plinius* 35, 6. de Indico loquens sic ait: *Qui adulterant vero Indicum, stercora columbina, aut certam Selinusiam: aut anulariam vitro inficiunt.* Sic enim legitur in excusis. *Herodianus* 3, 47. de Britannis: τὰ δὲ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. ὅθεν οὐδ' ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς. Ergo apud *Melam* 3, 6. cum de Britannis ait, *incertum ob decorem, an*

*put*., *et labrum superius. Uxores habent deni*[a] *duo-* 4

VARIAE LECTIONES.

a *duas denique* B. sec. Egm.

*quid aliud, ultro corpora inficiunt*, reponendum eſt *vitro*. *Ciaccon*. Hujus animadverſionem hic exſtare volui, quod expositis doctorum virorum sententiis, earum plerasque refutarit. Pleras-que dico, non omnes; mihi enim perplacet opinio *Joan. Brodaei*, qui Miscell. 5, 2. legit *Glasto*; nec rationes, quibus contra eam militat *Ciacconius*, ullius plane sunt momenti. Nam I. *Plinius* H. N. 22, 1. non tradit, Glaſtum *efficere* Aethiopum colorem, sed *imitari*; quod verum: color enim caeruleus, cum satur eſt, ad fuscum accedit. Hinc *Homerus* cum alibi paſſim, tum Il. A, 350. *πόντον* vocat *οἴνοπα*, hoc eſt, ut recte Scholiaſtes, *μέλανα*, licet mare caeruleo colore sit tinctum. II. Cum *glastum* et *vitrum* eadem sit herba, ut oſtendit *Is. Vossius* ad *Melae* 3, 6. non magis contra glaſtum, quam contra vitrum militat, quod *Plinius* prodiderit, eo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitas eſſe *quibusdam in sacris*, quasi nunquam ipsi Britanni, nec feminae quidem semper, eo uterentur. At contrarium liquet vel ex *Solini* c. 25. adeo ut *Plinium μνημονικῷ ἁμαρτήματι* lapſum arbitrer. III. In eo plane falſus eſt *Ciacconius*, quod scripſerit, in nullo *Caesaris* exemplari paullo vetuſtiore *Glastum* reperiri, cum non solum in suo Codice ita legit Metaphraſtes, sed et antiquitus cusa ex optimis MSS. edita hanc vocem repraesentent. Verum quidem eſt, editt. *Rom. Ven. Beroald*. aliasque retinere *ultro* (pro *vitro*) *glasto*; adeo ut eorum verborum alterutrum ex Gloſſemate sit ortum; utri vero hoc contigerit, non difficile erit aeſtimatu, si reputemus, moris non fuiſſe Librariis, vocem Romanam et uſu vulgari tritam peregrina et rariore explicare: cum igitur *Glastum* sit vox Britannica, *vitrum* autem Latina, haec illius Gloſſema eſt habenda. DAVIS. Cum in aliis MSS. scriptum sit, *vitro*; in aliis, *glasto*: permultis argumentis inter se contendunt Viri docti, utram scripſerit Caeſar. Ego in eam partem propendo, ut (*vitrum*) scripſiſſe Caeſarem exiſtimem, voce scilicet Latina: propterea quod voce Britannica si uſus fuiſſet, addidiſſet utique, *quod vocant*, *quod appellant*, aut aliquid simile. Sic enim aliis in locis, ubi voces Gallicas adhibet, hujusmodi aliquid apponere solet. Supra in Libro tertio: *Quos illi*, inquit, *Soldurios appellant*. Libro sexto: *Sunt item, quae appellantur Alces*. Libro tertio, de Bello Civili: *Pontones*, *quod est genus navium Gallicarum*. Inferius, in eodem libro: *Est etiam genus radicis inventum*, *quod appellatur Chara*. Nec magni eſt, quod affert doctiſſimus Davisius: *exemplaria antiquitus cusa ex optimis MSS. retinere utrumque* vitrum *et* glaſtum; *adeo ut eorum verborum alterutrum ex Glossemate sit ortum*; *utri vero hoc contigerit*, *non difficile fore aestimatu, si reputemus, moris non fuisse Librariis*, vocem Romanam *et* uſu vulgari tritam *peregrina et rariore explicare: cum igitur* Glaſtum *sit vox Britannica*, Vitrum *autem Latina*, *hanc illius Glossema esse habendam*. Hoc, inquam, quamvis ingenioſe excogitatum, non tamen magni eſt. *Vitrum* enim,

230 *denique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus, [a] parentesque cum liberis: sed, [b] si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quo [c] primum virgo quaeque deducta est.*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. Edd. pleraeque *et par.* abest *que* ab Egm. L. sec. b *si* deest B. pr. L. pr. Ox. Scal. Ed. Steph. rectius. c vulgo *a quibus p. virgines q. ductae sunt.*

quamvis sit *vox Romana*, at *non* tamen (isto significatu) *usu vulgari trita.* Atque ista de causa, ad eam explicandam, Librarii adposuerunt vocem Britannicam, *Glastum.* CLARK. Optime refellit Ciacconius varias Virorum doctorum conjecturas, quos etiam recensitos videre potes in notis Brantii, quibusque adde Sambucum, qui inepte *luto*, ac Hotomannum, qui *lutro*, pro herba *Lysimachia* vulgo dicta, ridicule conjecerunt. *Vitro* vera lectio est, ut optime etiam Turnebus Advers. 6, 17. 23, 22. et Vossius aliique ad Melam, et inprimis Salmasius in Plin. Exerc. p. 180. docuerunt. Egregie autem Clarkius hic docet, si voce *glasto* voluisset uti Caesar, additurum eum fuisse, *adpellato*, vel simile. Praeterea testari possum, in nullo Codice meorum numero viginti et plurium adparere *glasto.* Sed in MSS. quatuordecim et Ed. Inc. esse, *ultro:* quomodo et in MSS. Melae ac Vitruvii (quod et de Palat. Cod. Gruterus, et de suo Pulmannus in schedis, quae penes me sunt, testantur) Viri docti esse docuerunt. *ultra* in MS. Melae quoque inveni. *Nitro* est in margine Duker. (qui in textu habet *ulto*,) Pulmanni et Gott. ac Voss. tert. Sed *vitro* disertissime exaratur in Ursini Cod. item in Andino, et Oxoniensi, ac Leid. sec. in quo est, *ultro vel vitro.* Recte etiam defenderunt eruditi τὸ *caeruleum*, pro quo *cerineum*, vel *cerinum*, id est, luteum, reponi volebat Sambucus. Ab hoc autem colore ipsum *Britannorum* seu *Britonum* nomen esse ortum, existimant non male nonnulli. V. Cl. Cannegiet. Diss. de Brittoburgo. Ceterum in Lovaniensi exstat: *Omnis vero se Britannia;* argute, non tamen vere, ut existimo. Vide ad 4, 2. *Gallia delectatur, et impenso parant pretio.*

*Horribiliore sunt in pugna adspectu*] MSS. Reg. Eliens. et Voss. et Editt. Vett. (horridiores *sunt in pugna adspectu.*) Quod idem est. CLARK. *Atque hoc* horribiliore *sunt in pugna adspectu*) MSS. habent *horridiores.* Lege: *atque hoc* horridiore *sunt in pugna adspectu*, quemadmodum *Gryphius* edidit. DAVIS. *Cur. sec. Horribiliore* retinent Andinus, Scal. et Oxon. *horribiliores* Leid. pr. Ceteri omnes *horridiores;* nisi quod Vascos. et Gryphius cum Ed. Stradae *horridiore* exhibuerint, quos sequor cum Davisio, licet ipsum *horridiores* retineri posset ex Plinio 11, 18. *apes horridae sunt adspectu:* quamvis sciam, ibi *horridum* dici et hominem, non tam ob colorem, quam hirsutiem et squalidos et promissos capillos. Unde illa omnia dicuntur *horrere*, quae hirsutas setas,

XV. Equites hostium [a] essedariique acriter proe- 1
lio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt; [b] ta- 231
men, [c] ut nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque [d] eos in silvas collesque [e] compulerint:

## VARIAE LECTIONES.

a *Essedarii* sine *que* L. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. b vulgo *ita tamen*. c *utrum omn*. V. pr. sec. Egm. *in nostris* Ox. d *omnes* Reg. El. V. o. Lov. Carr. Duk. Egm. G. aliique et Ed. Inc. e *compulerunt* MSS. 3.

folia densa, squalentes capillos, barbamque habent, et ita incomta et formidabilia sunt. Vide Cel. Burm. ad Petron. c. 99. Heins. ad Ovid. Met. 11, 176. aliisque locis multis, et passim viros dictos, quo sensu etiam *horrida ora* Ovidio ex Ponto 3, 3, 17. *Horrida pendebant molles super ora capilli*. Verum ipse ille locus juvat, quia hic quoque, ut ibi, *horridus adspectus* jungatur cum *capillis promissis*, quo horridi erant Britanni, et vitro illito horridiores fiebant. Sed et de *adspectu* Valer. Max. 4, 4, 1. *Illarum frons hilaris* etc. *et hujus horridior adspectus solidis bonis abundet*. Curt. 8, 9, 31. de Brachmanibus: *Agreste et horridum genus est*. Praeterea dicitur et de aliis rebus, ut *horrida tempestas*, *verba*, *horridus clamor* etc.

*A quibus primum virgines quaeque ductae sunt*] MSS. Eliens. et Vossii: (*quo* (MS. Reg. *quorum*) *primum virgo quaeque deducta* (Edit. Rom. *adducta*) *est*. CLARK. Primum pro *quibus* in Bongarsianis, Vossianis, Lovaniensi, Bouhier. pr. Egmund. Gottorp. Duk. Dorvill. Leid. tert. et Ed. Incerta scribitur, *Quo*. In Ursin. et Brant. *a quo*. In Leid. sec. Bouh. sec. *quorum*. At in Leid. primo et Oxon. *quibus* sine praepositione. dein constanter MSS. omnes et Ed. Incerta, *virgo deducta est*, praeter Scalig. Oxon. et Leid. prim. ita tamen, ut in Oxon. sit *primo*, et in Leidensi *deductae*. In uno Urs. *ducta*. Quare confidenter reposui, *quo virgo deducta est*. *Quo* enim valet *quorsum*, ad quos. Vide Heinsium ad Ovid. Ep. 13, 34. et alios. Nec obstat, quod praecedat pluralis; ut monui ad 1, 6. Adde Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 489. Sic 7, 58. *Navibus conjunctis*, *atque eo m. inpositis*. B. Civ. 3, 24. *Scaphas contexit*, *eoque milites inposuit*. B. G. 1, 42. *equis equitibus detractis*, *eo legionarios inponere*. *Deduci* autem proprie dici virginem, quae alicui conciliatur, quis nescit e Suetonii loco in Caes. c. 50. *Tertia deducta est?* ubi vide Comment. et omnino Ciofan. ac Burm. ad Ovid. Epist. Her. 16, 313. *Pene suis ad te manibus deducit amantem*.

*Proelio*] MSS. et Vett. Editt. *proelium*. CLARK. Non omnes. Nam *proelium* ex meis tantum habent perperam Vossiani, Gott. Leid. sec. tert. et Dorvill. et Edd. primae. Latinum non est, *proelium confligere*.

*Tamen*] Sic MSS. et Vett. Edd. Scaliger et Recentiores, *ita tamen*. Sed nihil opus. CLARK. Errat Clarkius, cum ita a Scali-

2 sed, compluribus interfectis, cupidius insecuti non-
3 nullos ex suis amiſerunt. At illi, intermiſſo spatio, inprudentibus noſtris atque occupatis in [a] munitione caſtrorum, subito [b] se ex silvis ejecerunt; inpetuque in [c] eos facto, qui erant in ſtatione pro caſtris
4 conlocati, acriter pugnaverunt: duabusque miſſis [d] subsidio cohortibus a Caeſare, atque his primis legionum duarum; quum [e] hae, perexiguo inter-

VARIAE LECTIONES.

a *munitiones* Egm. b deeſt Ox. c *nostros* Egm. d *subito* L. sec. e *haec* vel *hec* B. pr. L. pr. Duk. V. tert. vulgo *interim per.* contra MSS.

gero intrusum cenſet. Nam et Vascos. Aldus, Gryphius, Stephanus, Lipsius, aliique sic exhibuerunt, et confirmatur a MSS. Scalig. Leid. primo, atque Oxoniensi: forſan et aliis. Verum Bongarſiani, Lovan. Voſſiani, Egmund. ac plures non agnoscunt. Et rectius quidem. Adi notata ad 3, 14. *Turribus excitatis. tamen* etc. *ut neque tela adjici possent.* Delevi itaque cum Clarkio, ut supervacuam vocem. *Ita ut* in noſtro aliud quid notat 2, 19.

*In silvas collesque*] Non hoc damno, confirmatum ab omnibus MSS. et saepe ita junctum. Quia tamen mox dicit tantum, *e silvis se ejecerunt*; et, *postero demum die in collibus constiterunt*, ut ait c. 17. ac Metaphraſtes vertit simpliciter, *εἰς τὰ νάπη*, adridet nonnihil conjectura, *in silvas callesque:* invios scilicet, ut addunt saepe scriptores: quo tutius latere poſſent. *Callis* enim in *collis* abiit saepe. Vide Torrent. ad Caeſar. Suetonii c. 19. *Silvae callesque decernerentur.* uti et Misc. Observ. Mart. et April. 1733. p. 307. *Silvestres calles* ait Curtius 5, 4. Non placet vero, eam vocem e MSS. quibusdam cum Cortio reponere in Lucano 4, 129. *Tollere silva comas, stagnis emergere colles Incipiunt, visoque die durescere valles.* Si quid ibi mutandum foret, pro *colles* scribere *calles*, non vero loco τῦ *valles*, mallem; namque tam plana et jacentia, quam edita, refluis aquis, et ceſſantibus imbribus, apparuiſſe, innuit Auctor.

*Atque his primis legionum duarum*] Primae cohortes ceteris praeſtabant, non hominum numero, ut perperam arbitratus eſt *Joan. Glandorpius*, sed virtute; erant enim ex praeſtantissimis et fortiſſimis viris confectae. Vide *Just. Lipsium* Mil. Rom. l. 1. Dial. 4. DAVIS.

*Intermisso perexiguo loci spatio inter se, constitissent*] Ita hunc locum, mutata solum interpunctione, reſtitui. Editi omnes: *intermisso perexiguo loci spatio, inter se constitissent.* Qui senſus eſt nullus. Ideoque Hotomannus exiſtimavit, voces,

miſſo loci spatio inter se, conſtitiſſent, novo genere pugnae perterritis noſtris, per medios audaciſſime perruperunt, seque inde incolumes receperunt. Eo die Q. Laberius Durus tribunus militum interficitur. Illi, pluribus submiſſis cohortibus, re- 232
pelluntur.

XVI. Toto hoc [a] in genere pugnae quum sub 1
oculis omnium, [b] ac pro caſtris [c] dimicaretur, in-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Reg. El. V. sec. D. Edd. R. M. V. Vasc. Ber. Ciacc. b exsulat a Pet. V. sec. c *dimicarentur* B. pr. V. sec.

*inter se*, delendas eſſe. Sed Graecus recte intellexit, ὀλίγον ἀπ' ἀλλήλων ἀπεχουσῶν. CLARK. Voces *inter se* tollendas cenſuit *Hotomannus*. At si diſtinguas, *quum haec, intermisso perexiguo loci spatio inter se, constitissent*; locus integritati suae reſtituatur, ut Cl. *Clarkius* observavit. DAVIS. *Cur. sec.*

*Perterritis nostris*] *Ταράξαντες* recte vertit Metaphraſtes. Britanni novo pugnae genere scilicet perturbaverunt Romanos. Verum in Voſſiano sec. eſt *peremptis*. At in Voſſ. primo et Bongars. pr. *pertemptis*: in poſteriore autem a manu secunda, uti et in Bong. sec. *pertemptatis*. Quod quid sibi velit nescio: nisi forte Auctor scripſerit *Praetentatis*, ut dixerit, novo genere pugnae expertos fuiſſe Britannos, quid in Romanos valerent. Sic *praetentato sinu* Sueton. Aug. c. 35. Lucan. 9, 397. *Fatoque pericula vestra Praetentate meo*. Veget. 1, 8. *tiro exercitio praetentandus*. Adi omnino quos laudat Cl. Burmann. ad Ovid. Metam. 14, 189. *Praetentatque manu silvas*. Utcumque tamen haec conjectura adrideat, nil temere mutari velim. Novum erat enim pugnae genus Romanis, non vero Britannis, qui ita pugnare solebant.

*Per medios proruperunt*] Sic quidem Leid. pr. sec. et Oxon. cum Edd. primis, uti et Aldi, Gryphii et aliis. Sed ceteri MSS. item Vascos. Strada, Stephan. cum Ciacconio praeferunt, *perruperunt*. Id quod magis mihi placet. Quamvis et vulgatum se satis defendere queat. Liv. 26, 7. *per castra ad Capuam perrumpere*. Vide ad Frontin. 1, 5, 12. *Per stationes hostium perrupit*, vel *prorupit*. Eadem variatio B. G. 1, 8. *perrumpere possent, conati*. 6, 40. *per medios hostes perrumpunt*. et 7, 19. *Paludem perrumpere*. Adde B. Civ. 1, 67. *Omni ratione perrumpendum*. Sic *rates perrumpere* B. Civ. 1, 26. *Prorumpere* magis videntur illi dici, qui ex ordinibus ad hoſtes procurrunt, et laceſſunt proelium. *Perrumpere* ii, qui ordines hoſtium turbant. V. Drak. ad Liv. 3, 61, 9. vel munitiones transcendunt ac diffringunt. Ceterum perperam Hotomannus hic inseri volebat, *hostes*. Romanos intelligit Auctor, sive *nostros*.

tellectum est, nostros, propter gravitatem armorum, quod neque insequi cedentes possent, neque [a] ab signis discedere auderent, minus aptos esse ad
2 hujus generis hostem; equites autem magno cum periculo [b] proelio dimicare, propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent; et, quum
233 [c] paullum ab legionibus nostros removissent, ex essedis desilirent, et pedibus [d] dispari proelio con-
3 tenderent. Equestris autem proelii ratio, et cedentibus et insequentibus, par atque idem periculum
4 inferebat. Accedebat [e] huc, ut numquam [f] conferti, sed rari, magnisque intervallis proeliarentur, stationesque dispositas haberent, atque alios [g] alii

VARIAE LECTIONES.

a *a* MSS. 3. *a suis* Edd. R. M. V. b deest vulgo. c Sic MSS. praeter unum alterumque recentissimum, et Ed. Inc. non *Paullulum. ab* non comparet in L. pr. Sc. Al. *a*. d *Dissipati* Ox. *dissipato* And. paullo ante *et ex e.* Carr. D. e *ad haec* Pal. Edd. R. M. V. f *conserti* L. pr. g deest L. pr. Ox.

*Q. Laberius Durus*] Orosius, Freculphus, Celsus, aut potius Anonymus exscriptor ejus constanter habent *Labienus*, sed corrupte, aut valde ego fallor. VOSS. *Labienus* est et in Ursini Codice, ac Cujacii, et Leid. pr. Voss. sec. et tertio.

*Submissis coh.*] Non damno hoc. Cum ceteris enim crebro noster *submittere*, pro subsidio mittere usus est. Adtentionem tamen meretur alia lectio, quae restat in MSS. Cujac. Andin. Scalig. Oxon. et Leidens. primo, *inmissis*. Confer notata ad Lucan. 6, 291. *Cum super e totis inmisit collibus agmen, Effuditque acies obseptum Magnus in hostem*. Quod jam malo, adstipulantibus etiam Cortii MStis, et in primis ad 7, 523. *Inque latus belli, qua se vagus hostis agebat, Inmittit subitum, non motis cornibus, agmen.* (quo loco cum MSS. plerisque *emittit* tamen nunc praefero. solent enim saepe variari praepositiones, ut tam denotetur locus, ex quo, quam ad quem locum fiat motus: adi Cl. Drak. ad Liv. 1, 57. *Avolant Romam*; et 4, 18. *equites in hostem emisit.*) Frontin. 2, 7, 8. *Turmas, quae eos sequerentur, inmisit.* Immo infra 7, 40. *Agmen Aeduorum conspicatus, inmisso equitatu, iter eorum moratus*. V. et B. Civ. 2, 41. et Hirt. B. Afric. c. 18. *Subito inmittit cohortes, turmasque suorum.* item c. 39. 75. 78.

*Gravitatem armorum*] Non male. Placet tamen magis, quod

deinceps exciperent, integrique et recentes [a] defatigatis succederent.

XVII. Postero die [b] procul a castris hostes in 1
collibus constiterunt, rarique se ostendere, [c] et lenius, quam pridie, nostros equites proelio lacessere coeperunt. Sed meridie, quum Caesar pabu- 2
landi [d] caussa III legiones, atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset, repente ex omnibus [e] partibus ad pabulatores advolaverunt, sic, uti ab signis legionibusque non absisterent. Nostri, 3
[f] acriter in eos inpetu facto, repulerunt: neque finem [g] sequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, quum post se legiones viderent, praecipi-

VARIAE LECTIONES.

a *pro defetig.* inepte Egm. b *cum pr.* etc. *constitissent, rari* Duk. *cum pr.* etc. *constitissent rarisque* V. sec. c vulgo *et lentius.* d *gratia* Lov. Dorv. L. sec. Edd. R. M. V. Mox *Q. Tr.* L. pr. Scal. e MSS. 13. et Ed. Inc. carent τοῖς *partibus.* non male. V. ad c. 7. Solet tamen Caesar alibi addere. πάντοθεν Graec. f *alacriter* Duk. g Sic MSS. o. praeter Ox. et Edd. primae. non *ins.* quibus parui.

legitur in iisdem, quos de τοῖς *inmissis* laudavi, Codicibus, quodque procul dubio e suis MSS. recepit R. Stephanus, *armaturae*, ὁπλίσεως, ut vertit Graecus. *Armatura* enim proprie est ipsum genus armorum. Hirt. B. Alex. c. 34. 68. *disciplina atque armatura nostra.* Consule omnino Manutium ad Ciceron. Epist. Fam. 7, 1. *Armatura varia equitatus peditatusque. Armatura* etiam hoc sensu in MSS. et Edd. quibusdam apud Curt. 3, 2, 5. et Liv. 26, 5. Sed malim ibi cum aliis *armatu*, atque ipso Gronovio ad locum Livii: ubi vide.

*Magno cum periculo dimicare*] MSS. et Editt. Vett. *magno cum periculo* proelio *dimicare.* CLARK. *Bongars.* tres, *Petav. Norvic. Lovan. Gottorp. Voss. Egmond.* et *Pal.* exhibent, *magno cum periculo proelio dimicare;* nec aliter, iis volentibus, lego. DAVIS. *Cur. sec.* Mei aliorum libris MSS. et Pulm. schedis consentiunt praeter ante dictos Codd. qui suo more a reliquis secessionem faciunt. Restitui tamen eam vocem: cum eam non respueret Caesaris Stylus, et facile ob praecedens *periculum* excidisse credibile sit. *Proelio dimicare* Latina et obvia est locutio. 6, 17. *Quum proelio dimicare constituerunt.* c. 31. *proelio dimicandum.* 7, 7. B. Civ. 3, 37. *proelio decertare.* unde et *certamen proelii* B. Alex. c. 16.

4 tes hostes [a] egerunt: magnoque eorum numero interfecto, neque sui conligendi, neque consistendi, [b] aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt.
5 Ex hac fuga protinus, quae [c] undique convenerant, auxilia discesserunt; neque post id tempus umquam summis nobiscum copiis [d] hostes contenderunt.

1 XVIII. Caesar, cognito consilio eorum, ad
234 flumen [e] Tamesin, in fines Cassivellauni exercitum duxit. quod flumen uno omnino loco pedibus, atque

VARIAE LECTIONES.

a *egerunt magno e. n. interfecto*, *n.* L. pr. V. sec. et Ed. Steph. b *neque* L. tert. male. *ex* deest L. pr. *ex equis* Ox. c deest L. pr. d exsulat ab Ox. paullo ante male vir doctus *suis n. c.* e *Thamesim* MSS. et Edd. plerique.

*Equestris autem proelii ratio*] Ambigebat Glareanus de Britannis, Romanis, an utrisque Caesar loquatur. Sed nulla hic difficultas est. Nam equestre proelium proprie hic accipiendum: nempe, ubi utrimque equis concurritur; alioque frustra bonum hic sensum quaeras. Sane sic et Graecus intellexit: et sic l. 1. ubi de equestri proelio Romanorum cum Helvetiis loquitur. VOSSIUS.

*Lentius*] Bongarsiani, Petav. Egm. Lovan. Voss. prim. cum quinque aliis et Edd. primis *lenius*, vel *ac lenius*. Carrar. cum tribus meis recentioribus et Ed. Inc. perpetua fere variatione *levius*, quod placebat Bruto; minus bene. *Lenius* idem est, quod *lentius*. *Leniter* idem, quod *lente*. Unde passim *lenis fluvius* opponitur rapido et torrenti. *Leniter ire* Hirt. B. Afric. c. 6. *procedere* et similia crebro. Vide Cel. Burm. ad Phaedri Fab. 25. *Pota leniter*. Adde ad B. Civ. 1, 1. *Sin cunctetur atque agat lenius*. ubi male alii *lentius*. *Latius* est in Leid. primo.

*Fecerunt, quoad subsidio*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Ed. Rom. *fecerunt. Quo subsidio* etc. CLARK. Etiam MSS. mei tantum non omnes. Nam Oxon. et Cujac. *quoad* servant: quibus accedunt Bongars. pr. et sec. in quibus legas *quod*. Reliqui *quo* cum Edd. Mediol. Ven. et Incerta; sine sensu, sed sollemni mutatione. *Quoad* hic valet, *donec*. Dicit Auctor, pedites hostium copias, quas repulerant, tam diu secutos esse (quod hinc patet etiam paullo melius esse, quam *in seq.*) donec sequi amplius eos nequiverunt: quia equites confisi jam subsidio peditum irruerunt quoque in ipsos, atque *praecipites* in fugam dederunt. Unde gravis armaturae milites eos ultra persequi non poterant. De hac particula plura vide apud Cl. Perizon. ad Sanct. Minerv. 3, 6, 1. et Cortium ad Sallust. Jug. 41,

atque hoc aegre, transiri poteſt. Eo quum veniſſet, 2
animum advertit, ad [a] alteram fluminis ripam magnas eſſe copias hoſtium inſtructas. Ripa autem erat 3
acutis sudibus [b] praefixis munita; ejusdemque generis sub aqua defixae sudes flumine tegebantur.
His rebus cognitis a captivis [c] perfugisque, Caeſar, 4
praemiſſo equitatu, confeſtim [d] legiones subsequi
juſſit. Sed ea celeritate, atque eo inpetu milites ie- 5
runt, quum capite solo ex aqua exſtarent, ut ho-

VARIAE LECTIONES.

a *aliam* Duk. a m. pr. b *praefixisque* B. pr. L. pr. Scal. Oxon. Ed. Gryph. c *profugisque* V. tert. Ed. Inc. d *legionem* Edd. R. M. V.

9. *Quod semet ipsa praecipitavit.* c. 14. *Quoad legiones collocasset.* Eadem confusio in Appul. l. 1. Met. p. 6. *Quoad semet ad istam faciem fortuna perduxit.* Sic Ed. Scriv. Sed MSS. et Edd. vulgares *quo*, vel *quod*, defendente hoc Sciopp. Susp. Lect. 4, 6. et Ferr. El. 1, 19. *Quod* pro *quoad* valet *in quantum*. Ceterum mox *τὸ se* non comparet in MSS. meis quindecim, neque in Edd. primis. Nec forſan opus eſt, ut adverbialiter ponat *post* eodem senſu, quo Graecus hic *ὄπισθεν*. Mihi tamen retinere *τὸ se* magis placet cum MSS. Cujac. And. Scal. Oxon. et Leid. primo.

*Cassivellauni*] *Συέλλαν* corrupte apud Dionem legi, alibi monuimus. Etiam Polyaeno vocatur *Κασσελαῦλος*. scribe apud utrumque, *Κασσυελλαῦνος*. VOSSIUS. V. ad c. 11.

*Animum advertit*] Vulgg. *animadvertit*. Nos autem MSti. *Norvic.* lectionem sequimur. Vide not. ad B. G. 1, 24. Obſervavit etiam vir doctiſſimus, *J. Georg. Graevius*, ad *Ciceronis* Offic. 2, 19. librarios plurimis in locis elegantem hunc loquendi modum mutaſſe, ut alterum subſtituerent. DAVIS. Sic etiam quatuordecim ex meis.

*Ejusdem generis sub aqua defixae sudes flumine tegebantur*] Lipſius in Poliorceticis l. 5. dial. 3. quaerit, cur *flumine* hic legatur, cum paullo ante dixerit Caeſar, *sub aqua*. Itaque pro *flumine* ambigit an reponat *plumbo*. Sed ambigit, non ſtatuit. Sane juvare videtur opinionem illius Beda, cum l. 1. c. 11. Hiſt. Angl. ait: *Quarum vestigia sudium ibidem usque hodie visuntur, quod singula earum ad modum humani femoris grossae, et circumfusae plumbo, immobiliter haereant in profundum fluminis infixae.* Sed conſiderare oportet, sudes illas acutas ab Caesare dici: nam cum antea dixisset, ripam acutis sudibus praefixis munitam fuiſſe, subdit, ejusdem generis sudes sub aqua latuiſſe. Itaque plumbum habuerint ima sudium. Atqui quomodo tunc dicat Caeſar, tectas plumbo fuiſſe? Nam plumbum acutas fa-

ſtes inpetum legionum atque [a] equitum suſtinere non poſſent, ripasque dimitterent, ac se fugae mandarent.

1 XIX. Caſſivellaunus, ut supra demonſtravimus, omni deposita spe contentionis; dimiſſis amplioribus copiis, [b] milibus circiter [c] IV eſſedariorum reli-

VARIAE LECTIONES.

a *equitatum* Lov. Carr. Dorv. L. sec. b *militibus* Ort. G. V. tert. Ed. Inc. c *CCCC* Ort. *IIIIC.* Ed. Inc.

cere sudes nequibat. Ego itaque malo vulgatam retinere lectionem. Quod autem Caeſar primo ait sub aqua defixas sudes, tantundem eſt, ac si dicat, fundo fluminis infixas sudes fuiſſe: dein subdit, *flumine tegebantur*, ut oſtendat, non exſtitiſſe cacumina earum ex aqua. Beda de plumbo dicit, sed videor mihi occurrere illi argumento poſſe. Nam quis affirmet, illas sudes, quarum veſtigia Bedae tempore deprehenſa, easdem fuiſſe, quae Caeſaris tempore flumini infixae fuerunt? Inquit Caeſar, flumen illud uno tantum loco pedibus transiri potuiſſe. Forſan Britanni poſtea bellis inteſtinis concuſſi prohibendis transitu amnis conterraneis sudes illas poſuere. Equidem ego id crediderim: nec temere muto in Caeſare; nisi veteris codicis auctoritas accedat. Sed illud notandum, quod Polyaenus ait Strateg. 8,23. Caeſari elephantum unum in Britannia fuiſſe, cui impoſita turris; cujusque terrore Britanni dilapsi cuſtodiam amnis deſeruerint. Nihil tamen de bellua illa in Caeſare legitur; unde suspicor, Polyaenum id hauſiſſe ex Ephemeridibus Caeſaris, in quibus multa a Caeſare annotata fuiſſe, quae his Commentariis non memorantur, jam initio notarum obſervavimus. VOSSIUS.

*Atque impetu*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, *ea celeritate, atque* eo *impetu*. CLARK. *Eo* agnoscunt quoque Bongars. prim. et secund. Voſſiani omnes, Petav. Egmund. Lovan. et quatuor alii, cum Ed. Incerta, Vascos. Stradae, Gryphii poſteriore, et recentioribus. Et quamvis alicui videri poſſit morari sententiam, unde Grutero etiam *atque impetu* ejicere placebat, tamen mihi videtur ſtylo Caeſaris magis convenire, qui pronomina et Adjectiva aeque ac praepoſitiones saepe geminare solet. 6, 42. *Omnes vici atque omnia aedificia.* Vide etiam ad 6, 11. B. Civ. 1, 7. *Qua voce et quo SCto.* Hiſt. B. Afric. c. 19. *Hac spe atque ea fiducia.*

*Ut supra demonstravimus, omni deposita spe contentionis*] In editis omnibus ita interpunctus eſt hic locus, ut ambiguum sit, quo referantur hae voces, *ut supra demonstravimus;* cum manifeſtum sit, eas ad iſtud solum, *omni deposita spe contentionis*, referri debere. Quanti interdum sit momenti res tam perexigua, vide infra, quae annotavimus, de bello Civili 3, 39. CLARK.

*Relictis*] Recentiores *retentis;* sed omnium MStorum et antiquitus cuſorum lectionem abs-

ctis, itinera nostra servabat; [a] paullulumque ex via excedebat, locisque inpeditis, [b] ac silvestribus sese occultabat; atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora, atque homines [c] ex agris in silvas compellebat: et, quum equitatus no- 2
ster liberius, praedandi vastandique caussa, se in

VARIAE LECTIONES.

a Sic V. pr. Ox. B. tert. Duk. Ceteri cum Edd. Inc. Steph. *paullumque.* b Sic MSS. et Edd. Vett. quaedam. non *atque.* Mox *se* L. pr. Sc. Ed. R. M. V. Steph. c Caret *ex agris* Lov.

que causa sontica deseruerunt, ut exemplis monstravit *Ger.* G. J. F. *Vossius* ad *Velleji Paterculi* 2, 81. DAVIS. *Relictis*) Scaliger et recentiores, contra omnium Codicum fidem, et sine ulla omnino causa, scripserunt, *retentis:* voce admodum ineleganti in locum elegantioris suffecta. Quos proinde merito carpit *Davisius.* CLARK. Male Clarkius pronunciat, *retentis* a Scaligero inductum esse. Nam multae ante ipsum Edd. ita jam exhibent, ut Ald. Vascos. Steph. Gryph. Plant. aliaeque. In nullo tamen inveni Codice, nisi quod nullam varietatem enotatam vidi e Scaligerano. *Relictis* ergo idem erit, ac *reliquis* sc. secum, ut conjecit rescribendum Gruterus: quomodo *Relinquebatur* mox et alibi apud nostrum, (docente Cl. Bosio Animadv. in Caes. p. 19. et restituimus nos B. Civ. 1, 79.) ponitur pro, *reliquum erat.* Alioquin facilis esset conjectura, *electis*, vel *selectis.* 5, 52. *Non esse relictum militem sine vulnere.* ubi MSS. plurimi *reliquum.* Vide et 7, 70. et clare B. Civ. 1, 41. *Quos sibi praesidio reliquerat.* ubi vide, et ad c. 80. *relictis legionibus subsequitur.* uti et B. C. 3, 74. *Relictis munitionibus.* Liv. 4, 27. *nulla in proelio justo relicta spe.* i. e. reliqua.

*Itinera nostra servabat*] Observabat, παρετήρει; ut recte Graecus. *Silius* Italicus 6, 384. Servabam *vultus Ducis, et prudentia sensum Lumina.* Vide et vs. 565. DAVIS. Rectius adduxisset Vir doctus Terent. locum in And. 1, 3, 7. *Me infensus servat.* Hoc enim animo id agebat Britannus. Passim *servare* pro *obs.* invenias. Vide ad Lucan. 1, 601. et alibi.

*Effunderet*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *Ejecerat* cum Editt. Vett. CLARK. In *Petav.* est *ejiceret.* At *Bongars.* tres, *Lovan. Norvic. Gottorp. Voss.* et *Egmond* habent, *ejecerat*, ac eorum ductu sic rescribas velim. Vide c. 21. DAVIS. *Cur. sec.* Hoc monet et ita legendum contendit Cortius ad Plinium Epist. 8, 17, 3. Brantius e suo codice praetulisse etiam videtur, *ejecerat.* Citat enim l. 4. *se ex castris ejecerunt*, et 7, 28. 47. ac Hirt. B. Alex. c. 19. 20. *se ex oppido ejecerant.* ut est mox c. 21. *se e castris ejecit* B. Civ. 3, 96. Et sane, ut aliorum Codices, sic etiam mei exhibent, *ejecerat*, praeter Leidensem prim. Oxon. Cuj. Andinum, et Scalig. qui cum Edd. Vascos. Addi, Steph. Gryphii, Urs. ceterisque, quod sine dubio e MSS. et illi admiserunt, servant, *effunderet.* Rectius om-

236 agros effunderet, omnibus viis notis semitisque essedarios ex silvis emittebat; et, magno cum periculo nostrorum equitum, [a] cum iis confligebat; at-
3 que hoc metu latius [b] vagari prohibebat. Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur, et tantum in agris vastandis, incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant.

1 XX: Interim [c] Trinobantes, prope firmissima earum regionum civitas, ex qua [d] Mandubratius adolescens, Caesaris fidem secutus, ad eum in con-

VARIAE LECTIONES.

a Desunt Ed. Inc. b *evagari* Carr. Duk. c *Trenob.* Lov. *Trinovantes* L. pr. et mox idem ac B. pr. V. o. G. atque ita Cels. et MSS. apud alios. *Τριβονανται* Metaph. d *Mandubracius* MSS. plerique. per *ων* Metaph. V. Jungerm.

nino. *Ejicere se ex loco* amavit Caesar, non simpliciter *in locum:* quamvis id Latinum esse non negem. Vide enim ad Frontin. 2, 9, 6. Liv. 1, 40. *ambo se foras ejiciunt.* et saepe. Ac contra praetulisse videtur, *effundere se in locum*, non, *ex loco.* Sexcenties autem *Effundi in hostes*, *in campum* et *effundere se* dici de hostili inpetu subito, si probare vellem, putidus forem. Praeterea *ejicere* rectum esset, si e castris vel oppido se in agros effudisse dixisset, sed hic notat modo liberiorem per agros discursum a palantibus praedatoribus factum. *se ad cognoscendum effudit* B. Civ. 2, 7. *Ejiceret* est in Duker.

*Viis notis*] Ultima vox non comparet in MSS. neque Edd. primis, uti nec Vascos. Steph. aliorumque. Ex meis soli Andinus et Oxon. cum Aldo, Gryphio, Plant. etc. servant. Nec etiam supervacuam esse hanc vocem, credo. Angustas vias intelligit, quas noverant soli Britanni, adeoque ad insidias Romanis ponendas erant aptissimae. De hac vocis *notus* emphasi vide omnino, quae laudat Cel. Burm. ad Phaedr. F. 1, 11. *Quae dum paventes exitus notos petunt.* Frontin. 2, 5, 7. *Quum ipse per solitudes ac notos sibi transitus evaderet*, etc. Adde 1, 5, 5. et alios.

*Ex qua Mandubratius adolescens*] Cambdenus aliique ajunt, Mandubratium hunc Orosio vocari Androgorium: quia ait Orosius 6, 9. *Interea Trinobantum firmissima civitas cum Androgorio duce*, *datis* XL. *obsidibus*, *Caesari sese dedidit.* Sed ego hinc affirmare non ausim, eundem esse Androgorium

tinentem Galliam venerat, cujus pater Imanuentius in ea civitate regnum obtinuerat, [a] interfectusque erat a Cassivellauno, ipse fuga mortem vitaverat, legatos ad Caesarem mittunt: polliceanturque, sese 2
ei dedituros, [b] atque imperata facturos: petunt, 3
ut Mandubratium ab injuria Cassivellauni defendat; atque in civitatem mittat, qui praesit, imperiumque obtineat. His Caesar imperat obsides XL, frumen- 4
tumque [c] exercitui; Mandubratiumque ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt: obsides ad numerum, frumentaque miserunt.

VARIAE LECTIONES.

a *interfectus a C.* B. pr. a m. pr. *erat* abest a MSS. 3 et Ed. Inc. F. *interfectoque eo.* b Sic MSS. et Ed. Inc. non *et.* c *ad exercitum* V. sec. Mox vulgo *frumentumque.*

et Mandubratium. Nam inquit Caesar Mandubratium in continentem ad se venisse, rogasseque Trinobantes postea, ut eum cum imperio ad se mitteret Caesar. Orosius vero ait, Androgorium tunc ducem fuisse Trinobantibus. Sed quis hinc colligat, eundem utrumque esse? Mihi non videtur. Potuit Androgorius absente Mandubratio Trinobantibus imperare. VOSSIUS.

*In continentem Galliam*] Injuriam mihi facere simplicitati Caesaris videntur et Ciacconius, in notis suis, et Scaliger in editione sua, cum vocem *Galliam* suspectam habent, atque expungi volunt. IDEM. Ultimam vocem expungendam censuere *Fr. Hotomannus*, *P. Ciacconius* et *Jos. Scaliger*. Sed nihil opus est, ut eorum calculis nostrum adjiciamus, cum *Livius* 31, 45. *continentem Atticam* dixerit, et *continentem terram* *Corn. Nepos* Themist. c. 3. et *Eumenius* Paneg. 4, 3. DAVIS. Suspectam habuerunt vocem (*Galliam*) Ciacconius, Hotomannus, et Scaliger. Sed prorsus sine caussa, ut ostenderunt Viri doctissimi, Vossius et Davisius. Deest tamen in Graeco Interprete. CLARK. Exsulat etiam a Lovaniensi contra plenum et solitum Caesari stylum.

*Imanuentius*] Sic etiam Graecus, et Edd. Vett. ac Novae. Sed hujus nominis nullum exstat vestigium in MSS. Bongarsianis, Leidensibus, Vossianis, Lovaniensi, Egmund. Oxon. Petav. et, ut semel dicam, in nullis meorum, neque etiam in Ed. Incerta.

*Frumentumque miserunt*] Eleganter ad varietatem Leidens. prim. et Oxoniensis, *frumentaque:* quo ostendat etiam, non tantum *celeriter* et *ad numerum*, sed et copiosius imperata subministrasse. Sic 4, 19. et alibi, *frumentis succisis.* 14. 16. *fru-*

1 XXI. Trinobantibus defensis, atque ab omni
137 militum injuria prohibitis, Cenimagni, Segontiaci,
Ancalites, Bibroci, Caſſi, legationibus miſſis sese
2 Caeſari [a] dedunt. Ab his cognoscit, non longe [b] ex
eo loco oppidum Caſſivellauni abeſſe, silvis, paludi-
busque munitum, quo satis magnus hominum [c] pe-
3 corisque numerus [d] convenerit. Oppidum autem
Britanni vocant, quum silvas inpeditas vallo atque
foſſa [e] munierunt, quo, incurſionis hoſtium vitandae
4 cauſſa, convenire [f] conſuerunt. Eo proficiscitur
cum legionibus: locum reperit egregie natura at-
que opere munitum: tamen hunc duabus [g] ex par-
5 tibus obpugnare contendit. Hoſtes paullisper mo-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *dediderunt*. b *ex loco* Ed. Elz. *ab eo l.* Duk. Aic. c *pecorumque* Carr. G. V. tert. Ed. Inc. aliaeque. V. 5, 12. d *convenerint* Heins. e *munierint* L. pr. Scal. et ſtatim *incursiones vitandi*. f Sic MSS. *consuerant* Duk. Edd. R. M. V. vulgo *consueverunt*. V. 1, 43. g deeſt Car. D. *τὸ ex*. Utraque vox a V. sec.

*menta in agris matura non erant*. Adde 6, 43. B. Civ. 2, 37. MS. Petav. B. Civ. 3, 60. et passim: quare reponere id non sum veritus.

*Cenimagni*] Tametsi temere et sine auctoritate veteris codicis mutandum nihil putem, eſt tamen cur paullum corruptum eſſe hoc nomen arbitror. Ait Caeſar eodem hocce libro: *Maritima pars ab iis, qui praedae, ac belli inferendi caussa ex Belgio* (scilicet in Britanniam) *transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt, et bello illato ibi remanserunt*, etc. Sunt autem non in Belgio quidem, verum in Celtica Gallia Aulerci Cenomani, unde mihi illud *Cenimagni* depravatum videtur; sane Graecus interpres habet, *Κενίμανοι*: quam levis autem mutatio *ι* in *ο*? Itaque fere legam, *Cenomani*. Sane mox quoque video veſtigia alterius Gallici nominis in *Cassii*: nam in Belgica sunt Velocaſſes, vicini Veromanduis. Etiam *Ancalites* non abhorret ab *Ambialites*. Sed potuerunt etiam Caeſaris tempore nomina illa paululum degeneraviſſe. Quare nihil muto. VOSS. Alibi factam hujusce populi mentionem non reperies, qua de cauſa *J. Lipsius* ad *Taciti* 12, 32. *Icenos* et *Cangos* intelligi exiſtimat, quorum meminit Annalium scriptor. *Guil.* autem *Cambdenus* Britann. p. 329. Edit. Lond. 1607. hanc vocem ex *Icenis et Regnis* conflatam arbitratur, praeſertim quod

rati, militum nostrorum inpetum non tulerunt; seseque [a] alia ex parte [b] oppidi ejecerunt. Magnus ibi numerus [c] pecoris repertus; multique [d] in fuga sunt comprehensi, atque interfecti. 6

XXII. [e] Dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium, quod [f] esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus IV reges praeerant, Cingetorix, [g] Carvilius, Taximagulus, [h] Segonax, nuncios mittit: atque his imperat, [i] uti, coactis omnibus copiis, castra navalia de inproviso adoriantur, atque obpugnent. Ii quum ad castra venissent, nostri, eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Lugotorige, suos 1 238 2

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. meliores, non *ex alia*. b deest G. V. tert. Ed. Inc. c *pecorum* rursus Duk. et Edd. Vett. d *in fugam* L. sec. e *Cum* MSS. 11. f *est ad mare, ut s.* Edd. R. M. V. g *Carnilius* Scal. et vulgo contra MSS. et Edd. Vett. *Cartuilius* L. pr. *Καρυΐλιον* Gr. ante *Cingentorix* Dorv. Edd. R. M. V. h Sic etiam Gr. sed MSS. B. pr. sec. V. pr. L. pr. sec. Pet. Lov. Egm. et 4 alii *Segovax*. i Ita MSS. meliores multi, non *ut*.

MS. quem inspexerat, diviso vocabulo exhibebat, *Ceni Agni*. Praestat autem vulgatam lectionem retinere; fieri enim potest, ut horum, quia ignobilis esset populus, nulla apud scriptores alios supersit memoria; quod etiam ceteris hoc in loco memoratis contingit. DAVIS. Juvat vehementer Vossii conjecturam Codex Egmund. *Cenomagni*: immo idem in margine habebat, *Cenomanni*. *Sé magni* sic Leid. sec. sed plerumque in MSS. varia occurrunt monstra in nominibus propriis: quare illa omnia enotare, operae non est pretium.

*Caesari dediderunt*] *Dederunt* unus et alter. Sed recte, quod rescripsi, *dedunt*, Bong. prim. Vossian. prim. Leid. prim. Petav. Egmund. Oxon. Lovan. Scalig. et alii multi cum MSS. aliorum et Edd. Vascosani, Stephani, et plurium.

*Oppidum Cassivellauni*] Beda 1, 11. Historiae Anglicae oppidum hoc Cassibellaum vocat. Errore an recte, non dijudicaverim. Prius tamen facilius credam. VOSSIUS.

*Oppidum autem Britanni vocant* etc.] Usi sunt voce *Caer*; haec autem radicem habet verbum קָרָא, quod *convocare* si-

3 incolumes [a] reduxerunt. Cassivellaunus, hoc proelio nunciato, tot detrimentis acceptis, vastatis finibus, maxime etiam permotus defectione [b] civitatium, legatos per Atrebatem Commium de deditione
4 ad Caesarem mittit. Caesar, quum statuisset hiemem in [c] continenti propter repentinos Galliae motus agere, neque multum aestatis superesset, atque id facile extrahi posse intellegeret, obsides impe-

VARIAE LECTIONES.

a *dedux.* Dorv. b Ita MSS. Scal. V. ad 4, 2. c Sic MSS. et Edd. Vett. vulgo per *e.*

gnificat, quia eo convocati ex agris conveniebant, ut notavit vir doctissimus, *Joan. Clericus*, Art. Crit. P. 2. S. 2. c. 3, 9. DAVIS.

*Locum*] Sic etiam Celsus et Metaphrastes cum MSS. Solus Dorvillianus *lucum* non ineleganter. *Silvas inpeditas* vocat paullo ante. Crebro autem haec vox in *locus* prae facillima mutatione depravata est. V. Front. 1, 2, 10. 3, 2, 5. Infra 6, 13. Cl. Drakenb. ad Livium 21, 48. [*Locum* retineo. Nam ut *lucus* in *locus*, sic contra *locus* in *lucus* aliquando abiit. Consule Salmas. ad Tertull. de pall. p. 193. Infra 6, 13. *luco* jam olim bene legit Is. Casaub. Praefat. ad Diog. Laërt.]

*Nobili Duce Lugotorige*] Plerique MSS. et omnes antiquitus impressi cum Metaphraste huic duci idem nomen attribuunt, ac Regulorum primo paullo ante memorato. MS. autem *Norv.* utrobique Lugotorigem exhibet; adeo ut nullus dubitem, quin unus idemque vir denotetur. Adversantur quidem *Fr. Hotomannus* et *Joan. Brantius*, quoniam hic *Ducis*, superius autem *Regis* fiat mentio; quasi scilicet Rex, nobilis Dux esse non potuerit! Et sane *Jul. Celsus* vit. Caes. p. 87. diserte testatur, *unum Regem esse captum*, *cui Lugotorix nomen erat.* Hinc medicina, ut videtur, fieri potest *Floro*, qui 3, 10, 18. ita loquitur: Caesar *unum quoque e Regibus Cavelanis* (vel *Cavelianis*) *in vincula dedit.* At nullus Britannorum Rex captus est praeter hunc sive Lugotorigem, sive Cingetorigem. Fidenter itaque scribo, *Unum quoque e Regibus* CANTIANIS *in vincula dedit.* Non me quidem fugit, a veteribus Cantii incolas, *Cantios* fuisse vocatos, sed *Flori* aevo aliter se res habere potuit. *Joan. Freinshemius* et *J. G. Graevius* reposuerunt, *e Regibus Cassivellauni;* sed praeterquam quod haec emendatio nimium recedat a lectionis receptae vestigiis, mira est locutio, *unus e Regibus Cassivellauni*, pro eo quod est, *unus e Regibus*, *qui Cassivellauno suberant.* DAVIS. *Cingetorige*) Sic MSS. plerique et Editt. Vett. Ut sit idem videlicet, qui supra *Rex* appellatus fuerit. Scaliger edidit, *Lugotorige.* Quomodo et in MS. Eliensi scriptum est. Sed cum in isto Codice et supra quoque scriptum sit *Lu-*

rat; et, [a] quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia penderet, constituit. interdicit 5
atque imperat Cassivellauno, ne [b] Mandubratio, neu Trinobantibus bellum faciat.

XXIII. Obsidibus acceptis, exercitum reducit 1
ad mare, naves invenit refectas. His deductis, 2
quod et captivorum [c] magnum numerum habebat, 239
et nonnullae [d] tempestate deperierant naves, duo-

VARIAE LECTIONES.

a *quod* vel *quot* MSS. plerique. Sed *quod* vetustiores et Ed. Inc. quasi *vectigalis* sit adj. a *Britannia* pendens; aut *quod* ponatur pro *quantum*. de quo consule Periz. ad Sanct. Min. 3, 6, 1. *vectigalia* Duk. b *Mandobrigio* And. et vulgo *noceat*. c *in magnum* B. pr. d deest Edd. R. M. V.

*gotorix*; unus idemque esse videtur. Non tamen dissimulandum, in priore loco, cum initio scriptum fuisset *Cingetorix*, manu deinceps emendatrice factum *Lugotorix*. Graecus utrobique habet, *Κιγγετόριγα*. CLARK. *Lugotorige* etiam MS. Hotom. et Brantii; ut et Bongars. prim. sec. Vossiani omnes, Egmund. Dukerian. Dorvill. et Ed. Incerta. In Palat. *Lutogorige*. Leid. tert. *Logotorige*. Non video caussam, cur id nomen non praeferamus: cum per voces, *nobili duce*, eum clarissime a praecedentibus regibus distinguat. *Cingetorige* in quosdam MStos e praecedenti irrepsit, uti in Andinum, *Orgetorige*: qui erat Helvetiorum dux l. 1.

*Statuisset hiemem agere*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *constituisset hiemare*. CLARK. *Constituisset* (*instituisset* Bong. sec.) *hiemare* exhibent cum Ed. Inc. mei omnes, ut et aliorum; praeter Ursin. Cujac. Scalig. Andin. Leid. prim. et Oxoniensem, solito more. Brantii liber, et Edd. aliquot, ut Beroaldi, Vasc. Aldi, Gryphii etc. *statuisset hiemare*. quod Brantius defendit duobus Caesaris locis, quibus plura addi possent: sed *statuit hiemem agere* elegantius est, quam ut a librario profectum fuisse, credi fas sit.

*Trin. noceat*] Cujac. Andin. et Oxon. cum Edd. Romana, Mediol. et Veneta, *bellum faciat*. Locutione elegantissima, nec tantum ab optimis quibusvis scriptoribus, sed et ab ipso auctore adhibita l. 3. in fine: *civitatibus, quae proxime bellum fecerant*; ubi vide Cellarium. 5, 28. *populo Romano bellum facere*; quo loco consule Davisium. 7, 2. *bellum facturos pollicentur*. B. Afric. c. 88. *ad bellum faciendum*. ac Cl. Burm. ad Ovid. Metam. 8, 58. *Justa facit certe pro nato bella*; et socerum meum ad Valer. Maxim. 5, 4, 3. Cortium ad Sallust. B. Catil. c. 26. *Constituit bellum facere*. Livius 1, 38. *Inde priscis Latinis bellum fecit*. Cicero pro Font. c. 12. *si illi bellum facere*

3 bus commeatibus exercitum reportare [a] instituit. ac sic accidit, uti, ex tanto navium numero, tot navigationibus, neque hoc, neque superiore anno, ulla omnino navis, quae milites portaret, [b] desi-
4 deraretur: [c] at ex iis, quae inanes ex [d] continenti ad eum remitterentur, et prioris commeatus expositis militibus, et quas postea [e] Labienus faciendas curaverat numero [f] LX, perpaucae locum caperent,

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *constituit* et *ut* contra MSS. tantum non O. b *deficeret* L. sec. B. tert. c *atque* L. pr. Carr. *atqui* Brut. sed v. ad 4, 25. *in his* G. V. tert. Ed. Inc. d Sic MSS. et Edd. pp. non per *e*. e *Lavienus* B. pr. V. pr. et alii. f *XL* L. sec. dein vulgo deest praepos. *a*.

*conabuntur*. Merito igitur adrisit haec lectio summo Gronovio ad Livium, ut et margini adlevit Heinsius, et nos in textum admisimus.

*Duobus commeatibus exercitum reportare constituit*] *Commeatum* vocabant, ut recte *Beroaldus*, cum plures una naves aliquo appulissent. Graecis, πορευτικὸς στόλος, ut ex veteri inscriptione docet *Casaubonus* ad *Suetonii* Aug. c. XCVIII. *Brant.* Hanc *commeatus* significationem multis exemplis adstruxit *Phil. Rubenius* Elect. 2, 13. DAVIS. Hirt. B. Afric. c. 31. *Donec sibi veteranarum legionum pars aliqua in secundo commeatu occurrisset*. Adde c. 37. et 44.

*Reportare*] Rursus Cujacian. Leidens. prim. et Oxon. cum Ed. R. Stephani, *deportare*. Recte. 3, 12. *sua omnia deportabant* sc. navibus. B. Civ. 1, 27. *Naves, quae priorem partem exercitus eo deportaverant*. Vide et B. Civ. 2, 43. *Deportari* praeterea dicebantur ea, quae ex provincia advehebantur. Consule Gronov. Observ. 1, 12.

*Constituit*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *instituit*. CLARK. *Instituit* efficacius MSS. aliorum et mei, quod sciam, omnes cum Ed. Incerta, praeter Oxoniensem. E Caesaris stylo id reposui. Vide ad 3, 23. *Commeatibus nostros intercludere instituunt*, et alibi.

*Ulla navis*] Cujacian. Bongars. et Leidens. prim. optimi Codices, habent *nulla*. More Graeco *neque nullus*, vehementiore negatione. Propert. 2, 15, 5. *Nulla neque ante tuas orietur rixa tabernas*. Nemesian. Ecl. 2, 46. *Nullos nec myrtus nec laurus spirat odores*. Vide laudatos ad Lucan. 1, 642. et a Cortio ad Sallust. B. Jug. c. 13. et Nepot. Att. c. 11. *Neque non malebat ulcisci*. Immo apud nostrum 7, 77. *Nolite* etc. *neque prosternere*. ubi vide Davis. quamquam ibi secundo loco *velitis* potest subintelligi. B. Civ. 2, 17. *neque se in nullam partem movebat*, in MSto.

reliquae fere omnes rejicerentur. quas quum ali- 5
quamdiu Caesar frustra exspectasset, ne anni tempore a navigatione excluderetur, quod aequinoctium suberat, necessario angustius milites conlocavit: ac, [a] summa tranquillitate consecuta, secunda 6
inita quum solvisset vigilia, prima luce terram [b] ad- 24.
tigit, omnesque incolumes naves perduxit.

### VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *summam tranquillitatem consecutus.* b *adtingit* Egm.

*Locum caperent*] Ad locum destinatum pervenirent. Sic supra 4, 26. dixit, *insulam capere. Fr.* tamen *Hotomannus Caesarem* non intellexit; ait enim, obscuram sibi esse sententiam, nisi forte *locum capere* dicantur naves, quae cursum tenent; cum is sit sensus, quem supra dixi. DAVIS.

*Rejicerentur*] Inepte MSS. fere omnes cum Ed. Incerta habent, *reficerentur.* Recte Graecus: *ὑπὸ τοῦ ἀνέμου ἀπεώσθησαν.* Bongars. tert. *referentur,* pro *referrentur,* rectius. *Rejici* et *referri* utrumque hoc sensu adhibet Auctor. Confer notata ad 3, 14.

*Navigatione excluderetur*] MSS. Reg. Eliens. et Voss. *a navigatione.* CLARK. *a navig.* est in MS. Brantii, Edd. Inc. et Beroaldi ac meis codicibus, praeter Leid. prim. et Oxon. In Scalig. *et navig. Excludi a gubernaculis civitatum* Cicero de Orat. 1, 11. Infra 7, 55. *si ab re frumentaria Romanos excluderet,* uti est in MSS. Ibi vide plura.

*Summa tranquillitate consecuta*] Sic MSS. Reg. et Vossii, et Editt. Rom. MS. Eliens. *secuta.* Graecus, *πολλῆς συνενεχθείσης γαλήνης.* Scaliger et Recentiores, *summam tranquillitatem consecutus.* CLARK. Non ita rescripsit Scaliger. Nam jam ante Aldus, Gryphius, Plantinus, aliique sic exhibuerant, et confirmatur ab Oxoniensi, forsan et Cujac. atque Andino. Ceteri cum priscis editis *tranquillitate consecuta,* vel *secuta,* quod est in plerisque recentioribus.

*Inita vigilia*] Cujac. Andin. et Oxon. Edd. Rom. Mediol. Ven. non agnoscunt vocem *inita:* et certe abesse poterat. Sed et 2, 2. *Inita aestate,* Oxon. et Andin. *ineunte* habent. Ubi vide plura. Addit etiam Graecus, *ἀρχομένης,* ut notaverit Caesar ipsum secundae vigiliae initium. Sic certe B. Civ. 3, 54. *tertia inita vigilia exercitum eduxit.*

*Tertiam in Essuos*] *Essuorum* Caesar nusquam alibi, nec, quod sciam, ullus veterum Geographorum meminit. Unde subit suspicari, corruptum esse locum. Reponendum existimo, *Aeduos.* Nam plerumque Aedui et Rhemi junguntur. Accedit, quod Caesar hanc pacatissimam esse partem dicit, quod de nulla alia terra aeque dici poterat. Inquit etiam auctor, haec hiberna con-

1 XXIV. Subductis navibus, [a] concilioque Gallorum [b] Samarobrivae peracto; quod eo anno frumentum in [c] Gallia, propter ſiccitates, anguſtius provenerat, coactus eſt aliter, [d] ac ſuperioribus annis, exercitum in hibernis conlocare, legiones-
2 que in plures civitates diſtribuere: ex quibus unam in Morinos [e] ducendam C. Fabio legato dedit; alteram in Nervios Q. Ciceroni; tertiam in Eſſuos L.

VARIAE LECTIONES.

a *concilio G.* Ed. Elz. b MSS. quidam recentiores et Edd. Vett. male *Samarobrinae.* V. Surit. ad Anton. Itin. p. 380. L. pr. *Samorobrinae.* c *Gallias* Lov. Duk. Dorv. L. sec. *fr. Galie* V. sec. d *a* L. pr. e V. C. *deducendam*, ut alibi. V. ad 8, 54.

tenta fuiſſe centum paſſuum millibus, exceptis Roscii hibernis: at vero Geographorum foedus mihi hac parte error videtur, qui Eſſuos juxta Nervios collocavere. Nam ita medii ſint inter omnes illas nationes, quas Caeſar ſtatim nominavit. Praeterea cum Caeſar legiones accivit, juſſit Craſſum ex Bellovacis venire, qui paſſuum milibus circiter xxv. a Samarobriva aberat. Dein Labienum ex Rhemis, Fabium ex Morinis accivit, qui multo longius aberant. Cur non potius uſurus fuiſſet Roscii legione, quae et propior, et in pacatiori parte? Mihi ſane *τὸ Aeduis* rectum videtur. Putabam antea *Sueſſionibus* legendum, ſed hoc penitus damno. VOSS. Eo probabilior eſt *Voſſii* conjectura, quod etiam apud *Plinium* H. N. 4, 18. *Aedui* in vet. Cod. corrupte legantur, *Esui. Ciacconius* ſcribit *Iteſuos*, qui etiam ſunt Celticae populus ab eodem *Plinio* memoratus. DAVIS. *Aeduos* repoſuit Clarkius, quomodo reſcribi etiam voluit Valeſius, ut Cellarius monet. *Sueſſiones* vel *Veſſones* conjecerat etiam Rhellicanus. MSS. omnes conſtanter cum Metaphraſte *Eſſuos* retinent; unde *Iteſuos* Ciacconii praeferrem. Vix videntur librarii notiſſimam vocem *Aeduos*, quae ſexcenties in Caeſare occurrit, corrupturi fuiſſe: quare interim *Eſſuos* ſervavi.

*Tres in Belgio collocavit*] Cum omnes fere hae legiones, de quibus hic Caeſar loquitur, in Belgica Gallia poſitae fuerint, nec veriſimile ſit, Caeſarem de ſolis his dicturum fuiſſe ſeparatim, quod de omnibus dici poterat; Commentatorum nonnulli *Belgium* hic eſſe nomen urbis putaverunt, quae caput fuerit Bellovacorum. Quorum opinionem vel ſolum id convincat, quod Caeſar hic dicit, *in Belgio*, et poſtea, *ex Belgio*, qualia de urbibus dici nequaquam ſolita. Sed et ipſa repugnat hiſtoria. Nam Caeſar ait anguſte hoc anno frumentum proveniſſe, eoque dividendas fuiſſe legiones in plura hiberna: quomodo igitur in urbem unam compulerit? Abſurdum ſane id, ut jampridem obſervatum magno Geographo, Philippo Cluvero. Sed quaeri poſſit, ubi et quibus terminis clauſa fuerit regio illa?

Roscio; quartam in Remis cum T. Labieno in confinio Trevirorum hiemare jussit; tres in Belgio con-
locavit. His M. Crassum quaestorem, et L. [a] Muna- 3
tium Plancum, et C. Trebonium legatos praefecit. 241
Unam legionem, quam proxime trans Padum con- 4
scripserat, et cohortes v in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam [b] ac Rhenum, qui sub im-
perio Ambiorigis et Cativolci erant, misit. His mi- 5

VARIAE LECTIONES.

a *Municium*, *Minutium*, *Minycium*, *Munacium* MSS. more solito in hac voce. b Sic MSS. optimi, et plurimi, non *et* aut *Cativulci*.

Cluverus claudit eam Sequana, Esiaque fluminibus, hinc linea ab Esia ad Samarim flumen, et Samari inde Oceano ac postremum linea recta Belgas a Caletibus ac Vellocassibus discernit: sane non arbitror accuratius describi potuisse. Itaque in Belgio fuerunt Bellovaci, ut satis Caesar ipse ostendit, cum infra Crassum ex Bellovacis revocat, quem hic in Belgio collocatum dicit: sed fortassis tamen haud peccet, qui latius Belgium extendat, nimirum ab ea parte, qua jacent Vellocasses. Nam Caesar superius de Britannia loquens dixit: *Maritima pars ab iis incolitur, qui praedae ac belli inferendi caussa ex Belgio transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt.* Erant autem Vellocasses contermini illis tractibus, et in Britannis Cassos fuisse, ex Caesare discimus. Unde suspicari possimus, nomen hoc ex illo factum, et Vellocasses etiam in Belgica fuisse. Scio equidem supra dixisse, me arbitrari, *Cenimagni* corruptum ex *Cenomani*. Sed illi Celticae populi, et hucusque Belgium extensum fuisse, nemo puto tam insipidus est qui arbitretur, aut me putare existimet. De Vellocassibus verisimilior res est. Aut dicendum, cum Caesar ait, ex Belgio nationes in Britanniam transiisse, id dictum, non quia ex solo Belgio, sed vicinis etiam tractibus, omnique adeo maritima ora eo transgressas in Britanniam fuisse, quod facile crediderim; praesertim cum sciam, Venetis quoque commercia cum Britannis fuisse. Sed illud magis miror, in nemine alio veterum auctorum hujus Belgii mentionem inveniri. Nisi quod Servius obiter ad Georgic. 3, 204: *Belgica vel molli melius feret esseda collo*, *Belgica esseda*, inquit, *Gallicana vehicula. Nam Belgae civitas est Galliae, in qua hujusmodi vehiculi repertus est usus.*. Ubi Belgium ab eo intelligi, dubium non est, nam omnem Belgicam Galliam nemo ejusdem civitatis nomine complexus est. VOSS. Cum pleraeque legiones, de quibus antea locutus est *Caesar*, in Gallia Belgica fuerint collocatae, *Ph. Cluverius* Germ. 2, 2. asserit, Belgium proprie dictum Galliae Belgicae fuisse partem, quae Bellovacos paucosque alios populos contineret.

litibus Q. Titurium Sabinum, et L. Aurunculeium
6 Cottam, legatos, [a] praeesse jussit. Ad hunc modum distributis legionibus, [b] facillime inopiae frumenta-
7 riae sese mederi posse existimavit. Atque harum tamen omnium legionum hiberna (praeter eam,
342 quam L. Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat) milibus passuum c con-
8 tinebantur. Ipse interea, [c] quoad legiones conlo-

VARIAE LECTIONES.

a *esse* Sc. L. pr. b *facillume* B. pr. dein *se* Edd. R. M. V. c *Quod* Lov. *quod ad* L. sec.

Et sane ita se res habeat oportet, cum et *Lucanus* de B. C. 1, 426. postquam Leucos et alios Galliae Belgicae populos memoravit, aiat, *Et docilis rector rostrati Belga Covini*. Vide *Hadr. Valesium* not. Gall. p. 79. 80. DAVIS. Non recte Hotomannus *in Belgis* hic praetulit, quamvis fatendum sit, ita scribi in Codicibus tantum non omnibus; nam ubi ita loquitur Caesar, intelligit totam Galliam Belgicam. Hic vero capi debet de Belgicae parte, proprie dicta *Belgio*. quod idcirco cum Cujac. et Andino bene servarunt Edd. primae, et aliae. Vide ad c. 12. et ad 8, 46. *iv legiones in Belgio conlocavit*.

*Crassum Quaestorem et L. Mun.* etc.] Ita Petav. Lovan. Oxon. et Bong. tert. forsan et And. ac Cujac. In ceteris MSS. pro *quaestore* legas *Quintum*, et Ed. Incerta, sine dubio male: nam singulis legionibus singulos praefecit legatos. Unde Cl. Duckeri codex et Edd. Rom. Mediol. ac Ven. abjiciunt totam vocem. Sed vide ad cap. sequens. Rursus ubi eum nominat Caesar c. 46. *ad M. Crassum quaestorem mittit*, ibi quoque non comparet *Qu.* in Oxoniensi, immo 6, 6. *cum C. Fabio legato et M. Crasso Quaestore*, And. et Oxon. simpliciter *legatos*.

*Cativulci*] Sic in nullo legitur Codice. In 14. MSS. et Edd. Rom. Mediol. est *Catuolci*. In Ven. *Catuloci*. In Lovan. *Cativolci*. in ceteris et Ed. Inc. *Catuloici*. *Κατιβόλκυ* Graecus. Restitui igitur *o*, quamvis c. 26. in plurimis sit, *Catuvulco*. unde maluit Clar. Gudius, *Catuvolco*. uti plerique habent MSS. 6, 31.

*Millibus passuum* c.] Aut nota numeralis excidit, aut lapsus est *Caesar*, nam ab Atuatica Eburonum castello ad Crassi hiberna circiter CLXXX. millia passuum. Vide *Ph. Cluverium* Germ. 2, 2. Sed ut *Caesar* aut Librarii *defectu*, Metaphrastes *excessu* peccavit: habet enim, ἐν ὀγδοήκοντα σαδίων μυριάσι περιείχετο, cum millia passuum C. a stadiis DCCC. conficiantur. DAVIS.

*Legiones collocatas*] Sic reposuimus MStorum *Ciaccon.* et *Norvic.* ac editt. *Flor. Steph. Gryph.* fidem secuti; quae quidem lectio confirmatur ex c. 25. hujusce libri, ubi sic loquitur: *Certior factus in hiberna per-*

catas, munitaque hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit.

XXV. Erat [a] in Carnutibus summo loco natus 1
Tasgetius; cujus majores in sua civitate regnum obtinuerant. Huic Caesar, pro [b] ejus virtute, atque 2
in se [c] benivolentia, quod in omnibus bellis singulari ejus opera fuerat usus, [d] majorum locum restituerat. Tertium jam hunc annum regnantem ini- 3

VARIAE LECTIONES.

a *Carnotibus* Scal. L. pr. et mox. dein MSS. multi *Tasgecius*. et *Hujus* plerique cum Edd. pp. b *sua* L. pr. c Sic MSS. non *benevol.* d *in maj.* Ox.

*ventum, locumque hibernis esse munitum*. In Vulgg. *collocasset*, quasi ipse Caesar collocandis legionibus operam dedisset. IDEM. Ita ex MSS. Eliensi, et *Ciacconii*, et veteribus quibusdam excusis, edidit *Davisius*; quomodo et in MSS. Reg. et Vossii legitur. Editio vetus Romana, Scaliger, et Recentiores habent, *collocasset*. Quod idem fere est. CLARK. *Conlocasset* diserte exhibent Andinus, Oxoniensis et Leid. prim. cum Editis Beroaldo antiquioribus. Nec video cur Caesar dici non possit, *conlocare legiones*. qui paullo ante dicitur, *angustius milites collocasse in navibus* et *exercitum collocare in hibernis*. Scilicet jussu suo, praesentia, et cura. Verum quum jam *conlocatas* ex ceteris MSS. receptum sit, rursus novare quid nolui. Statim Edd. Rom. Mediol. et Vett. dant *in Galliam*, pro *intra Galliam*; quod satis defendi potest ex Conlectaneis ad Frontin. 1, 3, 6. et innumeris locis, ut MSS. praebent in B. Alex. c. 44. *In Illyricum gesta*. Sed vide Clark. ad B. Afric. c. 47. *in Africam*. et cuncti MSS. hic constanter habent *Gallia*. *in* adhaesit e seq. voce *morari*.

*Inimici palam, multis etiam ex civitate auctoribus, interfecerunt*] Ita omnes fere Editi. Suspicor tamen potius interpungendum: *inimici, palam multis etiam ex civitate auctoribus, interfecerunt*. Si enim eum *palam interfecerunt inimici*; jam illud, *multis etiam ex civitate auctoribus*, paulum admodum ad sensum adaugendum conferet. At si, *inimici* eum *interfecerunt*, simpliciter dicas; jam illud, *palam multis etiam ex civitate auctoribus*, ad atrocitatem rei augendam multum conferre videbitur. Verum tamen, ut quod res est dicam, post *multis etiam* deesse videtur vocabulum aliquod (*PRINCIPIBUS*, vel aliquid simile;) quod in MSS. corrupte scriptum est (*ex his*, vel *ex eis*;) et quod Graecus expressit, πολλῶν τῆς πόλεως (ΑΡΧΟ'ΝΤΩΝ) τούτου τοῦ πράγματος αἰτίων γεγενημένων. Cujusmodi vox aliqua si inserta sit, jam, utro modo interpungatur sententia, perinde erit. CLARK. Vetus *Faërni* codex, *Bongars.* pr. sec. *Lovan.*

mici, [a] jam multis palam ex civitate auctoribus,
4 eum interfecerunt. [b] Defertur ea res ad Caesarem.
243 Ille, veritus, quod ad plures [c] pertinebat, ne civitas eorum inpulsu deficeret, L. Plancum cum legione ex [d] Belgio celeriter in Carnutes proficisci jubet, ibique hiemare; quorumque opera [e] cognoverit Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad
5 se [f] mittere. Interim ab omnibus legatis, quaestoribus-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *palam, multis etiam ex c. a. interf.* b *Refertur* And. Ox. c vulgo *res pert.* d *Belgis* D. G. V. tert. Aic. Ed. Inc. vide supra. e *cognoverat* MSS. et Edd. plerique. f *venire* L. pr. *sese* Duk.

*Gottorp. Voss. Egmund.* et *Norvic.* exhibent, *Tertium jam* hunc *annum regnantem* inimicis jam *multis palam ex civitate* et his (vel, et iis) *auctoribus* eum *interfecerunt.* Unde rescribendum videtur: *Tertium jam* tunc *annum regnantem* inimici, etiam *multis palam ex civitate* caedis *auctoribus*, eum interfecerunt. Graecus habet, *πολλῶν τῆς πόλεως* 'ΑΡΧΟ'ΝΤΩΝ *τότε τοῦ πράγματος αἰτίων γεγενημένων.* Ex suo videlicet ingenio nomen ἀρχόντων supplevit. DAVIS. *Cur. sec.* Faërnus e Vet. Cod. legebat: *Inimicis tam multis palam ex civitate, et his auctoribus eum interf.* Hotomannus cum Brantio simpliciter: *Inimici multis etiam ex civ. palam auctoribus interf.* Sed accuratius Codices perpendamus. Primo pro *hunc* habent Edd. Romana, Mediol. Ven. *nunc.* Dein *inimicis jam multis palam* etiam est in Petav. Scalig. aliisque quam plurimis, et Ed. Inc. Nam Leid. prim. secundus, Oxon. Palat. Bong. tert. et Voss. tert. habent, *Inimici. etiam* abest ab Oxon. dein *et iis* vel *his auct.* est in MSS. plerisque et Ed. Inc. *ex his* Leid. sec. *multis a.* Palat. *iis a.* Edd. Rom. Med. Ven. *eum interf.* addunt eaedem Edd. et praeter citatos a Davisio MSS. etiam octo meorum. Sed neque *ex iis*, neque *eum* agnoscunt Leid. pr. Scal. neque Ox. Nihilo minus puto restituendum esse locum hoc modo: *Tertium jam hunc annum regnantem inimici, sed jam multis palam ex civitate necis auctoribus, eum interfecerunt.* ex *inimici sed*, vel *sed jam*, corruptum est, *inimicis etiam.* Ex *necis*, *n* elapsa, restitit, *et iis*, vel *et is;* ut est in Vossiano primo. Placet mihi, *hunc* et *eum* simul scribere, non ut *eum* per pleonasmum abundet, et, *hunc* referas ad *Tasgetium*, licet sciam saepissime illud pronomen ita addi. Vide citatos ad 8, 3. Sed jungo *hunc annum tertium.* quod videtur sensisse etiam R. Stephanus, qui edidit: *Tertium hunc jam.* Sed librarius *hunc* ad Tasgetium referens eje-

ribusque, quibus legiones [a] transdiderat, certior factus est, in hiberna perventum, locumque [b] hibernis esse munitum.

XXVI. [c] Diebus circiter xv, quibus [d] in hiber- 1
na [e] ventum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et [f] Cativolco:
qui, quum ad fines regni sui Sabino Cottaeque 2
praesto fuissent, [g] frumentumque in hiberna com-

VARIAE LECTIONES.

a *trad.* MSS. et Edd. plerique. b *in hib.* G. V. tert. Ed. Inc. c *dies* Lov. d deest MSS. 2. e *perv.* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. *est* exsulat a Carr. f Sic resc. vulgo *Cativulco.* plerique MSS. et Edd. primae hic *Catuvulco.* alii aliter corrupte. *Cautusulco* L. pr. g *frumentaque* Duk. *frumentoque* V. sec. *que* exsulat ab Oxon. dein *comportassent* MSS. recentiores et Edd. qdd.

cit *eum:* unde id in nonnullis Codicibus non adparet: uti recte censet Erud. Wopkens Tull. Lect. 3, 4. Alii vero *hunc* et *eum* non concoquentes *nunc* substituerunt, non adeo male, *jam nunc;* quae etiam particulae ita saepe junguntur. *Hunc* ob consensum tamen codicum praestat. Sensus est, jam ab eo tempore fuisse hunc annum tertium, quo regnaret. Hoc enim pronomen, tempori additum, proxime praecedens et continuum tempus notat. Vide quos ibi laudavit vir doctus, et Cl. Cort. ad Sallust. B. Jug. 11, 6. *His proximis annis.* et ad B. Civ. 1, 5. *Iisque V primis diebus.* Ex MSS. itaque hunc locum constitui, non ausus tamen, *sed* et *necis*, vel, si id mavis, *caedis* inserere.

*Ad plures res pertinebat*] Nullam caussam video, cur hic retineamus illud *res*, praecedente *ea res*, et nullo codice, saltem meorum, nec Carr. nec Ed. Incerta eam vocem hic agnoscente; quamquam alicui videri posset excidisse ob praecedentem syllabam vocis *plures.* Sed ego MStis cedere malim. Statim pro *inpulsu* Carrar. et Dukerianus cum Aicardo habent *inpulsione.* quod praeferre videtur Brutus: ut *contemtionem*, pro *contemtu.* Verum eorum codicum auctoritas mihi tanti non est, ut ideo a vulgatis recedam et sollemni quasi formula, *meo*, *tuo* etc. *inpulsu.* Praeterea inpense amat Caesar quartae declinationis nomina. c. 27. *missu*, *coactu.* ubi vide Brant.

*Cum legione*] Oxon. *culti legione.* unde suspicabatur Cl. Wasse, an non legionis numerus sub eo lateret. quam suspicionem augere potest scriptura codicis Bongarsiani primi, *cum religione.* quasi fuisset *cum VI leg.* Sed quam ei legionem dederit, supra quoque non addit, c. 24.

*Legatis quaestoribusque*] Doctiss. Ciacconius legi volebat, *quaestoreque;* quomodo ait scribi in duobus MSS. Codicibus. quia in singulis provinciis unus tantum erat *quaestor.* Hinc qui-

portavissent, Induciomari Treviri nunciis inpulsi,
244 suos concitaverunt; subitoque [a] obpressis lignatoribus, magna manu castra obpugnatum venerunt.
3 Quum celeriter nostri arma cepissent, vallumque adscendissent, atque una ex parte Hispanis equitibus [b] emissis, equestri proelio superiores fuissent; desperata re, hostes ab obpugnatione suos reduxerunt. Tum suo more conclamaverunt, uti aliqui

VARIAE LECTIONES.

a *adprehensis* Pet. b *missis* Scal. L. pr. Ed. Steph.

dem multos legatos habuit Caesar, sed unum *quaestorem*, qui á populo, ut *legati* ab Imperatore, legebantur. 1, 51 *singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit.* ubi plura Ciaccon. 4, 31. *Consilio cum legatis et quaestore communicato.* Cap. praec. multos *legatos*, sed unum *quaestorem* Crassum nominat. et alibi saepius. At in MSS. plurimis et Edd. Vett. etiam Roscius vocatur *quaestor* c. 53. sed ibi vide. MSS. tamen mei et aliorum constanter exhibent, *quaestoribus*, nisi quod in Voss. secundo non compareat *que*. Quid ergo dicemus? corruptumne esse locum? sic certe 4, 22. *quaestori, legatis*, in MSS. duobus optimae notae scribitur male, *quaestoribus*. an sub *quaestorum* nomine intelligi etiam *proquaestorem*? nam et ille vivo quaestore aliquando in provincia aderat: ut docet Sigonius de Ant. Jure Provinc. 2, 3. Χιλιάρχους vertit Metaphrastes: quasi *tribunos* legerit vel intellexerit.

*Castra oppugnatum*] Variant Codices. Alii habent, *ad castra oppugnandi*, (scil. *causa*.) Alii, *ad castra pugnatum*; Alii, *ad castra oppugnatum*. CLARK. Uti ab Hotom. et nunc vulgo editum, in nullo, si forte Faërni excipiás, scribitur codice; habent enim MSS. et Edd. Vett. *ad castra oppugnatum*, (*expugnatum* Lipsii unus. *pugnatum* Edd. Rom. Med. Ven.) Recte: *ad castra venerunt oppugnatum*. Sed pro eo *oppugnanda* est in Leid. pr. Scal. Oxon. et alio, atque Edd. Aldi, Steph. Gryphii etc. atque ita saepius Caesar. Vide Ciacconium; sed tamen inde suspiceris, hic olim fuisse *obpugnandi*, scilicet *gratia*; quod (nescio an e MSS. an Edd.) protulerunt Rhellicanus et Manutius, ac probaverunt. Adi omnino ad 4, 1. notata.

*Aliqui prodirent*] Leid. pr. et tert. *aliquis*. scilicet quia statim illi librarii invenerunt, *prodiret*: nam ita, praeterquam in iis, exaratur quoque in Bongarsiano primo, Lovan. Egmund. Vossianis omnibus ac Gottorp. et Ed. Incerta. *prodesset* Voss. sec. Videndum, num *aliqui* dixerint pro *aliquis*, ut *qui* pro *quis*: quod notum: nisi forsan lineola omissa numero singulari praebuerit ansam. Certe Metaphrastes et Celsus pluralem agnoscunt.

*Quibus rebus*] Sic MSS. et

ex nostris ad conloquium prodirent: habere sese, quae de re communi dicere vellent, quibus rebus controversias minui [a] posse, sperarent.

XXVII. Mittitur ad eos [b] conloquendi caussa 1
C. Arpinejus, eques Romanus, familiaris Q. Titurii, et Q. Junius ex Hispania quidam, qui jam ante, missu Caesaris, ad Ambiorigem ventitare consueverat: apud quos Ambiorix in hunc modum locutus 145

## VARIAE LECTIONES.

a Deest L. pr. bene. V. ad 3, 13. paullo ante vulgo abest *rebus*.
b *conl. c.* exsulant ab Oxon. dein vulgo *C. Carpinejus*, *C. Arpinius*, vel *Carpinejus* et *Carpinius* hic et c. seq.

Editt. Vett. Scaliger et Recentiores omittunt, *rebus*. CLARK. *Rebus* addunt omnes omnium MSS. et Edd. Veteres: sed Vasc. Aldus, Strada, Stephanus, Gryphius aliique ante Scalig. jam omiserunt male; uti patet ex notatis ad 4, 17. et B. C. 1, 2. Si quid ejiciendum esset, potius extruderem *re*; quia *commune* pro re communi passim ponitur, ut vidimus ad 2, 5. sed non opus est contra MStos quid innovare.

*C. Arpinius*] Ita Scaliger ex Ursini Cod. primus, quod sciam, edidit, eique lectioni adstipulatur omnino Leidensis primus, in quo, *Gajus Arpinius*. Ceteri scripti et editi, quantum scio, *C.* vel *G. Carpinejus*. Graecis *Καρπηνήϊος*. Seq. etiam cap. pro *C. Arpinius* editi ante Scalig. et plerique MSS. cum Metaphraste, *Carpinejus*. Ex eo tamen loco rectum esse *Arpin.* sine *C* satis patet. Nam illic optimi quivis Codd. quos ibi enumeravi, habent *Arpineus* simpliciter sine *C.* At in aliis ibi *Carpinius* vel *Carpitius* exaratur: quod indicio est, praenomen *Caji* seu *Gaji* adhaesisse genti non *Arpinio*, sed *Arpinejo*. Hoc enim verissimum puto. *Arpinejus* gentili nomine dictus hic homo, ut *Appulejus*, *Aurunculejus*, *Fontejus*, *Livinejus*, *Pompejus*, *Saufejus*, *Proculejus*, et alii plurimi gentili nomini in *ejus* exeunte. quod viris doctis non suboluisse miror.

*Missu Caesaris consueverat*] Turbant hic rursus libri. Nam Pulm. Schedae, Carrar. Duker. a m. pr. Petav. Gott. Voss. et Leid. tert. cum Ed. Incerta ac Gryphii, *jussu*; immo pejus *injussu* Edd. Rom. Mediol. Ven. *missi* Bong. pr. *missum* Voss. sec. dein *consuerant* Bong. pr. et *consueverant* Leid. prim. et Oxon. *consuerunt* autem Lovan. Gottorp. Voss. et Leid. tert. cum Ed. Incerta, quasi uterque ad Ambiorigem jussu Caesaris soliti fuissent ventitare. Nihil minus. Hispanus solus ad Ambiorigem jam ante ibat, ut bene Celsus et Metaphrastes, *missu Caesaris*, id est, mittente Caesare, ut apud alios, *missu Galbae*, *missu Ephororum* etc. immo noster 6, 7. *venisse legiones missu Caesaris*. Contra *jussu Bruti*, pro

2 est: [a] *Sese, pro Caesaris in se beneficiis, plurimum ei* [b] *confiteri debere, quod ejus opera stipendio liberatus esset, quod* [c] *Aduatucis,* [d] *finitimis suis, pendere consuesset; quodque ei et filius, et fratris filius, ab Caesare* [e] *remissi essent, quos Aduatuci* [f] *obsidum numero missos* [g] *apud se in servitute et*
3 *catenis tenuissent: neque id, quod fecerit de obpugnatione castrorum, aut judicio, aut voluntate sua fecisse, sed coactu civitatis: suaque esse* [h] *ejusmodi imperia, ut non minus haberet juris in se multitudo,*
4 *quam ipse in multitudinem. Civitati porro hanc fuisse belli caussam, quod repentinae Gallorum con-*

VARIAE LECTIONES.

a *saepe se* L. sec. b *confidere* MSS. 7. et Edd. pp. male. c Sic per *d.* MSS. fere omnes. *u* etiam B. pr. V. pr. L. pr. sec. Cuj. Egm. et alii. V. 2, 4. vulgo *Atuaticis.* d *finitumis* B. pr. V. pr. Egm. e *missi* B. pr. Lov. et 3 alii cum Ed. Inc. f *obsidium* V. tert. g desunt G. V. tert. Ed. Inc. h *hujusm.* Duk.

*missu*, retinendum B. Civ. 2, 22. videtur. *Consuenat* etiam, ut saepe, Vossian. primus, Egmund. et quatuor alii. Ob incertam tamen Codicum lectionem hic vulgatum retineo.

*In hunc modum locutus*] Sic quidem Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. et Oxon. At ceteri cum Edd. primis aliisque, *ad hunc m.* Parum refert; sed quid Caesar tamen scripserit, editoris est inquirere ac lectori proponere. 2, 31. *qui ad hunc modum locuti.* B. Civ. 3, 88. *Ad hunc modum instructa acies.*

*Fecerit*] Ita MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Quomodo ubique ferme loquitur Caesar. Scaliger aliique, *fecerat.* CLARK. Etiam Edd. primae et Aldi, Gryphii etc. *fecerat* cum MSS. aliquot, ut male ubique variatur, et paullo ante in c. 25. sed *fecerit* est in MSS. 13, iisque melioribus, ac Ed. R. Steph. c. 28. *quae audierint.* c. 38. *quas acceperint.* c. 58. *viderit* et *occiderint.* ubi vide. 6, 10. *postquam venerint.* sic enim MSS. c. 17. *quae ceperint* 6, 42. 7, 1. B. C. 1, 66. 87. et crebro. In Cod. Scal. et Leid. prim. *Neque hii quod fecerint.* Quod tamen non sequor. Melius forsan in Leid. primo est, *de Inpugnatione;* nisi et hoc sit librarii lusus, licet non inelegans.

*Haberet juris in se*] Hoc ordine est in Bong. pr. Voss. pr. Scal. Leid. pr. aliisque et Ed. R. Steph. non, *in se juris.* Praeterea Vossian. primus exhibet *haberent:* quod praestat. Vide ad 3, 17. *Magnaque multitudo convenerant.*

*Legio alteri legioni*] Bongars-

*jurationi resistere non potuerit; id se facile ex* [a] *humilitate sua probare posse; quod non adeo sit inperitus rerum, ut suis copiis populum Romanum* [b] *se superare posse, confidat; sed esse* [c] *Galliae com-* 5
*mune consilium: omnibus hibernis Caesaris obpugnandis hunc esse* [d] *dictum diem, ne qua legio* [e] *alterae legioni* [f] *subsidio venire posset. Non facile* 6
*Gallos Gallis negare potuisse: praesertim quum de* [g] *recuperanda communi libertate consilium initum videretur. Quibus quoniam pro pietate* [h] *satisfecerit,* 7
*habere* [i] *nunc se rationem officii pro beneficiis Cae-* 246
*saris; monere, orare Titurium pro hospitio, ut suae*

VARIAE LECTIONES.

a *humanitate* L. sec. b *superari p.* Edd. Vett. et MSS. praeter Cuj. Sc. Leid. pr. And. Oxon. *se* abest ab Ed. Steph. uti aliquoties subintelligitur. *posse* non est in G.V. tert. Ed. Inc. c *in Gallia* Carr. Duk. d *indictum* L. sec. male. e vulgo *alteri.* f *subvenire* MSS. Faërni, B. sec. Ed. Steph. *possit* G. V. tert. Ed. Inc. *possent* V. pr. g *recipienda* And. Ox. pro *reciperanda* forte. V. Var. Lect. 3, 8. h *proprietate* MSS. 8. *properitate* Ed. Inc. i vulgo *se nunc r. officii: pro b. Caesaris* vel *Caesarem monere.* dein Pet. *magnum numerum G. conductum* etc. *hunc.*

prim. Andin. Lovan. et Dorvillii Codices cum Edd. Romana, Mediolanensi, Ven. aliisque veteribus, teste Brantio, *alterae*: quo faciunt etiam Vossian. prim. sec. et Egmund. *altere*: quod, licet obsoleta intrudendo non deditus sim, hic tamen auctoritate MStorum admisi. nam et apud Terent. est Heaut. 2, 3, 30. *alterae dum narrat*, ubi vide, et confirmatur a Prisciano l. 6. p. 678. et l. 13. p. 959. Ed. Putsch. et Nepot. Eum. c. 1. *praefuit alterae equitum alae.* ubi vide Comment. Sic alibi *totae*, *solae*, *ullae*, et similia, a Grammaticis et Criticis saepe animadversa. Huc referendum *altero* forsan 7, 25.

*Pro pietate satisfecerit*] *Pietas* hic amorem patriae significat. *Cicero* de Invent. 2, 22. *Pietas erga patriam — officium conservare monet. Silius* Italicus 4, 398. *Felices leti*, pietas *quos addidit umbris.* Vide etiam 8, 329. et 10, 593. DAVIS.

*Pro beneficiis Caesarem monere, orare Titurium pro hospitio*] Sic edidit primus, quod sciam, Scaliger; et secure receperunt posteriores: quum in omnibus Editis et MSS. scribatur *Caesaris*, ut debet. Fraudi videtur fuisse Viro magno, quod locus interpunctione mala laboret. Ita enim distinguendum erat, *habere nunc se rationem officii pro beneficiis Caesaris; mo-*

*ac militum saluti consulat; magnam manum Ger-*
8 *manorum conductam Rhenum transisse; hanc ad-*
9 *fore biduo:* [a] *ipsorum esse consilium, velintne prius, quam* [b] *finitimi sentiant, eductos ex hibernis milites* [c] *aut ad Ciceronem, aut* [d] *ad Labienum deducere, quorum alter milia passuum circiter* L, *alter paullo*
10 *amplius ab his* [e] *absit. illud se polliceri, et jurejurando confirmare, tutum iter per fines suos daturum.*
11 *quod quum faciat, et civitati sese consulere, quod hibernis levetur, et Caesari pro ejus meritis gratiam referre.* Hac oratione habita [f] discedit Ambiorix.

VARIAE LECTIONES.

a *ipse cor. e. c. velitne* Ox. *ne* deest Duk. b *finitumi* B. pr. Egm. c abest a Scal. Ox. L. pr. Ed. Steph. d male exsulat a L. pr. V. ad 2, 10. e vulgo desunt; dein vulgo *tutum se iter.* f *discessit* L. pr.

*nere, orare,* etc. Ait, se Galliae satisfecisse pro pietate, nunc habere rationem officii sui pro Caesaris beneficiis; quare se monere, immo orare pro hospitio Titurium. ipsum Caesarem monere non poterat, qui aberat. Atque ita hunc locum ceperunt recte Metaphrastes et Celsus, qui conferri merentur, uti et sequentia. Pro *orare* in Bong. sec. *quare* inepte.

*Absit*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Rom. exhibent (*ab his*). CLARK. Solus cum Ursini libro Faërnus ante Scaligerum ejecit *ab his*, vel *ab iis*; neque voces hae comparere videntur in And. aut Oxon. quoniam ex iis nihil excerpti hic habeo. Verum in Hotomanni, Brantii, ceterisque meis MSS. et Editis *ab his* visuntur, scilicet *hibernis*. Perspicuitas Juliani styli flagitare videtur, ut adsint hae voces; quare restitui. c. 46. *Cujus hiberna aberant ab eo milia passuum XXV.* 6, 7. *ab eo non longius aberat,* et passim. V. ad Nepot. Milt. c. 4. *Is abest ab oppido.* Rectius statim τὸ *se* ejecisse me puto auctoritate Bongarsianorum, Vossianorum, Egm. Lov. et sex aliorum, atque in Edd. Rom. Inc. Ven. Mediol. Ingrata est repetitio, *illud se polliceri*, se. V. ad 2, 31. et cap. seq. Immo et *suos* in nullo antedictorum Codd. nec Editionum adparet, uti nec in Petav. Istud tamen ob ambiguitatem, quae forsan alicui suboriri posset, et quia And. Leid. pr. Scal. Oxon. et forsan Ursini MSS. servant, servavi quoque. *fines suos* etiam sexcenties jungit Caesar.

*Arpinejus*] Sic Bongars. sec. Andin. Petav. Leid. prim. Scalig. Voss. prim. et Egmund. In Voss. sec. *Arpinius.* Lovan. et alii cum

XXVIII. [a] Arpinejus, et Junius, quae [b] audie- 1
rint, ad legatos deferunt. Illi repentina re pertur-
bati, etsi ab hoste ea dicebantur, non tamen [c] ne-
glegenda existimabant; maximeque hac re permo-
vebantur, quod, civitatem ignobilem atque humi-
lem Eburonum sua sponte populo Romano bellum 241
facere ausam, vix erat credendum. Itaque ad con- 2
silium rem deferunt: magnaque inter eos exsistit
controversia. L. Aurunculejus, compluresque tri- 3
buni militum et primorum ordinum centuriones, *ni-
hil temere agendum, neque* [d] *ex hibernis injussu Cae-
saris discedendum* [e] existimabant. *quantasvis, ma-* 4

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *C. Arpinius.* b Sic Edd. Cell. et aliae. *audierunt* MSS. plerique et Edd. quaedam. vulgo *audierant.* c Sic B. pr. V. pr. Egm. non per *i.* d deest Ed. Inc. e *docebant* And. Oxon. *existumabant* Lov. Egm.

Edd. primis *Carpinejus*, alii *Carpitius.* Sed solum est verum, *Arpinejus.* cui adhaesit praenomen; et inde factum *Carp.* quod hic non magis necessarium est, quam *Quinti*, in nomine *Junii.* Omisit sine dubio Caesar tam illius, quam hujus praenomen.

*Bellum facere*] Hunc loquendi modum inter *Sallustii* raros et insolentes ponit *Seneca* Epist. 114. Sed perperam. *Corn. Nepos* Ages. c. 2. *Persuasit Lacedaemoniis, ut exercitum in Asiam emitterent*, bellumque Regi facerent. Sic etiam loquuntur praestantissimi Linguae Latinae auctores, ut ostendit *Ch. Cellarius* Cur. Poster. p. 91. seq. DAVIS. V. ad c. 22. *Trinobantibus bellum faciat.*

*Ad consilium rem deferunt*] Sic restitui ex MS. *Norv.* et ita legit Graecus interpres; vertit enim, τῦτα τῇ βυλῇ ἀνακοινώσαντες. Vulgg. *ad Concilium.* Male omnino. De vocum *consilii* et *concilii* differentia videndus *J. F. Gronovius* ad *Livii* 44, 2. DAVIS. Consentiunt MSS. mei plerique cum Edd. Rom. Inc. Mediol. Ven. R. Stephani aliisque, ut debent. V. ad 3, 3. 23. et alibi. Hoc et restituendum 6, 7. *Loquitur in consilio.* non per *c.* et 7, 60. *Consilio convocato.* vulgo per *c*, uti et B. Civ. 1, 67. *Disputatur in consilio* e MSS. V. et B. C. 2, 30. *Consilio convocato*; ut et 3, 86. 87. ubi vulgo etiam male *concilio* legitur, ut et B. Alex. c. 57.

*Exstitit*] Sic MS. Reg. Al. *existit.* Utrumvis recte; cum res praeterita, tanquam praesens, narretur. CLARK. *Extitit* etiam Leid. pr. et sec. sed recte se ha-

*gnas etiam, copias Germanorum* [a] *sustineri posse,*
5 *munitis hibernis,* docebant: *rem esse testimonio, quod primum hostium inpetum, multis ultro vulne-*
6 *ribus inlatis, fortissime* [b] *sustinuerint: re frumentaria non premi: interea et ex* [c] *proximis hibernis,*
7 *et a Caesare conventura subsidia.* postremo *quid esse levius aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?*

1 XXIX. Contra ea Titurius, *sero facturos* [d] clamitabat, *quum majores hostium manus, adjunctis Germanis, convenissent,* [e] *aut quum aliquid cala-*

VARIAE LECTIONES.

a *sustinere* L. pr. et 3 alii cum Ed. Ven. b *sustinerent* V. sec. *sustinuerunt* MSS. 2. et Edd. R. M. V. c *proxumis* B. pr. d *clamitat* Duk. e *ut* V. pr. sec. Egm. *et* Lov. et 4 alii cum Edd. R. Inc. M.

bet vulgatum: cui rei indicio est scriptura Codd. Andin. Cujac. Oxon. et Edd. Aldin. Gryphiique prima, *ex iis tot causis controversia orta est.* Nam de *existit* factum *ex iis tot*; ut jam advertit Hotomannus. *Orta* ex Glossa. B. C. 1, 20. *inter eos dissensio exsistit.* Plura vide ad 6, 5. *motus exsistat.* Liv. 2, 32. *si bellum exsistat.*

*Quantasvis magnas copias*] Recte notavit *Fr. Hotomannus,* vulgo dici *quantumvis magnas,* vel *quantasvis copias.* Nihil tamen mutarim, cum hujusmodi πλεοναζομένων non desint exempla. *Livius* 44, 27. *Ut* quanta maxima *posset praeda ex victo Romanis reservaretur. Curtius* 5, 9, 1. Quanto maximo *possumus cultu. Minucius Felix* Octav. p. 11. *Certum aliquod de summa rerum ac Majestate decernere, de qua* tot omnibus *seculis — Philosophia deliberat.* DAVIS. Male *magnas* exsulat ab Ed. R. Stephani, item MSS. Andin. et Oxon. et τὸ *etiam* a Lovan. ac 4 recentioribus et Edd. Rom. ac Med. *quamvis* Florent. Ed. Sed meliori ordine plerique MSS. exhibent, et Ed. Inc. *magnas etiam copias.* Similia notavi in Miscell. Observ. vol. 2. T. 2. p. 305. ad Appulej. l. 3. Met. p. 61. *Quanto maximo nisu poteram:* ut legendum est. Plin. l. 3. Epist. in f. *quantum maximum potuit.* ubi vide Cort. Rationem autem hujus locutionis *quantasvis, magnas etiam* videre potes apud Cl. Perizon. in Sanctii Min. p. 403. Dein optime viri docti ex Ursini codice reposuerunt, *quid esse:* cui consentiunt Bong. sec. Andin. Leid. prim. Scal. Oxon. Cujac. Male in ceteris et Edd. primis, aliisque multis, etiam Gryphii, *quid esset.* Vide ad 1, 7. et saepe.

*Interficiendi*] Bongars. prim. Leidens. prim. Lovan. Egmund.

*mitatis in proximis hibernis esset acceptum. brevem*
*consulendi esse occasionem. Caesarem arbitrari pro-* 2
*fectum in Italiam:* [a] *neque aliter Carnutes interfici-*
*undi Tasgetii consilium fuisse capturos, neque Ebu-*
*rones, si ille* [b] *adesset, tanta cum* [c] *contemtione no-* 248
*stri ad castra venturos esse. non hostem auctorem,*
*sed rem, spectare: subesse Rhenum:* [d] *magno esse* 3
*Germanis dolori Ariovisti mortem, et superiores no-*
*stras victorias: ardere Galliam, tot contumeliis ac-* 4
*ceptis sub populi Romani imperium redactam,* [e] *su-*
*periore gloria rei militaris exstincta.* Postremo, *quis* 5

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. 10 meliores et Edd. Inc. R. Steph. etc. pro *nec.* vulgo etiam *interficiendi.* b deest Lov. seq. voce *magna* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. c *contentione* MSS. plurimi et Edd. Vett. *nostra* Edd. R. M. V. d *magnum* B. pr. *Germanos* L. pr. *doloris* Egm. e *superiorem gloriam extinctam* Cuj.

et Dorvill. optime, *interficiundi.* Vide ad 2, 6. *spem potiundi.* c. 44. *regrediundi.* c. 52. *ferundum.* c. 53. *satis faciundi.* Deinde praepositionem non agnoscunt, *cum contemt.* Bongars. pr. sec. Vossiani, Leidenses, Egm. et duo alii, uti nec Edd. primae, ac R. Stephani; non male, nisi tamen excidisse videtur ob sequens *con.* Amat addere praepositiones Caesar.

*Sed rem spectare*] MSS. nonnulli et vett. cusi, *Rem exspectare*, unde forte legendum, *se spectare*, licet aliquando subintelligatur Pronomen. Idem mendum occurrit apud *Petronium* Satir. c. 17. ubi de Quartilla: *Diu flevit, ac ne tum quidem nos ullum adjecimus verbum, sed taciti* exspectavimus *lacrimas ad ostentationem doloris paratas.* Lege, *Spectavimus*, loquitur enim de Quartillae lacrimis. DAVIS. Cum MSS. nonnulli et Edd. Vett. habeant *exspectare*, ingeniose conjicit Davisius legendum (*se spectare*), quamquam et subintelligi potest id pronomen. CLARK. Nihil crebrius est variatione τῶν *spectare* et *exspectare*. et saepissime in Caesare occurrit. *Exspectare* hic ex meis habent MSS. 9. et Edd. primae. *spectari* L. tert. Vir doctus margini adscripsit: f. *spectarem.* Frustra. Omittitur reciprocum: ut hoc ipso c. *arbitrari.* c. 27. *polliceri daturum*, ac sexcenties. de verbo *spectare* adi 2, 20. *Nihil Caesaris imperium spectabant,* vel *exspectabant.*

*Magno esse Germanis dolori Ariovisti mortem*] Nihil Caesar usquam de morte Ariovisti, nisi hoc loco, scripsit. Unde Cluverius l. 3. Germ. p. 7. malebat, *sortem* legere. Sed audax haec conjectura. Nam quid attinebat

*hoc sibi persuaderet, sine certa re Ambiorigem ad*
6 *ejusmodi consilium descendisse? suam sententiam* [a] *in utramque partem esse tutam: si nil sit durius, nullo periculo ad* [b] *proximam legionem perventuros: si Gallia omnis cum Germanis consentiat, unam esse*
7 *in celeritate positam salutem. Cottae quidem, atque eorum, qui dissentirent, consilium quem habe-*
249 *ret exitum? in quo si* [c] *non praesens periculum, at certe longinqua obsidione fames esset pertimescenda.*

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. And. L. pr. Sc. Ox. Ceteri et Edd. primae *in utraque parte. et si nihil esset* ac *consentiret.* b *primam* Lov. c MSS. multi et Edd. pp. *praes. per. non. sit* addit Leid. sec. et Edd. R. Med. Ven. Gryph. sec. et aliae. *habere* Ed. Steph.

mortem memorare, cum Caesari post unum illud proelium nihil cum Ariovisto res fuerit? Nec solet ille extra gesta sua evagari. Sane et Graecus θάνατον vertit, et in Anonymo eandem vocem invenio, et retineo. VOSSIUS.

*Sub imperium redactam*] Leidens. prim. sec. Duker. Palatin. et Dorvill. *sub imperio.* Sub quo scilicet jam erant. Simile est, quod Cortius in MSS. quibusdam invenit, *sub imperio cogere*, in Sallust. B. Jug. 18, 12. Et sic quidam volunt dici posse, *sub jugo mittere.* V. ad 1, 7. Sed a vulgatis non recedo. facile haec variatio, ut dixi, oriri potuit ex pronunciatione syllabae *om* pro *um.*

*Sine certa re*] Celsus *sine magna causa.* Verior est explicatio, sine cognitione certa, Gallos omnia hiberna simul obpugnaturos, et rebellaturos. Sed Codd. Cuj. Oxon. et Ed. R. Steph. ac Gryphii margo habent *spe.* quo facit Graecus, qui habet, Ambiorigem ἄνευ τινος ἐλπίδος τὸν πόλεμον βουλεύσασθαι. At hoc non dicit Caesar. Alios ergo Codices habuerit ille, necesse est. *res* et *spes* confunduntur quoque 7, 3. in f. et passim.

*Unam esse in celeritate positam salutem*] Sic *Virgilius* Aen. 2, 354. *Una salus victis.* Et infra: *tamen unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat.* Et *Corn. Tacitus* Annal. 1. *Temporis ac necessitatis monet. Unam in armis salutem,* etc. *Ciaccon.* Frustra igitur est *Fr. Hotomannus,* cui placet *una* sexto casu. DAVIS. *Unam*) Emendat Hotomannus, *una.* Quomodo et in MS. Reg. scriptum est. Sed erudite exemplis allatis ostendit *Davisius,* alteram illam veriorem esse Lectionem. Erudite quoque idem Vir Doctissimus *longinqua* vocem ex MSS. et Editt. Vett. restituit; cum Scaliger et Recentiores edidissent, *longa.* CLARK. Jam ante Scali-

XXX. Hac in [a] utramque partem disputatione 1
habita, quum a Cotta, primisque ordinibus acriter
resisteretur, *Vincite*, inquit, *si ita vultis*, Sabinus;
et [b] id clariore voce, ut magna pars militum exau-
diret: *neque is sum*, inquit, *qui gravissime ex vo-* 2
*bis mortis* [c] *periculo terrear: hi* [d] *sapient, et, si gra-*
*vius quid acciderit, abs te rationem reposcent: qui,* 3
*si per te liceat, perendino die cum proximis hiber-*
*nis conjuncti, communem cum reliquis* [e] *belli casum*
*sustineant: nec rejecti et relegati longe ab ceteris,*
*aut ferro, aut fame intereant.*

VARIAE LECTIONES.

a *Utraque parte* MSS. multi et Edd. pp. Ordo est e MSS. vulgo *hab. disp.* b deest MSS. 2. Ed. R. c *in periculo* Scal. L. pr. V. ad 3, 13. d *sapienter si* MSS. 3. et Edd. quaedam. plerique non agnoscunt *et.* forsan *hi sap. hi si gr.* e vulgo deest.

gerum Aldus, Stephanus, Gryphius, Plantin. aliique ediderunt *longa*, et exaratur in MSS. Andin. et Oxoniensi. 1, 47. *longinqua consuetudine* eadem est varietas. Ceterum *pertimescenda* confirmatur ab Cuj. And. Leid. pr. Oxon. et Edd. Aldi ac Gryphii prima. Nam in ceteris MSS. et Edd. quotquot vidi, *timenda*, simpliciter. *Unam* defendit quoque Cort. ad Sall. B. Catil. 43, 1.

*Longinqua obsidione*] Longinquum pro diuturno poni, multis exemplis docuit elegantissimi ingenii vir, *Janus Broukhusius*, ad *Propertii* Eleg. 1, 6, 27. Vide etiam not. ad B. G. 1, 47. Hoc cum fugeret nuperos editores, *longa* hic loci intruserant; nos autem ex MSto *Norvic.* et antiquitus excusis suum *Caesari* verbum restituimus. DAVIS.

*Rationem reposcent*] Typothetarum, credo, errore in Davisianam editionem inrepsit, *deposcent*; quod tamen secutus est Clarkius. Sed MSS. omnes et praecedentes Edd. exhibent *reposcent*. Elegantius, et magis proprie hac in re. Valer. Max. 3, 7, 1. *Cum a L. Scipione ratio in Curia reposceretur.* De verbo *deposcere* adi Cl. Drak. ad Liv. 2, 13. *ad Cloeliam deposcendam*.

*Casum*] MSS. et Editt. Vett. *belli casum*. Graecus, τοῦ πολέμυ τύχην. CLARK. Haec quoque vox temere, praeeuntibus MSS. et Edd. ut ait, ab Hotomanno proscripta, et a Scaligero ac seqq. ejecta est. Quos Codices, quasque Edd. viderit, nescio; sed in MSS. meis omnibus, numero viginti, et Edd. quas ego consului, reperitur; quare addidi rursus. Paullo ante Ciaconius e Gellii verbis 10, 24. *Sacerdotes quum condicunt in diem tertium, diem perendini dicunt*, hic quoque ita scripsisse

1 XXXI. [a] Consurgitur ex consilio: comprehendunt [b] utrumque, [c] et orant, *ne sua dissensione et pertinacia rem* [d] *in summum periculum deducant:*
2 *facilem esse rem, seu* [e] *maneant, seu proficiscantur; si modo unum omnes sentiant, ac probent: contra*
3 *in* [f] *dissensione nullam se salutem* [g] *perspicere.* Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta permotus manus: [h] superat senten-
4 tia Sabini. Pronunciatur, prima luce ituros. Consumitur [i] vigiliis [k] reliqua pars noctis; quum sua quisque [l] miles circumspiceret, quid secum [m] por-

VARIAE LECTIONES.

a *cum se consilio*, c. L. pr. b *utrimque* Lov. c *exorant* Duk. V. sec. d *in summam* B. pr. a m. pr. *summo periculo* MSS. 4. recentes et Edd. R. M. V. *summam in* Ciacc. et Br. ut B. C. 1, 19. e *remaneant* G. V. tert. f *discessione* L. pr. *dissensionem* MSS. 10. et Edd. pp. g *prospicere* Ox. Duk. h *superior est* V. sec. *superiore* B. tert. L. sec. et Edd. qq. i *in vigilias* Pet. k deest L. pr. *inedia* B. sec. l *milites* V. pr. a m. pr. m *portari* L. pr. *possit* idem et Ox.

Caesarem existimat. Non ego credulus illi. Cicero pro Muraena c. 12. *Utrum diem tertium, an perendinum* etc.

*Nec rejecti*] MSS. et Edd. Vett. *non, rejecti* etc. Quod aeque Latinum. CLARK. *Nec* ediderunt Aldus, Plant. Scal. aliique. *Ne* Gryphius, Strada, et pauci seqq. quod tamen praefert Brutus. *Non* servavit Stephanus, et est in MSS. meis tredecim. *Nec* tamen retinent Leid. pr. Cujac. Oxon. And. et forsan alii. Sed vehementior videtur esse vis in particula *non* hoc loco.

*Comprehendunt utrumque, et orant*] *Comprehendunt*, hoc est, prensant, amplectuntur. VOSSIUS.

*Tandem dat Cotta permotus manus*] Hoc est, cedit, victorum instar. Sic Arnobius l. 1. p. 26. *Sed concedamus interdum, manum vestris opinionibus dantes*, etc. Usurpavit et Cicero, cum ait de amicitia: *Qui litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus.* Erat autem ille mos dedititiorum, sed de illis proprie dicitur, *tendere manus.* Unde Caesar 7, 40. *Litavici fraude perspecta Aedui manus tendere, et deditionem significare, et projectis armis mortem deprecari incipiunt.* Zosimus l. 2. *πολλοὺς δὲ ζωγρίᾳ ἑλὼν τὸ περιλειφθὲν πλῆθος χεῖρας ἀνατεῖναν ἐδέξατο.* VOSS. Si hujusce phraseωs plura desideres exempla, adeundae *Ch. Cellarii* notae ad *Corn. Nepotis* Hamilc. 1, 4. DAVIS. In Andino scribitur *permotas*. ut dictum

tare poſſet, quid ex [a] inſtrumento hibernorum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare [b] nec 5
sine periculo maneatur, et [c] languore militum, et
vigiliis periculum augeatur. Prima luce sic ex ca- 6
ſtris proficiscuntur, ut, quibus eſſet perſuaſum, non ab hoſte, sed [d] ab homine amiciſſimo Ambiorige conſilium datum, longiſſimo agmine, [e] maximisque impedimentis.

XXXII. At hoſtes, poſtea quam [f] ex nocturno 1
fremitu, [g] vigiliisque de profectione [h] eorum senſerunt, [i] conlocatis insidiis bipartito in silvis, ob-

VARIAE LECTIONES.

a *frumento* B. sec. b *ne* L. pr. c *languor* MSS. 2. d deeſt Carr. male. e Sic MSS. mei et Edd. Inc. Steph. Gr. sec. aliaeque. vulgo *magnis. incedunt* addit Vascos. f *de* L. pr. *noctis* Pet. g deeſt Duk. a m. pr. h *ejus* L. pr. Ox. i *conlatis* V. pr. a m. pr.

eſſet, ac *victas manus dare:* quod frequens apud Poetas. At in Caeſare nil mutes; nisi malis *manum* auctoritate antiquiſſimi Bongarsiani. In singulari *dare manum* non raro occurrit. Variatur in MSS. quoque in Nepotis loco per Daviſium citato, *victi manum dedissent:* ubi vide Comment. *permotum* eſt in Voſſ. sec. Cur autem Clarkius ordinem mutaverit, ediderítque, *dat manus Cotta permotus*, scire velim; nisi offenderit eum, *permotus manus.* cui malo optime medetur Bong. *manum.* Alii Editores *permotus* etiam locant poſt *manus:* et jungunt cum *superiores* contra MSS. immo exſulat id participium a Dukeriano.

*Prima luce ituros*] Temerariae sunt conjecturae Urſini, ac Ciacconii, quorum hic *iter* corrigit pro *ituros*, ille e veteribus Grammaticis tam hic, quam mox et alibi, *primo luci.* Uterque contra MSS. omnes libros, Caeſarisque perpetuam simplicitatem. *Prima luce, nocte, primo vespere* aliquoties dicit auctor noſter. Vide ad 1, 27. 7, 62.

*Omnia excogitantur, quare nec sine periculo*] Hoc eſt, ita se gerunt, quasi id operam dent, ne sine periculo etc. Contrarium senſum procudit Metaphraſtes, qui hoc modo locum vertit: *παντὶ τρόπῳ δὲ προενόησαν ὅμως, ὅπως μήτε μένοντες κινδυνεύωσι, μήτε καμνόντων τῇ ἀγρυπνίᾳ τῶν ϛρατιωτῶν ὁ κοινὸς κίνδυνος αὐξηθῇ.* Tanquam in suo Codice legiſſet: *Quare et sine periculo maneatur, nec languore militum* etc. Contra rem ipſam: adeo ut vel libro vitioſo uſus sit, vel auctoris mentem non intellexerit. DAVIS.

*Obportuno atque occulto loco*] Ita etiam Graecus et MSS. vetuſtiores. Sed attentionem tamen

portuno atque occulto loco, a milibus passuum cir-
2 citer II Romanorum adventum exspectabant: [a] et,
251 quum se [b] major pars agminis in magnam convallem [c] demisisset, ex utraque parte ejus vallis subito se ostenderunt: [d] novissimosque premere, et primos prohibere adscensu, atque iniquissimo [e] nostris loco proelium committere coeperunt.

1 XXXIII. Tum demum Titurius, [f] ut qui nihil ante providisset, trepidare, [g] concursare, cohortesque disponere: haec tamen ipsa timide, atque ut eum omnia deficere viderentur: quod plerumque iis [h] accidere consuevit, qui in ipso negotio consi-
2 lium capere coguntur. [i] At Cotta, qui [k] cogitas-

VARIAE LECTIONES.

a Deest copula Scal. L. pr. Ox. Ed. Steph. b exsulat a Scal. L. pr. Ed. Steph. c *dim.* MSS. plerique et Edd. Vett. male. dein vulgo *sese* contra MSS. et Edd. alias d *novissimoque* V. pr. e Sic Pet. Cuj. And. Sc. L. pr. Ox. Ceteri *nostrorum* cum Edd. pp. minus bene, nisi lateat aliud quid *nostro militi*, vel simile. f Sic Sc. L. pr. Ox. Edd. Vascos. Str. Steph. non *uti*. Ceteri MSS. et Edd. pp. non agnoscunt, ut §. 2. dein *praevid.* Carr. Duk. Dorv. *providerat* MSS. 2. suspecta sunt haec 5. verba Grutero, quia mox sequitur *quod plerumque* etc. g vulgo *et conc.* h *accedere* V. pr. Egm. *Solet* pro *cons.* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. i *atque* Duk. k *cogitasse videretur* Cuj. Ed. Steph. *cogitasse videtur* Ox.

meretur lectio Codd. Dukeriani et Leid. secundi atque Edd. Rom. Mediol. Ven. *obportuno consilio atque occulto loco.* Quae habet suas satis Veneres.

*Trepidare, concursare*] Sic MS. Reg. Alii, paulo minus eleganter, (*trepidare* et *concursare*). CLARK. Omnes etiam mei inserunt *et*. Nihilominus Clarkium hic secutus sum.

*Atque ut eum deficere*] Oxon. *utque ei d.* Leidensis etiam primus exhibet *ei*. Vide congesta ad 3, 5. *Vires et tela nostris deficerent.*

*Quumque propter l.*] MSS. fere omnes, et Edd. primae, *quum*, sine τὸ *que*. Bong. sec. *et quum*. In Leid. primo, *quod quum*. Fort fuerit, *Quoad, quum propter.*

*Quoque loco*] Recentiores MSS. Duker. Dorvil. et Leid. sec. cum Edd. Rom. Med. Ven. *quoquo*. ut passim occurrit *quoquomodo, tempore, pacto* etc. sed et *quisque* saepissime pro *quoquo* seu singulis invenitur. Vide ad 1, 39.

set, haec posse in itinere accidere, atque ob eam caussam profectionis auctor non fuisset, nulla in re communi saluti deerat, et, in adpellandis cohortandisque militibus, imperatoris; et, in pugna, militis officia praestabat. quumque propter longitu- 3
dinem agminis minus [a] facile per se omnia [b] obire, et quid quoque loco faciendum esset, [c] providere possent; jusserunt [d] pronunciare, ut inpedimenta relinquerent, atque in orbem consisterent: quod 4
consilium, etsi in ejusmodi casu reprehendendum non est, tamen incommode accidit: nam et no- 5
stris militibus spem minuit, et [e] hostes ad pugnam alacriores [f] effecit; quod non sine summo timore 252

VARIAE LECTIONES.

a Perperam MSS. plurimi et Edd. pp. *facere. non facile* L. pr. b *obedire* Egm. c *scire poterant* And. Ox. *scire* etiam MS. Urs. *non possent* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *posset* Ed. R. Steph. cum Metaphraste, qui et *jussit* legisse videtur. d *tamen pron.* L. pr. vulgo *pronunciari.* e *hostem alacriorem* L. pr. Ox. vulgo *ad pugnandum.* f *fecit* Cuj. And. L. pr. Ox.

Quare veteriores plurimosque Codd. sequor. Eadem confusio 7, 83. *Quid, quoque pacto agi placeat:* ubi optimi quique *quoquo.* Adi Cort. ad Sallust. B. Cat. c. 13. *Quid quoque modo audierat.*

*Pronunciari*] Bongars. pr. sec. Petav. Vossiani omnes, Egmund. Leid. pr. Oxon. et tres alii dant *pronunciare*, cum Ed. Incerta. Quod ob antiquissimorum Codd. auctoritatem recepi hic et cap. seq. etc. Saepe ita contra Grammaticorum canonem additur infinitivus Activus, subintellecto aliquo Accusativo. Vide ad 2, 5. *Castra munire jubet.*

*Atque in orbem consisterent*] Vide *Joan. Brantium* ad 4, 37. DAVIS. B. Alex. c. 40. *in orbem se recepit.*

*Ad pugnandum alacriores*] Bong. prim. Andin. Oxon. et Leidens. primus, *ad pugnam. eis τὴν μάχην* Metaphrastes: quod multo elegantius est vulgato; quare reposui, licet alteri lectioni suffragetur locus 3, 24. *Nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent.* Sed 2, 16. *Ad pugnam inutiles.* et B. Civ. 3, 25. *Alacriores ad custodiam.*

*Quaeque quisque*] Bongars. prim. Dorvill. et Editt. Rom. Med. Ven. habent, *quae quisque*, sine copula, quod ut elegantius, ita verissimum esse patet e sequentibus: *properaret, clamore ac fl. complerentur.* Sic

6 et desperatione id factum videbatur. [a] Praeterea accidit, quod fieri necesse erat, [b] ut vulgo milites ab signis discederent; quae [c] quisque eorum carissima [d] haberet, ab inpedimentis petere, atque [e] abripere properaret; clamore ac fletu omnia complerentur.

1 XXXIV. At barbaris consilium non defuit. nam duces eorum tota acie pronunciare jusserunt, *nequis ab loco* [f] *discederet; illorum esse praedam, atque illis*

VARIAE LECTIONES.

a *Propterea* L. pr. b deest L. pr. *et* L. sec. c vulgo *quaeque* et mox *et clamore ac*. d *habebat* MSS. 3. Edd. R. M. V. e vulgo *arripere* et *pronunciari*. f *discedat* Ox.

enim habent MSS. Carr. Ursini, Brantii et mei omnes, vel *et fl.* cum Editt. primis. Vulgo illic quoque insertum, *et clamore ac fletu*. Saepissime illam copulam ab librariis vel editoribus intrusam contra Caesaris stylum, docuimus ad 4, 15.

*Atque arripere*] Andin. Oxon. Duker. et Leid. tert. *abripere*. quod praetuli. Non enim modo manum iis rebus injecerunt, sed et eas secum abstulerunt. Perpetua est horum compositorum in MSS. variatio. V. Cl. Drak. ad Silium 5, 229. ad Liv. 2, 33, 7. 3, 48. *ab lanio cultro arrepto*. unde et *adripere* hic defendi posset. Appul. l. 3. Met. p. 54. *E me diis papillis capillos absconditos iratus arripuit*. Sed et ibi forsan melius *abripuit* Heins. legit ad Ovid. Met. 7, 731. et Observ. Misc. V. 2. T. 2, p. 304. Dein *pronunciare* rursus exaratur in Bong. pr. sec. Vossianis omnibus, Lovan. Egmund. et 6 aliis, et Edd. Rom. Med. Ven. Incerta aliisque. V. cap. praec.

*Erant et virtute et numero pugnando pares*] Sic recte emendavit *Jos. Scaliger*, cum MSSti et editt. vett. habeant, *numero pugnandi pares*, unde *Gabr. Faërnus* ex ingenio legebat, *numero pugnantium pares*. *Phil.* autem *Beroaldus*, omissa voce, scribit: *Erant et virtute et numero pares*, cujus conjecturam probat *Joan. Brantius*. Frustra omnes: non enim tradere voluit noster, Romanos Eburonibus fuisse numero aequales: nec id ex hoc loco conficitur, quod tamen arbitratus est *P. Ciaoconius*, cui propterea placet, *Erant* (Eburones) *et loco et numero superiores: nostri tametsi a Duce* etc. notat solummodo, Romanis sat fuisse et virtutis et numeri, quo aequis conditionibus iniri posset proelium: tantam enim de sua virtute opinionem conceperant, ut, ob fortitudinem, pugnae se pares existimarent, licet inferiores fuerint hominum multitudine. DAVIS. Mutila videtur et perturbata hujus sententiae pars prior. *Numero enim*

*illis reservari, quaecumque Romani reliquissent: pro-*
*inde omnia in victoria posita* [a] *existimarent.* Erant 2
et virtute, et numero pugnando [b] pares: nostri ta-
men etsi ab duce, et a fortuna deserebantur, ta-
men omnem spem [c] salutis in virtute ponebant; et, 253
[d] quoties quaeque cohors procurreret, ab ea parte
magnus hostium numerus cadebat. Qua re anim- 3
adversa, Ambiorix pronunciari jubet, ut procul
tela conjiciant, [e] neu propius accedant: et, quam

VARIAE LECTIONES.

a *esse* addunt Scal. L. pr. Ox. *existum.* Egm. *sperarent* Lov. L. sec. *existimare* vel *extimare* Carr. Duk. et 2. alii. Ed. Fl. b vulgo *pares nostri: tametsi a d.* c deest Lov. *sal. spem* L. pr. d *quotienscumque coh.* L. pr. *quotiens* semper in MSS. e *nec* L. pr. Sc. Ed. Steph. *ne ut* V. pr.

nullo modo pares erant Romani tantae multitudini hostium; de *virtute* autem eorum in posteriori parte sententiae dicitur. Quocirca, etsi tolerari posse videtur ingeniosa *Davisii* explicatio, qua Romanos docet *numero* non quidem hostibus dici aequales, sed *pares* quodammodo *pugnando*, hoc est, satis multos, qui proelium inire possent etiam cum tanta multitudine; tamen adeo abjecta est haec locutio, adeoque hiulca et nitoris Caesareani dissimillima oratio, tamque parum cum eo, quod sequitur (*Tametsi a Duce etc.*) connexa, ut nullus dubitem, quin sensum ipsissimum Caesaris attigerit *Ciacconius*, licet verba nimis audacem prae se ferant conjecturam, qui hoc modo emendat: *Erant* (hostes) *et loco et numero superiores: nostri tametsi a duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem sp. sal. in virt. ponebant.* CLARK. Tametsi *a duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem* etc.) Cum superioribus haec male cohaerent; levis tamen mutatio locum sanabit. Igitur lego, *nam etsi a duce. etc.* DAVIS. *Cur. sec.* Mire hic locus Criticos exercuit. Romani enim minime pares erant numero; licet ita quoque verterit Metaphrastes: quare *animo pugnandi* conjecit Glareanus; atque ita est in marg. Vascos. Invertit voces R. Stephanus: *numero et virtute.* Sed hoc eodem redit. Scaliger quidem recte reponens *pugnando*, ut est in Bongars. sec. Petav. Leid. primo et aliis nonnullis MSS. pro *pugnandi*, quod est in MSS. plurimis, locum hunc juvit, et Davisius deinceps acuta sane explicatione. Verum tamen ipse Davisius, *tametsi* etc. non cohaerere apte cum praecedentibus fateri debuit, ideoque conjecit *nam etsi.* quas particulas sic jungit auctor 1, 46. et alibi. Alius Vir doctus tentavit hoc modo: *Erant a virtute pro numero, pugnando pares nostri, qui tametsi.* Sed praeter quod haec nimis a membranis recedunt, de virtute Romanorum bis idem fere paucis verbis inculcas-

in partem Romani inpetum fecerint, cedant; (levitate armorum, et quotidiana exercitatione nihil [a] iis noceri posse:) rursus se ad signa recipientes insequantur.

1 XXXV. Quo praecepto [b] ab iis diligentissime observato, quum [c] quaepiam cohors ex orbe exces-
254 serat, atque inpetum fecerat, hostes velocissime
2 [d] refugiebant. Interim [e] eam partem nudari, ne-

VARIAE LECTIONES.

a *ex his* vel *hiis* Scal. And. L. pr. quod notandum. Lipsius conjiciebat, ea, quae parenthesi inclusa sunt, ex Glossemate esse orta. b desunt G. V. tert. Ed. Aic. Inc. c exsulat ab Ox. d *refugerant* V. sec. e vulgo *ea parte*.

set. Quare quocumque te vertas, patet satis, verbum *nostri* referendum esse ad sequentia: atque ita diserte et clare distinguitur in MSS. vetustissimis, Bongars. primo, Petav. Vossiano primo, Scalig. Leidensi primo et tertio; nec dubito, quin ita etiam sit in aliis. Vossiani certe secundi exscriptor haec de Eburonibus cepit, in quo *nostris*. An ergo recipiemus conjecturam Ciacconii, *numero superiores?* Nihil minus: nam ne dicam, quod audacissima sit conjectura, quis credat, Caesarem scripsisse, Eburones suis militibus, de quibus tam egregia praedicat, *virtute fuisse superiores?* Ut paucis dicam. Latet mendum in *τοῖς et numero*, et legendum contendo: *Erant et virtute Eburones pugnando pares. Nostri tametsi ab d.* vel potius cum Oxon. *tamenetsi ab d.* sensu apertissimo. *es* in Codice quodam casu excidit; hinc ex *Eburon*, quod nihil erat, fecerunt *et numero*; quod, sive de Romanis sive de Eburonibus capias, falsissimum est. *Tametsi* vel *tamen etsi*, sequente *tamen*, pro *quamvis*, est frequentissimum. Vide quae laudant Rittershus. ad Cassian. Scioppius susp. lect. 2, 13. Cl. Duk. ad Flori Prooem. §. 3. et Cort. ad Sallust. Catil. c. 21. *Tamen etsi illis quieta* etc. *tamen postulare plerique*, et aliis locis eum aliosque. Restituendum id quoque Valerio Maximo 3, 7, 2. Ext. *Tametsi ab aliis non inpetrat, domestico tamen acceptam judicio refert:* ubi vide Varias Lect. vulgo, *eam etsi*. Nostro inprimis est familiare; et ita quidem, ut una, vel duae voces praecedant *τὸ tametsi*, vel *tamen etsi*. 1, 30. *Intelligere sese, tametsi poenas repetisset, tamen* etc. 7, 43. *Quae tametsi Caesar intelligebat, tamen*. Ibid. c. 50. *Ac tametsi animadvertebantur, tamen*. quibus locis Muretus citat *tamen etsi*, Var. Lect. 11, 17. sed de his suo loco. 8, 10. *tamen etsi numero non amplius erant* D, *tamen*. Adde 8, 20. B. Civ. 1, 26. 3, 67. Praeterea e MSS. tantum non omnibus, iisque vetustioribus magno numero, exhibui, *ab duce et a fort.* Sic 1, 37. *ab Aeduis et a Treviris.* 2, 23. *a fronte et ab sinistra*

cesse erat, et ab latere aperto tela recipi. [a] Rur- 3
sus, quum in eum locum, unde erant egressi, re-
verti coeperant, et ab iis, qui cesserant, et ab iis,
qui proximi steterant, circumveniebantur: sin au- 4
tem locum tenere vellent, [b] nec virtuti locus relin-
quebatur, neque [c] ab tanta multitudine conjecta
tela [d] conferti vitare poterant. Tamen tot incom- 5
modis [e] conflictati, [f] multis vulneribus acceptis,

VARIAE LECTIONES.

a *rursum* L. pr. *rursum et* And. b Sic MSS. et Ed. Inc. non *nec*. c Ita MSS. meliores 11. cum Ed. Inc. pro *a*. d *a confertis vitari* And. L. pr. Ox. Pet. a m. s. Edd. Aldi, Steph. Gryph. Plant. Cell. *confecti* MSS. 3. e *afflicti* L. pr. *conflicti* L. sec. f *tot* Edd. R. M. V.

*parte*. B. C. 1, 25. *a fronte atque ab utroque latere*. Adde c. 67. 3, 10. *ab senatu et a populo*. Ut vulgo, ita legendum 7, 17. *A flumine et a palude*. vulgo deest *a* contra Caesaris morem. c. 32. *a bello atque ab hoste* Edd. quaedam, et ita MSS. et Edd. B. Civ. 3, 3. V. supra ad 2, 10. et crebro.

*Quaeque cohors procurreret*] Ita legitur in MSto *Norvic*. et recte quidem; respicit enim *noster* ad id, quod factum est, postquam in orbem constiterant Romani. Vulgg. *procurrerat*, vel *procucurrerat*. MS. *Carrar. procurrebat*, quae lectio ob κακοφωνίαν a me est repudiata; sequitur enim: *magnus hostium numerus cadebat*. DAVISIUS. Sic MSS. Reg. Eliens. Al. *procurrerat*. CLARK. Consentiunt Scal. Oxon. Leid. pr. sec. *procurrebat* Duker. Leid. sec. *procucurrerat* Edd. Rom. Med. Ven.

*Interim ea parte*] MS. *Norvic*. ac editt. antiquissimae, *Rom. Ven. Beroald*. et *Steph*. exhibent, *eam partem*, hoc est, κατὰ eam partem: quae quidem lectio est recipienda. sic enim loqui amat *Caesar*. Vide notat. ad B. G. 4, 1. DAVIS. MSS. et Editt. Vett. (eam partem *nudari*) (hoc est, *nudari agmen* eam partem, *scil*. ea sui parte.) Quam Lectionem erudite propugnat *Davisius*. CLARK. Etiam MSS. Carr. omnesque mei, Edd. que Aldi, Stradae, Gryph. sec. aliaeque. Quare eum casum revocavi; de quo quaedam etiam dixi ad 1, 12. *Magnam partem* 7, 68. et alibi: quamquam et hoc loco ad ellipsin refugere non necesse erat; et exponi potest, *eam agminis*, vel *militum partem nudari*; quod malim: nec tamen opus est cum Cujac. Scalig. Leid. pr. Oxon. Aic. et Ed. R. Steph. reponere: *recipere*. Constructio est: *Necesse erat, eam agminis partem nudari, et tela recipi ab aperto latere*. Quodvis eligas, per me licet.

*Egressi*] Placet mihi magis lectio MSS. Andin. Leidens. pr. et Ed. R. Stephani, *progressi*. Gr. προϊόντες, id est, *procurrerant*.

[a] resistebant; et magna parte diei consumta, quum a prima luce ad horam VIII [b] pugnaretur, nihil,
6 quod ipsis esset indignum, committebant. Tum T.
[c] Balventio, qui superiore anno primum pilum [d] duxerat, viro forti, et magnae auctoritatis, utrumque
7 femur tragula [e] transjicitur. Q. [f] Lucanius ejusdem ordinis, [g] fortissime pugnans, dum circumvento filio
8 subvenit, interficitur. L. Cotta legatus omnes cohortes ordinesque [h] adhortans in adversum os funda vulneratur.

1 XXXVI. His rebus permotus Q. Titurius, quum
255 procul Ambiorigem, suos cohortantem, conspexis-

VARIAE LECTIONES.

a *consist.* Duk. a m. pr. b *pugnassent* Urs. Ox. c vel *Baluentio. Bentio* Urs. *Baluentino* Ort. G. V. tert. Ed. Inc. *Baluennio* Lov. Dorv. B. sec. *Balvenio* Ox. d *deduxerat* L. pr. e *trajicitur* MSS. plerique. f *Lucianus* L. pr. g *fortissume* B. pr. h *adiens* Ox. *audiens* And. pro *adiens* non male. *cohortans* Edd. R. M. V.

c. 43. *Quorum progredi ausus est nemo. Progredi* in *egredi* abiit quoque 7, 35. in MSS. plerisque.

*Tot incommodis*] Sic legimus cum MS. *Norvic.* et veteribus cusis, non, *tam multis incommodis*, ut habent recentiores. Eadem enim vox paullo post repetita insuaviorem reddit orationem. DAVIS. Tot *incommodis*) Ita MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. Recentiores habent, (*tam multis.*) CLARK. Sic etiam exhibent Codices nostri. Soli Andin. et Ox. cum Edd. Aldi, prima Gryphii, Plant. Scal. Cellar. etc. *tam multis.* In Leid. pr. inverso ordine legas, *tot tamen.* quod suavius aures mulcere licet videatur, nihilominus temere non est admittendum. Solet Caesar hac voce incipere periodum: sic MSS. plerique 7, 76. *Tamen tanta:* ubi vulgo *tanta tamen.* Hirt. 8, 21. *tamen magnum.* rursus Leid. pr. *magnum tamen.* B. G. 1, 7. *Tamen, ut spatium intercederet.* B. C. 1, 45. *Tamen virtute* etc.

*Primum pilum duxerat*] Primi pili erat centurio. De hac dignitate videndus *Justus Lipsius* Mil. Rom. l. 2. Dial. 8. DAVIS.

*In adversum os*] Dictum hoc fere, ut apud Terentium, *in os laudare*, vel potius eo sensu, quo B. Civ. 3, 99. *gladio in os adversum conjecto.* Non tamen puto, ita a Caesare scriptum fuisse, sed sine τῷ *in*, per Synecdochen Graecam usitatissimam. Qua in opinione me vehementer confirmant membranae Cujac. Scalig. et Leid. prim. *adversus os*, vel

set, interpretem suum Cn. Pompejum ad eum mit-
tit, rogatum, ut sibi, militibusque parcat. Ille ad- 2
pellatus respondit: *si velit secum conloqui, licere;*
*sperare, a multitudine inpetrari posse, quod ad mi-*
*litum salutem pertineat; ipsi vero* [a] *nihil nocitum*
*iri;* [b] *inque eam rem se* [c] *suam fidem interponere.*
Ille cum Cotta saucio communicat, *si videatur, pu-* 3
*gna* [d] *ut excedant, et cum Ambiorige una conlo-*
*quantur. sperare, ab eo* [e] *de sua ac militum salute*
[f] *inpetrare posse.* Cotta se ad armatum [g] hostem itu- 4
rum negat, atque in eo [h] constitit.

XXXVII. Sabinus, quos in praesentia tribunos 1

VARIAE LECTIONES.

a Cuj. Ox. L. pr. sec. *non nociturum.* b *in quam r.* Scal. L. pr. Ox. Ed. R. Steph. quod praefero. *inquit eam r.* B. sec. c *suamque* MSS. 8. et Edd. primae, male. V. Ciaccon. et Brant. d *cum salute* addunt Edd. R. M. V. e *de se ac m.* Edd. R. M. V. *suam ac m. salutem* Ox. Edd. Bas. Aldi, Gryphii. vulgo *sperare se.* f *inpetrari* vulgo. g deest Carr. h vulgo *perseverat.*

*hos.* Oxon. *adversus omnes.* immo in excerptis Cod. Andini clare tantum video, *adversum os.* Lucan. 7, 621. *Ore quis adverso demissum faucibus ensem Expulerit moriens anima.* [ Nil muta. Confirmatur hoc vehementer ab Ovid. Met. 5, 384. *Inque cor hamata percussit arundine Ditem.* quamvis etiam locus ille suspectus sit harum elegantiarum peritissimo judici, Cel. Burmanno.]

*Interpretem suum Cn. Pompejum* ] Supra dixit, C. Arpinium ad Ambiorigem missum, sed non vocat interpretem. Ut non ausim hunc locum suspectum habere, quod Ciacconium fecisse video. Meminit Cicero in epistolis ad Atticum Cn. Pompeji interpretis, sed incertum, an hunc designet. VOSS. Ursinus dicit in suis esse, *C. Arpinium*, vel *Carpinejum*. Gryph. Ed. habet *C. Pompejum*. Si addicerent Codices, non alienus essem a lectione, *C. Arpinejum.*

*Ille cum Cotta saucio communicat* etc.] Multiplex est in hisce gestis referendis *Dionis* error. *Κόττας*, inquit ille, *παραχρῆμα μέτα πολλῶν ἀπώλετο, καὶ τὸν Σαβῖνον ὁ Ἀμβιόριξ μετεπέμψατο μὲν, ὡς καὶ σώσων. ὕτε γάρ τοῖς γιγνομένοις παρῆν, καὶ πισὸς αὐτῷ καὶ τότε ἔτ' ἐδόκει εἶναι.* Vide l. 40. p. 123. D. Ed. Hanov. Sed haec omnia redarguit *Caesaris* narratio. DAVIS.

*Se* ] Deest in MSS. Reg. et Eliensi. Et quidem non raro in hujusmodi locutionibus subintelligitur. CLARK. *Se* non comparet

militum circum se habebat, et primorum ordinum centuriones, se sequi jubet: et quum propius [a] Ambiorigem accessisset, jussus arma abjicere, [b] imperatum facit: suisque, [c] ut idem faciant, imperat. In-
2 tum facit: suisque, [c] ut idem faciant, imperat. Interim, dum de conditionibus inter se agunt, longiorque consulto ab Ambiorige [d] instituitur sermo,
3 paullatim circumventus, interficitur. Tum vero, suo more, victoriam conclamant, atque ululatum tollunt; inpetuque in nostros facto, [e] ordines pertur-
4 bant. Ibi L. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum. Reliqui [f] se in castra recipiunt,
5 unde [g] erant egressi. ex quibus L. Petrosidius aquilifer, quum magna multitudine hostium premeretur,
6 aquilam intra vallum projecit: ipse pro castris for-

VARIAE LECTIONES.

a *ad Amb.* Duk. b *imperata* Edd. Aldi, Gryph. c *id ut* L. pr. *is ut* Scal. d *statuitur* Pet. e *ordinesque* B. sec. f *sese* MSS. 2. g *fuerant* L. pr.

quoque in Bongarsianis, Vossianis, Petav. Egm. Lovan. et aliis sex, ut nec in Carr. nec Edd. primis. ut supra, *sperare a multit. inpetrari posse.* et sexcenties. V. ad 2,31. Ejeci idcirco. E sue Codice primus rescribi fecit Ursinus. Dein ex optimis MSS. Bong. pr. sec. Petav. Leid. pr. et Oxon. dedi *inpetrare*, pro *inpetrari.* Hoc verbum saepe auctor in activo adhibet, omisso accusativo ejus rei, quam inpetremus. Vide ad 1,9. *Ut eo deprecatore a Sequanis inpetrarent.* Hoc cum non adverterent librarii, alii *se* intruserunt, alii *salutem*, alii *inpetrari* reposuerunt.

*In eo perseverat*] Cujac. Andin. Scalig. et Ed. R. Steph. *constitit* exhibent; Oxon. vero, *consistit.* Optime, *constitit*, ni fallor; cujus Glossa est *perseverat*, permanet. Cicero ad Famil. Ep. 7, 17. *Quod jam videris certa aliqua in sententia constitisse.* sive a *constare.* Idem ad Fam. Ep. 1, 9, 32. *Qua in sententia si constare voluissent.* B. Civ. 1, 85. *omnium ordinum partes in misericordia constitisse.* sive a *consistere.* Hirt. B. Afric. c. 31. *in opere consistere*, id est, permanere.

*Interficitur cum maxima parte militum*] Narrat *Suetonius* in Julio c. 4. casum hunc adversum *in Germanorum finibus* Caesari contigisse: quod cum *Caesaris* relatione in concordiam redigere nequiit *Julius Celsus* vit. Caes. p. 94. Ed. Lond. Sed res erat fa-

tiſſime pugnans occiditur. Illi [a] aegre [b] ad noctem 6
obpugnationem ſuſtinent: [c] noctu ad unum [d] omnes, deſperata salute, se [e] ipsi interficiunt. Pauci 7
ex proelio [f] elapsi incertis itineribus per silvas ad T. Labienum legatum in hiberna perveniunt; atque eum de rebus geſtis certiorem faciunt.

XXXVIII. Hac victoria [g] sublatus Ambiorix, 1
ſtatim cum equitatu in Aduatucos, qui erant ejus [h] regno finitimi, proficiscitur; neque noctem, neque diem intermittit, [i] peditatumque se subsequi jubet. Re demonſtrata, Aduatucisque concitatis, 2
[k] poſtero die in Nervios pervenit: hortaturque, *ne sui in perpetuum liberandi, atque ulciscendi Romanos, pro iis, quas* [l] *acceperint, injuriis, occasionem*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *Alii.* b *ea nocte* Egm. c *nocte* Ox. d deeſt Lov. et 3 aliis atque Edd. R. M. V. e *ipsos* Pet. male. f *lapsi* MSS. 15 et Edd. pp. recte vulgatum servant Cuj. And. Sc. Ox. *e. pr. elapsi* L. pr. g *elatus* Duk. Aic. et Oros. ut c. 47. h *regni* Pulm. V. pr. Carr. Duk. Edd. R. M. V. *finitumi* B. pr. i *peditatum* L. pr. *se* carent L. pr. B. pr. V. sec. alii *sese.* V. pr. et alii *sese sequi* cum Edd. pp. k *postremo* Duk. a m. pr. l *acceperant* MSS. 7 et Edd. R. Inc. M. V. male. V. ad c. 27.

cilis: Eburones nimirum *Germani* vocabantur. Vide B. G. 2, 3. et 4. DAVIS.

*Illi*] Hoc eſt, *Reliqui*, qui se in caſtra receperant. Sicque habent MSS. Eliens. et Voſſii, et Edit. Rom. Scaliger et Recentiores, *Alii.* Quod eo significatu vix Latinum eſt. CLARK. *Ille* recte reſtituit Clarkius; sed male ad Scaligerum refert *τὸ alii:* cum ita jam ediderint Mediol. Ven. Aldus, Gryphius, Plantinus, aliique. quod ex meis agnoscunt soli recentiſſimi Codd. Bong. tert. Duker. et Leid. sec.

*Interfectos esse legatos duos*] In MS. Andino *legatos duo* reperit *Joan. Fr. Gronovius*, qui ita legendum ſtatuit: conſtat enim, *casum Accusativum masculini Generis* hoc vel illo modo enunciatum. Vide viri doctissimi notas ad *Livii* 35, 21. DAVIS. *Duo* rescripsi cum Gronovio. Infra 7, 33. *Duos ex una familia*, non modo Andin. sed multi Codices vetuſtiſſimi *duo* exhibent. ubi dicam plura. Numerum hic omittit Lovan.

*Centrones*] Cum hos populos non facile memoratos ab aliis

3 *dimittant: interfectos esse legatos* [a] *duo, magnam-*
4 *que partem exercitus* [b] *interisse* demonstrat: *nihil esse negotii, subito obpressam legionem, quae cum Cicerone hiemet,* [c] *interfici:* [d] *se ad eam rem profitetur adjutorem.* Facile hac oratione Nerviis persuadet.

1 XXXIX. Itaque, confestim dimissis nunciis ad [e] Ceutrones, Grudios, Levacos, Pleumoxios, Geidunos, qui omnes sub eorum imperio [f] sunt, quam maximas manus possunt, [g] cogunt; et de inproviso ad Ciceronis hiberna advolant, nondum ad eum
2 [h] fama de Titurii morte perlata. Huic quoque ac-
257 cidit, quod fuit necesse, ut nonnulli milites, qui [i] lignationis munitionisque [k] caussa in silvas dis-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *duos.* b MSS. et Edd. qdd. *interiisse. interipere* V. pr. c *int. posse ad* Cuj. L. pr. d *sed* B. pr. G. V. sec. *seque* Pet. Duk. Carr. *ad e. r. se* L. pr. e vulgo *Centr.* et *Pleumosios, Gordunos.* f *continebantur* Cuj. Scal. L. pr. g *cogant* et *advolent* L. pr. h *forma* V. pr. i *de lign.* L. pr. k deest B. sec.

invenies, nescio, cur viri docti non secuti sint optimorum Codicum fidem. Certe in Bongars. primo, sec. Vossiano pr. Leidensi pr. Petav. Lovan. Egmund. Scalig. aliisque multis exaratum est *Ceutrones:* quod idcirco reposui: donec certior ejus populi nobis fiat notitia. Dein ignoti etiam cum aliis *Pleumosii.* quare rescripsi *Pleumoxios:* non, quod tum eos noscam, sed quod ita dent MSS. Cujac. Bong. pr. sec. Lov. et 4 alii. *Pleumoximos* Leid. pr. Scalig. Voss. prim. et recentiores 6 cum Ed. Inc. *Pleumaxitos* Petav. unde patet, in omnibus servari litteram *x.* Denique *Gordunos* nullus agnoscit Codex, sed *Geidunos*, vel *Geidunnos*, Bong. pr. sec. tert. Cujac. Voss. pr. et Ed. Inc. quod idcirco rescripsi: *Geudunnos* Leidens. pr. et Scal. *Ged.* Petav. Voss. sec. *Gundunos* Leodius legendum putat.

*Huic quoque accidit*] MSS. et veteres impressi, *huc quoque accidit*; scribo *hic*, quod et *Fr. Hotomanno* suboluit. Ita etiam legit Metaphrastes. DAVIS. *Hic*) Ita optime emendarunt Hotomannus et Davisius. MSS. et Edd. Vett. habent *huc*, vel *huic*. Scaliger et Recentiores *huic*. Graecus recte, Ἐνταῦθα. CLARK. *Hic* si legas, respiceret auctor ad dicta c. 26. *Subitoque obpressis lignatoribus.* Sed *huc* non est, nisi

ceſſiſſent, repentino equitum adventu interciperen-
tur. His circumventis, magna manu Eburones, 3
[a] Nervii, Aduatuci, atque horum omnium socii [b] et
clientes legionem obpugnare incipiunt. Noſtri ce-
leriter ad arma concurrunt; vallum conscendunt.
Aegre is dies ſuſtentatur, quod omnem spem ho- 4
ſtes in [c] celeritate ponebant, atque hanc adepti vi-
ctoriam, in perpetuum se fore victores, confide-
bant.

XL. Mittuntur ad Caeſarem confeſtim [d] ab Ci- 1
cerone litterae, magnis propositis praemiis, si per-
tuliſſent. Obſeſſis omnibus viis, [e] miſſi intercipi-
untur. Noctu [f] ex ea materia, quam munitionis 2
cauſſa comportaverant, turres [g] admodum cxx ex-

VARIAE LECTIONES.

a Hoc ordine MSS. meliores non *Ad. Nerv.* b *clientesque* L. pr. Ox. c *celeritatem* Edd. R. M. V. d Sic B. pr. sec. V. pr. et 3 alii cum Ed. Inc. non *a*. e exſulat a L. pr. f *ex* deeſt in L. pr. Ox. Sed *ea* non comparet in MSS. 15. nec Edd. pp. g deeſt MS. Ox. Edd. Aldi, Basil. Gr. Scal. et aliis. male.

in 5 MSS. recentiſſimis et Edd. primis. unde male Brutus conjiciebat *accedit*, vel *accessit. Huic*, uti jam ediderunt Aldus, Vascos. Steph. Gryph. Plantin. etc. recte se habet, sc. Ciceroni accidit, quod ante Titurio, ut obprimerentur lignatores. *Hinc* eſt in Duker. *Hic* tamen in Schedis Pulmanni, quod non omnino damno, nam ita *hic* abiit quoque in *huic* c. 44. ubi v. VV. LL. et c. 45. *Hic servo* etc.

*Atque hanc adepti victoriam*] Hotomannus de mendo suspicatur, et Caeſarem scripſiſſe, *hac adepta victoria*. Mallem, siluisset. Sic Tacitus 1 Annalium: *neve occisus Augusti pronepos nocentiores vos faciat.* Non occiderant milites Germanici filium, sed metus erat, ne facerent. VOSSIUS.

*Turres admodum* cxx.] Sic exhibent Codices manu exarati cum antiquis impreſſis; recentiores enim mediam vocem expunxerant. Fruſtra. *Curtius* 4, 9, 24. *Mille* admodum *equites praemiserat*. Et 12, 6. *Bactriani ibant equites mille* admodum. *Justinus* 11, 14, 2. *Inter haec* DCCC admodum *Graeci occurrunt Alexandro*. Vide et 24, 1, 6. DAVIS. Vide et Brant. et alibi saepe Viros doctos. de turribus ipsis, a quibus exſtructae fuerint, et an non haec removenda sint ad c. 42. vide ibidem Voſſium.

citantur incredibili celeritate; quae deesse operi
3 videbantur, [a] perficiuntur. Hostes postero die,
multo majoribus copiis coactis, castra obpugnant,
4 fossam complent. [b] Ab nostris eadem ratione, qua
pridie, resistitur: hoc idem deinceps reliquis fit
5 diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem
258 intermittitur: non aegris, non vulneratis facultas
6 quietis datur. Quaecumque ad proximi diei obpu-
gnationem opus sunt, noctu comparantur: multae
praeustae sudes, magnus muralium pilorum nume-
rus instituitur; turres contabulantur; pinnae, [c] lo-
7 ricaeque ex cratibus [d] adtexuntur. Ipse Cicero,

VARIAE LECTIONES.

a *perficiunt* L. sec. b Sic B. pr. sec. V. pr. et alii, non *a*. c *luricaeque* B. pr. sec. V. pr. L. pr. Egm. d *contex*. L. pr. *attegun-tur* B. sec.

*Deinceps reliquis*] Cum in MSS. sedes vocis *τὰ deinceps* ita varietur, ut in his sit, *reliquis deinceps*; in illis, *reliq. fit deinceps*; in aliis, ut vulgo; ac in Vossiano primo non compareat, nisi a secunda manu ad marginem, existimare quis posset, eam vocem subpostitiam esse. Mihi tamen secus videtur; et ab auctore *reliquus deinceps* adhibitum pleonastice, ut solent illa, *rursus reverti*, et similia sexcenties. Et ni fallor, alibi quoque sic locutus est. *rursus reduxit* 6, 8. Sic *deinde deinceps*, *postea deinceps*: de quibus consule Viros doctos ad Liv. 2, 47. *mox deinde* Ovid. Met. 9, 143. Infra *vulgo universi* etc. Vide plura ad B. Civ. 3, 61.

*Ad laborem*] Brantius ex uno codice mavult, *a labore*. vide notata ad c. 11. *ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis*.

*Ad proximi diei oppugnationem*] Propter oppugnationem. *Livius* 1, 7. *Quum actae boves quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent*. Licet igitur hic de Romanis loquatur *Caesar*, non necesse est, ut cum *Fr. Hotomanno propugnationem* reponamus. DAVIS. Lipsius etiam margini adscripserat *pro*. In Voss. primo scribitur, *ad pr. die oppossunt*; in Egmund. *apposent*. In Voss. vero sec. Gottorp. et Ed. Inc. pro *opus sunt* est *possunt*: cujus corruptionis caussam videmus in Voss. et Egm. In Edd. Rom. Med. Veneta haec desunt. *Ad* autem bene defendit Davisius, pro *propter* sumtum: atque ita Caesar saepissime. Vide B. Civ. 2, 32. 3, 11. *Mutatis ad celeritatem jumentis*. B. G. 7, 85. *Exiguum loci ad declivitatem fastigium* etc. Vide etiam 8, 50. B. Civ. 3, 84. *electos ad pernicitatem*. et ad B. Alex. c. 16. *electi ad virtutem*.

quum tenuissima [a] valitudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat: ut ultro militum [b] concursu ac vocibus sibi parcere [c] cogeretur.

XLI. [d] Tunc duces, principesque Nerviorum, 1
qui aliquem sermonis aditum, caussamque amicitiae
cum Cicerone habebant, conloqui [e] sese velle di-
cunt. Facta potestate, eadem, quae Ambiorix cum 2
Titurio [f] egerat, commemorant: [g] *omnem esse in* 3
*armis Galliam; Germanos Rhenum transisse; Cae-*
*saris, reliquorumque hiberna* [h] *obpugnari. Addunt* 4
*etiam de Sabini morte. Ambiorigem ostentant, fidei*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. Vett. b *incursu* Pet. Lov. Scal. c *videretur* addit B. sec. *oretur* Ox. d *tum* B. sec. L. pr. e *se* B. sec. Aic. f *egerit* V. sec. g *omnes Gallos* Egm. *o. enim G. esse* Duk. h *obpugnasse* Edd. R. M. V.

*Sermonis aditum*] Prius verbum Glossematis suspectum habet *Pet. Ciacconius*. At non est audiendus. *Eumenius* Paneg. 4, 1, 6. *Jam pridem mihi — divinarum patris tui aurium aditus evenerit*. Sed et *noster* B. C. 1, 74. *aditum commendationis* dixit. DAVIS. Ita alibi *fandi aditus*, *conveniendi aditus*, *postulandi aditus* etc. Hirt. B. Alex. c. 30. *aditus obpugnationis*. *Aditum sermonemque* jungit 6, 13. *aditus ad conanda ea* B. Civ. 1, 31.

*Ambiorigem ostentant faciendae fidei caussa*] Nimirum ut crederet Cicero, omnem Galliam in armis esse, quando videret, humilem Eburonum civitatem arma capere ausam, ipsumque Ambiorigem, tantopere Caesari devinctum, hostilia sumsisse. Aut, ut ostenderent, interiisse Cottam et Sabinum: quod verisimile non videretur, Eburones, quorum in ditione duae legiones hiemabant, ausuros alia hiberna aggredi, priusquam Cottam et Sabinum ac legiones delevissent. Nam prorsus falli Ciacconium puto, qui *Arpinium* legebat. Praesertim cum nihil de capto Arpinio aut Carpineio Caesar dixerit. VOSSIUS.

*Accipere*] Sic MSS. et Edd. Vett. Scaliger et Recentiores (ullam *accipere*.) CLARK. Scaliger non addidit primus *τὸ ullam*. Nam hanc voculam jam agnoscunt Edd. Ven. 1517. Bas. Vasc. Ald. et seqq. et comparet in Cujac. Scal. And. Leid. pr. et Oxon. Ceteri et Edd. primae non habent, ac Metaphr. *τινά*.

*Se*] Deest in MSS. et Editt. Vett. ut saepe. CLARK. Licet ii-

5 [a] *faciundae causса.* [b] *Errare eos* dicunt, *si quidquam ab his* [c] *praesidii sperent, qui suis rebus diffidant: sese tamen* [d] *hoc esse in* [e] *Ciceronem populumque Romanum animo, ut nihil, nisi* [f] *hiberna, recusent, atque hanc* [g] *inveterascere consuetudinem*
6 [h] *nolint: licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere, et* [i] *quascumque in partes velint, sine metu*
7 *proficisci.* Cicero ad haec unum modo respondit:
259 *Non esse consuetudinem populi Romani, ullam ac-*
8 *cipere ab hoste armato conditionem. Si ab armis*

VARIAE LECTIONES.

a *faciendae* MSS. et Edd. qdd. sed v. ad 2, 6. b *Tum err.* Carr. L. sec. c *praesidiis* Egm. L. pr. d *scire* addunt Pal. B. tert. L. sec. et Edd. Vett. male. nisi legas *scirent.* sed v. ad 1, 35. e *Cicerone* Carr. L. pr. et *populique* Carr. Scal. L. pr. pro *populo.* V. ad 1, 6. f *de hibernis* Duk. g *inveterescere* B. pr. V. pr. Egm. h *velint* Lov. i Sic Pet. L. pr. Scal. Ox. Ed. R. Steph. deest praepos. a MSS. 13. et Ed. Inc. *ad q.* Duk. vulgo *in q. p.*

dem scripti et Edd. quos praec. nota enumeravi, addant *se*, putem tamen hic a ceteris et Edd. primis rectius abesse. V. ad c. 36.

*Pro ejus justitia*] Justitia hic non denotat *voluntatem sua cuique tribuendi*, sed clementiam aut misericordiam. Sic apud *Ciceronem* pro M. Marcello c. 4. *Haec tua* justitia *et lenitas animi florescet quotidie magis* etc. *Terentius* in Heaut. 1, 1, 33. *Meae stultitiae* in justitia *tua sit aliquid praesidii.* Similiter voces Graecae et Hebraicae, quae *justitiam* significant, clementiam notant seu bonitatem, ut ostendit *Grotius* ad *Matthaei* 1, 19. DAVIS.

*Haec et superiorum*] Sic MSS. Graecus item, *ἐκ τε τῆς.* Scaliger et Recentiores omittunt *et.* CLARK. *Et* excudi quoque curavi, auctoritate MStorum meorum sexdecim. In nonnullis et Edd. Rom. Med. Ven. Gryph. Inc. aliisque est *ex.* Aldus jam et Plantin. omisere *τὸ et*, non vero R. Stephanus.

*Nacti captivos*] MSS. plerique, *habebant captivos.* CLARK. *Nacti* servant Cuj. Scal. Leid. pr. And. Oxon. quod rectum esse patet ex seqq. *ab his.* pro quibus ideo in Carr. et Leid. sec. est *a quibus*; aliter enim *habebant*, quod est in MSS. ceteris et Edd. primis, non videbant valere. Graec. *αἰχμαλώτους λαβόντες, ὑπ' αὐτῶν ἐδιδάσκοντο.* In Oxoniensi, ut saepe, est *nancti.* Ceterum *his* post *nulla* ejeci auctoritate MStorum meorum novemdecim et Edd. primarum ac R. Stephani.

*Quae esset*] Ciacconius ait, se malle, *essent*, ut est in Gryphii libro, ut ad *ferramenta* refe-

*discedere velint, se adjutore utantur,* [a] *legatosque ad Caesarem mittant:* [b] *sperare, pro ejus justitia, quae petierint, inpetraturos.*

XLII. Ab hac spe repulsi Nervii, vallo pedum 1
[c] XI, et fossa pedum XV, hiberna cingunt. Haec 2
[d] et superiorum annorum consuetudine [e] a nostris cognoverant; et quosdam de exercitu nacti captivos, ab his docebantur. sed, [f] nulla ferramento- 3
rum copia, quae sunt ad hunc usum idonea, gladiis [g] cespitem circumcidere, manibus, sagulisque

VARIAE LECTIONES.

a *legatos* V. pr. b *sp. se* vulgo. c *novem* vel *IX* B. pr. sec. V. o. Egm. G. Duk. L. tert. Ed. Inc. et Ber. *X* Ox. et Orosius cum MS. Ach. Statii. ἕνδεκα Gr. cum aliis. d vulgo deest *et*. e Sic Cuj. Scal. L. pr. Ox. And. sed ceteri cum Edd. primis *ab nobis* vel *a nobis:* quod est in Recentioribus. fors. *ab nostris* scribendum. f vulgo *nulla his* et statim *quae esset*. g *cespites* MSS. et Edd. plerique. *concidere* ex Orosio Ciaccon. *circumdere* B. sec.

ratur. Rectius, uti puto, atque ita Duker. et Ed. Elzev. Verum optimi Codd. Andin. Leid. prim. et Scalig. cum Ed. Stephani praebent *sunt*. Recte. quod et alibi mutatum erat in MSS. ut 4, 29. *Omnia deerant, quae ad reficiendas eas usui sunt*. 5, 1. *Quae sunt usui ad armandas naves*. 7, 11. *Quaeque ad eam rem usui sint, militibus imperat*. B. C. 1, 19. *Quaeque usui ad defendendum oppidum sint, parent*. Sed tamen B. Civ. 2, 35. *rebus indigebant, quae ad obpugnationem castrorum erant usui*. Ceterum Hotom. non dubitat, quin legendum sit, *cum esset*. at *nulla copia* est Ablativus: unde in Leid. sec. inepte additur, *uterentur*.

*Sagulisque*] In quae scilicet reponebant manu exhaustam terram, ut bene exponit Hotomanus. Nam et Graecus Χιτῶσιν, et explicat Orosius 6, 10. *Gladiis concidendo terram et sagulis exportando.* Brutus tamen e Cod. Carrar. et Ed. Flor. *sarculis*, vel cum Vascos. *furculis* mavult: quia Caesar non dicit, eos nulla habuisse ferramenta, sed tantum illa, quae sunt ad exhauriendam terram idonea. Et certe *sarculis* inveni quoque in Voss. secundo et margine Dorviliani Cod. *surculis* in Duker. Verum cum hi sint recentissimi Codices, parum auctoritatis illis adscribere soleo. Quamquam *sagulis terram exhaurire*, ut mira res, sic singularis est locutio.

*Cogebantur*] MS. Reg. et Edit. Rom. *nitebantur*. MSS. Eliens. et Vossii, corrupte, *videbantur*. Graecus, ἠναγκάσθησαν. CLARK. *Videbantur* exstat in Bong. primo, sec. Vossianis tribus, Petav. Pal. Lovan. Egm. ac 4 aliis et Ed. Inc. aliisque.

4 terram [a] exhaurire cogebantur. qua quidem ex re
260 hominum multitudo cognosci potuit: nam minus
horis tribus, [b] milium x in circuitu munitionem
5 perfecerunt: [c] reliquisque diebus turres [d] ad alti-

VARIAE LECTIONES.

a *haurire* Egm. b *millium passuum XV* vulgo. c *reliquis* Ox. G. V. tert. Ed. Steph. d *in* L. sec. *latitudinem* And. L. pr.

*nitebantur* vero in Bong. tert. Ortel. Leid. sec. et alio atque Ed. Mediol. Ven. Beroaldi, Vascos. sed perperam. *Cogebantur*, quod a MSS. Hotom. Ursin. Cuj. Scal. Leid. pr. And. et Oxon. servatur, mutarunt illi, qui credebant, *cogi* huc non convenire, quia faciebant volentes. Quod licet verum sit, necessitas tamen et inopia ferramentorum cogebat eos, illis instrumentis uti, quae non idonea erant, id est, *gladiis*, *manibus*, *sagulisque*. Vide ad 6, 5. *Cum Transrhenanis congredi cogeretur.* Ceterum cum hinc videamus, *cogi* et *niti* confundi, malim nunc ex MSS. tribus in Frontino legere, *niterentur*, vel *eniterentur*, 1, 11, 3. Ubi Ill. Bouhierius conjiciebat etiam, *erigerentur*.

*Millium passuum* xv *in circuitu munitionem perfecerunt*, *reliquisque diebus turres*, etc.] Addit Orosius numerum, scilicet cxx. Ait enim 6, 10. *Vix tribus horis vallum pedum* x, *fossam pedum* xv *per millia passuum* xv *in circuitu perfecerunt. Praeterea* cxx *turres mira altitudine extruxerunt.* Sed Orosius confudit historiam Caesaris, qui supra dixit, Romanos tot turres una nocte extruxisse, incredibili celeritate. Et quia hic ait quoque Caesar, turres a Gallis extructas, ille numerum supra de Romanis positum adjecit. Tamen incredibilis illa legionis unius celeritas fuerit, ut cxx turres una nocte excitarent. An dicemus, recte in Orosio legi, et transposita in Caesare verba? VOSS. *Millium passuum XV in circuitu*, munitionem *perfecerunt*) MSS. Reg. et Eliens. (Vallum *millium passuum XV. in circuitu* munitionum *perfecerunt.*) Nonnulli codices, (*X millium passuum circuitu*, *munitionem* PEDUM *XV perfecerunt.*) Similiter Graecus: *περίβολον*, *περίοδον ὀγδοήκοντα ςάδια*, *ὕψος δὲ πεντεκαίδεκα πόδας*, *ἀπετέλεσαν.* Quae forte verior lectio. Adeo ut e plerisque Libris aliquid excidisse videatur. CLARK. Turbant hic vehementer MSS. et Editi: unde etiam Metaphrastes auctior est vulgatis; et ex eo e plerisque libris excidisse quid suspicatur Clarkius. Contra Hotomannus, qui locum, ut vulgo legitur, constituit ex Orosio et verbis praecedentibus hujusce Capitis, auctiores, quam debent, MStos factos esse opinatur. Pro *millium passuum quindecim* habent simpliciter *X milium* vel *decem m.* MSS. Faerni, Ursini, Cujac. Scal. Andin. Leid. prim. Oxon. et Edd. Bas. Vasc. Ald. Gryph. Stephani, Cellarii aliique. Sed iidem MSS. et Ed. R. Steph. tunc post *munitionem* addunt haec, *pedum XV.* quae scriptura plane convenit cum Metaphraste. 80 stadia enim efficiunt 10 milia passuum: et certe satis amplum est spatium pro magnitudine hibernorum unius legionis, uti bene obser-

tudinem valli, falces teſtudinesque, quas [a] iidem captivi docuerant, [b] parare ac facere coeperunt.

XLIII. Septimo obpugnationis die, maximo co- 1
orto vento, ferventes fuſili ex argilla glandes [c] fun- 261

VARIAE LECTIONES.

a *idem* MSS. plerique. b *patrare* Pet. c *fundas* L. pr. deeſt Oxon.

vat Glareanus; at *milium pedum XV.* quod eſt in MSS. multis et Edd. primis, nimis parvum in circuitu eſt spatium circummunitionis. *pedum XII* eſt in Petav. in Bong. tert. etiam *X.* Ex noſtro ergo emendandus Oroſius, qui vulgo habet *quindecim*, errore librariorum, ut puto, quia jungitur illic: *vallum pedum X, et foſſam pedum XV per milia passuum XV in circuitu perfecerunt.* Sed an ergo admittendum *pedum XV* hic loci cum Stephano et Metaphraſte? Nequaquam. Quid enim significat *munitio pedum XV?* an foſſa intelligitur, an vallum, an in latitudinem, an altitudinem? Immo omnia simul, et totum opus. Patet ergo, hoc inrepſiſſe in MStos ex praecedente, ubi jam dixerat de valli altitudine et foſſae latitudine. Immo *vallum* ante *milium*, vel pro *milium*, legas hic quoque in Lovan. Brant. ac quinque aliis cum Ed. Incerta. Vel potius ortae sunt e Gloſſa, *milium p. X.* ad marginem alii expoſuerunt *passuum*, alii *pedum*, et pro *X* notarunt alii, in nonnullis eſſe xv. *P.* adhuc reſtat in Cod. Achillis Statii, Bong. pr. sec. Voſſ. pr. Egmund. Rectius abeſſe juſſi e MSS. optimis; nam saepiſſime *passuum* subintelligi, docui jam ad 1, 12. Conſtructio eſt: *munitionem milium X in circuitu.* Non vero contra MStos et noſtri morem jungenda *milium circuitu* sine praepoſitione, uti eſt in Edd. Bas. Vasc. Aldi, Gryph. Steph. Cell. aliisque. Contra *in circumitum* Pet. et *circuitum* scribitur in MSS. integerrimis, Bong. primo, sec. And. Oxon. Egmund. quomodo saepe *in latitudinem, altitudinem* et alia. Adi ad 2, 5. Immo sic MSS. tantum non omnes 8, 33. *vallum in oppidi circuitum ducere instituit.* In Ablativo tamen retinetur 1, 21. *qualis in circuitu adscensus.* 2, 29. *Omnibus in circuitu partibus.* et c. 30. *Vallo pedum XII, in circuitu XV milium circummuniti:* ubi, ut hic, sine τοῖς *passuum.* quod male deſiderari putabat Hotomannus. et B. Civ. 3, 63. *milium passuum* XVII. *in circuitu munitiones complexus.* Hirt. B. Alex. c. 61. *In circuitu oppidi.* Variant quoque MSS. et Edd. apud Melam 1, 9, 60.

*Septimo oppugnationis die*] Oroſius: *Et cum jam septem dies noctesque succidui hoſtium cunei pugnarent.* Mire uſurpavit vocem *succidui* a succedendo: sed condonandum illud aevo Oroſii. Veteres Romani vocem illam a *succidendo* derivaſſent, unde *succidaneus.* VOSS.

*Ferventes fuſili ex argilla glandes*] Haeret hic Hotomannus, et primo ambigit, an *arvina* pro *argilla* legat, ut per arvinam sevum denotetur. Sed male. Poſtea, *ferventes sulphure ex argilla glandes.* Vel sic: *ferventes fictili ex argilla glan-*

dis, et fervefacta jacula in [a] casas, quae more Gal-
lico stramentis erant tectae, jacere coeperunt.
2 [b] Hae celeriter ignem comprehenderunt, et, venti
magnitudine, [c] in omnem castrorum locum distule-
3 runt. Hostes, maximo clamore insecuti, quasi
[d] parta jam atque explorata victoria, turres, testu-
dinesque agere, et scalis vallum adscendere coepe-
4 runt. [e] At tanta militum virtus, atque ea praesen-
tia animi fuit, ut, quum [f] undique flamma torre-
ren-

VARIAE LECTIONES.

a *casa* V. pr. b *hec* vel *haec* MSS. 4. Edd. R. M. V. Steph. c *per* G. L. tert. Ed. Inc. d *peracta j. et* L. pr. e *Ac* MSS. 6. Ed. Inc. f *ubique* MSS. 10. et Edd. R. M. V. *ut undecumque* B. sec.

*des.* Nescio, an usquam legatur *fictilis argilla*: *fictilia* occurrere scio. Denique postremam addit conjecturam: *Fusiles ferventi ex argilla glandes.* Sed nulla ex omnibus emendationibus placet. quantum ad ultimam, idem dicit Hotomannus, quod Caesar ait, nam si argilla funditur, an liceat dicere, fusilis argilla? Ego recta esse Caesaris verba arbitror; et innuere eum argillae genus, unde hodieque statuae funduntur. Sane Graecus vertit: *διαπύρυς σφαίρας ἐξ ἀργύλλης τετηγμένης κατεσκευασμένυς.* Orosius habet: *testas fundis ferventes intorsere.* IDEM. Lipsius lib. 5. Poliorc. D. 2. explicat vasa argillacea ferventi materia repleta, quas *glandes* a simili usu dixerit. Nam eae alias solebant esse plumbeae, quae e funda missae a poetis passim finguntur motu suo incalescere et liquefieri. Consule Cl. Drakenb. ad Silium 1, 317. et Burm. ad Val. Flacc. 3, 96.

*Et fervefacta jacula*] Graecus, *διάπυρα βέλη.* Si vim vocis *fervefacta* examines, videantur solum cuspides candentes fuisse. Sed non id voluit Caesar, quem non dubito intelligere falaricas, aut simile teli genus, quod stuppa veteres circumligabant. Orosius illustrat, cum ait, *flammataque tela focis, ac mox concepto igne rutilantia intra castra jecerunt.* Statius Papinius l. 5. Thebaidos *crinitum missile* appellat: *Spiculaque et multa crinitum missile flamma.* Ubi commentator ejus, Placidus Lactantius, per stuppam ignem insertum fuisse demonstrat. Sed dubitari possit, an temporibus illis, de quibus loquitur Papinius, inventum fuerit id teli genus. VOSS. Ignita tela, *διάπυρα βέλη*, ut recte Metaphrastes; qualia sunt malleoli et falaricae, de quibus videndus *Lipsius* Poliorc. l. 5. Dial. 5. DAVIS.

*In casas quae more Gallico stramentis erant tectae*] Jornandes de Britannis, *virgeas ha-*

rentur, maximaque telorum multitudine premerentur, suaque omnia inpedimenta atque omnes fortunas conflagrare intellegerent; non modo demigrandi [a] caussa [b] de vallo [c] decederet nemo, sed 262
paene [d] ne respiceret quidem quisquam; ac tum omnes [e] acerrime fortissimeque pugnarent. Hic dies nostris longe gravissimus fuit: sed tamen hunc habuit eventum, ut eo die [f] maximus hostium numerus vulneraretur, atque interficeretur; ut [g] se sub ipso vallo [h] constipaverant, recessumque primis ul-

VARIAE LECTIONES.

a *dim.* Duk. Ed. Inc. b desunt MSS. 2. c *diceret* Lov. G. a m. pr. Ed. Inc. *disced.* V. tert. *descend.* V. sec. d exsulat a L. pr. e *acerrume* B. pr. Egm. f *magnus* L. pr. a m. pr. g deest Ox. h *constiparant* L. pr.

*bitant casas*, ait, jam vero Britannorum aedificia Gallicis consimilia fuisse, supra Caesar retulit. Etiam scriptor de bello Hispaniensi: *ad casas, quae stramentis ab nostris hibernorum caussa aedificatae erant.* VOSSIUS.

*Insecuti, quasi parta etc.*] Ita et Graecus, *κραυγῇ ἐπακολουθήσαντες.* Plerique tamen Codices, (*clamore*, sicuti *partâ* etc.) Quod perinde est. CLARK. Vulgatae lectioni favent quoque Cujac. And. Scal. Leid. pr. et Oxon. et ex parte Petav. qui habet *secuti*, et quasi a m. sec. Ceteri omnes cum Edd. antiquissimis, *sicuti parta jam.*

*Non modo demigrandi caussa*] Recte Graecus: *οὐχ' ὅπως φυγῆς ἐμέμνηντο. Demigrare* hic idem Caesari, quod aliis, deserere castra aut fugere. VOSS. Animo, loci sui relinquendi. *Plautus* Amphit. 1, 1, 85. *Animam omittunt, priusquam loco demigrent.* Cave *P. Ciacconio* fidem habeas, qui verbum *restinguendi* aptius judicat. DAVIS.

*Paene ne respiceret quidem*] Desiderio commotus earum rerum, quas erat perditurus. *Jul. Celsus* vit. Caes. p. 96. de hac re sic loquitur: *Cum fortunae eorum incendio omnes absumerentur, nunquam aliquis ad illas oculum reflecteret.* Multis hanc locutionem illustravit vir summus, *Joan. Clericus*, Art. Crit. Part. 1. c. 2. §. 2. DAVIS.

*Ut se*] Hanc locutionem non intellexit *Hotomannus.* Emendat enim (Ita *se etc.*) Quod tamen sensum nullo modo mutat. CLARK. Quasi diceret, *ut pote qui se* etc. V. ad Front. 1, 2. in f. vel, ut dicitur: *Ut erant, sicut erant.* quae trita est locutio. Immo noster aliquoties ita hac particula utitur. Vide 6, 7. 7, 45. 61. 88. et consule Cl. Bos. Animadv. ad Caesarem p. 20. plane, uti hic, 7, 46. *Ut meridie conquieverat.*

6 timi non dabant. [a] Paullum quidem intermiſſa flamma, et quodam loco turri adacta, et [b] contingente vallum, tertiae cohortis centuriones [c] ex eo, quo ſtabant, loco receſſerunt, ſuosque omnes removerunt; nutu [d] vocibusque hoſtes, *si introire vellent*, vocare coeperunt: quorum progredi auſus eſt nemo.
7 Tum ex omni parte lapidibus conjectis deturbati, turrisque succensa eſt.

VARIAE LECTIONES.

a *Paullulum* Duk. b *contingentes* Scal. L. pr. c deſunt Pet. d *que* abeſt a G. V. tert. Ed. Inc. Contra addit *ac nutu* Ed. R. Steph. sed et *suos omnes* V. pr. *que* inter lineas addito.

c. 68. *ut pro castris collocaverat.* 8, 14. *uti consederant.* uti legendum eſt.

*Primis ordinibus*] Rhellicanus videtur haec ita capere, quasi illi jam ad primos ordines hoſtium veniſſent. perperam. Describit Caeſar gradum eorum in militia: uti optime exponit Lips. l. 2. de re Mil. Dial. 8.

*T. Pulſio et L. Varenus*] Manu exarati Codices, tum mei, tum aliorum et Edd. antiquiſſimae cum Celſo conſtanter hic et deinceps exhibent, *T. Pullo*, nisi quod unus et alter recentior et Edd. Rom. Med. Ven. dent, *Pullus. Pulſius* Andin. In Metaphraſte scribitur, ut in vulgatis, *Πυλφίων et Βαρῆνος*. Sed unde, velim scire. Lib. quidem tertio B. Civ. c. 67. legimus de *T. Pulcione*, quem viri Docti eumdem putant. at ibi in MSS. multis eſt, *Pulione*, vel *Pulejone*. Etiam Valer. Max. 5, 4. in f. cujusdam juvenis Pinnenſis, *cui Pultoni cognomen erat*, Italico bello fortiſſimi, meminit. Verum ille nihil ad noſtrum. *Pulliorum* mentio frequens in Gruteri Inſcriptionibus, uti et *Varenorum*. pro quo hic MSS. et Edd. pp. ac Celsus *Vorenus*, vel *Norenus*. sed variant dein, et multi tum quoque dant *Verenus*. Nihil muto, sed conſtans MStorum lectio, mutandum quid eſſe in *Pulſionis* nomine, mihi perſuadet.

*Uter alteri*] Bongarſiani, Vosſiani, Leidenſes, Petav. Lovan. Egmund. Duker. Gottorp. Palat. Dorvill. et Edd. Rom. Ven. Incerta, Mediol. habent *quinam*; nisi quod in Leid. prim. sit *quisnam*. Recte *quinam*: de qua voce conſule Cl. Burm. ad Phaedri Fab. 1, 5. Nec obſtet alicui, quod pro *utro* ponatur, et de duobus sit sermo. Sic enim et *quis* saepe de duobus occurrit. Flor. 1, 10. *quis sexus*. sed adi Voſſium de Analog. 4, 2. Pric. ad Appul. l. 2. Met. p. 37. ac viros doctos, et inprimis Anonymum contra Bentlejum, ad Phaedri Fab. 1, 24. *Quis major esset*. Vide etiam varias lectiones ad B. G. 1, 12. B. Alex. c. 14. B. Hisp. c. 5. Vulgatum alterius lectionis videtur explicatio: nisi velis, *cuinam alter*. *Uter utri anteferendus* eſt c. 44. uti et apud alios. Ceterum in iisdem MSS. et Codd. exaratur *de locis*, non *loco*; quod

XLIV. Erant in [a] ea legione fortissimi viri cen- 1
turiones, qui [b] jam primis ordinibus adpropinqua-
rent, T. Pulsio, et L. Varenus. Hi perpetuas inter 2
se controversias habebant, quinam [c] anteferretur;
omnibusque annis de loco summis simultatibus
[d] contendebant. Ex iis Pulsio, quum acerrime ad 3
[e] munitiones pugnaretur, *Quid dubitas*, inquit,
*Varene? aut quem locum probandae virtutis tuae* 263

VARIAE LECTIONES.

a Exsulat a G. V. tert. Ed. Inc. dein *fortissumi* Egm. b deest MSS. plerisque et Edd. pp. c vulgo *uter alteri*. d *contenderant* Lov. paullo ante *armis* Dorv. Ed. Vasc. in M. *animis*. e *munitionem* L. pr.

tamen magis arridet: quare cum Scal. Oxon. et And. MSS. forsan et aliis, ut Cujac. Ursin. retinui.

*Quem locum probandae virtutis tuae exspectas*] MSS. *Carrar.* et *Norvic.* cum editt. vetustissimis *Rom. Ven. Beroald.* a recepta lectione multum abeunt: in iis enim legitur: *Quem locum tuae* pro laude *virtutis exspectas.* Sed longe praestat vulgata, quam retinet Graecus. DAVIS. Plerique MSS. et Edd. Vett. (pro laude *virtutis tuae*) sed merito amplectitur *Davisius* vulgatam lectionem; quam et secutus est Graecus. CLARK. MSS. in verborum positione mire variant: habent enim, *tuae pro laude virtutis*, vel *pro tuae l. virt.* vel *pro laude tuae v.* vel *pro laude virtutis tuae:* unde vehemens mihi nascitur suspicio, *tuae* irreptitium esse, ac delendum; quod et placebat Grutero. *Locum* autem librarii videntur cepisse de gradu militari, pro virtute merito. At rectius *locum* hic capias *καιρὸν* cum Graeco, sive obportunam occasionem et locum, quo virtutem suam posset *probare*: quod verbum servatur ab Andino, Cujac. et Oxon. eoque sensu malim subintelligere *caussa*. Vide ad 4, 1. At hinc simul patet, non scribendum fuisse *exspectas;* sed *spectas*, i. e. quaeris, circumspicis, quo loco virtutem maxime probare possis. *Spectas* certe scribitur in Bongarsianis, Vossianis omnibus, 2. Leid. Petav. Pal. Lovan. Egm. Dorvill. Gottorp. et Edd. antiquissimis. Et saepe in *exspectas* esse depravatum, vide ad 2, 20. *Nihil jam Caesaris imperium spectabant:* ubi contra in plurimis est, *exspectabant*. Eadem confusio B. Civ. 3, 78. 85.

*Hic dies, hic dies*] Malim, si per MSS. liceret, *hic*, *hic dies*. Pro alacritate et festinatione tam ardentis militis languidior videtur repetitio vocis *dies*. Certe semel *hic dies* tantum comparet in Bongarsianis, Vossianis, Petav. Lovan. Leid. primo, Scalig. Gottorp. et aliorum MSS. atque Edd. primis, uti et in Metaphraste. Vide quae congessit Cort. ad Salluft. B. Catil. c. 10. *En illa, illa libertas;* et alios passim.

a *spectas? hic dies, hic dies de nostris controversiis*
4 b *judicabit.* Haec c quum dixisset, procedit extra
munitiones; d quaque pars hostium confertissima
5 visa est, in eam inrumpit. Ne Varenus quidem tum

VARIAE LECTIONES.

a *exspectas* vulgo. b *dijudic.* Duk. a m. sec. Carr. c *dum* MSS. et Edd. qdd. d vulgo *et quae.* Al. *qua parte.* et *ex castris munitionemque erumpit.*

*Procedit extra munitiones — in eam irrumpit*] Haec lectio non est a MSS. sed ab ingenio profluxit. MS. *Norv. Procedit ex castris, munitiones quaeque parti confertissima visa est, irrumpit.* MS. *Carrar. Procedit ex castris, munitionesque, qua parte hostium confertissima visa est, irrumpit.* Sic et editt. *Rom. Ven. Beroald.* nisi quod in illis *erumpit.* Recte: locus enim hoc modo legendus videtur: *procedit ex castris, munitionemque* (ut habet ed. *Flor.*) *qua parte hostium confertissima visa est, erumpit.* DAVIS. *Procedit ex castris;* munitionemque, *qua parte hostium confertissima visa est*, erumpit) Locus in MSS. perturbatus. Plerique habent, *munitionesque.* Unde forte legendum: *MUNITIONESQUE, qua parte — visa est, erumpit.* Quod idem est. Alii habent (*quaeQUE pars hostium —;* irrumpit:) unde conjici posset, istud (*munitionesque* seu *munitionemque*) glossema esse illius (*ex castris;*) legendumque (*procedit ex castris; quaeque pars hostium confertissima visa est, irrumpit.*) Scaliger et recentiores ex ingenio ediderunt: *procedit extra munitiones, et, quae pars hostium confertissima visa est,* (*in eam*) *irrumpit.* Voces (*in eam,*) quarum in MSS. nullum est vestigium, quod insererent, nihil erat; manifesto enim subintelliguntur. CLARK. Errant Clarissimi Viri, Davisius et Clarkius, quum vulgatam lectionem ab ingenio et quidem Scaligeri profectam esse, satis confidenter pronunciant. Nam diserte ita exhibent Cujac. Andinus, Scalig. Leid. prim. et Oxon. cum Edd. Veneta A. 1517. Vascos. Aldi, Gryphii, Stradae, Stephani, aliisque ante Scaligerum. Notandum tamen, *in* non comparere in Cujac. Leid. nec Oxon. et observandum, *munitiones* capi debere, quocumque modo legas, de castris Romanorum. Nam progressus tantum est e suis castris, ante quae hostibus incurrit. Hoc totius loci contextus clare docet, uti et verba praec. *ad munitiones pugnaretur.* ac seqq. *sese intra munitiones recipiunt.* unde vera hujus loci lectio facile patebit; neque aliorum correctiones esse admittendas, aut cum Celso intelligendum, ut scribit, *castris egreditur, communitionem hostium, qua densissima erat, inrumpit.* Nunc videamus, quid ceteri mei Codices exhibeant. *ex castris munitionesque qua parte hostium* est in Bong. pr. supra scripto *m.* atque ita in singul. Lovan. cum Edd. Rom. Mediol. ac Ven. *ex castris munitiones quaeque parti hostium* MSS. 11. et Ed. Inc. Sed *ex castris munitione quique parti host.* Bong. sec. *ex castris munitionemque quaeque parti hostium* Egmund. Unus Lipsii, *ex castris munitiones quaecumque*

vallo [a] sese continet, sed omnium veritus existima- 264
tionem subsequitur. Mediocri spatio relicto, Pul- 6
sio pilum in hostes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem [b] transjicit; quo percusso [c] et

VARIAE LECTIONES.

a *se* L. pr. et *estim.* MSS. 3. b *trajicit* MSS. plerique et Edd. pp. *trajecit* V. sec. c *exanimatoque* Sc. L. pr. Ox. Ed. R. Steph.

*parti host.* Ortel. *ex castris munitiones qua parte.* Denique Petav. *ex castris munitionem quaeque pars hostium. In eam* nullus, nisi initio hujus notae memorati Codd. qui omnes habent *pars*, et Leid. prim. *quaeque pars*, agnoscit. *Erumpit* autem locum hic non habet, et MSS. nemo vetustior praebet, sed tantum Duker. a m. pr. Gottorp. et Vossian. tert. cum Edd. primis, Aldi, aliisque, quam mutationem in MSS. non raram esse, alibi saepius (v. ad 7, 69. et ad Lucan. 3, 600.) monitum. Ex tot variantibus lectionibus legendum puto: *Procedit extra munitiones, quaque pars hostium conf. v. e., in eam inrumpit.* Nam *ex castris* mihi interpretamentum videtur τοῦ *munitionum. Quaque*, id est, et ubi. Librarii credentes, cum eo substantivum convenire debere, effecerunt *parte:* atque toti confusioni ansam dedere. de hac particula vide ad 1, 6. Sic leg. 7, 84. *Qua minime visa pars firma est, huc concurritur.* Haec mihi maxime naturalis ac simplicissima emendatio videtur, quae et confirmatur a MSS. integerrimis et Metaphraste: ἐξῆλθέ τε τοῦ στρατοπέδου, καὶ ᾗ μάλιστα συνεσπαρμένοι ἐφαίνοντο, ταύτῃ ἐπέθετο. Si tamen mordicus retinere quis velit *castris*, legat is: *ex castris, munitioneque, quaque*, vel *et qua, pars hostium c. v. e., in eam inrumpit.* pro quo in Leid. pr. etiam est *inrupit.* Male autem abest praepositio a quibusdam MSS. Frontin. 4, 5, 4. plane, ut infra 7, 50. *In medios hostes inrupit.* Valer. Max. 3, 2, 1. Infra 6, 37. *in castra inrumpere.* Adde B. Civ. 3, 66. 70. 2, 12. sed tamen B. Civ. 1, 27. 2, 13. *oppidum inrumperent.* et saepius. V. ad Valer. Max. 3, 2, 8. *hostium exercitum inrupit.* Sic etiam Harlem.

*Nec Varenus quidem*] Ita MS. Reg. Meliusque hoc in loco convenire videtur, quam quod est in vulgatis, (Ne *Varenus quidem.*) CLARK. *Nec* exaratum est quoque in Gottorp. et Voss. tertio. Recte, si *tum* deleas: ut *nec* valeat *et ne.* Sic in MSS. *neque quidem* B. Civ. 3, 47. nam vocula *tum* non comparet in MSS. praeterquam in Cujac. And. Scal. Leid. pr. et Oxon. In quorum ultimis tamen locum habet incertum. nam in Leid. *tum quidem*, in Oxon. et Ed. R. Steph. *sese tum* habetur. Non addunt eam quoque Edd. antiquissimae. Sed temere in tam minutis rursus mutare, operae pretium non est. et mihi videtur potius hic excidisse, et ad seqq. *Mediocri* delapsa esse vocula *tum.* ubi vide. Ubivis *ne quidem* in *nec quidem* depravatum est. V. Cl. Drakenb. ad Liv. 1, 10.

*Subsequitur; mediocri spatio relicto. Pulsio* etc.] MSS. Reg. Eliens. et Vossii: (—*subsequitur. Tum, mediocri spatio relicto, Pulsio etc.*) Quomodo et Graecus accepit: sensu nihilo

266 exanimato, hunc scutis protegunt hostes, [a] in illum tela universi conjiciunt; neque dant regrediundi
7 facultatem. [b] Transfigitur scutum [c] Pulsioni, et
8 [d] verutum in balteo defigitur. Avertit [e] hic casus vaginam, et gladium [f] educere conanti dextram

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *et in.* dein sic MSS. Al. *un. t. tela universa* Egm. b *transigitur* MSS. 7. *transitur* Lov. V. ad Luc. 3, 587. 4, 545. c *Pullonis* V. pr. L. pr. B. pr. a m. s. d *veruto* Egm. e *huic* MSS. 13 et Carr. *huc* V. sec. *hinc* Ed. Inc. f *adduc.* Egm. vulgo *conantis* et *dexteram* MSS. 9.

minus commodo. CLARK. Ut et Celsus: *Cum ad jactum teli pervenisset Pullo.* Sive ergo *tum*, vel *tunc*, addas cum Edd. primis et R. Steph. ac MSS. meis omnibus, si Cujac. Andin. et Oxon. excipias, sive omittas, quia praecessit *tum*, quo loco in hunc excidisse puto, sensus tamen requirit, plenam distinctionem fuisse ponendam post *subsequitur*, et *spatium* intelligendum inter ipsum et Varenum. Neque aliter distinguunt plerique MSS. et Editi.

*In hostes mittit*] Bongars. pr. sec. Voss. pr. sec. Petav. Pal. Egmund. Leid. sec. Lovan. Duker. Dorvill. et Edd. primae cum R. Steph. et Gryphii sec. dant, *inmittit.* Non male pro nostri stylo, qui repetere praepositiones adeo amat. Vide omnino ad 6, 8. *pila in hostes inmittunt.* Sed tamen ipse auctor 1, 25. scripsit: *e loco superiore pilis missis.* Infra c. 48. *tragulam mittit.* B. Civ. 1, 45. *ut nullum frustra telum in eos mitteretur.* 2, 6. *vis eminus missa telorum.* c. 9. *tela tormentis missa.* item c. 13. Hirt. B. Afric. cap. 16. et passim, et saepissime apud Livium, Lucanum, et alios. Tria ergo, *mitti*, *emitti* et *inmitti* tela, recte dicuntur, et ab MStorum auctoritate sola pendet, quid quoque in loco praeferamus. Simplex verbum restituendum est Vegetio 4, 22. *Tanto spicula longius mittit.* Sic enim MSS. multi et vetustissimi a me consulti, non *emittit.* ibid. c. 29. *sagittae quoque arcubus missae.*

*Quo percusso et exanimato*] Mortuo. *Corn. Nepos* Epam. 9, 4. *Tum, ferro extracto, confestim* exanimatus *est.* Noster 6, 15. *Circumventi flamma* exanimantur *homines.* Vide et 7, 25. ac *Val. Maximum* 9, 12, 2. DAVIS.

*Hunc scutis protegunt hostes, et in illum universi* etc.] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, (*hunc protegunt*; in hostem *universi etc.*) CLARK. Etiam MSS. aliorum et mei 5 cum Edd. primis, *prot. in hostem.* Duker. *in hostes tela omnes conj.* Sine dubio e Glossa *τῦ illum*; quod bene servant Cujac. And. Scal. Leid. pr. Oxon. cum Metaphraste. *et* tamen delevi cum e ceteris omnibus, tum e Leid. pr. et Scalig.

*Regrediendi*] Sic et Metaphr. et Celsus. Edd. Rom. Med. Ven. *Ingrediendi.* MSS. Scalig. Oxon. Leid. prim. *progrediendi*, et Cujac. *progrediundi.* Postea demum hostes inpeditum circumsistunt.

**moratur manum. [a] Inpeditum hoſtes circumsiſtunt.**
**Succurrit inimicus [b] illi Varenus, et laboranti sub-** 9
**venit. Ad hunc se confeſtim a Pulſione omnis mul-** 10
**titudo convertit. Illum veruto transfixum arbitran-**
**tur. [c] Occurſat ocius gladio, comminusque rem** 11

VARIAE LECTIONES.

a *que* adeſt vulgo. b *illic* L. pr. deeſt L. tert. Ed. Inc. c vulgo *Illic vero occ.*

Quidquid sit, terminatio Gerundii e Cujac. recipienda fuit. V. ad c. 29. *interficiundi.*

*Conantis dextram m. manum*] Bongars. prim. Andin. Leidens. pr. Oxon. et Ed. Incerta, *conanti.* quod voluit etiam Bongars. sec. *conati.* Optime. unde etiam enatum eſt praecedens *huic* pro *hic.* Dativus hic saepiſſime eſt corruptus in Genitivum; cumque innumeris locis reſtituerunt viri docti. Adi notata ad Frontin. 4, 5, 16. *Thraci oculum eruit.* et Misc. Obs. V. T. 2. p. 194. ad Stat. Theb. 1, 250. *Excussaque gaudia patri.* et quos laudat Doct. van Staveren ad Nep. Paus. c. 4. Eum tamen contra MStos ubique intrudere nolim, ut optime suadet Cel. Burm. ad Phaedr. F. 3, 3, 13. Liv. 2, 25. *fugientibus terga caesa.* Apud Juſt. 34, 2. *De spectatoribus captivi facti, praeda hostibus fuere*, in MSto inveni pro *hostium.* Infra 8, 27. *In conspectum veniat hostibus*, ubi eadem confusio. Ceterum *manum* non comparet in Oxon. et salvo sensu abeſſe poterat, nisi amaret plenius loqui Caeſar. Dein majore diſtinctione poſt *manum* poſita, e Cujac. Andino, et Scalig. delevi *que* poſt *inpeditum.* quod vulgato elegantius videtur: neque aliter legerunt Celſus et Metaphraſtes.

*Veruto transfixum arbitrantur. Illic vero occursat ocius gladio, comminusque r. gerit Varenus*] E duabus diversis lectionibus haec ad unam concinnavit audaciſſime Hotomannus. Quare neceſſe eſt, de integro, quid in MSS. legatur, proponere. Bongars. prim. Voſſian. pr. Lovan. Egm. et septem vel octo alii eum Ed. Incerta: *Illum vero obscurantur occisum. Gladio comminus rem* etc. in Carr. *obscurant.* unde Brutus fingit, hoſtes abſcondiſſe Pulſionis corpus. Ceteri fere et Edd. ante Scaligerum cum Metaph. et Celſo vulgares: *Illum veruto transfixum arbitrantur. Varenus gladio comminus* etc. vel *arbitrantur transfixum.* Petav. *occisum* pro *transfixum*, quod legitur ad oram. Recentiſſimi Bongars. tert. et Leid. sec. ac tertius cum Edd. Rom. Mediol. Ven. et Flor. ac Hotom. libris habent: *convertit. Illic vero occursat ocius gladio, cominusque etc. Arbitrantur Varenus qui gl. com.* eſt in Oxon. *comminusque* eſt in solo Leid. sec. Celeberr. Gruterus ex Bongars. et Petav. scribebat: *I. veruto a. defixum. Gladio comminus etc.* Mihi quidem non dubium eſt, quin illa verba, *illic vero occursat*, sint a mala manu: nam jam ante dictum *succurrit etc.* et nata eſſe ex *vero obscuratur.* Quare omnino legendum suspicor: *Illum Veruto rentur transfixum. Ocius gladio Varenus comminus rem gerit*, vel

gerit Varenus; atque, uno interfecto, reliquos
12 [a] paullum propellit: dum cupidius instat, in locum
13 dejectus inferiorem concidit. Huic rursus circum-
vento fert subsidium Pulsio; atque ambo incolu-
mes, compluribus interfectis, summa cum laude
14 [b] sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in
266 contentione, et certamine utrumque [c] versavit, ut
alter alteri inimicus auxilio salutique esset; neque
dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus vi-
deretur.

VARIAE LECTIONES.

a *paullulum* Duk. b *se* L. pr. Ox. c *servavit* V. pr. et recentiores 7 cum Edd. R. M. V. aliisque. male.

*com. rem g. Varenus.* Facillima est mutatio ex *veruto rentur* (cujus glossa est *arbitrantur*) in *vero obscurantur*, et *vero occursat.* Ex *ocius* fecere *occisum*, quod est in aliis. Quidquid sit, saltem ista *illic vero*, ut spuria, ejeci; ab ingenioso lectore interim certiora exspectans.

*In contentione et certamine*] Recentiores *certamen.* Nos autem lectionem omnium Codd. auctoritate suffultam restituimus. DAVIS. *Certamen* forsan operarum vitio in Ed. Scaligeranam inrepsit. Certe nostri etiam omnes servant: ut debent. *Contentione* pertinet ad aemulationem laudis. *Certamen* ad mutuum auxilium. In utroque ita utrumque versavit fortuna, ut etc.

*Ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset*] Legendum: *ut alter alteri*, *inimicus* inimico, *auxilio salutique esset*; nisi malis, *ut alter alteri auxilio salutique esset.* Priori vero rationi favet Graecus, eaque mihi potior videtur. DAVIS. *Cur. sec.* Non male, sed nihil juvant MSS. nisi quod *inimico* excidisse potuisse, pateat ex Leid. pr. et tertio, qui carent *utri*, et ex Edd. Rom. Med. Ven. in quibus deest *virtute.*

*Nostrorum militum*] Ultimam vocem delendam censuit *Jos. Scaliger.* Sed unde factum sit, ut in hanc suspicionem inciderit vir doctissimus, plane nescio: constat enim, *Caesarem* hac loquendi formula non raro usum esse. Sic B. G. 6, 39. *Nostri* milites *clamorem exaudiunt.* Et 7, 62. *Neque nostrorum* militum *victorum impetum sustinere potuerunt.* Vide et *Hirtium* B. G. 8, 42. seq. Non erat etiam, cur *Gabr. Faërnus* hunc locum sollicitaret, et *in conspectu nostrorum* multo *cum cruciatu* legeret. DAVIS. Voluit etiam delere Gruterus potius, quam ad emendationes recurrere. Male. Qui id censent, non adtendunt ad Caesaris stylum. 4, 34. *paucitatemque nostrorum militum praedicaverunt.* 2, 33. *Intromissis militibus nostris.* 8, 22. et innumeris locis, ὅσα κόνις.

XLV. Quanto erat in dies gravior atque aspe- 1
rior obpugnatio, et maxime [a] quod, magna parte
militum confecta vulneribus, res ad paucitatem de-
fensorum pervenerat; tanto crebriores litterae nun-
ciique ad Caesarem mittebantur: quorum pars de-
prehensa in conspectu nostrorum militum cum cru-
ciatu necabatur. Erat unus [b] intus Nervius, no- 2
mine [c] Vertico, loco natus honesto, qui a prima
obsidione ad Ciceronem perfugerat, suamque ei 267
fidem praestiterat. Hic servo, spe libertatis, [d] ma- 3

VARIAE LECTIONES.

a *quidem quod* L. pr. b *inter Nervios* B. sec. Egm. L. sec. Ed. sec. Gryph. c *Urtico* V. sec. mox vulgo *profug.* d *magnis* Lov. Dorv. Edd. R. M. V.

*Necabatur*] Leidens. prim. et tert. cum Vossiano tertio, Aicard. et Ed. Incerta, *necabantur.* quod inpense prae vulgato placet. Vide etiam ad 2, 23.

*Unus intus Nervius*] *Unus* hoc in loco idem denotat, ac *quidam.* Sic B. G. 2, 25. *Scuto ab novissimis uni militi detracto. Petronius* Satir. c. 26. Unus *servus Agamemnonis interpellavit trepidantes;* ubi vide *Joan. Schefferum. Sulpicius Severus* vit. B. Martini c. 8. *Indicatur, unum e familia servulum laqueo sibi vitam extorsisse.* Eodem modo iterum locutus est ejusdem libri c. 21. Immerito igitur hanc *unius* potestatem repudiavit *G. J. Vossius* de vit. Serm. 1, 33. DAVIS. Hoc jam e Lexicis notissimum. Sed vide insuper Cel. Burm. ad Ovidii Epist. 15, 162. *Naias una.* et Johnson Arist. in Bentlej. p. 51. Aurel. Vict. Caes. c. 3. *Unus ortus Epiri.* ubi etiam vide Comm. *Unus* sic satis abundat etiam apud nostrum 1, 12. B. Civ. 2, 27. *una valle non magna interjecta:* ubi vide Ciaccon. c. 19. *Unum flumen tantum.*

*Profugerat*] Quamvis defendi queat uno alteroque loco *profugere* pro transfugere (vide ad Frontin. 1, 6, 1.) tamen rescripsi hic *perfugerat* auctoritate MSS. tum Ursini, Carrar. tum meorum numero septemdecim, in quibus Bong. pr. sec. Voss. pr. Leid. pr. Petav. Lovan. Egm. et alii e vetustioribus, cum Edd. Flor. Vascos. R. Steph. pluribusque. Erat enim hic Nervius *perfuga*, non *profugus.* licet hae voces crebro permutentur. ut in Appul. l. 6. p. 112. *servos alienos profugos* MSS. 2. et Ed. Junt. post. *perfugas.* B. Civ. 2, 27. *ex castris Curionis ad Attium perfugiunt.* et illic eadem varietas; uti et B. Afric. c. 35. *legionarii in castra Caesaris perfugerunt.* c. 51. *si qui perfugere vellent.*

*Hic servo*] Cujac. Bong. sec. Leid. pr. Oxon. Voss. sec. *huic servo.* quo alludit Bong. pr. *hinc.*

gnisque persuadet praemiis, ut litteras ad Caesarem
4 [a] deferat. Has ille [b] in jaculo inligatas effert; et Gallus inter Gallos sine ulla suspicione versatus, ad Caesarem pervenit. Ab eo de periculis Ciceronis, legionisque cognoscitur.

1 XLVI. Caesar, acceptis litteris hora circiter XI dici, statim [c] nuncium in Bellovacos ad M. Crassum quaestorem [d] mittit, cujus hiberna aberant ab eo
2 milia passuum XXV. Jubet [e] media nocte legionem

VARIAE LECTIONES.

a *perf.* L. pr. V. ad 4, 27. b deest praep. Cuj. Scal. L. pr. Ox. Ed. Steph. contra Caesaris morem. *allig.* Edd. R. M. V. dein vulgo *affert*, ut et *periculo* ac *cognoscit*. c *nuncios* L. sec. d *misit* V. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. e *medium noctem* V. sec.

perperam. Nervius enim ille loco natus honesto, non erat Servus. Rectius tum substituas *hujus*, quod est in Lovan. Gottorp. Carr. Duker. et aliis sex cum Edd. Rom. Ven. Inc. Mediol. aliisque, ut *persuadet* non ad Verticonem, sed Ciceronem referatur, quod et fecit Metaphrastes, qui inepte tamen *huic servo* etiam legit. Vertit enim: *ὗτος μὲν δὴ τῷ Κικέρωνι ἐλευθερίαν* etc. *ὑποσχομένῳ ὑφίσαται τὰς ἐπιστολὰς διοίσειν* etc. c. 49. *Cicero Gallum ab eodem Verticone repetit, qui litteras ad Caesarem referat:* ubi rursus male Cujac. Leid. prim. et Oxon. *eundem Verticonem*. Bene illic Metaph. et Celsus. Nil muta. *hic* in MSS. aliquoties abiit in *huic*. Vide ad c. 39.

*Affert*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edd. Vett. *effert* Graecus, *ἐξήνεγκεν*. Quae et verior videtur Lectio. *Affert* enim illud est, quod deinceps dicitur, *ad Caesarem pervenit*. CLARK. Placuit mihi *effert* cum Bong. Voss. Petav. Lov. et plerisque, uti et Edd. plurimis. *infert* Voss. pr. a m. pr. Est vir doctus, qui *aufert* conjecerit. *Adfert* retinent Cujac. Leid. pr. et tert. Oxon. et Edd. Inc. Aldi, Plantini, sec. Gryph. cum Scal. et seqq. Quo modo si legas, *ille* non ad servum, sed ad Verticonem vel Ciceronem potius referendum erit, qui litteras jaculo inligatas servo adtulerit. Verum sic B. G. 1, 5. *sibi quemque domo efferre jubent*. in Ed. Scalig. aliisque exstat *afferre*. B. Civ. 1, 78. *ab Ilerda frumentum jussi erant efferre*, in uno et altero itidem *aff.*

*Periculo*] Bongars. pr. sec. Vossiani omnes, Oxon. Petav. Egmund. aliique plures exhibent *periculis* cum Ed. Incerta. Quod adeoque recepi, ut Julianum. Sic alibi in plurali *commeatus*, *frumenta*, *siccitates*, *voluntates*, et similia. Dein restitui *cognoscitur* auctoritate MStorum meorum omnium, exceptis Leid. pr. et Oxon. atque Edd. Veterum, quod in *cognoscit* primum mutarunt Veneti; sed bene,

proficisci, celeriterque ad se venire. [a] Exiit cum 3
nuncio Crassus. Alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in [b] Atrebatium fines legionem [c] adducat, qua sibi iter faciundum sciebat. Scribit Labieno, 4
si Reipublicae commodo facere posset, cum legione 268
ad fines Nerviorum veniat: reliquam partem exercitus, quod paullo aberat longius, non putat exspectandam: equites circiter CD ex proximis hibernis cogit.

VARIAE LECTIONES.

a *Exit* B. pr. sec. V. pr. Lov. Egm. et 7 alii cum Edd. pp. Steph. etc. *excitus* pro V. L. Scal. b *Atrebatum* MSS. 8. Edd. pp. c *abd.* Eg. *ducat* L. sec.

quod iis non obsecuti sint R. Steph. et in sec. Ed. Gryphius. *ur* excidit in MSS. nonnullis ob sequens *Caesar*. Sed ille nominativus rectius, ut vulgo fit, sequentibus est jungendus.

*Qua sibi sit iter faciendum*] Sic MS. Reg. et Edit. Rom. MSS. Eliens. et Vossii, *qua sibi iter faciendum*. Quod idem est. Scaliger et Recentiores, (*qua sibi iter faciendum* sciebat.) CLARK. Non vidisse debuit Clarkius Editiones Veteres; nam Veneti jam A. 1517. Ald. Steph. Gryph. aliique omnes exhibent *sciebat*, a Beroaldo primo, credo, insertum. Et sane ita exstat in MSS. Cujac. Andino, Scalig. Leid. pr. Oxon. et Metaphraste: διανοούμενος. Pro eo *esset* est in Petav. *sit* tantum comparet in Carr. Ciaccon. Pal. Leid. sec. Duker. Dorvill. qui Codices sunt recentissimi. In ceteris et Edd. primis tantum est, *qua sibi iter faciendum*. Quod praeferrem, nisi *sciebat* retinere satius duxissem. Ceterum *faciundum* rescripsi ex Cod. Carrar.

*Possit*] Sic MS. Reg. Quod et Temporum ratio postulat. Scaliger aliique, minus recte, *posset*. CLARK. Clarkio adstipulatur solus Leid. primus. Reliqui MSS. et omnes Edd. *posset*: quod temere mutavit. Vide ad 1, 8. Mox cap. 50. *Continet Caesar, si posset*.

*Exspectandam*] In Cujac. Cod. cum sit *exercendam*, conjecerat ipse vir magnus *accersendam*, non male profecto, sive potius *arcessendam*. nam et inveni in Scaliger. et Leid. primo *exercendam*. Quod tamen elegantius retinere possis pro, ad bellum adhibendam. Adi omnino Cel. Burm. ad Petron. c. 94. *eum in Eumolpi sanguinem exercuissem*; vel *fatigandam* itinere longo. ut apud Terent. *exercere servos*. Liv. 1, 56. *laboribus exercita plebe*. et passim. hinc *laboriosus* et *exercitus* junguntur. V. Comment. ad Sueton. Tiber. c. 6. et Gronov. Obs. 4, 4. Verum quamvis *exercendam* valde adblandiatur, recipere tamen nolui, quia vulgaris lectio

1 XLVII. Hora circiter III ab antecursoribus de Crassi adventu certior [a] factus, eo die milia passuum
2 XX progreditur. Crassum Samarobrivae praeficit, legionemque [b] ei adtribuit; quod ibi inpedimenta exercitus, obsides [c] civitatum, litteras publicas, frumentumque omne, quod eo tolerandae hiemis
3 caussa devexerat, relinquebat. Fabius, ut imperatum erat, non ita multum moratus, [d] in itinere
4 cum [e] legione occurrit. Labienus, interitu Sabini,

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *est f.* cum MSS. Cuj. And. L. pr. Ox. praetuli aliorum MSS. lectionem et Edd. pp. uti et Vasc. Steph. etc. *Caesar certior est f.* L. pr. b MSS. plerique et Edd. pp. aliaeque carent τῷ *ei.* c deest L. pr. uti et *omne.* d exsulat ab Egm. e *legionibus* D. V. sec.

simplex et naturalis Caesaris consilio satis convenit, et a Metaphraste et Celso confirmatur. Attamen in illis codicibus optimas esse plerumque, ut saepe monui, lectiones, patet vel e sequenti *cogit.* quod ii soli ex nostris cum Oxon. et Andino servant. Nam ceteri MSS. omnes et Edd. ante Beroaldum, aliaeque habent *colligit*, vel *collegit;* haud dubie e Glossa. Nihil frequentius est Livio, Caesari, ceterisque historicis aliisque, quam *cogere copias*, *exercitum*, *milites* etc. pro *colligere*, in unum locum redigere. V. 6, 9.

*Progreditur*] Hic rursus haereo; nec, quid eligam, scio. Ut enim nunc editur, exstat quidem in Cujac. And. Scalig. Leid. primo, Oxon. et Edd. Beroaldi, et qui eum sequuntur. Sed in reliquis omnibus et Edd. primis est *procedit.* Utrumque adhibet auctor. Inclino tamen magis in *procedit.* ut 6, 35. Eadem variatio occurrit 7, 14. ubi plura, et B. Afr. c. 75. 4, 11. possemus conjicere, utrumque verbum esse Glossam verioris *profecit* ex iis, quae diximus ad 1, 38. *tridui viam processisse.* vel *profecisse.* Sed inhibeor voce seq. *praeficit.* pro qua MSS. 4. et Edd. primae *praefecit.* *praecedit* hic Ed. Inc.

*Veritus — ut hostium impetum sustinere non posset*] Meus liber habet, *ne hostium impetum.* Sed vereor, ne ab aliquo sit mutatum, qui non existimaret satis Latine dici, *vereor ut non:* cum *Cicero* sic loquatur in l. 2. de legibus: *quodcirca vereor committere, ut non bene provisa principia ponantur:* et in Tuscul. Quaest. 2, 20. *Et tamen veremur, ut hoc natura non patiatur.* Ciaccon. Hujusce phraseως plura collegit exempla *Fr. Sanctius* Min. 4, 15. quorum auctoritatem minuere conatur *Jac. Perizonius* in Addit. p. 915. DAVIS. *Veritus ne — sustinere non posset*) Variant MSS. Librariorum inscitia corrupti. Caeterum nullus dubito, quin legendum sit

et caede [a] cohortium cognita, quum omnes ad eum Trevirorum copiae [b] venissent, veritus, [c] ne, si ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, hostium [d] inpetum sustinere non posset, praesertim 269 quos recenti victoria efferri sciret, litteras Caesari [e] remittit; quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit; docet, omnes equitatus [f] peditatusque copias Trevirorum III milia passuum longe ab suis castris consedisse.

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. plerique et Edd. Vett. *cohortum* vulgó, ac B. pr. L. pr. Lov. et alii. Sed vide ad 6, 1. *cohortantium* Ox. *cohortis* V. sec. b *convenissent* Ox. c vulgo abest *ne* et statim *ut hostium*. d *inpetus* Ed. Gryph. V. ad 1, 26. e vulgo *dimittit*. f *equitatum peditatusque copiam* L. sec. Hic ordo in B. pr. L. pr. Ox. etc. vulgo *ped. eq.*

vel, (*né — sustinere* non *posset*,) vel, (ut — *sustinere posset*.) Quod enim edidit *Scaliger*, aliique, (ut — *sustinere* non *posset*) Latinum non videtur; et omnino cum *Perizonio* adversus *Sanctium* existimo, quae ex bonis Autoribus afferri solent istiusmodi constructionis exempla, eorum alia ex corruptis esse Codicibus, alia ex sinceris minus intellecta. Quod affert *Ciacconius* ex *Cicerone*, (*vereor*, *committere*, ut *non*, prorsus ridiculum est: illud enim, (*ut non*,) pendet, non a *vereor*, sed a *committere*. In loco isto (*Tusc. Quaest.* 2, 20.) *veremur*, ut *hoc natura* non *patiatur*,) abest ex optimis Codicibus illud, *non*. Et similiter in caeteris. Quem citant viri docti locum ex Tibullo (*me cognita virtus Terret*, ut *infirmae nequeant subsistere vires:*) est, (Adeo *ut nequeant*.) Difficillimum omnium est illud Horatii (*Nam* ut *ferula caedas meritum majora subire verbera, non vereor*.) Constructio tamen ista hujusmodi est: (*Nam utferula caedas meritum majora subire verbera*, id equidem *non vereor*) vel (hoc ne facias, *non vereor*. CLARK.) *Veritus si* etc. *ut non*. Sine dubio vitiosum est, id quod MSti satis docent. Nam pro illo *si* in MSS. meis quindecim, inter quos Bong. pr. sec. Voss. pr. Lovan. Egm. Petav. etc. ac Edd. primis scribitur *ne*; immo in Petav. a m. secunda clare *ne si* exaratur. Adhaec in Leid. primo non comparet *ut*. quod itaque delevi, et *ne* reposui ante *τὸ si*. Credo, olim fuisse scriptum: *Veritus*, *ne*, *ex hibernis fugae si similem etc.* quomodo facile *si* abire potuit, et dein, quia videbant librarii, *si* adesse debere, illud loco *τοῦ ne* intrusisse, et *ut* supposuisse. *Non* delet Lambinus ad Horat. loc. Sat. 1, 3. e scriptis, ut ait, codicibus, Cl. Davisius, evictus Cl. Peri-

1 XLVIII. Caesar, consilio ejus probato, etsi, opinione III legionum dejectus, ad [a] II redierat, tamen unum communis salutis auxilium in celeritate
2 ponebat. Venit magnis [b] itineribus in [c] Nerviorum
270 fines. Ibi ex captivis cognoscit, quae apud Cicero-
3 nem gerantur, [d] quantoque in periculo res sit. Tum

VARIAE LECTIONES.

a *Leucos* V. sec. b *itineribus* B. pr. a m. pr. c *Nervios* V. sec. d *quanta* Ox.

zonii argumentis ad Sanctium Ed. Ult. p. 812. in iterata Ciceronis Tusc. Disp. editione priorem delevit notam, et edidit: *Veremur, ut hoc natura patiatur.* De ea variatione egit quoque Cort. ad Plinium Ep. 1, 8. *Vereor ergo, ut sit satis congruens.*

*Litteras Caesari dimittit*] *Dimittere litteras* est, huc illuc mittere, vel circummittere, ut B. C. 3, 22. Quod hic locum habere nequit; quare emendat Cl. Bos. Anim. ad Caes. p. 20. *remittit* ex Metaphraste: ἀντεπέστειλεν. Recte omnino. atque ita diserte scriptum est in Scalig. et Oxoniensi; habentque jam Edd. Ven. 1517. Aldi, Gryphii, Stephani aliaeque. In Leid. pr. simpliciter *mittit*, uti et in Voss. pr. a m. pr. *re* exciderat ob praecedens *ri*. *Caesaris* V. sec. Si tamen quis cum plerisque MSS. malit retinere *dimittit*; fingat is, Labienum litteras variis exemplis per varios et diversa itinera ad Caesarem misisse in responsum ejus litterarum, de quibus Cap. praec. *ille rescripsit* etiam Celsus.

*Peditatus equitatusque copias*] Facit hoc subinde Caesar, ut, quae plerumque ἐλλειπτικῶς efferuntur, plene exprimat. Sic ἁπλῶς *copias* alii dixissent. Eodem modo alibi dixit, *movit in Arvernos versus.* quod alii, *Arvernos versus.* Sed haec levia. VOSS. Alii fere ἁπλῶς *copias* vel *peditatum equitatumque* dicunt; sed noster hanc loquendi formulam non infrequenter adhibet. Sic B. G. 6, 6. *Magnis coactis peditatus equitatusque copiis.* Et 7, 5. *Copias equitatus peditatusque subsidio Biturigibus mittunt.* *Curtius* etiam 9, 2, 16. *Copias peditum equitumque* dixit. DAVIS. Infra 7, 76. *Tantae copiae equitatus peditatusque.*

*Millia p. longe*] Quamquam suspectam habet hanc locutionem Scaliger, tamen saepissime ea utuntur Caesar atque Hirtius. Infra 7, 16. 8, 36. in not. de Bello Civ. 2, 37. de bello Alexand. c. 36. de bello Africano c. 24. et Annotat. ad c. 30. ibid. c. 67. 68. 77. et Not. ad c. 80. in Annotatis. Vide et Doctissimi *Jos. Wasse* Notas in *Sallustium*, pag. 242. CLARK. Hirt. 8, 29. *Non longius ab ea caede plus minus* VIII. *milibus abesse.* et Davisius ad B. Civ. 2, 37. ac B. Afric. c. 30.

*Communis salutis auxilium*] Bongarsian. prim. *communius*, corrupte: sed e quo forsan eruditior est eruenda lectio. Nam in Leidensi pr. et Oxon. exaratur, *communi salute:* unde fere

cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis [a] persuadet, uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc 4
Graecis conscriptam litteris mittit; ne, intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur: si adire non possit, monet, ut tragulam cum epi- 5
stola, ad amentum [b] deligata, intra [c] munitiones

VARIAE LECTIONES.

a *sic ad et* Ox. b *deligatam* V. pr. B. sec. Pet. Eg. *deligatarum* L. sec. c *munitionem* MSS. plerique et Edd. Vett. Utrumque passim occurrit.

suspicor, scripsisse Caesarem, *Communi saluti. Auxilium* dativo junctum; quia auxilium erat communi saluti destinatum. 1, 5. *Domum reditio.* ubi vide Davis. Appulej. Metam. l. 7. p. 143. Ed. Pric. *Mandatis dominicis serus auscultator.* Ita enim is locus e MSS. et Edd. Vett. est legendus. Consule insuper C. Scioppium Symb. Cr. p. 56. Gronov. ad Liv. 23, 53. *exprobratio cuiquam.* quomodo et Gujetus ac Bentlejus emendarunt Terent. And. 1, 1, 17. *Exprobratio inmemori.* Sall. B. Cat. c. 40. *Miseriis suis remedium.* Neque haec repudianda est conjectura, quia *auxilium* non descendit a verbo, Dativum regente; sed contra *auxiliari* inde derivatur. Vide enim, quae adfert Cortius ad Sallust. Catil. 32, 1. *Insidiae Consuli*: et infra ad 8, 27. *Proficiscitur ad auxilium Duratio ferendum.* item ad B. Civ. 1, 85. *Urbanis praesidia rebus.* Sic B. Hisp. c. 89. *Saluti suae praesidium parare.* In nonnullis est *salutis.* Immo consule Cl. Drak. ad Liv. 3, 48. *locum seditioni quaerere.* Immo idem Livius 3, 37. *Tribuniciam potestatem, munimentum libertati:* ita enim MSS. constanter. Adde 4, 9, 2.

***Hanc Graecis conscriptam literis***] Robertus Titius legit, *caecis* literis, id est, obscuris literarum notis, quae non nisi lumini admotae legi possent, aut simile quid. Nugae sunt, tametsi egregie ille de Villiomaro se triumphare putet. Hotomannus ait, Gallos vulgo Graece nescivisse, sed peritioribus tantum notam hanc linguam. Fulvius Ursinus putat, Graece scriptam fuisse, sed Gallis ignaram linguam illam, solos autem characteres notos fuisse, atque id tradere Strabonem ait. Quod falsum, nam ait Strabo, οὕτω φιλέλληνα: εἶναι, ὥςε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνιςὶ γράφειν. Sane ἑλληνιςὶ γράφειν, quid aliud, quam lingua Graeca? Fulvii errorem quodammodo etiam secutus Ciacconius. Sed uterque errat. Gallos Graecam didicisse linguam, nullus sanior in dubium devocaverit, sed illos Gallos, qui Massiliae propiores. Quales Helvetii Allobroges, aut his vicinae gentes. Aut siquis longius sitis quoque notam fuisse linguam arbitretur: Gallis proprie dictis, sive Celtis. Nam Strabonem de his Gallis tantum loqui, res ipsa clamat. At in Belgica Gallia nullus unquam veterum dixit floruisse Graecam linguam. Nedum apud Nervios, homines ferissimos, ad quos nullus aditus mercatoribus, sed omne studium in

6 castrorum abjiciat. In litteris scribit, se cum [a] legionibus profectum celeriter adfore: hortatur, ut
7 pristinam virtutem retineat. Gallus periculum ve-
8 ritus, ut erat praeceptum, tragulam mittit. Haec casu ad [b] turrim adhaesit, neque ab nostris biduo animadversa, [c] tertio die a [d] quodam milite con-
9 spicitur; [e] demta ad Ciceronem defertur. Ille [f] per-
271 lectam in conventu militum recitat, maximaque omnes

VARIAE LECTIONES.

a *legione esse* L. pr. b *turrem* L. pr. c *tertia* L. sec. d deest G. V. tert. Ed. Inc. e *derapta* Ed. Inc. *tollitur* L. pr. ita ut sub *t* et *tur* sint posita puncta, et remaneat antiquum *Olli*. f *perlatam* And. Ox. *perlecta* L. pr.

armis. Adversus Titium vero hoc solum adferam, etsi non aliunde constaret, non dubitaturum me, quin Graece Caesar hanc epistolam scripserit. Ejus ipsissima verba hodieque exstare in Polyaeno scio Strategem. 8, 23. *Καῖσαρ Κικέρωνι θαῤῥεῖν. Προσδέχου βοήθειαν.* Quae optime respondent Caesaris verbis, nam paullo post ait: *In literis scribit, se cum legionibus profectum celeriter affore: hortatur, ut pristinam virtutem retineat.* VOSS. Vide ad 6, 14.

*Cum epistola ad amentum deligata*] Nota usum amenti in literis, ubi per castra hostilia penetrari nequit, ad obsessos mittendis. Sed finis amentorum fuit, ut validius contorquerentur. Unde Numidis noxium fuisse, quod iis destituerentur, discimus ex Orosio 5, 15. ubi de pluvia loquitur: *Porro autem Numidis hastilia telorum, quae manu intorquere sine amentis solent, lubrica, ac per hoc inutilia reddidit.* IDEM.

*Abjiciat*] Leid. pr. *objiciat*. Unus cum Edd. R. Stephani, Stradae, post. Gryphii, Clarkii, *adjiciat*. Quo non opus esse puto. *Adjicere* est eo jacere, ut destinatum tangat scopum. vide 2, 21. et alibi. Monuit modo Caesar, ut ab se eam projiceret ita, ut caderet intra castra. Vide Cel. Burm. ad Ovid. Am. 1, 7, 12. *Qualiter abjecta de nive manat aqua.* ubi in MSS nonnullis etiam *objecta*. B. Civ. 3, 56. *Ut exercitus telis ex vallo abjectis protegi posset.* ubi rursus turbant, ut et B. Afr. c. 56. et B. Hisp. c. 18. *litteras oppidanis abjecit.* ut malo.

*Tragulam mittit*] Tanquam unus ex hostibus. *Dion.* l. 40. p. 125. A. *Ὦσας αὐτὸ (ἀκόντιον) ἐς τοὺς πολεμίους* (lege, *ὡς ἐς τοὺς πολεμίους*) *πρὸς πύργον ἐξεπίτηδες προσέπηξε.* Sed ex *Caesare* liquet, non *de industria*, sed casu jaculum turri fuisse infixum. DAVIS.

*In conventu militum recitat*] Observandum arbitror verbum *Conventu*: non enim dixit, *In*

nes laetitia adficit. Tum fumi incendiorum procul 10 videbantur: quae res omnem dubitationem adventus legionum expulit. 1

XLIX. Galli, re cognita per exploratores, ob- 1 sidionem relinquunt, ad Caesarem omnibus copiis contendunt. [a] eae erant armatorum circiter milia LX. Cicero, data facultata, Gallum [b] ab eodem 2 Verticone, quem supra demonstravimus, [c] repetit, qui litteras ad Caesarem referat; hunc admonet, 3

VARIAE LECTIONES.

a MSS. qdd. et Edd. *hae* et *haec*. b *eumdem Verticonem* Cuj. L. pr. Ox. V. ad c. 45. c *reperit* Edd. Vett. et MSS. praeter Pet. et B. tert. male. mox vulgo *deferat*.

*concione;* quia Graece non omnes milites intelligebant: sed aliquam multis familiaribus, et Graecae linguae peritis coactis, qui deinceps ceteris exponerent. Erat ergo *Consilium*, *Concio*, et *Conventus*. Ad *consilium* adhibebantur legati, tribuni, quaestores; ad *concionem*, omnes: ad *conventum*, proximus quisque. *Hotoman*. Inanis videtur haec inter *conventum* et *consilium* distinctio, quam tamen avide amplexus est *Joan. Goduinus*. Eae certe voces in bonis auctoribus confunduntur. *Dictys* Cretensis 2, 29. de omnium Graecorum concilio sic loquitur: *Tali modo* conventu *dissoluto*. et c. 30. *defunctorum corpora miserandum in modum confecta, undique in unum colligi jubet, atque* in conventu *ante ora omnium projici*. Sic *Claudianus* in Rufinum 1, 61. *conventum* furiarum dicit id, quod antea vs. 28. *concilium* vocaverat. DAVIS. Vide Festum in V. *consilium* et *conventus*.

*Armatorum*] Bong. pr. sec. Petav. Leid. pr. Voss. pr. Lovan. et alii quinque cum Ed. Incerta, *armatae*. De quo amplius videndum. Nam *armati* ponuntur pro *militibus*. Nepos Dion. 9. *Navem armatis ornat*. quo loco, neque Justini ibi adducto, nihil est mutandum. Liv. 1, 29. *Cursus armatorum*. supra 3, 3. *Multitudine armatorum*. Hirt. 8, 14. *Copiis armatorum vias pro suis castris instruunt*. At idem c. 35. *cum cohortibus armatis ex proximis castellis inpetum fecit*. nisi ibi jungendum *arm. ex p.*

*Deferat*] Cujac. Oxon. et Leid. prim. habent *referat*, pro *iterum ferat*, et *repetit*, pro *iterum petit*. Quod placet: et hinc illa littera *r* forsan nata in praec. voce pro *repetit*. Horat. Carm. 1, 14. *O navis, referent in mare te novi fluctus*. Ita sacra annua vel alia *referri* dicuntur, quae instaurantur et repetuntur. Vide Cl. Burm. ad Ovid. Rem. Am. 593. *referens Trieterica Baccho*. Adde Lucan. 1, 180. 5, 74.

*Omnemque ad eum multitudinem convertisse*] Conversam esse. *Silius* Italicus 9, 646. *Con-*

iter caute diligenterque faciat; perscribit in litteris,
hostes [a] ab se [b] discessisse, omnemque ad eum mul-
4 titudinem convertisse. Quibus litteris circiter [c] me-
dia nocte Caesar adlatis suos facit certiores;
5 [d] eosque ad dimicandum animo confirmat. [e] Po-
272 stero die, luce prima, [f] movet castra; et circiter
milia passuum IV progressus trans vallem magnam,
6 et rivum, multitudinem hostium conspicatur. Erat
magni periculi res, cum tantis copiis iniquo loco

VARIAE LECTIONES.

a *abesse* L. tert. *ab sese* Ed. Inc. b *discesse* L. pr. c *mediam noctem* Ox. B. sec. Ed. Gryph. d *eos ad d. confirmavit* V. sec. e *postera* MSS. 7. Ed. Inc. f *movit* L. pr.

*vertit Varro. Symmachus* Ep. 1, 1. *Nec mihi vitio vertat intermissio litterarum. Curtius* 4, 6, 29. *Ira deinde vertit in rabiem.* Nescio enim, quam ob caussam *Joan. Freinshemius* arbitretur, primam vocem in sexto casu positam esse. Eodem modo loquuntur etiam alii, ut multis exemplis monstravit *Aldus Manutius* ad *Sallustii* Catil. c. 6. DAVIS. Innumera hujus locutionis exempla vide in Doct. Cortii excursu 6. ad Sall. B. Jug. c. 74. quosque ibi laudat. Hirt. B. Afric. c. 9. *Ruspinam cum reliquis copiis convertit.* Quamquam hic posset esse constructio, *hostes convertisse multitudinem.*

*Allatis, Caesar* ] Sic MS. *Norvic.* In editis voces erant transpositae, adeo ut oratio dura fieret et confragosa; quapropter, licet crebras *Caesaris* μεταθέσεις non ignorarem, vetusti Codicis fide nixus, situm verborum mutavi. DAVIS. *Quibus litteris — Caesar allatis,* etc.) Sic MSS. et Editi. *Davisius*, ex uno MS. Eliensi, reponit: ( *Quibus litteris — allatis, Caesar etc.* ) Nam *in Editis*, inquit, *voces erant transpositae, adeo ut oratio dura fieret et confragosa;* crebrasque nescio quas comminiscitur Caesaris μεταθέσεις. Quod omne, merum praejudicium est, ex eo natum, quod de *Ablativo absolute posito* ineptiunt Grammatici. Revera enim eadem plane est constructio, ( *Quibus literis Caesar allatis, suos facit certiores;*) ac si dixisset, (*Hac Caesar oratione*, aut, *Oratione Caesar pulcherrima, suos cohortatur.*) In qua verborum dispositione manifesto nihil *transpositum*, nihil *durum* aut *confragosum*. Eodemque verborum ordine saepissime utitur luculentissimus Autor noster. l. 2. §. 12. *Hac re statim Caesar per speculatores cognita.* l. 6. §. 9. *Cognita Caesar causa.* l. 7. §. 1. *Indictis inter se principes Galliae conciliis.* §. 16. *Castris ad eam partem — positis Caesar, quae — aditum angustum habebat; aggerem apparare etc.* c. 80. *Uno die intermisso, Galli; atque, hoc spatio, magno cratium — numero effecto; media nocte — egressi etc.* l. 8. §. 3. *Tali*

dimicare. [a] Tum, quoniam obſidione liberatum
Ciceronem sciebat, eoque omnino remittendum de
celeritate [b] exiſtimabat, consedit, et quam aequis-
simo poteſt loco, caſtra communit: atque haec, 7
etsi erant exigua per se, vix hominum milium VII,
praeſertim nullis cum inpedimentis, tamen [c] angu-
ſtiis viarum, quam maxime poteſt, contrahit, eo
consilio, ut in summam contemtionem hoſtibus ve-
niat. Interim speculatoribus in omnes partes [d] di- 8

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *tamen*. b *existumabat* B. pr. c *in ang*. Egm. d *missis* Duk. male *in omnem terram* Ox.

*conditione Bituriges proposita*. De bello Civ. l. 3. c. 11. *Recepto Caesar Orico*. c. 39. *Deductis orae maritimae Caesar praesidiis*. §. 52. *Quibus ille cognitis*. §. 63. *Quibus ad insequendum impeditis, Caesar, quod fore providerat; — exercitum educit*. De bello Alexand. §. 30. *Quo incommodo Domitius accepto*. CLARK. Luculente vulgarem verborum ordinem defendit Clarkius, et confirmant MSS. nisi quod Leidens. primus *τὸ Caesar* ponat poſt *litteris*: quod tamen praeferrem. 7, 77. *Depopulata Gallia Cimbri magnaque inl. calamitate*. Sic MSS. 8, 15. *Quorum pertinacia Caesar cognita*. *circiter* omittit Ed. Incerta. *adlatis* deeſt in Voſſ. sec. *Caesari* Leid. sec. ut conjecit Gruterus. Sed forſan tota vox abundat. Conſule notata ad 2, 17.

*Magnam*] Deeſt in MSS. Reg. Eliens. et Voſſii et Edit. Rom. CLARK. Abeſt a MSS. omnibus et Edd. primis, item ber. Gryph. si excipias Cujac. Scalig. And. Oxon. Leid. pr. *μεγάλην* addit Graecus. E MSS. cunctis verborum ordinem mutavi. vulgo *hos. mult.*

*Cum tantis copiis*] Codd. nonnulli *Tantulis*. Quod idem eſt. *Tantis* hoſtium; *Tantulis* suorum. CLARK. Omnes Bongarsiani, Voſſian. Leidenſes, Petav. ceterique, exceptis supra nominatis, et Edd. primae, *tantulis*, sine *cum*. uti et MSS. Brant. et Beroaldi aliaeque. perinde autem eſt, si *tantulis* legas, an *cum* addas, nec ne. Utrumque adhibuit Caeſar. paullo ante *omnibus copiis*. Vide ad 2, 7. *Tantis* si admittas, *cum* addi debet. atque ita Interpretem legiſſe, ex verſione ejus patet. 6, 8. *tantis copiis tam exiguam manum adoriri*. Lectionem *tantulis*, quam Cl. Waſſe praefert, maxime juvat noſtri locus 4, 22. *has tantularum rerum occupationes*, ubi versa vice illi MSS. qui hic habent *tantulis*, illic exhibent *tantar*. et contra. *Tantulus* occurrit quoque 7, 19.

*Tum quoniam*] Sic MSS. Graecus item, *Τότε μὲν ὖν*. Quaedam Vett. Editiones, Scaliger quoque

missis, explorat, quo [a] commodissime itinere [b] vallem transire [c] possit.

1 L. Eo die parvulis equestribus proeliis ad
278 aquam factis, [d] utrique [e] sese suo loco continent;
2 Galli, quod ampliores copias, quae nondum [f] con-
3 venerant, exspectabant; Caesar, si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset,
8 [g] ut citra vallem pro castris proelio contenderet; si id [h] efficere non posset, ut, exploratis itineribus, [i] minore cum periculo vallem rivumque transiret.
4 Prima luce hostium equitatus ad castra accedit,
5 proeliumque cum nostris equitibus committit. Caesar consulto equites cedere, seque in castra recipere [k] jubet; simul, ex omnibus partibus castra

VARIAE LECTIONES.

a *commodissimo* And. L. pr. recte. b *valles* MSS. 12. et Edd. Vett. deest G. V. tert. et Ed. Inc. c Sic MSS. longe plurimi et optime, ut B. pr. V. pr. Ox. Scal. et Edd. Vett. non *posset*. Vide tamen ad 1, 8. d *uterque se continet* L. sec. sed v. ad 1, 43. e *se in* L. pr. f *venerant* MSS. 4. Edd. R. M. V. g Sic MSS. fere et Edd. Vett. vulgo *citra v., ut. ducere* Edd. R. M. V. male. h *fieri* Cuj. Sc. Ox. L. pr. Ed. R. Steph. Gr. *μὴ γένοιτο*. i *minori* Duk. *a m. peric.* Ox. *min. pr.* L. pr. Ed. R. Steph. k deest Carr. contra Caesaris morem.

et Recentiores (tamen *quoniam* etc.) Perperam et alieno sensu. Non enim id vult Caesar (quamvis *magni periculi res esset, dimicare; tamen quoniam liberatum obsidione Ciceronem sciebat, ideo consedisse se et castra muniisse*) qui sensus est nullus. Sed (quoniam *magni periculi res esset dimicare; et* tum porro, *quoniam jam dudum liberatum obsidione Ciceronem sciebat, consedisse se et castra muniisse*.) CLARK. Etiam Bong. prim. Petav. Vossiani, Egmund. Oxon. et 6 alii cum Ed. Inc. praeter MStos aliorum, habent *tum*, quod bene explicat Clarkius et recepit Hotomannus. *Tunc* Leid. pr. Scal. et Ed. R. Steph. deest in Bong. sec. et Leid. sec. sed in eo corrupte *dimicarent*. Sed videtc hic, ut vara vibiam sequatur. Ex *eoque omnino* factum dein *aequo animo*; quod est in Edd. omnibus, quod sciam, vetustis usque ad Scaliger. praeterquam in R. Stephani ἐκδόσει. Natum hoc tam ex *tamen*, quam inde, quod pro *eoque* in MSS. plurimis sit *aequoque*, vel *equoque*. *Animo* etiam legas in Lovan. Duker. Oxon. et aliis. Recte Graecus: καὶ ὡς ἔτι διὰ τοῦτο ταχύτητος ἔργον εἶναι

altiore vallo [a] muniri, portasque obstrui, atque [b] in his administrandis rebus quam maxime [c] concursari, et cum simulatione timoris agi jubet.

LI. Quibus omnibus rebus hostes invitati, co- 1
pias transducunt, [d] aciemque iniquo loco constituunt: nostris [e] vero etiam [f] de vallo deductis, 2
propius accedunt; et tela intra munitionem ex omnibus partibus conjiciunt; praeconibusque circummissis, pronunciari jubent, [g] *seu quis Gallus, seu* 3
[h] *Romanus velit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere: post id tempus non fore potestatem.* ac sic nostros contemserunt, ut, obstru- 4
ctis in speciem portis singulis ordinibus cespitum, quod ea non posse introrumpere videbantur,

VARIAE LECTIONES.

a *munire* L. pr. et 3 alii cum Ed. Inc. b deest Duk. V. sec. c *conversari* Pet. *concursum* V. sec. d *aciem* V. sec. *in iniquo* L. sec. Duk. e deest Duk. Edd. R. M. V. f *de* abest Lov. Edd. R. M. V. male. g *si q. G. vel R.* Ed. Inc. h *quis R.* Duk. Edd. Str. Steph. non male. Dein vulgo *scandere.*

*ηγύμενος.* Mutavi ordinem e MSS. tantum non omnibus pro *lib. obs.* et mox *potest loco* ex Leid. pr. et Oxon. ac Vascos. pro *l. pot.*

*Ea*] MSS. et Editt. Vett. *eas*: CLARK. At *ea* recte servarunt Cujac. And. Scal. Oxon. Leid. pr. Voss. tert. et Gott. a m. sec. in quo a m. prima est *ad eas*, uti et in Ed. Inc. *Ea* jam Beroaldus et seqq. dederunt. Sic *eadem transgressi* 8, 10. B. Civ. 1, 64. *ea transire flumen, qua* etc.

*Vallum manu scandere*] Scalarum ope non adjuti, quae in hunc usum adhibebantur. Sic supra c. 42. *Scalis vallum adscendere coeperant.* In MSto *Brant.* nonnullisque impressis legitur, *Vallum manu scindere.* Absurde. Haec tamen vitiosa scriptio Graecum interpretem fefellit, qui habet, *τὸ ἔρυμα τῇ Χειρὶ περιτέμνειν.* *Vascos.* editio, cum aliis quibusdam, exhibet, *vallum vi conscendere*; sed haec etiam varietas ex librariis vulgatae lectionis sensum non capientibus ortum duxit. DAVIS. Ita edidit Scaliger, eumque secutus Davisius, qui interpretatur (*manu scandere*) *ascendere sine scalarum ope.* Quomodo supra dixerat Caesar l. 5. §. 35. *Scalis vallum ascendere coeperunt.* In plerisque MSS. legitur, (*vallum manu scindere.*) In MS. Reg. (*vallum*

274 alii vallum manu scindere, alii fossas [a] complere
5 inciperent. Tum Caesar, omnibus portis eruptione facta, equitatuque emisso, celeriter hostes dat in fugam: sic, [b] uti omnino pugnandi caussa resisteret nemo: magnumque ex eis numerum occidit, atque omnes armis exuit.

1 LII. Longius [c] prosequi veritus, quod silvae paludesque intercedebant; neque etiam parvulo de-

VARIAE LECTIONES.

a *implere* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. Dein MSS. et Edd. qdd. *Tunc*. b ita MSS. plerique et Edd. pp. *eis* est e Lov. Voss. o. Egm. G. aliisque. Al. *his*, *iis*. c *persequi* Pulm. And. Pet. Pal. L. sec. Ox. Sed vide ad 5, 9.

scindere.) Graecus habet, *τὸ ἔρυμα τῇ Χειρὶ ΠΕΡΙΤΕ'ΜΝΕΙΝ*. Quam Lectionem *Davisius*, ut valde absurdam, rejicit. Sed superius dixerat Caesar, l. 3. §. 5. (*vallum* scindere, *fossas complere.*) Et illud ipsum (*vallum* manu *scindere*) non necessario ita est accipiendum, ac si nullis uterentur instrumentis. CLARK. Ad Frontin. 3, 17, 6. *fossas inplere et vi vallum* (sic enim malo) *detrahere coeperunt*, docui rectum esse omnino *scindere*, tam ex Orosio, Polyaeno, Interpr. Graeco, quam similibus Caesaris locis, ac MSS. et Edd. Vett. Hi enim omnes *scindere* exhibent, nisi quod corruptissimus Voss. sec. det *vi conscendere*, ut est in Ed. Flor. Beroaldi et Margine Vascos. aliorumque. *manu* abest a solius Leid. primi manu prima. Vix dubito, quin illud *scandere* typothetarum errore in Ed. Scaligeranam inrepserit.

*Omnibus portis eruptione facta*] Aliter haec Polyaenus Strateg. 8, 23. ait enim, Caesarem ipsum extra castra sublimem locum conscendisse; posteaque et simul e castris exercitum, et e superiore loco prorupisse Caesarem, ut a fronte ac tergo hostes clauderentur. Et hac ratione victos Gallos. VOSSIUS.

*Veritus*] Amplius exhibent Codd. And. Leid. prim. Oxon. Scalig. et Ed. R. Stephani, *noluit veritus*. Atque ita Gr. Interpres, qui et plura addit: *διώκειν ὐκ ἠβυλήθη, δείσας μὴ ἐνέδρα τις ὑπείη, ὅτι δρύμα* etc.

*Neque etiam parvulo detrimento illorum locum relinqui videbat*] Acute Lambinus legit, *locum ullum relinqui volebat*. Codices nonnulli habent, *neque etiam parvulo d. illorum, locum relinqui videbat*: quos secutus Graecus vertit: *ἔτι δὲ ἐπ᾽ ὀλίγῃ βλάβῃ τὸν τόπόν τῦτον ἐκείνυς μὴ καταλείψασθαι ὁρῶν*. Sed prius placet: quam vellem Vet. Cod. lectionem firmaret. VOSS. Illum *locum relinqui videbat*) Scaliger et Recentiores, (*neque etiam parvulo detrimento* illorum, *locum relinqui videbat*;) ut sententia sit, *nullum fuisse amplius relictum locum*, *hostibus nocendi*. Sed MSS. omnes habent, (illum *locum*:) ut adeo

trimento illorum, locum relinqui videbat; omnibus suis incolumibus copiis, eodem die ad Ciceronem pervenit. Institutas turres, testudines, munitiones- 2
que hostium admiratur. Producta legione, cognoscit, non decimum [a] quemque esse [b] relictum militem sine vulnere. Ex his omnibus judicat rebus, quanto 3
cum periculo, et quanta cum virtute, res sint ad- 275
ministratae: Ciceronem pro ejus merito, legionem 4

VARIAE LECTIONES.

a *quemquam* Sc. L. pr. b *Sic* Sc. Cuj. A. L. pr. Ox. Celeri MSS. et Edd. pp. *reliquum*. V. ad c. 19. statim vulgo deest *cum v.* et *sint res* ac *sigillatim*.

sententia sit: *judicasse Caesarem, parvulo detrimento, quod ibi hostibus inferri posset, non posse se efficere, ut ille locus ab iis relinqueretur:* Ἔτι δὲ ἐπὶ ὀλίγῃ βλάβῃ τὸν τόπου ΤΟΥΤΟΝ ἐκείνους μὴ καταλείψεσθαι φρονῶν, ut interpretatus est Graecus. Qua in sententia, *relinqui*, idem erit ac, *relictum iri;* quomodo supra dixerat Caesar (l. 4. §. 19.) *polliceantur obsides dare*, pro eo quod est, *daturos*. Vide etiam ad l. 7. §. 34. Atque hanc quoque posteriorem in sententiam accipi potest etiam prior illa Lectio Scaligerana. Veruntamen, ut, quod res est, dicam, neque haec neque illa Lectio, utrovis modo explicata, Caesaris elegantiam et perspicuitatem sapit. Quocirca pulcherrima videtur, si modo ex vetustis Codicibus confirmari posset, Lambini emendatio: (*neque etiam parvulo detrimento* (*suorum* videlicet,) ULLUM *locum relinqui VOLEBAT:*) quemadmodum infra Caesar, (l. 6. §. 39.) *ne minimo quidem casui locum relinqui debuisse* ait. Vel, si haec nimis audax videatur conjectura; quid si isto demum modo legamus? (*neque etiam parvulo detrimento*, (*hostium* scilicet,) ULLUM *locum relinqui* videbat.) Quae Sententia et est perspicua, et verba ipsa ex MSS. consentientibus desumta; una solum mutata literula, *ullum* pro *illum*. Sed judicet Lector eruditus. CLARK. Locus est intricatissimus, e quo me nondum expedio. Lambini conjecturam ad Nep. Hamilc. c. 1. probant etiam Manutius, Ciaccon. et Hotomannus cum Brantio. Pro *etiam* MSS. Ciacc. Brant. Lovan. *enim*. Unde Ciaccon. conjecit, *neque enim vel*. Dein *illorum* habent MSS. longe plurimi et meliores. Sed Edd. Vett. *illum*; uti et Petav. Pal. Gott. Bong. tert. Voss. tert. Duker. et Dorvill. *loca* Andin. *locum eos* est in Leid. primo et Oxoniensi, certo indicio, altius ulcus latere. Dein *copiis* deest in Andin. Leid. pr. Oxon. Scalig. et Ed. R. Stephani. non agnoscit etiam Metaphrastes: *πάντας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ σώους ἔχων*. Forsan simplicissima Caesaris mens est: se revertisse, quia verebatur insidias in silvis: quia eum silvestrem locum ab iis non relinqui videbat, parvo accepto

que conlaudat: centuriones singillatim, tribunosque militum adpellat, quorum [a] egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoverat. De casu
5 Sabini et Cottae certius ex captivis cognoscit. Postero die, concione habita, rem gestam proponit;
6 milites consolatur, et confirmat; quod detrimentum [b] culpa et temeritate legati sit acceptum, hoc aequiore animo [c] ferundum docet, quod beneficio deorum inmortalium, et virtute eorum expiato incommodo, neque hostibus diutina laetatio, neque ipsis longior dolor relinquatur.

1 LIII. Interim ad Labienum per Remos incredibili celeritate de victoria Caesaris fama perfertur;

VARIAE LECTIONES.

a egregie Egm. mox *cognoscit* Dorv. pro *cognoverat. cognovit* pro *scit* id. et Ed. Elz. b *et* c. Duk. c Sic B. pr. V. pr. Egm. V. ad c. 29.

detrimento. Sed videant acutiores: et sane MStorum varietas cogitandi amplam praebet materiam. Cl. Wasseus conjicit, *suorum illum locum relinqui v.* scil. ab hoste. An rescribendum: *detr.* (Sc. suorum vel suo) *illorum loca a se inrumpi*, vel etiam *illum locum?*

*Quanta virtute*] Ita Scaliger et Recentiores. MSS. et Editt. Vett. (*quanta cum virtute.*) Quod non mutatum oportuit. CLARK. Faernus jam legit sine particula *cum*; ut et R. Stephanus; et a suo Codice abesse testatur Ursinus; sicuti abest quoque a Scal. Leid. pr. et Oxoniensi. Reliquis tamen MSS. et Edd. hic adsensum praebere cum Clarkio malui: quia perpetuus Caesari mos est praepositionem repetere, ut aliquoties monui. De hac ipsa *cum* ad 3, 1. *Magno cum periculo, magnisque cum portoriis.* dein *res sint* MSS. vetustiores, ut Bong. pr. Leid. pr. Voss. pr. Lov. Egm. aliique. Item *singillatim* reposui e MSS. plerisque, inter quos Bong. pr. Voss. pr. Leid. pr. Scal. Oxon. Egm. Pulm. Schedae et Edd. Vett. *singulatim* Lov. Duker. vide ad 3, 2.

*Virtute eorum expiato incommodo*] Ait Suetonius in Jul. c. 67. *Caesar milites diligebat usque adeo, ut, audita clade Titurianа, barbam capillumque summiserit; nec ante demserit, quam vindicasset.* Ego nihil hic singulare video. Nam perbreve illud tempus fuit, quod intercessit inter cladem Titurianam, et caesos Gallos. Ipse Caesar affirmat, prius Ambiorigem ad castra Ciceronis venisse, quam nuntii de morte Sabini ad eum allati

ut, quum ab hibernis Ciceronis milia passuum abesset [a] circiter LX, eoque post horam IX diei Caesar pervenisset, ante mediam noctem [b] ad portas castrorum clamor [c] oriretur; quo clamore significatio victoriae, gratulatioque ab Remis Labieno fieret. 2 Hac fama ad Treviros perlata, Induciomarus, qui [d] postero die castra Labieni obpugnare decreverat, 276 noctu profugit, copiasque omnes in Treviros reducit. 3 Caesar Fabium cum legione in sua remittit hiberna: ipse cum III legionibus circum [e] Samarobrivam trinis hibernis hiemare constituit; [f] et, quod tanti motus Galliae exstiterant, totam hiemem ipse ad exercitum manere decrevit. 4 nam, illo incom-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *L abesset.* b *ante* L. pr. c *oreretur* B. pr. V. pr. d *postera* L. pr. sec. e *Samarobrium* hic MSS. vetustiores multi. sed v. ad c. 24. f *eo* Duk.

essent. Itaque facile quis conjectet, brevissimum fuisse intermedium illud tempus. Sed dicere possimus, Caesari eo tempore, quo caesus Titurius, promissiorem barbam et capillos fuisse, nec voluisse demere, (cujus rei alioqui observantissimum fuisse alibi Tranquillus ait) priusquam ultus esset. Sed notabile, quod Polyaenus l. 8. ait de Rhodogune femina, quae capillos lavans cognovit subditos defecisse; itaque non absterais illis, sed revinctis, ut erant, exercitum eduxit, juravitque non ante se crines purgaturam, quam rebelles vicisset: tandemque post longum tempus victoria potita abluit crines et collegit: unde Persarum Regum sigillum etiamnum imaginem impressam habet Rhodogunem disjectis capillis. In Graeco est: *Ταῖς Περσῶν βασιλεῦσι σφραγὶς βασιλικὴ εἰκὼν ἐστιν ἀναδεδυμένη τὰς τρίχας ἔχουσα Ῥοδογύνην.* In aliis legitur, *ἀναλελυμένην*, *abluentem*; ego malo, *ἀναδεδυμένην*: nam dixit ante Polyaenus, non occultasse eam capillos, sed ita, ut demissi erant, celeriter colligasse. Est autem haec Rhodogune filia Xerxis, Persarum Regis, quemadmodum ex *Ctesia* discimus. VOSSIUS.

*Laetatio*] Praeterquam in Faerni, Hotomanni et Brantii MSS. sic exaratur quoque in Bong. pr. sec. Voss. pr. Egmund. Oxon. Palat. Duker. Dorvill. et Marg. Gryphii. *Laetitio* Voss. sec. Exemplum tamen quaero apud classicum Auctorem. Inter Glossemata reponit Vossius de Vitiis sermonis l. 3. p. 469. Al. *laetitia*.

*Abesset*] MSS. et Editt. Vett. *circiter* LX. CLARK. Hotomanni

modo de Sabini morte perlato, omnes fere Galliae civitates de bello consultabant, nuncios legationesque in omnes partes dimittebant; et, quid reliqui consilii caperent, atque unde initium belli fieret, explorabant; nocturnaque in locis desertis [a] conci-
5 lia habebant: neque ullum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine Caesaris [b] intercessit, quin aliquem de conciliis ac motu Gallorum nuncium ac-
6 ciperet. In his ab L. Roscio legato, quem legioni XIII praefecerat, certior [c] est factus, magnas Gal-

VARIAE LECTIONES.

a *consilia* MSS. 3; Edd. R. M. V. Inc. Plant. qui statim etiam male cum Ald. et Scal. omisit *fere* contra MSS. o. et Edd. b *incessit* Ox. c *factus est* MSS. plerique et Edd. pp.

et Brantii MSS. item omnes Vossiani, Leidenses, Bongars, Petav. Pal. Lov. Duk. Dorv. Aiq. *abesset circiter* LX. neque aliter Celsus. Verum Metaphrastes habet, *σαδίυς τετρακοσίυς καὶ ὀγδοήκοντα*, i. e. milia passuum XLVII. et D. adeoque *circiter L.* Verum *L.* solum habet Oxon. *circiter* abest quoque a Scalig. et Cujaciano. Ob quam inconstantiam rescribere placuit, quod est in longe plurimis, *abesset circiter LX.*

*Cum legione in sua*] Sic et Graecus: *εἰς τὰ ἐκείνυ Χειμάδια ἀποπεμψάμενος.* MSS. autem Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. (*cum legione* sua, *remittit in hiberna*). CLARK. Etiam MSS. mei omnes cum Edd. Ven. Med. et Inc. praeter Leid. Oxon. Scalig. sed perinde est; nisi malis credere, *sua* superfluum esse, ac scribendum, *cum legione remittit in hiberna.* ut reposuit Aicardus, an e MSto, nescio.

*Neque ullum fere*] Ultimam vocem a Recentioribus omissam consensu veterum Codicum tam manu, quam typis descriptorum reduximus. Metaphrastes tamen eam in suo libro non invenit; locum enim sic interpretatur: *Οὐδὲν ΠΑΝΤΑΠΑΣΙ τῦ Χειμῶνος μέρος ἀφροντισῶν ὁ Καῖσαρ διετέλησε.* DAVIS.

*Conciliis et motu*] Edd. antiquissimae cum MSS. omnibus praeter Scal. Oxon. Leid. pr. et And. *consiliis*; non male hoc loco. *ἐπιχειρήσιν* Graec. ut non coetus intelligat, sed ipsas consultationes. Talia sunt *militum consilia* B. Civ. 2, 30. Ceterum pro *et* rescripsi *ac* unanimi MStorum consensu.

*Legato*] Codices nonnulli *Quaestore*. CLARK. *Legato* primum invenio in Ed. Veneta A. 1517. quod receperunt Aldus, Gryphius, Plantinus, Scal. et ita seqq. Et profecto ea lectio confirmatur ab egregiis Membranis Andinis et Oxoniensibus. Ceteri omnes tam editi, quam scripti,

lorum copias earum civitatum, quae [a] Armoricae adpellantur, obpugnandi sui caussa, convenisse; ne- 7
que longius [b] milia passuum VIII ab hibernis suis [c] afuisse; sed, nuncio adlato de victoria Caesaris, discessisse, adeo ut fugae similis [d] discessus videretur.

LIV. At Caesar, principibus cujusque civitatis 1
ad se [e] evocatis, alias territando, quum se scire, 277
quae fierent, denunciaret, alias cohortando, magnam partem Galliae in officio tenuit: tamen Se- 2

VARIAE LECTIONES.

a *Armonicae* L. pr. b *milium* MSS. 8. *millibus* B. tert. V. seq. Edd. qq. male. c *constitisse* V. C. Urs. L. sec. Duk. in marg. Edd. Ber. Vasc. Gryph. post. vulgo *abfuisse*. *VII* Ox. d *discessio* Ed. St. cum MS. Ox. e vulgo *vocatis*.

*quaestore* servant. At is erat *M. Crassus* c. 24. quamvis ibi multi MSS. non addant *quaestorem*. *Quaestores* nominat c. 25. si tamen sana est lectio; uti ibi videre est. Forsan nihil addiderat hic Caesar, et a librariis vel in margine primum adjecta est vox *legato*, et perperam *quaestore*. Certe nec Metaphrastes, nec Celsus nomen honoris exprimunt.

*Earum civitatum, quae Armoricae appellantur*] Armorica dicta est *Britannia*, Galliae Celticae provincia, quia ad mare erat sita. Vide *Guil. Cambdenum* Brit. p. 14. Tradit quidem *Plinius* Hist. Nat. 4, 17. totam Aquitaniam olim Aremoricam dictam. Sed hoc, si verum est, hic locum non habet. DAVIS. Vide 7, 75.

*Ab hibernis abfuisse*] Male alii *constitisse*. Andin. *fuisse*. Scilicet scribendum fuerat *afuisse*. quod restat in Bongars. primo, Voss. primo et Egmundano. Confer notata ad 1, 36. *afuturum*.

*Ad se vocatis*] Leid. pr. *convocatis*. Sed Bong. prim. Voss. prim. Lovan. Egmund. et 7. alii cum Ed. Inc. et Aic. *ad se evocatis*. Quod Caesari reddidi. Consule ad 4, 20. *evocatis ad se mercatoribus*.

*Denunciaret, alias cohortando*] MSS. omnes fere perturbate, *alias coh. denunciaret*. At Cujac. et Andin. habent tantum, *quum sciret deficere, alias cohortando*. Unde conjicias, initio tantum fuisse: *territando, se scire quae fierent, alias coh.* Nil definio. Gr. ἐκφοβῶν, καὶ εἰδέναι, ἃ ποιοῦσι, λέγων. *Alios* autem bis est in Pulm. schedis et Edd. quibusdam pro *alias*.

*Cujus frater Moritasgus*] Quidam Gallorum Deus huic fuit cognominis, ut ex multis inscriptionibus patet; unde conjecit *Th. Reinesius*, aliquem ὁμώνυμον e majoribus Moritasgi nostri

nones, quae est civitas inprimis firma, et magnae inter Gallos auctoritatis, Cavarinum, quem Caesar apud eos regem constituerat, (cujus frater Moritasgus, [a] adventu in Galliam Caesaris, cujusque majores regnum obtinuerant,) interficere publico consilio conati, quum ille [b] praesensisset, [c] ac profugisset, usque [d] ad fines insecuti, regno, domoque
3 expulerunt; et, missis ad Caesarem [e] satisfaciundi caussa legatis, quum is omnem ad se senatum venire
4 jussisset, dicto audientes non fuerunt. Tantum apud homines barbaros valuit, esse [f] repertos aliquos principes belli inferendi, [g] tantamque omnibus

VARIAE LECTIONES.

a *ante, cujus maj. r. obt. ante adventum C. in G.* Scal. et Leid. pr. forsan *ante* inserendum post *majores.* Graec. certe addit quoque προόσθεν. *Moretasgus* Loy. *Morcasgus* L. sec. b *pers.* Duk. c desunt L. pr. Al. *et* vel *atque.* d *in f. et sec.* B. pr. *pros.* V. pr. a m. pr. e *satisfaciendi* MSS. plerique et Edd. quaed. v. C. 52. f *aliquos rep.* MSS. et Edd. Vett. deest *aliquos* B. sec. non male. *inf. belli* etiam plerique. ut et *G. belli*, et *civ. fuerit* MSS. o. ut dedi. non *b. G.* et *fuer. civ.* g *tanquam* L. pr. Vulgo *t. omnium voluntatis.*

a suis ob merita pro Deo habitum: hic enim erat, ut recte *Plinius* Hist. Nat. 2, 7. *vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos.* Adeunda est viri doctissimi Epist. 67. p. 597. DAVIS.

*Tantumque* ] Sic MS. Reg. Graecus item: Τοσούτῳ ΔΕ. Quod et melius hic convenit, quam quod in vulgatis habetur. CLARK. Nullum alium codicem suffragantem, nec me adsentientem habet Vir Doctiss. Durissimum foret *tantumque*, et *tantamque*. *Tantum* est initium Ἐπιφωνήματος. V. Cort. ad Plin. Ep. 6, 31, 14.

*Tantamque omnium voluntatis commutationem attulit* ] Editt. *Rom.* et *Beroald.* habent, *Tantamque omnibus voluntatum commutationem attulit;* quibus succinunt MS. *Norv.* et edit. *Ven.* nisi quod haec Typographi errore *voluntatem*, ille librarii imperitia *voluptatum* repraesentet, nec in variarum Lectionum συλλογαῖς ullam Codicum discrepantiam invenio notatam. Non igitur intelligo, cur hanc lectionem mutarint nuperi editores, nisi forte *voluntatem* plurali numero carere perperam existimarint. Vide B. G. 7, 10. et B. C. 1, 40. DAVIS. Omnibus voluntatum commutationem ) Sic MSS. et Editt. vett. Scaliger et Recentiores, (omnium voluntatis commutationem.) Quae emendatio, ut recte annotat Da-

voluntatum commutationem adtulit, ut praeter Aeduos, et Remos, quos praecipuo semper honore 278
Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga populum Romanum fide; alteros, pro recentibus Gallici belli officiis, nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis: idque adeo, haud scio, miran- 5
dumne [a] sit, quum [b] compluribus aliis de caussis, tum maxime, quod, [c] qui virtute belli omnibus gentibus praeferebantur, tantum se ejus opinionis [d] deperdidisse, ut a populo Romano imperia perferrent, gravissime [e] dolebant.

VARIAE LECTIONES.

a *Non sit* Ed. R. Steph. b *pluribus* Carr. c Sic MSS. Cuj. Ox. And. Sc. L. pr. Reliqui cum Edd. pp. Inc. Str. Gryph. post. *hi* vel *ii.* vel *ei qui.* d *disperdid.* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. et vulgo *ut populi R.* e *dolerent* Duk. et Edd. Vett. qq.

visius, omnino sine causa videtur facta. CLARK. Haec lectio, *omnium voluntatis*, non a Scaligero, sed jam a Beroaldo sive Venetis inducta, et dein ab Aldo, Stephano, Gryphio aliisque retenta, confirmatur a Codd. Andin. Scal. Oxon. et Leid. prim. et Graeco. In ceteris MSS. et Edd. est *Omnibus*, et *voluntatem*, *voluptatem*, *voluntatum*; ut in optimo Bong. et Voss. pr. Lovan. aliisque multis. *commutatio* Petav. L. tert. *commutationum* Bong. pr. et sec. *commutationemque* Egm. et alius. Ex qua codicum incertitudine satis patet, plurale *voluntatum* librarios offendisse et corruptionis caussam fuisse. verum optime id vindicavit Davisius: et saepe nos monuimus, Caesarem cum numerum amasse. Adi modo ad c. 45. Nec enim puto, velle aliquem recipere *voluntatem* e Voss. pr. Egm. Petav. et *commutationum* e Bong. pr. ut sit *voluntatem* *commutationum*, quomodo plane est in Bongars. sec. quibus significaretur, ut interpolavit Celsus, *rerum novarum cupiditas.* Ego revocavi cum Clarkio, *omnibus voluntatum.* Quid si tamen admittamus utramque lectionem, *omnium voluntatum?* *Omnes voluntates* pro omnium hominum animo, uti supra *Omnis opinio* 2, 3. ubi vide. Quod tamen non adfirmo. B. Civ. 1, 20. *Ne qua commutatio fieret voluntatis.*

*Pro vetere ac perpetua erga populum Rom. fide*] Vide notata ad B. G. 1, 43. DAVIS.

*Quod, qui etc.*] MS. Reg. (*quod* hi *qui etc.*) MSS. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. corrupte, (*quod* ei *qui etc.*) CLARK.

*Populi R. imperia*] Bong. pr. sec. Egm. Lovan. et 7. alii cum Ed. Incerta, *a populo Ro.* Voss.

1 LV. Treviri [a] vero, atque Induciomarus, totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent; civitates sollicitarent; pecunias [b] pollicerentur; magna parte exercitus nostri interfecta, multo minorem superesse dicerent
2 partem. neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret: *quum se bis expertos* dicerent, [c] *Ariovisti bello, et* [d] *Tenchtherorum transitu; non esse amplius fortunam* [e] *ten-*
3 *tandam.* Hac spe lapsus Induciomarus, nihilo mi-

VARIAE LECTIONES.

a Deest L. pr. *quoque* Ox. b *pollicitarentur* G. V. tert. *sollicitarent* Ed. Inc. *ex parte* V. pr. c *Ariovisto* MSS. 5. *Ariovistio* L. tert. Ed. Inc. d *Thinctherorum*, *Tencatherorum* etc. MSS. et Edd. pp. e *tentaturos* vulgo.

pr. sec. et Duk. *ea po. Ro.* et *quia po. Ro. imperia ferrent* Edd. Rom. Ven. Med. *ea populi Ri. imp.* Carr. *Imperia a populo Ro.* dictum est, quasi imperata a populo, vel jungendo, *perferrent a populo.* sive a Romani p. parte. Vide ad 7, 82. Sed potius malo primam explicationem. *Imperia a populo* sunt *imperia populi.* Ut *legiones a Dejotaro* B. Alex. c. 34. *litterae a Caesare* pro *Caesaris:* vel quae ab eo venerant. ut hic imperia, quae a populo Ro. veniunt. de quo adi omnino ad B. Civ. 1, 1. Plura videre potes apud Cortium ad Plinium Ep. 4, 22. *Hoc a Maurico novum non est.*

*Fortunam amplius tentaturos*] Primo MSS. quos consului, tantum non omnes, aliique et Edd. quaedam, *ampl. fort.* Dein MSS. Scalig. Andin. Leid. prim. et Edd. Romana, Mediol. Ven. ac R. Stephani, *tentandam.* Rectius multo et nervosius; quomodo et conjecerat Gruterus. Offendit etiam *το tentaturos* Cicconium; quare *dicerent* voluit post illud participium removere: quod si retinere magis placuerit, melius foret, *non sese.* Ceterum Manutius venustiorem putat fore lectionem, deleto *partem.* Hoc qui credit, Caesaris locupletem stylum et plene loquendi morem non observavit. quod monitum jam saepissime, et alibi innumeris exemplis demonstratum.

*Exigere a finitimis, equos parare*] Sic optime Ursini Codex. Caeteri MSS. et Editt. vett. (exercere, *a finitimis equos parare.*) Graecus item, ἀσκεῖν τε. Quae tamen Lectio manifesto corrupta. CLARK. Accedit solus Codex Stephanicus ab Hotomanno laudatus, qui etiam probat. primus in textum admisit Scaliger, quod avide reliqui, praeter Cellarium tamen, adripuerunt. Verum codices mei omnes, uno consensu, habent *exercere, a f.* excepto

nus copias [a] cogere, exercere, a [b] finitimis equos 279
parare, exsules damnatosque tota Gallia magnis
praemiis ad se adlicere coepit; ac tantam sibi jam 4
iis rebus in Gallia auctoritatem comparaverat, ut
undique ad eum legationes concurrerent, gratiam
atque amicitiam publice privatimque peterent.

LVI. Ubi intellexit, ultro ad se veniri, altera 1
ex parte Senones Carnutesque conscientia facinoris
instigari, altera Nervios Aduatucosque bellum Romanis parare; neque sibi voluntariorum copias de-

VARIAE LECTIONES.

a *agere* Lov. Dorv. *augere* Vir D. ad marg. male. dein *exigere* *a* Ed. Scal. et seqq. fere. b *finitumis* B. pr. Ox. Egm.

Egmundano, in quo legas *exarare*. unde conficere possis *exorare*. Verum non video, *exercere* esse lectionem manifesto corruptam; immo potius ea vox convenit consilio Induciomari, qui serio in animo habebat, Romanis bellum facere, adeoque recentes copias ex militari instituto quotidie exercebat: quare revocavi veterem lectionem; donec pateat, tolerari non posse.

*Exsules damnatosque tota Gallia*] Sic edidi ex consensu vetustiorum Codicum; recentiores enim, voce *tota* deleta, legunt *e Gallia*. Nimirum a Grammaticis decepti, regionum nominibus praepositiones semper addi debere censuerunt. *Julius Obsequens* de Prodig. c. 63. *Adversus Caesarem Pompejus* Macedonia *cum invitatis gentibus amicis instrueret aciem*, ubi absque causa sontica reponunt, *in Macedonia*. *Cicero* Acad. Quaest. 1, 3. *Sic Philosophiam* (Brutus) *Latinis litteris persequitur, nihil ut iisdem de rebus* Graecia *desideres*, ubi alii legunt *a Graecia*, alii *Graeca*, alii *a Graecis*. Frustra omnes. *Silius* Italicus 4, 372. — Ausonia *si te fortuna creasset*, *Ad magnos venture Deos*. — Vide et *Fr. Sanctium* Min. 4, 6. DAVIS. Tota *Gallia*) Ita optime restituit Davisius ex Codicum veterum consensu. Graecus item, ἐκ ΠΑΣΗΣ τῆς Γαλατίας. Scaliger, *damnatosque Gallia*. Al. *e Gallia*. CLARK. Vox *tota* librarii, ut reor, culpa ante Scaligerum jam excidit e Plantiniana Lipsii Editione; pro qua perperam *e* inseruerunt Amstelodamenses et Cellarius. *Tota* MSS. et Edd. omnes. De praepositionis ea ellipsi egimus ad 2, 7. Hic tamen paullum aliud notat, scilicet *totam per Galliam*. ut 7, 1. *Dilectum tota provincia habere instituit*. Ac B. Civ. 1, 26. *Tota Italia dilectus habentur*. B. G. 7, 24. *toto muro*, i. e. per murum. c. 72. *toto opere*. Sic MSS. quidam 7, 65. *Tota Gallia erant imperati*. et passim. B. Civ. 3, 1. *fides tota Italia angustior*.

*Instigatos*] Sic MS. Reg. Al. *instigari*. Quod perinde est.

fore, si ex finibus [a] suis progredi coepiſſet; arma-
2 tum [b] concilium [c] indicit, (hoc more Gallorum
eſt initium belli,) quo, lege communi, omnes pu-
beres [d] armati convenire conſuerunt: qui ex iis no-
viſſimus [e] venit, in conſpectu multitudinis omnibus
3 cruciatibus adfectus necatur. In eo concilio [f] Cin-
getorigem, alterius principem factionis, generum
180 suum, quem supra demonſtravimus, Caeſaris secu-
tum fidem, ab eo non disceſſiſſe, hoſtem judicat,
4 bonaque ejus publicat. His rebus confectis, in
con-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Edd. R. M. V. b *consilium* MSS. 3. Ed. Inc. et mox. c *inducit* B. sec. *indixit* L. pr. Ox. d *et arm.* MSS. 12. Edd. R. Inc. M. V. dein vulgo *coguntur; et* 9. e *convenit* B. pr. sec. V. pr. Pet. Lov. Carr. et 9. alii cum Edd. pp. male. f *Vercing.* V. tert. G. pro Var. l.

CLARK. Si perinde eſt, cur ergo a vulgari lectione recedit vir doctus ob unici codicis varietatem? Inveni etiam in solo recentiſſimo Bong. tertio. *instigare* Bong. pr. Oxon. et Edd. Rom. Med. Ven.

*Hoc more Gallorum est initium belli*] Habet haec pro Gloſſemate Gruterus: quam opinionem vehementer confirmat Pet. Cod. a quo omnia haec abſunt, ut et varietas, quae eſt in reliquis Mss. nam *initum bellum* eſt in Egm. *bellique lege* Bong. sec. *bellorum* in Palat. Gottorp. Leid. tert. Duk. Dorvill. et Edd. Rom. Inc. Ven. ac Mediol. et aliis. *quod* pro *quo* in Leidensi primo, Voſſ. tert. Gott. a m. sec. *Quo* certe non referendum eſt ad *initium belli*, sed ad *armatum concilium*, quare cetera verba uncis, tanquam per parenthesin, inclusi.

*Coguntur*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et vett. Editt. *consueverunt.* Graecus, εἰώθασι. CLARK. *Coguntur* Beroaldus demum, et Veneti, ac deinceps Aldus, Gryphius aliique excuderunt; et sane ita exaratum eſt in Andin. atque Oxon. uti et seq. conj. *et.* Verum ceteri MSS. omnes tam aliorum quam mei et Edd. priores, *consuerunt qui.* Edd. Flor. Vascos. Steph. aliaeque, *consueverunt.* Sed id contra noſtri eſt morem. Vide ad 1, 43. Putem scribendum: *puberes et armati c. consuerunt: qui.* Ut *et* valeat τὸ *et quidem.* Sed parum haec referunt. *consuerunt* et *coguntur* supra quoque confuſa sunt.

*Hostem judicat*] Sic lego, suffragante omnium Codicum conſenſu. Editores nuperi repoſuerunt, *hostem judicandum curat*; quia, ut arbitror, id judicium, improbante concilio, peragi non potuerit. Sed ut hoc mali pateretur Cingetorix, Inducio-

concilio pronunciat, arcessitum se a Senonibus, et Carnutibus, aliisque [a] compluribus Galliae civita-
tibus, [b] huc [c] iter facturum per fines Remorum, eo- 5
rumque agros populaturum; ac prius, quam id faciat, Labieni castra obpugnaturum. Quae fieri velit, praecipit.

LVII. Labienus, quum et loci natura, et manu 1
[d] munitissimis castris sese teneret, de suo ac legionis periculo nihil timebat; [e] ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat. Itaque a 2
Cingetorige, [f] atque ejus propinquis oratione In-

VARIAE LECTIONES.

a *Quam pl.* Duk. Edd. R. M. V. b *hunc* B. sec. L. pr. c *iterum per* Edd. pp. *iturum* MSS. o. cum Edd. quibusdam praeter Sc. L. pr. And. Ox. d *munitissumis* B. pr. V. pr. L. tert. *munitis summis* L. sec. dein vulgo *sese contineret castr.* e vulgo *sed ne. nec quicquam* Scal. f *ejusque* L. pr.

mari fiebat opera, cui propterea, pro solemni scriptorum consuetudine, factum imputatur. DAVIS. Non Editores nuperi reposuerunt, *judicandum curat.* Sed ita jam Veneti A. 1517. Aldus, Basil. Steph. Gryphius aliique exhibuerunt: atque exstat in Cujac. Scalig. et Oxon. MSS. qui etiam habet *bona*, non male, sine *que*. In Andino, *judicari curat.* Gr. *πολέμιον ψηφισάμενος.* Placet itaque magis *judicat.*

*Ac prius, quam id faciat*] Reponendum arbitror, *at prius.* Certe Metaphrastes habet, *πρόσθεν ΔΕ τούτων.* DAVIS. Reponendum censet Davisius (at *prius*). Et favere sibi existimat Graecum Metaphrastem: *πρόσθεν ΔΕ τούτων.* Sed et ad Graecam versionem et ad sententiam perinde est, si legatur (ac *prius.*) Et in media sententia paullo etiam simplicior et venustior est iste loquendi modus. Sic infra l. 6. §. 40. (*atque ille* etc.) CLARK. V. ad 4, 25. et 6, 41. *Ac tantus fuit.*

*Quaeque f. v. praecipit*] Conjunctionem *que* non agnoscit codex ullus, nisi recentissimi Bong. tert. et Dorvill. quare confidenter delevi cum Ed. Incerta aliisque, majori distinctione adhibita.

*Manu munitissimis*] Priorem voculam ex Glossa adjectam arbitratur *Fulv. Ursinus*, sed perperam: denotat enim id, quod arte humana fit, et naturae opponitur. DAVIS. Merito hic reprehendit Davisius Ursinum, qui vocem (*manu*) delendam censet. Sine qua utique neque Latinitas constabit, neque sententia. CLARK. Adde: *Justinus* 24, 6. *Nec manu facta, sed naturalia praesidia defendunt. Cicero* Fin. 3, 22. *Quid aut in natura — aut in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum, et coagmentatum inveniri pot-*

duciomari cognita, quam in concilio habuerat, nuncios mittit ad [a] finitimas civitates, equitesque undique [b] evocat: iis certum diem conveniendi [c] dicit.
3 Interim prope quotidie cum omni equitatu Induciomarus sub caſtris ejus vagabatur, alias ut situm ca-
281 ſtrorum cognosceret, alias conloquendi, aut territandi cauſſa; equites plerumque omnes tela intra
4 vallum conjiciebant. Labienus suos intra [d] munitiones continebat; timorisque opinionem, quibuscumque poterat rebus, augebat.

1 LVIII. Quum majore in dies contemtione Induciomarus ad caſtra accederet, nocte una intromiſſis equitibus omnium finitimarum civitatum, quos [e] arceſſendos curaverat, tanta diligentia omnes suos cu-

VARIAE LECTIONES.

a *finitumos* B. pr. *propinquas* Edd. R. V. M. b vulgo *convocat.* et *certam* contra MSS. et Edd. Vett. c *didicit* Ox. *indicit* Flor. et Lips. male. V. ad 1, 34. d Sic MSS. 5. et Edd. pleraeque. Reliqui MSS. et Edd. *munitionem.* e *arcessiendos* L. pr. Vasc. Steph. aliae.

*est?* Vide sis et Offic. 2, 4. *Curtius* 7, 2. *Magnos recessus habent amoenosque nemoribus manu consitis.* Quin et noſter B. C. 3, 44. *manu sata*, pro non sponte nascentibus, uſurpavit. DAVIS. *Cur. sec.* Adi Cl. Drakenb. ad Liv. 2, 5. *manuque adjutum.*

*Sese contineret castris*] *Contineret* hic exſtat in solo Bong. tert. et ille ordo in solis Gott. Voſſ. tert. et Ed. Inc. Verum ceteri MSS. et Ed. Incerta ac Vascos. item Stradae et poſt. Gryphii dant *castris sese*, vel *sese continereт.* Adi omnino 1, 40. *quum castris ac paludibus se tenuisset.* Eadem confusio B. Civ. 1, 69. *se castris tenuissent.*

*Nuncios mittit*] Oxon. *circummittit*, omiſſa voce *nuncios.* Vide ad 1, 34. ſtatim soli Oxon. et Andin. habent *convocat.* Reliqui cum Edd. primis, item Vascos. R. Steph. Gryph. poſt. et pluribus *evocat.* quod Caeſari reddidi. Vide ad 4, 20. *Evocatis ad se undique mercatoribus.* Dein *plerumque omnes* retinent conſtanter hic MSS. non *plerique.* Consule notata ad 3, 30. *plerumque omnibus Gallis.*

*Magna contumelia*] MSS. Reg. et Voſſii, (*magna* cum *contumelia*). CLARK. Praepoſitionem, quam sexcenties addit Caesar, ubi alii omittere solent, inserui auctoritate Bongars. primi, sec. Petav. Leidenſium omnium, Oxon. Voſſ. pr. sec. et Egmund. 7, 52. *Obsidibus summa cum contumelia extortis.* B. Alex. c. 60. *cum tanta contumelia pos-*

ſtodiis [a] intra caſtra continuit, ut nulla ratione ea res enunciari, aut ad Treviros [b] perferri poſſet. In- 2
terim, [c] ex conſuetudine quotidiana, Induciomarus ad caſtra accedit; atque ibi magnam partem diei conſumit; equites tela conjiciunt, et magna cum contumelia verborum noſtros ad pugnam [d] evocant.
Nullo [e] ab noſtris dato reſponſo, ubi viſum eſt, sub 3
veſperum, dispersi ac diſſipati discedunt. Subito 4
Labienus duabus portis omnem equitatum [f] emittit; praecipit atque interdicit, proterritis hoſtibus atque in fugam [g] conjectis (quod fore, sicut accidit, videbat) unum omnes [h] petant Induciomarum; neu [i] quis quem [k] prius vulneret, [l] quam illum interfectum viderit: quod, mora reliquorum [m] spatium 282

VARIAE LECTIONES.

a *in* V. tert. b *pervenire* L. sec. c *ex* deeſt Carr. Pulm. V. ad 6, 27. d *vocant* Edd. R: M. V. e Sic MSS. plerique et meliores, non *a.* f *dimittit* L. pr. V. sec. g *conversis* Pet. paullo ante vulgo *perterritis*, et dein *omn. un.* contra MStorum ordinem. h vulgo *peteret I. n. q. quemquam p. vulneraret, q. i. i. videret.* deeſt *Induc.* And. Oxon. i *nec* L. pr. *ne* Ed. Inc. k *primus* Edd. R. M. V. l *prius* V. pr. m Sic MSS. o. et Ed. Inc. non, *illum, sp. nactum, e.*

*sessiones Cordubensium flamma consumerentur.* B. C. 2, 14. *Majore cum fiducia.* et paſſim. Vide tamen ad B. Civ. 2, 28. *Contumelia perfugae adpellantur.* Sed ibi notat, *e contumelia.*

*Sub vesperum*] Sic MS. Reg. Al. *ubi visum est, sub vesperum* etc. Quae lectio, ex Codicum plurium consensu, verior. CLARK. MSS. et Edd. a me visi omnes addunt, *ubi visum est.* quod delendum non fuit. Graecus, δόξαν αὐτοῖς.

*Perterritis hostibus*] Bongars. sec. *praeterr.* Sed Bongars. prim. Voſſian. prim. Petav. Egmund. et Voſſ. secund. *proterritis* veriſſime. hoc eſt, ita territis, ut in fugam conjicerentur, quod ideo sequitur, noſtri more, qui synonyma alterum explicantia jungit: ut ſtatim *dispersi dissipatique.* Vide de *proterrere* quaedam apud Colv. et Pric. ad l. 4. Apuleji Met. p. 76. *ad proterrendos, si qui evigilassent.* male Stew. Sciopp. Wouw. et Scriv. *perterr.* et Pricaeum ad l. 10. Init. *propter terrendos miseros viatores;* et Viros doctos, atque in primis Cl. Burm. ad Phaed. Fab. 14. Statius Theb. 2, 644. *Parmaque Menoeten Proterrebat agens, trepidis vestigia retro Passibus urguentem.* ubi nil mutandum eſſe, jam olim Barthius Virgilii loco Aen. 12, 289. oſten-

5 nactum, illum effugere nolebat: magna proponit iis,
qui [a] occiderint, praemia: submittit cohortes equi-
6 tibus subsidio. Comprobat hominis consilium fortu-
na, [b] et, quum unum omnes peterent, in [c] ipso flu-
minis vado deprehensus Induciomarus interficitur;
caputque ejus refertur in castra: redeuntes equites,
7 quos possunt, consectantur atque [d] occidunt. Hac
re cognita, omnes Eburonum, et Nerviorum, quae
convenerant, copiae discedunt; paulloque habuit
post id factum Caesar quietiorem Galliam.

VARIAE LECTIONES.

a *ceciderunt* Scal. *occiderent* MSS.3. recentissimi et Ciacc. *occideret* Pal. *occiderunt* Al. malc. b *ut* Edd. R. M. V. c *ipsius* L. sec. d *interficiunt* D.

dit. Lactant. de Mort. persec. c. 44. *Acies Maximiana proterretur, ipse in fugam versus.* quod nequaquam mutandum in *proteritur.* Appulej. l. 3. Met. p. 46. Ed. Pric. *latrones gladio fugare et proterrere aggressus sum:* ubi itidem e Bertin. Cod. Sciopp. cum Edd. Wouw. ac Scriver. *pert.* Eadem Varietas in MSS. infra 7,81. *Glandibus Gallos perterrent.* Vide et 8,24. *Perterritum ac fugientem.*

*Neu quisquam quemquam prius vulneraret, quam — videret*] MSS. Eliens. et Vossii (*neu* quis quem *prius* etc.) MS. Reg. (*neu* quemquam *prius* vulnerarent, *quam* viderent.) CLARK. *Quem* pro *quemquam* est in Bongars. pr. sec. Petav. Vossianis, Egmund. Gott. Leid. tert. et Ed. Incerta. Recte, ni fallor. Sic MS. Oxon. 7, 40. *Interdicit, ne quis quem interficiat.* *quemquam* voluit etiam Hotomannus, cum in Editis inveniret *quemque.* *quisquam alium* Leid. pr. et Petav. pro Var. lect. *quisquam alterum* Ox. *quis* deest in Leid. sec. Bong. tert. et Buslid. Dein *vulnerarent* et *viderent* Leid. sec. sed *vulneret* est in Bong. pr. sec. Petav. Vossianis, Scalig. Egm. Lov. Leid pr. et tert. Oxon. Duker. Gott. aliisque, uti et Edd. primis et plerisque antiquis, necnon Vasc. Steph. Gryph. post. Male *vulneraret* Aldus reposuit, quem secuti Gryph. Plant. Scal. et dein reliqui. *Vulnerent* Bong. tert. Nam et supra *petant,* non *peterent,* est in Leid. primo, Scal. et Ox. ac Ed. R. Steph. Dein pro *videret* Bong. pr. sec. Petav. Scal. Oxon. et alii cum Ed. Ven. 1517. Vasc. Steph. Gryph. post. et pluribus *viderit.* V. ad c. 27. Rescripsi igitur fide tam vetustorum Codicum: *petant Ind. neu quis quem* (id est, aliquem) *prius vulneret, quam illum int. viderit.*

*In ipso fluminis vado deprehensus Induciomarus interficitur, caputque ejus refertur in castra*] De hac re gesta sic *Florus* 3,10. *Induciomarus Treviros — convocavit. Ille fortiter a Dolabella summotus, relatumque Regis caput.* Sed memoriae vitio id Dolabellae tribuit, quod T. Labieno acceptum erat ferendum. DAVIS.

# C. JULII CAESARIS 283

# COMMENTARIORUM

## DE

# BELLO GALLICO

## LIBER VI.

---

### ARGUMENTUM LIB. VI. DE BELLO GALLICO.

*Caesar majorem Galliae motum praevidens, copias adauget.* II. *Subitoque subactis Nerviis,* IV. *et Senonibus ac Carnutibus in deditionem acceptis,* VI. *Menapios debellat:* VIII. *atque interea Treviros T. Labienus.* IX. *Caesar secundum Rhenum transit.* XI. *Instituta per occasionem Germanorum cum Gallis collatione, primo descripti horum mores consuetudinesque.* XXIX. *Caesar ad Eburones, frustra tentatis Suevis, convertitur.* XXXV. *At dum per eorum agros late vagatur, Sigambri, non sine caede Romanorum, castra adoriuntur:* XLI. *Iis tamen non expugnatis, domum revertuntur,* XLIV. *et Caesar, vastatis Eburonum agris, concilioque peracto, in Italiam, ad agendos conventus, proficiscitur.*

---

1 I. [a] Multis de caussis Caesar majorem Galliae motum
exspectans, per M. [b] Silanum, C. Antistium Re-
ginum, T. [c] Sextium, legatos, dilectum habere in-
2 stituit: simul [d] ab Cn. Pompejo proconsule petit,
quoniam ipse ad urbem cum imperio Reipublicae
caussa remaneret, [e] quos ex Cisalpina Gallia consu-
lis sacramento rogavisset, ad signa [f] convenire, et

VARIAE LECTIONES.

a *Multum Caes.* L. pr. b *Sill.* et *Syllanum* MSS. et Edd. qdd. *Silvanum* L. pr. c *Sextum* MSS. 2. *Sestium* Lov. Dorv. Ed. post. Gr. male. 7, 49. 8, 2. *Sestia* et *Sextia* sunt diversarum gentium nomina. d *a* MSS. et Edd. qdd. e *quod* L. pr. Vulgo *maneret*. f *venire* Dorv. Edd. R. M. V.

*Titum Sextium*] Hae voces absunt a MSto *Norvic.* nec eas in suo Codice legit Graecus interpres. DAVIS.

*Delectum*] Pulm. Schedae, Bong. pr. sec. Voss. pr. Egm. Oxon. Lovan. et quatuor alii, *dilectum*. Quod passim, si substantivum sit, in Caesare ob consensum veterrimorum Codicum, et Festum, recepi. Nota sunt Virorum doctorum collectanea, quae super hac voce ubivis congessere, quare ea huc non repetam: satis habens, semel monuisse id, quod crebro infra recurret; quibus in locis eos notabo codices, e quibus *i* reposui.

*Maneret*] Rescripsi auctoritate MStorum meorum 15. et Ed. Inc. *remaneret.* In And. Leid. pr. Cujac. et Oxon. est, *remanebat.* Scalig. *manebat.*

*Consulis sacramento rogavisset*] Pompejus hoc anno, ut statim Caesar dixit, proconsul erat, superiore consul. Unde viri docti pro *consulis* legunt *consul.* Ut sit, *quos* (Pompejus) *consul sacramento rogaverat.* Sane conjectura bona est. Quid si tamen dicamus, hic de Pompejo dici: rogaverat eos consulis sacramento, ut 3. libro Caesar dixit, *Titurius legato dimicandum non existimabat.* Nam ipse Titurius legatus erat. Pro illa conjectura est, quod facile potuit ex *Cos.* depravari *Consulis.* Quod si alteri conjecturae nostrae locus est, lego, *quos consul is* (Sc. Pompejus) *sacramento rogaverat.* Sed nec damnare eo *τὸ consulis* velim. VOSS. Cum consul fuerit Pompejus eo tempore, quo milites hosce jurejurando adstrinxit, *Petro Ciacconio* legendum videtur, *Consul sacramento rogavisset.* Si qua opus est mutatione, longe praestat *Ph. Rubenii* conjectura, cui *Consul is* divisim scriptus placet Elect. 1, 15. DAVIS. Nodum in scirpo hic quaerunt, qui, quoniam ipse tum Consul esset *Pompejus*, quum hosce milites jurejurando adstringeret, ideo legendum volunt, non *Consulis*, sed *Consul*, aut *Consul is.* Quasi vero non similis prorsus esset haec locutio. atque illa supra, (l. 3. §. 18.) *Cum tanta multitudine hostium legato* (hoc est, *sibi*, qui tantum legatus esset,) *dimicandum non existima-*

ad se proficisci juberet: magni interesse [a] etiam in 3
reliquum tempus, ad opinionem Galliae, [b] existi- 284
mans, tantas videri Italiae facultates, ut, si quid
esset in bello detrimenti acceptum, non modo id
brevi tempore sarciri, sed etiam majoribus adaugeri
copiis posset. Quod quum Pompejus et Reipublicae 4
et amicitiae tribuisset, celeriter confecto per suos

VARIAE LECTIONES.

a Deest Lov. b *existumans* B. pr. Dorv. *aestimans* G. V. tert. Ed. Inc.

*bat.* Quod et recte annotavit *Vossius.* CLARK. *Consul is* divisim placuit quoque Grutero. Adscripsit vir doctus margini sui Codicis: *K. Jul.* id est, Kalendis Juliis. *Consules* exaratur in Leid. pr. et *rogasset:* quasi fuerit *rogassent.* Graecus habet, *ἐν τῇ ὑπατείᾳ.* quod juvat conjecturam illorum, qui divisim legunt, *Consul is.* Et certe, ut bene defendat vulgatam lectionem Vossius, obstabat tamen alicui ex amicis, qui illius Genitivi exemplum aliud quaerebat, quo *Sacramentum*, quo milites rogabantur vel adigebantur a consule in nomen suum, vocetur *Sacramentum Consulis. In verba* et *nomen Consulis Sacramento rogari, Sacramentum adigi* etc. passim dicitur. Sed *Sacramento Consulis rogari* an inveniretur, dubitabat. Huic reponi posset Tacitus, qui aliquoties utitur *Sacramento Caesarum, Vitellii, Vespasiani adigi.* Consule Rhenan. et J. Gronovium ad Histor. 2, 55.

*Ad opinionem Galliae*] Ultimam vocem ex imperiti hominis glossa ortum habere arbitratur *Fr. Hotomannus*, quia apud *Caesarem opinio* existimationem aut auctoritatem passim denotat, ideoque, pro illius sententia, scribendum fuit, non *Galliae*, sed *populi Romani.* Verum locus medica manu non indiget, cum ea vox, etiam apud nostrum, id quod sentimus, aliquando significet. Vide B. C. 1, 69. DAVIS. Vide ad 5, 11. vel 40. Ita crebro *ad spem reliqui temporis, conficiendi negotii.* B. Civ. 1, 29. Adde 2, 39. *Ne haec quidem res Curionem ad spem morabatur.*

*Brevi tempore sarciri*] *Sarcire* est integrum praestare. Vox juris. Festus: *Sarcito in* XII *Servius Sulpitius ait significare damnum solvito, praestato.* Unde *sartus* pro integer. et hinc formula, *Sarta tecta* conservare. VOSS. Reparari. *Festus* voce *sarte.* Sarcire *est integrum facere.* Eodem sensu adhibuit noster B. C. 1, 45. *Dum* sarcire *detrimentum volunt.* Vide et B. C. 3, 67. Metaphora sumta est ab iis, qui laceras vestes reficiunt. DAVIS. *Resarciri*) Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. Al. *sarciri.* CLARK. Si Oxoniensem, forsan et Andinum, excipias, habent MSS. mei omnes cum Carrar. ac Pulm. Excerptis et Edd. primis *resarciri.* unde *re* excidisse potuit ob praecedens *tempore,* atque ita MSS. quidam B.

a dilectu, tribus ante exactam hiemem et b consti-
285 tutis et adductis legionibus, duplicatoque earum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiserat, et celeritate, et copiis docuit, quid populi Romani disciplina atque c opes possent.

1 II. Interfecto Induciomaro, ut docuimus, ad ejus propinquos a Treviris d imperium defertur. Illi finitimos e Germanos sollicitare, et pecuniam pol-
2 liceri non desistunt. Quum ab proximis inpetrare

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. o. Ox. Egm. Lov. b *add. et const.* Ox. c *opus* Lov. *omnes* Ox. d *regnum* L. pr. a m. pr. e deest And. Ox. *atque Germ.* Edd. Ven. 1517. Ald. Gryph. aliique male. *τὺς πλησίον Γερμάνυς* Graecus. dein *a pr.* Edd. et MSS. pauci. et vulgo *civitates.*

C. 3, 67. sed *sarcire*, pro *resarcire damna*, usus etiam est Cicero ad Fam. Ep. 1, 9. ut e MSS. legunt viri docti; nam olim ibi erat *resarcire.* et Colum. 9, 15. Noster quoque B. C. 3, 71. *Ut acceptum incommodum virtute sarciretur.* c. 74. *infamiae sarciendae.* Appul. l. 2. Met. p. 35. *id omne de facie sua defectum sarcire compellitur.* Verum et Sueton. in Claud. c. 6. *Damnum liberalitate sua resarturum.* Quare revocari posset antiqua lectio. Nam et in Terentio, *Vestis resarcietur.* Gloss. *ἀποτίνω*, *pendo*, *resarcio.*

*Adaugeri*] Non recte MSS. plerique et Edd. primae cum Vascos. Strada, posteriore Gryphii, aliisque hic quoque praepositionem omittunt. Servant eam Edd. plurimae cum MSS. Cuj. Scal. And. Leid. pr. et Oxon. atque ita alii scriptores. Hirt. B. Alex. c. 12. Afric. c. 1.

*Duplicatoque*] Censet Ciacconius, *τὸ que* abundare, ac delendum esse. Ei favet Graecus, qui vertit: *duplicavit e. c. numerum.* Immo abest quoque a Leid. pr. ac Voss. pr. habet *numerum*, et Leid. sec. *duplicatum numerum.* Ceterum, quod idem *cohortum* mallet ex l. praec. c. 47. *caede cohortum cognita*, in eo non audiendus. Nam ibi monuimus, *cohortium* legi in MSS. integrioribus, uti hic MSS. omnibus, et c. 29. 44. ac 7, 65. et passim apud nostrum, aliosque, atque etiam in nummis Antonii, et Inscript. Grut. p. 258. n. 8. *Cohortium praetoriarum.* Immo hinc Accus. plur. *cohortis* B. Civ. 1, 41. 46. 70. 73.

*Quas cum Q. Titurio amiserat*] Mendum perspicuum, inquit Hotomannus, et legendum, *quas Cotta et Titurius amiserant.* Nugae sunt, ne quid gravius dicam. Caesar cohortes, et cum iis Titurium amiserat. Titurii autem solius mentionem facit, quia illius, non Cottae, culpa acceptum detrimentum. VOSS. Sic c. 39. *Nondum ad eum fama de*

non possent, ulteriores tentant: inventis nonnullis civitatibus, jurejurando inter se confirmant, obsidibusque de pecunia cavent: Ambiorigem sibi societate et foedere [a] adjungunt. Quibus rebus co- 3
gnitis, Caesar, quum undique bellum parari [b] videret, Nervios, Aduatucos, [c] Menapios, adjunctis [d] Cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis, Senones ad imperatum non venire, [e] et cum Carnuti- 286
bus, [f] finitimisque civitatibus consilia communicare,

VARIAE LECTIONES.

a *conjungunt* L. pr. non male. b *viderat* B. pr. *videretur* V. pr. c Sic Scal. L. pr. Ed. R. Steph. vulgo *ac M.* V. ad 4, 15. d *eis o.* L. sec. *cis Rhenum* Duk. e deest Ed. Inc. Aic. *cum* exsulat a V. tert. f *finitumisque* B. pr. E.

*Titurii morte perlata:* nam et tum Cotta perierat.

*Civitates*] Sic quidem Edd. Rom. Ven. Mediol. Vasc. Stradae, posterior Gryphii A. 1546. et deinceps Scaligeri, reliquaeque Edd. exhibent cum MSS. Oxon. et Dorvill. nisi excerpta fallunt. Nam ceteri MSS. mei omnes, uti et aliorum ac Reg. Clarkii dant *civitatibus*, quod reposui. Totam vocem non agnoscit Graecus.

*Obsidibusque de pecunia cavent*] Nequeo satis mirari, adeo hallucinatos hic esse Ursinum et Ciacconium, ut putarent, pro *de pecunia* scribendum *et pecunia*, vel utramque hanc vocem inducendam. Dixerat ante Caesar, Treviros pecuniam pollicitos; cujus spe cum gentes aliquas pertraxissent, cavent obsidibus de pecunia, id est, se daturos pecuniam. Nec Graecum curo, qui vertit, *ὁμήροις τε καὶ Χρήμασιν ἀλλήλων ἐπιςώσαντο.* Veritas et res ipsa reclamat. VOSS. Recte etiam Hotomannus jam defendit hunc locum ab Ursini et Ciacconii mutatione. Cavent per obsides datos de pecunia. Obsides dati sunt in pignus, Treviros civitatibus pecuniam promissam soluturos. Sic 7, 2. *Obsidibus cavere.* ubi *de* male alii inculcant. perverse illi viri putarunt, eumdem sensum esse locutionum, *cavere aliqua re*, et *de aliqua re.* qui plane diversus est: ut in notissimo exemplo, *de illis testamento cavisset.* Sic Terent. Eun. 4, 7, 12. *sibi cavit loco*, id est, per locum, quem elegit. Pro *de* male itaque in Ursini MSS. et Leid. sec. ac Bong. tert. atque Edd. Beroaldi, Vasc. Stradae, Steph. aliisque scribitur *et.* Rectius Leid. prim. uti et Edd. primae, *et de p.* pro, etiam. Quasi dixerit, et per obsides de foedere, immo etiam de pecunia promissa cavent.

*Adjunctis Cisrhenanis omnibus Germanis*] Licet plerique Belgae orti sint a Germanis, hoc tamen nomine *κατ' ἐξοχὴν* insigniuntur cum paucis aliis Condrusi, Eburones, Caeraesi, et

[a] a Treviris Germanos crebris legationibus sollicitari; maturius sibi de bello cogitandum putavit.

1 III. Itaque, nondum hieme confecta, [b] proximis IV coactis legionibus, de inproviso in fines Ner-
2 viorum contendit; et, prius, quam illi aut convenire, aut profugere possent, magno [c] pecoris atque hominum numero capto, atque ea praeda militibus concessa, vastatisque agris, in deditionem venire,
3 atque obsides [d] sibi dare coëgit. Eo celeriter confecto negotio, [e] rursus in hiberna legiones reduxit.

VARIAE LECTIONES.

a *ab* L. pr. *ad Treviros* B. pr. b *proxumis* Lov. vulgo *leg. coac.* contra MStorum ordinem. c *pecorum* L. 2. *ac* Edd. R. M. V. d deest G. V. tert. L. tert, Ed. Inc. e exsulat a Lov. male. vulgo *leg. in h.*

Paemani, ut docet *noster* B. G. 2, 4. *Joan.* quidem *Goduinus* ex *Plinii* H. N. 4, 17. Triboccos, Nemetes et Vangiones hic ingerit; immodeste prorsus; cum, praeterquam quod nostra sententia ipsius *Caesaris* testimonio nitatur, summopere dubitandum videtur, num Nemetes saltem et Vangiones tum temporis cis Rhenum sedes habuerint. Certe eorum, tanquam Galliam Belgicam habitantium, nusquam meminit *Caesar*. Vide *Chr. Cellarium* Geogr. Ant. 2, 3. p. 189. seq. DAVIS.

*Senones ad imperatum non venire*] Falluntur Ursinus et Ciacconius, qui malebant, *ad imperandum*. Quia Sallustius dixit Jugurth. c. 62. *Igitur Jugurtha ubi armis virisque et pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur.* Imperabatur Senonibus, ut accederent. illi ad imperatum non veniebant. Eodem modo quo dicitur, *ad praescriptum facere*, ita et *ad imperatum venire.* Et vitavit Caesar hac locutione ambiguitatem τȣ̃ *ad imperandum*. Quam et Tullius intellexit, cum ait: *Nunc ades ad imperandum, sive ad parendum potius.* Nam *imperandum* activam et passivam significationem habet, *imperatum* non item. VOSSIUS.

*Reliqui* etc.] Oxon. *Reliquae p. Senonas Carnutas Tr.* Eleganter, ut intelligat *civitates*. Populum quando nominat Caesar, cum aliis saepe addit *civitas*. Confer 3, 9. et ibi notata. Non tamen hic admiserim, quia nusquam praecessit substantivum illud. De Graeca terminatione alibi.

*In Lutetiam Par. transfert*] MS. *Norvic.* et editi veteres exhibent, *concilium* in *Lutetiam*. Praepositio ab iis expuncta est, qui hoc modo Soloecismum fieri existimarunt, qua in sententia fuere nonnulli apud *Quintilianum* Inst. Orat. 1, 5. p. 33. Ed.

Concilio [a] Galliae primo vere, [b] uti instituerat, indicto; quum reliqui, praeter Senones, Carnutes, Trevirosque, venissent; initium [c] belli, ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere videretur, concilium [d] Lutetiam Parisiorum transfert. 4
Confines erant hi Senonibus, civitatemque patrum memoria [e] conjunxerant: [f] sed ab hoc [g] consilio afuisse existimabantur. 5
[h] Hac re pro suggestu pronunciata, eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur, magnisque itineribus eo pervenit. 6

VARIAE LECTIONES.

a *Gallia* L. pr. b Sic Sc. L. pr. Ox. Ed. Steph. non *ut. const.* L. pr. c *bellicae d.* G. V. tert. Ed. Inc. d *consilium* Edd. qdd. male. *Pariseorum* Pet. V. pr. e *conjuraverant* Pet. sed alter. in marg. *conjunxerunt* L. sec. f *et* L. pr. g *concilio* MSS. et Edd. qdd. male. V. cap. seq. Est hic conspiratio et consilium belli ac defectionis, ut bene Hotom. aliique. *concilio eximebantur* margo Ed. Vasc. Str. *absfuisse* vulgo. h *tessera* conjicit in marg. vir doctus.

Oxon. Sed perperam. Vide *Fr. Sanctium* Min. 4, 6. et *Jac. Perizonii* addit. p. 758. DAVIS. *In Lutetiam*) Sic MSS. Reg. et Eliens. Quam Lectionem erudite tuetur Davisius. Sic enim et alibi loqui solet Caesar. Alii omittunt praepositionem *in.* CLARK. Praepositionem agnoscunt etiam Carr. Duker. Dorvill. Leid. tert. et Edd. usque ad Scaligerum, excepta Stephaniana. Sic 3, 20. in MSS. nonnullis *a Tolosa.* 7, 58. et 60. *a Meloduno;* ubi itidem variant MSS. c. 80. *Qui ab Alesia processerant, se in oppidum receperunt.* Adde Davis. ad B. Civ. 1, 2. *ab Arimino.* et ad 1, 15. Item 2, 17. *In Hispali.* et c. 10. ac 3, 12. et 100. Cort. ad Sall. B. Cat. 40. Valer. Max. 1, 8, 7. *Relatos Albam.* MS. Harlem. bonae notae codex, *ad Albam.* Plura dixi ad Frontin. 1, 3, 6. *in Troezena transferendi.* Non temere tamen hoc inculcaverim: quia et ab Ursini, Ciaccon. Brantii, meisque MSS. plurimis et antiquioribus abest.

*Afuisse*] Sic Andin. Bongars. pr. Lovan. Egmund. Voss. prim. non *absfuisse.* Vide ad 1, 36.

*Acco*] Sic quidem etiam Graecus, Ἄκκων. sed Bong. pr. Voss. pr. Scal. Leid. pr. Petav. Egm. Lovan. Dorv. et Edd. Rom. Mediol. Ven. *Acico*, *Accico.* Alii *Achico*, *Athico*, *Attico*, *Achilo*, *Accilio* etc. Ita ut in nullo invenerim istud *Acco.* Sed in cunctis additum *i.* Quod recipiendum putarem, nisi c. 44. et 7, 1. MSti constanter retinerent *Accone.*

*Deprecandi caussa*] Coepta sua excusandi, ut vel ex eo patet, quod *Caesar* eorum excusationem accepisse se dixerit. Hujusce significationis exempla sup-

1 IV. Cognito ejus adventu, Acco, qui princeps
287 ejus consilii fuerat, jubet, in oppida multitudinem
convenire: [a] conantibus, priusquam id effici posset,
2 adesse Romanos, nunciatur. Necessario sententia
desistunt, legatosque, deprecandi caussa, ad Cae-
sarem mittunt; [b] adeunt per Aeduos, quorum anti-
3 quitus erat in fide civitas. Libenter Caesar, [c] pe-
tentibus Aeduis, dat veniam; excusationemque [d] ac-
cipit: quod aestivum tempus instantis belli, non
4 quaestionis, esse [e] arbitrabatur. Obsidibus [f] impe-
5 ratis centum, hos Aeduis custodiendos [g] tradit. Eo-
dem Carnutes legatos obsidesque mittunt, usi de-
precatoribus Remis, [h] quorum erant in clientela;

VARIAE LECTIONES.

a *et con.* L. pr. b *ad eum* MSS. 7. et Ed. Inc. deest Edd. R. M. V. et Petav. *τῦτο δὲ* Graec. c *praesentibus* G. V. tert. Ed. Inc. d *accepit* L. pr. non male. V. 5, 11. e *arbitratur* B. pr. V. pr. Egm. et 2. alii. f *impetratis* Edd. qdd. pro *Centum Caesar* Edd. R. M. V. g *tradidit* L. pr. sec. dein *Eod. tempore* sec. h *in q. e. cl.* Oxon.

peditabit *A. Gellius* Noct. Attic. 6, 16. DAVIS.

*Aestivum tempus instantis belli*] Penultima vox abest a MS. *Norvic.* nec, ut opinor, sententiae est prorsus necessaria; ferri tamen potest, si cum metaphraste *πόλεμον ἐγκείμενον* intelligamus. *Joan. Sambucus* testatur, Codicem veterem habuisse: *Aestivo tempore instante, belli, non quaestionis rem esse arbitrabatur:* sed huic lectioni omnes alii refragantur Codd. quapropter temere non est recipienda. *Hotomanno* placet, *Aestivum tempus instans*; haec enim vere contigisse, ex c. 3. manifestum est. IDEM. *Aestivo tempore instante* est etiam in Lovan. Gott. Voss. tertio, et Editione Incerta. Nil muta. tempus aestivum erat tempus cogitandi de bello, quod instabat, non de quaestione. *Instans* si tamen agnoscerent MSS. facile tolerari posset.

*Meruerat, odio civitatis, motus exsistat*] In aliis codicibus *metuerat*, unde *Gab. Faernus* legendum conjecit, *in eum erat.* Sed vulgata lectio est retinenda, non item interpunctio; orationem enim hoc modo rectius distinguas: *Ex eo, quod meruerat, odio, civitatis motus existat.* Pro recepta tamen stat Metaphrastes. DAVIS. *Motus* oriretur) Sic MS. Reg. Al. *motus existat.* Utroque modo satis constat temporum ratio, cum tanquam prae-

eadem [a] ferunt reſponsa. Peragit [b] concilium Cae- 6
sar, equitesque imperat civitatibus.

V. Hac parte Galliae pacata, totus et mente 1
et animo in [c] bellum Trevirorum et Ambiorigis in-
ſiſtit. Cavarinum cum equitatu Senonum secum 2
proficisci jubet, ne quis [d] aut ex hujus iracundia,
aut ex eo, quod meruerat, odio civitatis, motus
exsiſtat. His rebus conſtitutis, quod [e] pro explo- 3
rato habebat, Ambiorigem proelio non eſſe concer- 288
taturum, reliqua ejus conſilia animo circumſpicie-
bat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, 4
[f] perpetuis paludibus silvisque muniti, qui uni ex
Gallia, de pace, ad Caeſarem legatos numquam

VARIAE LECTIONES.

a *fere* L. sec. *fuerunt* Edd. R. M. V. Steph. Flor. b Et hic MSS. et Edd. add. *consilium*. Sed recte σύνοδον Gr. *equites imp.* MSS. 2. et Edd. R. M. V. c *bello* B. pr. sed v. ad 3, 14. d deeſt L. pr. Ox. e deeſt *pro* in Scal. *exprorato* B. pr. *expleto* L. sec. Dein vulgo *certaturum*. f *perpetuisque* Ox.

ſens narretur res praeterita. Interpunctio (— *odio, civitatis motus* etc.) Daviſii eſt. Al. (*odio civitatis, motus* etc.) Sed parum intereſt. CLARK. *Metuerat* habent MSS. mei tres quatuorve recentiores cum Edd. primis, Aldi aliisque. R. vero Stephanus Faërni lectionem amplexus eſt, *in eum erat*. Hanc juvat nonnihil scriptura MStorum Scalig. et Leid. primi, *Odii*: nam *civitatis motus* jungunt etiam antiquae Edd. quaedam. Praeterea *quod meruerat* non eſt in Metaphraſte, nec Celſo. Ceterum perperam ex uno Regio *existat* in *oriretur* mutavit Clarkius; licet accedant unus Urſini et Voſſ. sec. Eſt enim merum Gloſſema. *Exsistere* significat subito oriri. Adi omnino Cel. Burm. ad Ovid. Metam. 2, 264. *Exsistunt montes.* Multus eſt in hoc verbo noſter. 6, 28. *Inter eos exsistit controversia:* ubi itidem MSS. aliquot, *orta est*. 3, 15. *tanta subito tranquillitas exstitit.* 7, 84. *clamor post tergum pugnantibus exstitit.* 7, 42. *Repente flamma exstitit.* B. C. 3, 3. *Novusque eorum adventus exstitit.*

*Certaturum*] Ita Scaliger, et dein sequentes edunt, notantque in variis lectionibus, sic exſtare quoque in Ed. Florent. Verum ceterae omnes cum MSS. exhibent *concertaturum*, praeter Andin. et Oxon. in quibus *contenturum*. Poſt *concertaturum* addit Petav. *ceterum*. Voſſ. prim. *tenturum*. Egmund. *temptaturum*. Adeo ut videatur, *contenturum* veriorem

miserant. Cum iis esse hospitium Ambiorigi sciebat:
item per Treviros venisse [a] Germanis in amicitiam,
5 cognoverat. Haec prius illi detrahenda auxilia
[b] existimabat, quam ipsum bello lacesseret; ne, de-
sperata salute, aut se in Menapios abderet, aut
6 cum Transrhenanis congredi cogeretur. Hoc inito
consilio, [c] totius exercitus inpedimenta ad Labienum
in Treviros mittit, [d] duasque legiones ad eum pro-
ficisci jubet: ipse cum legionibus expeditis v in

VARIAE LECTIONES.

a Sic recte Hotom. et Gr. cum MSS. Pet. Sc. L. pr. An. Ox. et Edd. Vasc. Steph. Gr. 2. etc. Reliqui MSS. et Edd. *Germanos.* b *existumabat* Dorv. c deest Edd. R. M. V. d *duas ad e. l.* Ox.

esse lectionem. *Proelio contendere* aliquoties usus est Caesar. *Concertare* an alibi, dubito: licet Cicero, Terentius aliique usurpent. Hoc tamen reposui; quia certum est, praepositionem e MSS. esse addendam.

*Bello lacesseret*] Sic MSS. et Editt. Vett. Scaliger et Recentiores, *lacessendum.* Quod perinde est. CLARK. *Lacessendum* exstat in And. et Lovan. atque Edd. Ven. 1517. Ald. Gryph. et Plantin. praetuli tamen *lacesseret* e Bong. Leidd. Voss. Cujac. Scal. Lov. ceterisque tam aliorum, quam meis. Verum amplius non *bello*, sed *bellum*, est in Voss. primo, et sec. Egmund. Duker. et in Bong. primo *bellō. lacessere bellum* est, bellum facere, movere. Vid. ad 4,34. *ad lacessendum et ad committendum proelium.* Hic tamen nihil temere muto. nam et *lacessere proelio* saepe apud nostrum. ut B. Civ. 1,42. B. Afric. c. 45. Ceterum Celeb. Cluverius in Germ. l. 2. p. 67. pro *Treviros* legi jubet *Rhemos*, et c. seq. pro *eorum finibus*, *Rhemorum f.* quia Labienus non in Treviris, sed in Remis, eorum finitimis, castra habebat. Sed post Induciomari cladem tam in Treviris, quam Remis, sibi invicem vicinis, praesidia locasse Labienum, credibile est. aut saltem propius Treviros movisse, unde et ipsi eum bello lacessere tentarunt.

*In Menapios abderet*] MS. Reg. *Menapiis.* Utrumque recte. CLARK. Ob. Gifanius Ind. Lucret. V. *in* e vet. Cod. legit, *Menapiis.* Sed ex aliis MStis refragatur Brantius. quia Caesar supra dixit, *in superiora loca se abdere:* atque ita saepe, *in silvas se abdere.* Et sic alii passim vel cum Ablat. sine praepositione vel Dativo. Vide Cl. Burm. ad Vellej. 2,91. *Abditusque carceri.* Sed tamen Leid. pr. et Oxon. cum Carrar. ac Duker. habent etiam *Menapiis.* Immo 1, 39. exstat, *abditus in tabernaculis.*

*Congredi cogeretur*] Quis? Caesarne? At ille nominari debuit. Prius membrum pertinet ad Ambiorigem, posterius item,

Menapios proficiscitur. Illi, nulla coacta manu, 7
loci praesidio freti, in silvas paludesque confugiunt,
suaque eodem conferunt.

VI. Caesar, partitis copiis cum C. Fabio [a] le- 1
gato, et M. Crasso [b] quaestore, celeriterque effectis 289
pontibus, adit [c] tripartito, aedificia [d] vicosque in-
cendit; magno pecoris atque hominum numero po-
titur. Quibus [e] rebus coacti Menapii, legatos ad 2
eum, pacis petendae caussa, mittunt. Ille, obsi- 3

VARIAE LECTIONES.

a Deest And. Ox. b *legatis* And. Ox. Vide ad 5, 24. c *triperti-to* MSS. plerique. *trip. exercitu* Carr. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. et aliae, male. V. ad 1, 25. vulgo etiam *adiit.* d *vicos* Pet. *suc-cendit* V. pr. a m. pr. e *ex rebus* Sc. pr. non male.

in quo nulla est Caesaris mentio. Omnino accipi debet de Ambiorige. Mallem itaque, *congredi conaretur*, h. e. conjungere se, et coire conaretur. *Congredi cum aliquo* non tantum est pugnare, dimicare; verum etiam idem, ac coire et conjungi cum aliquo. Sic Cicero, aliique. Ceterum, ut dixi, scribenda haec atque intelligenda esse, tam quae sequuntur, quam quae paullo propius antecedunt, satis confirmant Ambiorigis conjunctionem cum Germanis Transrhenanis. Caesar veritus, quod per Treviros venisse Germanos in amicitiam Ambiorigis cognoverat, haec prius illi auxilia detrahenda existimabat: quae sunt ipsa verba Caesaris: ideoque postea Caesar (c. 9.) duabus de caussis Rhenum transire constituit, quarum erat altera, ne Ambiorix receptum ad eos *Germanos* haberet. GUDIUS. Haec vir Doctiss. ad marginem libri sui adscripserat; bene monens, haec verba referenda esse ad Ambiorigem. Nihil tamen mutandum existimo. *Cogeretur* idem notat apud Caesarem, quam, necessitate coactus conaretur, seu *Niteretur*; cum qua voce ideo plus semel confunditur. Confer 5, 42. *Manibus sagulisque terram exhaurire cogebantur.* quaeque ibi notantur. B. Civ. 1, 22. *Adeo esse perterritos nonnullos, ut suae vitae durius consulere cogantur.* ubi alii *cogitent*, alii *conentur*. Recte itaque vertit Metaphrastes: μετὰ τῶν πέραν τοῦ Ῥήνου Γερμανῶν συμμαχίαν ποιεῖσθαι ἀναγκάζοιτο. Ceterum pro *congredi* exaratur in Andinis membranis *concedere*, in Oxoniensibus vero, *cum cede*. Quod quid velit, cogitent acutiores.

*Adiit*] Sic MSS. et Editi. Quod etsi fieri potest; elegantius tamen legeretur, *adit*. CLARK. Optime id monet Vir doctus. Et certe *adit* exaratur clare in Oxon. et Scaligerano; atque Edd. Vascos. R. Stephani, Stradae, Gryphiique A. 1546. Quare reposui, probante etiam Cl. Wasseo.

*Habiturum numero*] Scalig. et. Leid. prim. *in numero*. Amat

dibus acceptis, hostium se habiturum numero confirmat, si aut Ambiorigem, aut ejus legatos, [a] fini-
4 bus suis recepissent. His confirmatis [b] rebus, Commium Atrebatem cum equitatu, [c] custodis loco, in [d] Menapiis relinquit; ipse in Treviros proficiscitur.

1 VII. Dum haec a Caesare [e] geruntur, Treviri, magnis coactis peditatus equitatusque copiis, Labienum cum una legione, quae in eorum finibus
2 hiemabat, adoriri parabant: jamque ab eo non [f] longius bidui via aberant, quum duas venisse legio-

VARIAE LECTIONES.

a *in finibus* L. pr. paullo ante *eos l.* MSS. qdd. et Ed. Gryph. pr. b deest Edd. R. Med. Ven. c *custodiae loci* Vir D. d *Menapios* Dorv. Edd. R. M. V. *reliquit* L. pr. e *aguntur* V. pr. dein vulgo *hiemaverat*. f *amplius* L. sec. *longe* D.

plene loqui Caesar, et facile praepositio hic excidere potuit ob praecedens *m*. B. Civ. 3, 57. *In necessariorum numero habere instituerat:* ubi unus Cod. non habet τὸ *in*. Cicero l. 13. ad Fam. Ep. 6. *haberes enim in numero necessariorum meorum*. Infra c. 23. *In desertorum ac proditorum numero ducuntur*. ubi Edd. primae, *habentur*. c. 32. *in hostium numero duceret*. B. Civ. 2, 25. *in hostium loco habiturum*. quod et sine praepos. 3, 21. *tum hostis loco habendum*. Utrumque autem recte dici, docere possunt notae Cl. Burmanni ad Phaedr. 4, 24. *Quorum es in numero mihi*. ut *loco*, et *in loco habere* apud alios. *hostium numero* ergo esse potest, qualitate hostium, pro hostibus. B. Civ. 2, 44. *legatorum numero*. Vide, quem ibidem laudat Davisius, Gronovium Obs. 1, 6. infra c. 13. *Ii numero inpiorum habentur*. c. 21. *Deorum numero ducunt*. B. C. 3, 82. *Consulares praetoriosque servorum habere numero*. c. 110. *militum essent numero*. B. Alex. c. 44. *numero aegrorum erant relicti*. B. Hisp. c. 16. *Dedamur hostium numero*. B. Civ. 1, 33. *eodem se habiturum loco*. Sic *habere in honore*, et *honore*. de quo ad B. Civ. 1, 77.

*Hiemaverat*] Immo adhucdum *hiemabat*. Hiems enim nondum erat exacta. quare id restitui auctoritate Leid. pr. Scal. et Oxon. cum Ed. R. Stephani et Metaphraste: Χειμάζοντι τῷ Λαβιήνῳ. Celsus etiam recte *hiberna Labieni* vocat.

*Non longius bidui via aberant*] Expuncta voce *via*, legit *Pet. Ciacconius*, *non longius bidui aberant*, quod *Cicero* Epist. ad Attic. 5, 16. dixit, *quae aberant bidui*; et Epist. 17. *a quibus aberam bidui*. Sed in his locutionibus intelligitur *via*, et plus vice

giones [a] missu Caesaris cognoscunt. Positis castris 3
a milibus passuum xv, auxilia Germanorum exspe- 290
ctare constituunt. Labienus, [b] hostium cognito con- 4
silio, sperans, [c] temeritate eorum fore [d] aliquam
dimicandi facultatem, praesidio cohortium v [e] inpe-
dimentis relicto, cum xxv cohortibus, magnoque
equitatu, contra hostem proficiscitur; et, M. pas-
suum intermisso spatio, castra communit. Erat in- 5
ter Labienum, [f] atque hostem, difficili transitu flu-
men, ripisque praeruptis. Hoc neque ipse trans-
ire [g] in animo habebat, neque hostes [h] transituros

VARIAE LECTIONES.

a *jussu* Edd. Ven. Fl. et aliae. sed v. ad 5, 27. b deest L. sec. *cogn. h.* D. et Ed. Clark. c *temeritatem* Sc. L. pr. per adpositionem. d exsulat ab Ox. dein vulgo contra MSS. et Edd. Vett. *v. coh. pr.* e *cum inp.* Lov. Carr. et alii 2. cum Ed. R. M. V. male. V. ad 1, 51. f *et* MSS. 5. *atque Treveros* V. sec. *difficile* Egm. Adi 4, 1. g Sic Sc. L. pr. Ox. non *h. in a.* h *transire* L. sec.

simplici animadvertimus, *Caesarem* ἐλλείψεις aliis usitatas vitasse. Sic B. G. 1, 37. bis habemus *tridui viam*. Vide et 4, 4. DAVIS.

*A milibus*] Hotomannus ait, in Edd. nonnullis esse, *ab eis m.* in aliis, *a militibus*. Ipse velit delere *a.* perperam. 4, 22. *a milibus passuum VIII.* ubi vide, et Ciaccon. ad 5, 32. *A milibus passuum circiter II.*

*In consilio*] Perperam vulgo *concilio* edunt. Intelligit consilium militare, ad quod retulit Labienus. Ut rescripsi, habent MSS. mei quatuordecim, in quibus optimi quique, et Edd. primae ac R. Stephani, aliaeque. Vide ad 3, 3. 5, 27. *Ad consilium rem deferunt.* et saepius.

*Dicantur*] Sic MSS. Editi *dicuntur.* minus eleganter. CLARK. *Dicantur* jam correxit Ciacconius; ut etiam Brantii, meique libri et Edd. Inc. Beroaldi, Vascos. Stephani, aliaeque exhibent. *dicuntur* solus Duker. *dicebantur* Leid. pr.

*In dubium non devocaturum*] Nonnulli ultimam vocem in *revocaturum* mutant. Absque causa sontica. *Cicero* pro lege Manil. c. 14. *Non avaritia ab instituto cursu ad praedam* devocavit. *Phaedrus* Fab. 1, 20, 2. *Ad perniciem quoque mortales devocat.* In quem locum vide Intt. et *Dionys. Lambinum* ad *Corn. Nepotis* Cimonem c. 4. DAVIS. B. Hisp. c. 24. *Ea res devocabat, ut ad dimicandum descenderet.* Sic enim legendum e MSS.

*Gallorum equitatus*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et vett. Editt. (*Gallorum* equitum.) Grae-

6 existimabat. Augebatur [a] auxiliorum quotidie spes. Loquitur in [b] consilio palam; *quoniam Germani adpropinquare dicantur, sese suas exercitusque fortunas in dubium non devocaturum, et postero die*
7 [c] *prima luce castra moturum.* [d] Celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallicis rebus favere natura co-
8 gebat. Labienus, noctu tribunis militum, primis-
291 que ordinibus coactis, quid sui [e] sit consilii, proponit; et, quo facilius hostibus timoris det suspicionem, majore strepitu [f] et tumultu, quam [g] populi

VARIAE LECTIONES.

a Deest Edd. R. M. V. b vulgo *concilio* et *dicuntur.* c desunt L. pr. d *celeriterque* V. pr. *haec* abest a MSS. 3. e Al. *cons. sit.* f *multo* Egm. g *prior f.* MSS. 5. Ed. Inc. ex *P. Ri,* ut est in MSS. qq.

cus, *'Ιππέων Γάλλων.* Quod cur a Recentioribus mutatum, equidem non video. *Nonnullos Gallicis*) Iidem Codices (*nonnullos* Gallos *Gallicis.*) Quod a Caesaris perspicuitate non abludit. CLARK. *Equitatus* tamen cum Ber. Aldo ceterisque habent Scal. Oxon. Leid. prim. et Andin. ex meis; *Equitatum* etiam Duker. ex quo vitio forsan nata varietas, crebra in aliis etiam scriptoribus. Nisi mecum statuas hoc natum ex *equitatuum* in plurali, ut alibi. Vide Davis. ad B. Civ. 1, 61. *magnos equitatus.* 1, 83. *Equitatus latera cingebant* in Leid. primo. 2, 37. idem: *Reliqui equitatus mitterentur.* Eadem confusio B. Alex. c. 4. *in equitatus regis inpetum fecisset.* Vide et varias LL. B. Afr. c. 11. 13. 14. *equitatus se extendere coeperunt.* Adde Cl. Duker. ad Flor. 3, 8. *Circumfusi undique equitatus.* Dein ab iisdem abest *Gallos.* sine dubio rectius, ni in *ταυτολογίαν* incurrat turpiter Caesar.

*Primisque ordinibus*] Sunt, quos alibi Caesar primorum ordinum centuriones appellat. Eodem modo dixit l. 3. B. Civ. *Erat plena lictorum et imperiorum provincia.* Eodem modo B. Paullus, 13. c. Epist. ad Romanos, *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑποτασσέσθω.* Ignoravit hoc Hotomannus, ideoque de mendo suspicabatur: Sed frustra. VOSS. *Fr. Hotomanno* probabile non videtur, totos ordines evocatos, ideoque locum mendi suspectum habet. Vellem tacuisset; *primi* enim *ordines* pro primorum ordinum centurionibus hic ponuntur, et recte Graecus vertit, *τοὺς πρώτους ταξιάρχους.* Sic noster B. G. 5, 30. *Quum a Cotta* primisque ordinibus *acriter resisteretur. Vellejus Paterculus* 2, 112. *Non incruentis Centurionibus, quibus etiam* primi ordines *cecidere.*

Romani fert consuetudo, castra moveri jubet. His rebus fugae similem profectionem [a] efficit. Haec 9
quoque per exploratores ante lucem in tanta propinquitate castrorum ad hostes deferuntur.

VIII. Vix agmen novissimum extra munitiones 1
processerat; quum Galli, cohortati [b] inter se, *ne speratam praedam ex manibus dimitterent*; [c] *longum esse, perterritis Romanis, Germanorum auxilium* [d] *exspectare*; *neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum, praesertim fugientem, atque inpeditam, adoriri non audeant*;

VARIAE LECTIONES.

a *effecit* MSS. 8. *fecit* Lov. Dorv. et Edd. pp. b *intra* V. pr. statim *paullulum* V. sec. c *locum* Ort. Gott. in marg. *locum non*, ut V. tert. Ed. Inc. d *exspectari* MSS. 3. et Edd. R. M. V.

Vide et *Just. Lipsium* Mil. Rom. l. 2. Dial. 8. p. 91. DAVIS. Vide ad Front. 1, 11, 2. infra B. Civ. 3, 74.

*Coactis*] Editi, *convocatis*. Sed lectionem, quam recepimus, in Codice *Andino* reperit *Joan. Frid. Gronovius*, ut testatur ad *Livii* 30, 4. Et sane vulgata scriptura hujusce Glossema fuisse videtur. DAVIS. Hanc lectionem confirmant membranae Oxonienses et Regiae, a Clarkio adductae. Sic alibi vidimus, *cogere* abiisse in *Colligere*. Frequens est auctor in hoc verbo. Quamvis et *convocare consilium* etiam utatur, ut 3, 3. etc.

*Suspicionem*] Veterrimus Bongars. prim. *suspectionem*. de qua voce consule, qui laudantur ad Frontin. 1, 8, 5. *Ne suspectione proelii diducerent vires*. V. et 7, 54. 8, 41. In Val. Max. 7, 3, 7. MS. Harlem. *suspectionem suam dissimulavit*. Quint. 4, 2. p. 343. in MSS. 2. Voss. *suspectione*, multisque aliis locis. Adde Pareum ad Terent. 3, 2, 21. *incidit suspectio*.

*Ne speratam praedam*] Hanc lectionem retinent omnes Codices; etiam Graecus vertit, ἐλπισθεῖσαν λείαν. *Petrus* tamen *Ciacconius*, solenni temeritate usus, rescribit *paratam*, vel *insperatam praedam*. Pessime; cur enim Labienum adorirentur, nisi praeda potiri sperarent? Vide c. 7. DAVIS.

*Auxilia*] Sic MSS. Reg. et Eliens. Vulgg. *auxilium*. CLARK. *Auxilia* habet quoque Bongars. prim. in margine, et in textu *Auxilio*. praeterea Vascos. et Strada quoque *auxilia* edidere, quo numero bis cap. praec. et seq. ac 8, 27. usus est, ac sexcenties.

*Eadem usus simulatione itineris*] Perperam Fulvius legebat *timoris*. Nam Labienus simu-

flumen transire, et iniquo loco proelium commit-
2 tere non [a] dubitant. Quae fore suspicatus Labie-
nus, ut omnes [b] citra flumen eliceret, eadem usus
3 simulatione itineris, placide progrediebatur. Tum
praemissis paullum inpedimentis, atque in tumulo
4 quodam conlocatis; *Habetis*, inquit, *milites, quam
petistis, facultatem: hostem inpedito atque iniquo
loco tenetis: praestate eamdem nobis ducibus virtu-*
292 *tem, quam saepenumero Imperatori praestitistis:
adesse eum, et haec coram cernere, existimate.*
5 Simul signa ad hostem converti, aciemque dirigi ju-
bet, et, paucis turmis praesidio ad inpedimenta
6 dimissis, reliquos [c] equites ad latera disponit. Ce-

VARIAE LECTIONES.

a *dubitabant* G. V. tert. Ed. Inc. b *extra* V. pr. c *milites* L. tert. dein vulgo *jaciunt*.

laverat, se fugere velle. Et hic Caesar intelligit iter fugae simile. Unde infra, *quos fugere credebant.* VOSS. *simulato itinere.* Vide ad 1, 40. *simulatio rei frumentariae.*

*Hostem inpedito atque iniquo l.*] Vir doctus in margine conjecit, *inpeditum*, quo facit Cod. Carr. *Hostes inpeditos iniquo l.* Contra Egmund. *in inpedito* et Dorv. *inpedimento.* Rectissime se habet vulgatum. *Inpeditus locus* est *iniquus;* qua voce priorem more suo explicat. passim cum aliis ita loquitur noster. B. G. 3, 28. *Inpeditioribus locis secuti.* Vide etiam ad Frontin. 2, 3, 23. *Ad inpedita ventum esset:* ubi vulgo erat, *ad inpedimenta.* c. 34. *Aut locis silvestribus palus inpedita.* ubi etiam Bongars. prim. *inpedimenta.* 7, 19. *difficilis atque inpedita palus.* 8, 14. *Inpedita palude castra dividente.* Vide etiam ad 8, 6. *in silva inpedita circumdata palude.* c. 10. *inpeditis locis dispersi*, uti bene editur. In MSS. eadem varietas; et c. 18. *silvis inpeditissimis.* Vide et B. Civ. 3, 75.

*Adesse eum*] Sic est in And. Scal. Leid. pr. Oxon. et Ed. R. Steph. vulgo, *eum adesse.* Reliqui MSS. et Edd. primae, aliaeque, *atque illum adesse.* Gr. ἐκεῖνόν τε ἐνθάδε παρεῖναι. Forsan et hic vocula excidit.

*Dimissis*] MS. Reg. *relictis.* Graecus, κατέλιπε. CLARK. *Dimissis* ad tumulum, quo inpedimenta praemiserat et conlocaverat: licet alioquin passim Caesar *relinquere praesidio* dicat. V. ad 1, 51. et saepius. 8, 2. *cohortibus ad impedimenta relictis;* ubi vulgo additur *tuenda.* Adi locum.

leriter nostri, clamore sublato, pila in hostes in-
mittunt. Illi, ubi praeter spem, quos fugere cre-
debant, infestis signis, ad se ire [a] viderunt, [b] in-
petum modo ferre non potuerunt; ac primo con-
cursu in fugam [c] conjecti, proximas silvas petie-
runt; [d] quos Labienus equitatu confectâtus, magno 7
numero interfecto, [e] compluribus captis, paucis
post diebus civitatem recepit. nam Germani, qui
auxilio veniebant, [f] percepta Trevirorum fuga, sese
domum contulerunt. Cum iis propinqui Inducio- 8
mari, qui defectionis [g] auctores [h] fuerant, comi-
tati eos, ex civitate [i] excessere. Cingetorigi, quem 9

VARIAE LECTIONES.

a *videre* L. pr. b *non modo imp.* L. sec. c *conversi* Edd. R. M. V. *proxumas* B. pr. Lov. Egm. vulgo *petiverunt*. d *quo* Carr. e *compluribusque* Duk. dein Edd. qdd. *recipit*. f *praecepta* Aic. mox *se* MSS. et Edd. qdd. g *actores* Egm. h *extiterunt* G. V. tert. Ed. Inc. *fuerunt* L. pr. i MSS. et Edd. plerique *excesserant* vel *excesserunt*. *secesserant* Pet. *Abscesserant* L. sec.

*Jaciunt*] MSS. Reg. et Vossii et Edit. Rom. *immittunt*. MS. Eliens. *mittunt*. CLARK. *mittunt* etiam Ortel. Gott. Voss. tert. Leid. tert. et Ed. Inc. *Iniciunt* Leid. sec. Verum Bongars. Petav. Vossian. pr. Leid. prim. Lovan. Scalig. Cujac. Egmund. et quatuor alii cum Edd. Mediol. Ven. Str. Steph. poster. Gryph. et pluribus dant, *inmittunt*: quod etiam amplexus sum. Lucan. 9, 822. *Saevo sterilis se robore trunci. Torsit, et inmisit (jaculum vocat Africa) serpens.* Supra 5, 44. *Pulsio pilum in hostes inmittit.* Sic enim e plerisque MSS. legendum diximus. B. Civ. 3, 19. *subito tela inmissa.* c. 92. *inmissis telis occurrere. Petierunt* autem reposui, pro *petiverunt*, e Bong. pr. Leid. pr. sec. Scalig. aliisque et Ed. R. Stephani.

*Civitatem recipit*] Lege *recepit*, ut recte *Petav. Gottorp. Voss. Egmond. Norvic.* ac ita *Beroaldus*, *Gryphius* aliique ediderunt. DAVIS. *Cur. sec.* In praeterito habent MSS. omnes. item Edd. primae aliaeque, uti et Clarkii.

*Domum contulerunt*] MSS. Reg. Eliens. et Editt. Vett. *receperunt*. Quod idem est. CLARK. Verum praecedit *recepit*. Quae tamen ejusdem vocis repetitio non rara est apud nostrum. (ut mox c. 9.) Et mei quoque plerique cum Edd. ante Beroaldum, aliisque, ut Vascos. Steph. Stradae, Gryph. post. *receperunt* ex-

ab initio permansiſſe in officio demonſtravimus, principatus, atque imperium eſt traditum.

1 IX. Caeſar, poſtquam ex Menapiis [a] in Trevi-
293 ros venit, duabus de cauſſis Rhenum transire con-
2 ſtituit. quarum erat altera, quod auxilia contra se Treviris miſerant; altera, ne Ambiorix [b] ad eos
3 receptum haberet. His conſtitutis rebus, [c] paullum supra eum locum, quo [d] ante exercitum transduxe-
4 rat, facere pontem inſtituit. Nota atque inſtituta ratione, magno militum ſtudio, paucis diebus,

VARIAE LECTIONES.

a *ad* L. tert. b Sic MSS. non *rec. ad eos. ad se* Edd. R. M. V. c *paullo* Ox. Ed. R. Steph. *paullulum* L. sec. d Sic MSS. et Edd. pleraeque, non *antea.* In Leid. pr. abeſt *exercitum.*

hibent. Alterum tamen praefero, idque servant Andin. Oxon. et Scalig. *perceperunt* Dorv. *recipiunt* Leid. sec. Verum in Leid. primo eſt *domo.* Fuitne olim: *domum denuo contulerunt?* Gr. ἐπανεκεχωρήκεσαν. Vide ad 1, 29. An *domum retulerunt*, vel *domos?* Certe in verbis *referre* et *recipere* ineſt etiam timoris significatio.

*Altera*] Sic And. et Oxon. cum Beroaldo, Venet. 1517. Aldo, Gryph. Ed. priore, Plantino et reliquis. atque ita c. 12. et 13. 7, 17. 39. B. Civ. 3, 109. Ceteri scripti et Editi omnes, quod scio, *una erat.* Utrumque recte; quamvis prius magis Latinum et elegantius cenſeat Cort. ad Salluſt. Cat. 1, 2. At sic Cic. de Offic. 1, 32. *Cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis.* Immo ipſe auctor saepiſſime et plus, quam *alter et alter*, dicit *unus* et *alter.* 7, 5. *Una ipsi ex parte, altera Arverni.* B. Civ, 2, 1. *duabus ex partibus etc. una erat proxima p. altera etc.* 3, 21. *duas leges promulgavit, unam* etc. *alteram.* ubi in MSS. eſt nonnullis *aliam.* 3, 52. *Duobus locis. Uno* etc. *Altero* etc. c. 88. *duae legiones, quarum una prima, altera tertia* etc. item c. 106. 108. Vide et 8, 54. B. Civ. 1, 73. 2, 31. Huc vero non trahenda locutio, *unus et alter.* Ea enim notat paucos, sed indefinitos, non ſtricte duos. Vide Cel. Burm. ad Ovid. Rem. Am. 366.

*Quod auxilia contra se Treviris miserant*] Insere vocem *Germani*, ut recte etiam obſervatum Hotomanno. Nec dubitandum arbitror, quando et Graecus habet, *Βοήθειαν τοῖς Τρεΰιροις ἐπεπόμφθησαν οἱ Γερμανοί.* VOSS. Inſerit vocem *Germani Fr. Hotomannus*, approbante *Vossio*, quandoquidem Graecus habeat: *βοήθειαν τοῖς Τρεΰιροις ἐπεπόμφθησάν οἱ ΓΕΡΜΑΝΟΙ.* Sed id verbum facile poteſt subintelligi, nec ita religioſus erat Metaphraſtes, quin similia addiderit, cum perſpicui-

opus [a] efficitur. Firmo in Treviris [b] praesidio ad 5
pontem relicto, ne quis ab iis subito motus [c] oriretur; reliquas copias, equitatumque transducit.
Ubii, qui ante obsides dederant, atque in deditio- 6
nem venerant, purgandi [d] sui caussa, ad eum legatos mittunt: qui doceant, *neque ex sua civitate auxilia in Treviros missa, neque ab se fidem laesam*: petunt, atque orant, *ut sibi parcat, ne com-* 7
*muni odio Germanorum, innocentes pro nocentes poenas pendant. si amplius obsidum* [e] *velit, dare* 294

VARIAE LECTIONES.

a *perfic.* Carr. Duk. V. ad 4, 21. b *ad p. pr.* MSS. plurimi et Edd. pp. c *oreretur* B. pr. ut supra. d deest Ox. Mox plerique *aux. ex s. c.* e Sic Urs. Scal. L. pr. And. Ox. Reliqui cum Edd. pp. aliisque *vellet.*

tati inservirent. Sic B. G. 4, 32. ubi *Caesar* habet, *Pars hominum* (intelligit Britannos) *in agris remaneret*, Graecus expressit, *μέρους τῶν Βρηταννῶν ἔτι ἐν τοῖς ἀγροῖς μενόντων*. DAVIS. Addidit Clarkius: Conjecerat etiam Hotomannus, *contra se Suevi Tr.*

*In deditionem venerant* ] Supra c. 3. *In deditionem venire atque obsides sibi dare coegit.* Verum hoc loco Editio Romana princeps exhibet *ditionem.* Liv. 29, 38. *Voluntate in ditionem venerunt.* Sic Gron. e MSS. alii *deditionem*; ut et l. 30. *Concesserant in ditionem.* Vereor tamen, ne sine MSS. ubique inmutari debeat. Et videndum, an *venire in deditionem* non possit exponi, *eo venire, ut nos dedamus*, dedere se, quomodo et *redigere in deditionem* posset explicari per, *eo redigere populum, ut se dedat.* Sic *in deditionem recipere* 3, 21. nisi et hoc corruptum esse fingamus. *Venire et accipere in deditionem* tolerari posse, non vero *redigere in deditionem*, censet sagacissimus harum elegantiarum judex, Cel. Burm. ad Sueton. Vespas. c. 4. cui facile accedo. Confer notata ad 2, 34. Nec tamen doctissimis viris *ditionem* praeferentibus obnixe refragari nolim. Sed et Hirt. 8, 31. *datis obsidibus veniunt in deditionem.* i. e. dedunt se. ubi *ditionem* rectius fore videtur: nisi omnes reclamarent MSS. et B. Civ. 3, 99. *In deditionem venerunt amplius* XXIV *milia.* [In Sueton. Jul. Caes. c. 34. pro *Domitio in deditionem redacto* Codd. Salmas. Copes. Medic. pr. et sec. habent *in ditionem*, perpetua confusione, de qua cum multis viris doctis saepius dicendum habui. Nunc ita censeo, recte dici, *accipi*, *venire*, et praesertim *redigi in deditionem* urbes obsessas, et in primis homines, qui obsidione vel oppugnatione adducuntur, ut dedere se cogantur, sive ad deditionem compelluntur, sicuti hic Domi-

8 pollicentur. Cognita, Caesar, caussa, reperit, ab Suevis auxilia missa esse; Ubiorum satisfactionem accepit; aditus viasque in Suevos [a] perquirit.

1 X. Interim, paucis post diebus fit ab Ubiis certior, Suevos omnes unum in locum copias cogere; atque iis nationibus, quae sub eorum sint imperio, denunciare, [b] uti auxilia peditatus equitatusque
2 mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam

VARIAE LECTIONES.

a *inquirit* Egm. b Sic Ox. non *ut*. vulgo etiam *sunt*.

tius, et apud Flor. 3, 10. in fin. *Novissime civitatem in deditionem redegit*, quomodo in MSS. omnibus. Hinc malo quoque cum plerisque codd. infra cap. 74. *Piratas, a quibus captus est, quum in deditionem redegisset.* Non enim illi in ditionem Caesaris vel populi Romani venerunt, sed dediderunt se praedones, ilico morte puniti. Ita et nunc retineo in Frontino 3, 5, 1. *Thraces obsessi tandem in deditionem venerunt.* Vide me ad Caesar. B. G. 6, 9. Sed infra in Vespas. cap. 4. omnino legendum: *Insulam Vectim, Britanniae proximam, in ditionem redegit.* Consule omnino Celeb. Duker. et Drakenb. ad Liv. 26, 21. *Civitates omnes, quae defecerant, in ditionem redegit*, et me ad Caesar. B. G. 2, 34. *Omnes eas civitates in ditionem potestatemque P. R. esse redactas.* OUDENDORP. ad Sueton. Jul. Caes. c. 34. pag. 55. 56.]

*Ut sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant*] Scribendum, *nec communi odio* etc. DAVIS. *Cur. sec.* Mutatione opus esse non video. *ne* pendet a *parcat* non ab *orant*. Et ita Graecus: συγγινώσκειν, μὴ διὰ τὸ αὐτοῦ μῖσος etc. Gott. et Voss. tert. *et ut s. p. et ne comm.* si quid mutandum foret, mallem *neu*.

*Si velit, dare pollicentur*] Codices nonnulli (*si velit* dari, *pollicentur*). Sed vera est vulgata Lectio. Sic enim supra Libro quarto (*polliceantur obsides dare*). Vide ad l. 4. §. 19. et ad l. 7. §. 34. CLARK. *Dari* exhibent MSS. Ursini, Scal. Oxon. Leid. pr. Duker. Voss. sec. et Ed. R. Steph. Vulgatae lectioni adquiesco. Vide ad 2, 32. *Quae imperarentur, facere dixerunt.*

*Obsidum*] Bongars. prim. et Scalig. cum Ed. R. Stephani, *obsidium*. Adi ad 4, 2.

*Ubiorum satisfactionem accepit*] Si sana sit vox prima, dubio procul legendum, *accipit*. At *Norvic. Gottorp. Voss. Egmond.* exhibent, *ubi horum satisfactionem accepit.* ac sic legit Graecus. Interpungas igitur, *missa esse.* Ubi horum *satisfactionem accepit, aditus* etc. DAVIS. *Cur. sec.* Soli MSS. Oxon. et Andin. habent *Ubiorum*; ceteri omnes tam mei, quam aliorum, et Edd. Vett. item Steph. Gryph. aliaeque: *Ubi horum*. At verisimilius,

providet, castris idoneum locum [a] deligit; Ubiis imperat, [b] ut pecora deducant, suaque omnia [c] ex agris in oppida conferant: [d] sperans, barbaros, atque inperitos homines, inopia cibariorum adductos, ad iniquam pugnandi conditionem posse deduci: mandat, ut crebros exploratores in Suevos 3
mittant, quaeque apud eos gerantur, cognoscant. Illi imperata faciunt: [e] et, paucis diebus intermis- 4

VARIAE LECTIONES.

a *deligit* L. tert. *delegit* Duk. Edd. R. M. V. b deest Edd. Vasc. Str.. Steph. V. ad 4, 16. *pec. ut* D. V. sec. *ducant* D. c *de* L. pr. d *sperat* Pet. e deest D. Carr. Aic.

uti jam animadvertit Brutus, *Ubiorum* fuisse corruptum in *Ubi horum*; quum haec in τὸ *Ubiorum*. In MSS. perpetua haec est corruptio. Immo supra pro *Ubii* MSS. plerique *Ubi*. *Accipit* igitur cum Ursini Codice edidit Clarkius: verum et hoc praeteritum inmutari, non erat necesse. Aliquoties jam vidimus, Caesarem cum reliquis Historicis jungere praeteritum cum praesenti tempore; *accepit* constanter servant mei cuncti. Consule modo ad 5, 11. *delegit et jubet.*

*Unum in locum c. cogere*] Hoc ordine scribitur in Oxon. et Leid. primo, non ut vulgo, *in unum.* In posteriore etiam est *agere.* Sed hoc e sollemni in MSS. variatione τοῦ *a* et *co*. Vide ad 2, 5. *Copias in unum locum coactas.*

*Sunt*] MSS. Reg. et Eliens. *sint.* Quod et elegantius. CLARK. *Sint* rescripsi auctoritate Bong. pr. Egmund. et sex recentiorum, uti et Ed. R. Stephani.

*Inopia cibariorum adductos*] Brutus profert e Gryph. Ed. minimae formae *abductos.* quod probat, scilicet e locis suis. Verum in Edd. Gryphii, quibus ego usus sum, reperi *adductos.* Adi etiam notata ad 4, 6. *Qua spe adducti.* 7, 20. *fame, atque inopia adductos.* Uti et c. 55. et B. Civ. 1, 81. *Inopia pabuli adducti.* 2, 22. *ad inopiam adducti.* Adde B. Civ. 3, 38. *Angustiis rei frumentariae adductus.* Singularis autem est lectio, nec inelegans Leid. primi codicis, *adflictos*, et pro *deduci, adduci.* Vehementer mihi placet istud *adflictos* i. e. perturbatos, ad incitas redactos; atque adeo *coactos*, ut ajunt Metaphr. et Celsus. *Resp.* et *Res adflictae* passim. Cicero l. 6. Ad Fam. Ep. 1. in f. *Nemo est tam adflictus.* Frontin. 2, 9, 2. *ut exercitus desperatione praesidii adfligerentur.* Val. Max. 2, 4, 4. *Vis pestilentiae civitatem domestici mali cura adflixerat.* Infra Hirt. 8, 21. *Adflictas opes equestri proelio.* vel *adfectas. Adflictari* B. Hisp. c. 3. Supra etiam hoc participium librariorum culpa exsulabat 4, 35. Et forsan litterae huc pertinentes delapsae sunt in aliis Codicibus ad seq. voces, *ad iniquam.* unde illi habent *in aliquam*, vel *ad aliquam. Conflictari inopia* B. Civ. 1, 52. *Pestilentia* 2, 22. ubi consule

295 sis, referunt, *Suevos omnes, posteaquam certiores nuncii de exercitu Romanorum* [a] *venerint, cum omnibus* [b] *suis sociorumque copiis, quas coëgissent, penitus ad extremos fines* [c] *sese recepisse. silvam esse ibi infinita magnitudine, quae* [d] *adpellatur* [e] *Bacenis: hanc longe introrsus pertinere, et pro nativo muro objectam, Cheruscos* [f] *ab Suevis, Suevos-*

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. L. pr. Pet. Ox. et 6. alii cum Hotom. Vasc. Str. et Steph. V. ad 5, 27. *venerunt* MSS. 2. vulgo *venerant.* b desunt *suis soc.* a G. V. tert. Ed. Inc. c Sic MSS. o. fere et Edd. Inc. Steph. aliaeque, non *sese.* Mox vulgo *infinitae magnitudinis.* d *adpelletur* Ed. R. Steph. e *Bacinis* Sc. L. pr. *Bacecis* V. sec. *Bacessis* D. *Barcenis* Volaterr. f Sic B. pr. V. pr. Egm. et 7. alii cum Ed. Inc.

Brantium. Poffet etiam conjici *adfectos.* Adi ad 7, 17. *difficultate rei frumentariae adfecto exercitu.*

*Ad iniquam pugnandi conditionem*] Hotomannus *aliquam* malebat, et, si in v. c. reperisset, haud dubie ita refcripturus erat. Atqui ego id in noftro v. c. invenio, nec tamen probo. Allegat Hotomannus, quod supra Caefar dixit, *aliquam pugnandi facultatem.* Ego recipio illud, *aliquam facultatem pugnandi,* sed quis mihi dixerit, quid sit illud, *aliquam conditionem?* Sane non memini, quemquam veterum ita locutum. Illud scio, saepe inveniri *iniquam conditionem.* Itaque et retineo hanc scriptionem, et retineri ipse senfus jubet. Etenim nihil mirum, si qui frumenti inopia pugnare coactus iniquiore utatur conditione. Retinet veram lectionem Celsi exfcriptor Anonymus, cum ait p. 107. *Ubios jubet pecora omnia campis abducere. si forte barbaros coactos inedia (cujus impatientissimum genus est) ad iniquum certamen possit inducere.* VOSS. *Aliquam* tamen agnoscunt etiam Cujac. Oxon. Andin. et Scalig. quorum duo pofteriores habent, *in aliquam,* sine dubio male. Rationem corruptionis videor detexiffe praec. animadversione. Rectius B. Civ. 1, 71. *datum iri tamen aliquo loco pugnandi facultatem.* ubi male mutant.

*Infinitae magnitudinis, quae appellatur* etc.] MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. *infinita magnitudine.* MS. Eliens. *infinitam magnitudine, appellatam* etc. CLARK. *Infinitam magnitudine* eft etiam in Gottorp. ac Voff. tert. Vulgata lectio exftat in solo Leid. sec. recentiffimo, In reliquis, uti et Edd. primis ac Vascos. Steph. Gryphii, aliisque, *infinita magnitudine.* Atque ita scripsit Caefar. Vide ad 4, 1. *Inmani corporum magnitudine homines.* Mox *hanc* servant And. Oxon. Scal. Leid. pr. et Petav. Ceteri cum Edd. primis, *ac longe.*

*Quo modo*] Sic MSS. Reg. et

*que ab Cheruscis injuriis, incursionibusque prohibere. ad ejus initium silvae Suevos adventum Romanorum exspectare constituisse.*

XI. Quoniam ad hunc locum perventum est, non 1
alienum esse videtur de Galliae Germaniaeque moribus, et quo differant [a] hae nationes inter [b] sese, proponere. *In* GALLIA *non solum in omnibus civi-* 2

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. sinceriores, non *eae*. b *se* MSS. 3. et Edd. pp.

Vossii. In aliis deest *modo*. CLARK. *Modo* quidem addit Voss. sec. et suprascriptum est in Bongars. primo. *Quod* Voss. pr. *quō* Duker. *Quo* retinent omnes reliqui: quare nil temere cum Clarkio mutes. *ἐν τίσιν* simpliciter Graecus. *Quo* ergo valet idem ac *qui*, vel *ut*, cum subjunctivo pro *quomodo* vel *quantum* posita.

*In omnibus civitatibus atque pagis partibusque*] Vertit Metaphrastes, *ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ ἐν πάσαις ταῖς φυλαῖς*, adeo ut vocem ultimam in suo Codice non repererit, nec dubito, quin e Glossemate sit nata: pagi enim apud *Caesarem* dicuntur partes, in quas civitas quaeque divisa est. Sic B. G. 1, 12. *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est*, ubi editt. *Rom. Ven. Beroald. in quatuor partes* exhibent. DAVIS. *Atque in omnibus pagis partibusque*) Ita MSS. et Editt. Vett. Graecus item, *καὶ ἐν πάσαις*. Scaliger et recentiores sine causa has voces (*in omnibus*) omiserunt; puto, quod jam praecessisset, *in omnibus civitatibus*: quae ratio nihili est. Porro in Graeca Versione deest vox, *partibusque*. Quam proinde, cum *pagi* sint *partes civitatum*, delendam, ut superfluam, existimat *Davisius*. Sed nihil opus. Est enim elegans Climax: *Non solum in omnibus* civitatibus, *atque in omnibus* pagis, partibusque (*pagorum*;) *sed pene etiam in singulis* domibus *etc.* CLARK. Non primus Scaliger, sed jam Veneti, et Aldorum officina ejecerant, *in omnibus*. Nec comparent hac voces in Oxon. In ceteris omnibus tam aliorum quam meis, et plerisque Editis habentur. Recte omnino, et ex perpetuo ac pleno Caesaris stylo; ut non solum repetat praepositionem, sed etiam adjectivum. Adi omnino notata ad 3, 1. *Magno cum periculo magnisque cum portoriis*. 6, 41. *Omnes vici atque omnia aedificia*. 7, 54. *Quam infortunam, quamque in amplitudinem*. Hinc patet, retinendam quoque praepositionem statim, *in singulis*; licet ibi exulet ab Edd. primis et MSS. cunctis, praeter Scal. And. Leid. pr. et Oxon. Adde ad 2, 10. *in suis, quam in alienis finibus*. Ceterum *partibusque* bene defendit Clarkius. Ut verum tamen fatear, magnopere mihi suspecta est ea vox. Nam eo loco, quem adducit Davis. etiam Codd. quidam habent *partes*, vel *partes et pagos*: uti ibi videre

296 *tatibus, atque* [a] *in omnibus pagis, partibusque, sed paene etiam in singulis domibus, factiones sunt:*
3 [b] *earumque factionum principes sunt, qui summam auctoritatem eorum judicio habere* [c] *existimantur: quorum ad arbitrium judiciumque summa omnium*
4 *rerum* [d] *consiliorumque redeat. idque ejus rei caussa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret: suos enim* [e] *quisque obprimi,* [f] *et circumveniri non patitur; neque, aliter si* [g] *faciant, ullam inter suos habent auctori-*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo desunt *in omnibus.* et *sunt pr.* contra MSS. b *earum autem* Carr. D. *earum* Aic. non male. c *existum.* B. pr. E. d *consiliumque* L. pr. Sc. e Sic MSS. et Edd. Ber. Vasc. Str. Steph. Gr. non *obp. q. hac* L. pr. f *ac* L. pr. g vulgo *faciat, habeat* et *in duas p. s. div.*

est; hic autem in Voss. primo non comparet *que*, quod indicio esse possit, *partibus* fuisse adscriptum ad marginem; immo et in Gottorp. Voss. tert. Leid. tert. atque Ed. Incerta est, *partibus pagisque.* In Scalig. *plagis p.* Defenditur vox *partibus* loco c. 35. *Haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur.* ubi Steph. *finibus.* c. 43. *Alias regiones partesque peteret.* B. C. 1, 25. *Italiae partibus regionibusque Graeciae.* Hirt. B. Alex. c. 42. *Omnem illam partem regionemque.* et c. 72. Vide et ad 8, 25. *In omnes partes finium.* Plura dabit J. F. Gronov. Obs. 2, 13. passim apud Geographos, Historicos, aliosque.

*Pene etiam in singulis domibus factiones sunt*] Interpretatur Hotomannus extra rem et Caesaris mentem: ut nullae domus fuerint, quae non huic vel illi factioni faverent. Ait Caesar, adeo plenam factionibus Galliam fuisse, ut iisdem in domibus propinqui a propinquis dissiderent. Non multis probare opus; tantum repete, quae supra de Divitiaco et Dumnorige, infra de Vercingetorige et Gobanitione memorat Caesar. Etiam apud Tacitum de Segeste et Arminio talia legere est. VOSSIUS.

*Idque*] Sic Cuj. And. Leid. pr. Oxon. et Gott. pro Var. lect. cum Graeco, αὕτη δὲ. Concisius Scalig. cum Ed. R. Steph. *Id.* quod mihi etiam praeplacet. 7, 72. *Id hoc consilio.* Reliqui scripti *Itaque* cum Ed. Incerta, et Flor. posses et rescribere, *Id quod.* Vide ad B. Civ. 3, 44. *Id quod,* vel, *idque accidit.*

*Ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret*] Egregie Sophocles in Ajace: *Καὶ τοὶ* σμικροὶ μεγάλων Χωρὶς Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται. *Μετὰ* γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄρισ' ἂν, *Καὶ* μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων. VOSS.

*tatem.* Haec eadem ratio est in summa totius Gal- 5
liae: namque omnes civitates in partes divisae
sunt duas.

XII. Quum Caesar in Galliam venit, alterius 1
factionis principes erant Aedui, alterius Sequani.
Hi quum per se minus valerent, quod summa au- 2
ctoritas antiquitus [a] erat in Aeduis, magnaeque eo-
rum erant clientelae, Germanos, atque [b] Ariovi-
stum, sibi [c] adjunxerant, eosque ad se magnis ja-
cturis, pollicitationibusque perduxerant. Proeliis 3

VARIAE LECTIONES.

a Deest Egm. *in* abest a V. sec. b *Ariobixtum* V. pr. c *devinxerant* Carr. *conjunx.* D. a m. pr.

*Si faciat, habeat*] *Faciant* Leid. prim. et Oxon. in quo etiam *habeant. haberet* Leid. sec. Reliqui cum Edd. cunctis usque ad Scaligerum, *habet:* uti debet. Nisi malis mecum, *faciant* et *habent.* Cum *quisque* dixit, omnes intelligit, et hinc numerum mutat, ut solent poëtae et historici millies. B. C. 1, 69. *Nemo erat tam tardus, quin putarent.* sic enim Leid. pr. c. 79. *nulli ex itinere excedere licebat, quin exciperentur.* ex eodem Cod. Hirt. B. Alex. c. 30. *multitudo defendebat. plurimum autem proficiebant.* ubi vulgo additur *hostes.* c. 71. *levis armatura exercitum sollicitum habebat, quod interficiebant* etc. id male mutavit Scaliger. Adi etiam quos laudat Cort. ad Sall. B. Cat. c. 23. et Plin. Ep. 1, 19. 5, 6, 27. Nep. Eum. 9, 2. Drak. ad Liv. 4, 16. Valer. Max. 2, 7, 15. *Neve quis eorum intra castra tenderet* etc. *neve locum etc. cingerent, neve tentorium ex p. haberent.* Ita MS. Harlem.

*In partes divisae sunt duas*] Sic MSS. Editi habent, *in duas partes divisae sunt.* Sed prior iste multo concinnior est verborum ordo. Sic initio statim libri primi: *Gallia est omnis divisa in partes tres.* CLARK. MSS. etiam mei, et Edd. primae, *in p. d. sunt duas*, vel *in p. d. duas sunt.* ut et Steph. vel *divisae s. in p. duas.* Fors abundat *duas.*

*Erant*] Rectius haec vox abest a Cujac. Leid. pr. Oxon. Scalig. et Ed. R. Steph. Vide notata ad 4, 2. In Gott. Voss. tert. Ed. Inc. *erant eorum.*

*Eosque ad se magnis jacturis*] Vir maximus, Justus Lipsius, Elect. 2, 7. putabat legendum *capturis.* Sed illum erroris ipse Caesar arguit, cum de bello civili 3, 112. ait: *Magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat.* Jacturae Caesari sunt munera. Et puto metaphoricam locutionem esse, desumtam ab iis, qui in periculo naufragii sunt. Nam jactura proprie dicitur de illis, qui merces aut onera navium in fluctus ab-

vero [a] compluribus factis secundis, atque omni nobilitate Aeduorum interfecta, [b] tantum potentia [c] antecesserant, ut magnam partem [d] clientium ab
4 Aeduis ad se transducerent; obsidesque ab iis principum filios acciperent; et publice jurare cogerent, nihil [e] se contra Sequanos consilii inituros;
5 et partem [f] finitimi agri per vim occupatam possiderent; Galliaeque totius principatum obtinerent. qua necessitate adductus Divitiacus, auxilii petendi caussa Romam ad Senatum profectus, infecta re,
6 redierat. Adventu Caesaris facta commutatione rerum, obsidibus Aeduis redditis, veteribus clientelis restitutis, novis per Caesarem comparatis; quod

VARIAE LECTIONES.

a *quampl.* V. sec. b *tanta* L. pr. c *eorum antecesserat* vel *concesserat* Carr. D. V. sec. Dorv. d *clientum* V. sec. dein *accesserant* D. e *esse* G. V. tert. Ed. Inc. f *finitumi* B. pr. V. pr. Lov. *finitimam* D.

jiciunt. Igitur quemadmodum illi furorem Oceani injectis mercibus, ita homines aliorum animos muneribus sibi conciliant. VOSS. *Cl. Salmasius* ad jus Atticum et Romanum, cum hoc in loco, tum alibi, pro *jacturis* reponit *pacturis*. Sed hanc vocem pro *donis* etiam *Ciceroni* usitatam esse, multis exemplis ostendit *J. Fr. Gronovius* de Pec. Vet. 4, 4. p. 627. DAVIS. Adde Gifan. Obs. Ling. Lat. p. 111. et hic Brant. ut et Gronov. rursus ad Plaut. Stich. 5, 4, 6. *Jactura dabitur nemini.* Quo pertinent etiam *missilia*, similiaque. Vide etiam Cellar. ad B. Alex. c. 49. *Qui modo aliquam jacturam facere posset:* i. e. qui sumtus expendere posset.

*Infecta re redierat*] De hac re sic *Eumenius* Pan. 7, 3. *Quum finitimae nationes, ipsi illi Romanae fraternitati, non gloriae invidentes, et usque in perniciem sui odiis incitatae, Germanos sibi auxiliarios invocassent, princeps Aeduus in senatum venit, rem docuit — Impetrata ope, Romanum exercitum Caesaremque cis Rhodanum primus induxit.* Sed plane falsus est Rhetor, nam nec Divitiacus opem impetravit, ut diserte testatur noster, nec *Caesar* Rhodanum primo transiit, ut Aeduos a Germanis liberaret. Vide B. G. 1, 11. DAVIS. *Infecta* exstat in Andin. et Ox. ex formula quasi solemni, *re Infecta.* ἄπρακτος Graec. Verum MSS. reliqui et Edd. sed primae *Inperfecta*, i. e. non plane ad finem perducta. Liv. 1, 54. *Ut re inperfecta redit Gabios.* Vide Drak. ad Liv. 5, 3. ubi similis varietas.

hi, qui se ad eorum amicitiam adgregaverant, meliore conditione, atque [a] aequiore imperio se uti videbant, reliquis rebus eorum, gratia, [b] dignitate amplificata, Sequani principatum dimiserant. In 7
eorum locum Remi succeſſerant, quos quod adaequare apud Caeſarem gratia intellegebatur; ii, qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Aeduis conjungi poterant, se Remis in clientelam dica- 298
bant. Hos illi diligenter tuebantur. Ita [c] et no- 8
vam, [d] et repente conlectam auctoritatem tenebant.
Eo tum [e] ſtatu res erat, ut longe principes haberen- 9
tur Aedui, secundum locum dignitatis Remi [f] obtinerent.

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. caſtigatiores. b Sic L. pr. Oxon. sine *que* bene. V. ad 4, 15. etc. *amplificatis* Hotom. qua emendatione sane non eſt opus. c *ut* G. V. tert. d deeſt V. sec. D. e *in statu* Egm. *erant* L. pr. f *obtinebant* V. sec.

Vulgatum tamen magis placet. Infra 7, 17. *Numquam infecta re discederent.* ubi plerique Codd. *incepta*, vel *incerta*. c. 82. *Infecta re reverterunt.* B. C. 1, 33. *Infectis iis.* 2, 14. *reliquos infecta re in oppidum repulerunt:* ubi itidem variatur. 3, 40. *Re infecta inde discessit.* item c. 57. Nep. Milt. 7. *Infectis rebus discessisset.* Male vulgo ibi *a pugna* additur. et reliqui paſſim.

*Adaequare*] Donatus Jannoctius emendavit ex antiquo Cod. *adaequari:* quomodo plures habere libros teſtatur Ciacconius. Idque place[illegible]to; habentque Edd. Gryph[illegible]ſiae. At mei omnes *adae*[illegible]*e* servant. Et recte, pro si[illegible] sive pares eſſe, neutraliter[illegible] omnino ad 8, 41. *Quae m*[illegible]*us adaequaret.*

Dein *intelligebant ii* Ciaccon. liber MStus et Edd. R. Stephani, Vascos. et Stradae, non male; licet non opus sit. *intelligebantur ii* Lovan. Leid. sec. et tert.

*In clientelam dicabant*] MS. *Carrar.* et impreſſi *Rom. Ven. Beroald. Gryph. Steph.* habent, *in clientelam dederant;* et ita legi oportere exiſtimo. Ita *dare in potestatem* Livius, *dare in quaestionem* Cicero, *dare in manum*, *nuptias*, *matrimonium* Terentius dixit. *J. M. Brutus.* et DAVIS. MSS. Reg. et Voſſ. et Edd. Vett. *dederant.* Quod idem eſt. CLARK. *Ducebant* Egm. *dicebant* Voſſ. prim. quae sunt corrupta ex *dicabant.* quod ex meis servant Bong. prim. Leid. prim. et tert. Oxon. Cujac. Petav. Gott. Voſſ. tert. et item MSS. Brant.

1 XIII. *In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo. nam* [a] *plebes paene servorum* [b] *habetur loco,* [c] *quae per se nihil* [d] *audet, et nullo adhibetur consilio.*
2 *Plerique, quum* [e] *aut aere alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria* [f] *potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus. In hos eadem*

*omnia*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *plebs* et mox *nulli.* b *habentur* L. pr. c *qui* L. pr. d *audent* L. pr. et *adhibentur.* Non inveuste. *habet* MSS. 11. et Edd. quaed. ut et *n. habet, per se n.* ejecto *et*, quod etiam abest ab Edd. pp. forsan *audens n.* ut Graecus δυνάμενος. *nihil laudis habet* Ber. e deest L. pr. Ox. f *potentium* L. pr. dein *dicabant* Lov.

Eliens. Ed. Inc. Aldi aliaeque. *Dicarant* V. Cod. Ursini, cui id placet; unde etiam oriri potuit istud *dederant. Dediderant* Beroald. cap. seq. *In servitutem sese dicant nobilibus:* ubi Aimoinus habet *addicunt* e vulgari formula.

*Aliquo sunt numero et honore*] Ultima voce pro more suo Caesar priorem rursus explicat: neque necesse est, cum Viro docto, qui legendum *nomine* ad libri sui marginem adleverat, quidquam mutare. Porro *in aliquo*, praepositione addita, habent Oxon. ac Leid. prim. et sec. cum Edd. Aldi, Ven. Gryphii aliisque, quod Hotomannus ait corrigendum esse ita, ut absit praepositio. Utrumque in usu est, pro, in honore esse aliquo. Propert. El. 2, 21, 55. *Et quaecumque erat in numero Romana puella.* Lucret. 5, 83. *Nec fuit in numero.* Cicero Orat. c. 61. *Nemo, qui aliquo esset in numero.* At sine praepos. idem l. 1. ad Fam. Ep. 10. *Ubi aliquo numero sis.* et statim §. 4. *Magno sunt apud eos honore.* Utroque modo etiam Livius. Vide ad 2, 22. *In ingenti gloria esse.* et alii. Sic supra vidimus *habere numero*, et *in numero* ad lib. hujus c. 6.

*Nam plebs*] Bongars. prim. Andin. Leid. pr. Oxon. Voss. pr. Lovan. Egm. Scalig. Carr. Duker. et Voss. sec. cum Pulm. Schedis, et Ed. Flor. *plebes.* Quod sine dubio a Caesare profectum est, et saepissime auctoribus restituerunt Viri docti. Vide quos laudat Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 37. *Cuncta plebes*, aliosque passim. Recte jam ediderunt in Hirt. Bell. Alex. c. 5. *plebes ac multitudo*, quod confirmant ibi Pet. Leid. pr. et Scal. aliique.

*Nulli*] Bong. prim. Vossiani, Egmund. Pulm. Schedae, Carrar. et 5. alii cum Edd. Rom. Mediol. Ven. Incerta, aliisque, *nullo.* Recte. [illegible]im et *nullus* cum aliis [illegible] declinantur antique, [illegible]ia adjectiva: quod ta[illegible]ere saepe intrudere ubi[illegible] in Lucano (4, 441. 8, 8[illegible] 730.) co-

*omnia sunt jura, quae dominis in servos. Sed de his* 3
[a] *duobus generibus alterum est Druidum, alterum* 299
*Equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publi-* 4
*ca ac privata* [b] *procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae caussa concurrit; magnoque ii sunt apud eos honore.*
*nam fere de omnibus controversiis, publicis* 5
*privatisque, constituunt; et, si quod est admissum*

VARIAE LECTIONES.

a *quidem* d. G. V. tert. Ed. Inc. b *provocant* D. a m. pr.

nantur Viri quidam docti. Exstat etiam in antiquo MSto infra 8, 55. *Nullo erat dubium.* Et in plerisque, immo Edd. vulgatis, B. Civ. 2, 7. *Nullo usui fuere.* Vide quoque ad B. Alex. c. 15. Adi Pareum ad Ter. And. 3, 5, 2. et quos citat Cl. Munker. ad Fulgent. Contin. p. 139. Lips. Antiq. Lect. 1, 5. Scalig. et Broukh. ad Prop. 1, 20, 35. Dein *concilio* praefert Leidens. primus; quod recipi posset, ut de ipso conventu populi, non de consultatione accipiatur. Quamvis frequentem locutionem esse, *adhibere aliquem consilio*, non sum nescius. ἐν ὐδεμίᾳ παρακαλεῖται βυλῇ Graec.

*Alterum est Druidum*] Non arbitror absurdius fore, si Druidum nomen deducam ab Hebraeis, quam cum Romani a Graeco δρῦς deduxere. Nam potuit id nomen mansisse ex veteribus reliquiis primae linguae. Sane Druidas antiquissimos esse, vel illud satis ostendat, [illegible]d nullus autorum prodi[illegible]o coeperint. Igitur de[illegible]llud vocabulum a [illegible], quod est *exquirere*, [illegible], *consulere*. Unde דרש[illegible], est ille, qui *consulitur:* sane congruit haec vox nomini *Druis*. Et sic appellati fuerint, tanquam qui oracula reddebant. hinc sane דורשא *dourasa*, Chaldaeis quoque est *concionator, praedicator*. Sed haec, ut incerta, mitto. VOSS. *Elias Schedius* de Diis Germ. Syngr. 2. cap. 3. et *Vossius* Etymologiam *Druidum* a verbo Hebraico דרש petendam existimarunt. Sed admodum fit verisimile, nomen a Celtica *Deru* esse deducendum, haec enim *quercum* significat, cui affinis est Graeca δρῦς. a nonnullis ob soni similitudinem pro *Druidum* radice habita. Hoc veriverbium ex eo firmatur, quod robora singulari veneratione sint prosecuti. *Plinius* H. N. 16, 44. *Nihil habent Druidae — visco et arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Graeca possint Druidae videri.* Ob eximium hunc cultum robori exhibitum, nonnulli putarunt, quercum ab iis pro simulacro Jovis habitam. *Maximus Tyrius* Dissert. 38. p. 400. Ed. Cantab. Κελτοὶ

*facinus, si caedas facta, si de hereditate, si de fi-*
6 *nibus controversia est,* [a] *iidem decernunt; praemia*
*poenasque constituunt: si* [b] *qui aut privatus aut pu-*
*blicus eorum decreto non* [c] *stetit, sacrificiis interdi-*
7 *cunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus*
[d] *ita est interdictum,* [e] *ii numero inpiorum ac sce-*

## VARIAE LECTIONES.

a MSS. vetustiores *idem*. b vulgo *quis*. c *steterit* Edd. Vasc. Str. Gr. Steph. Clark. cum MSS. Scal. L. pr. et sec. d deest And. Oxon. e *in* V. sec.

*σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν δρῦς ὑψηλή.* Quin etiam Graeci eos *Σαρωνίδας ἀπὸ τῶν Σαρωνίδων, a quercubus*, vocarunt. *Diodor.* Sicul. Bibl. l. 5. p. 308. Ed. Rhodom. *Φιλόσοφοι τέ τινὲς εἰσὶ καὶ θεολόγοι περιττῶς τιμώμενοι, οὓς Σαρωνίδας ὀνομάζουσι.* Vide *Guil. Cambdenum* Brit. pag. 10. seq. et *Edm. Dickensonum* Delph. Phoeniciss. p. 188. DAVIS.

*Rebus divinis intersunt*] Explicat Strabo Geogr. l. 4. p. 198. *θύεται δὲ οὐκ ἄνευ Δρυΐδων*, quod ponere visum, ne cum Hotomanno (et Brantio) de veritate hujus lectionis ambigas, aut *praesunt* pro *intersunt* emendes. VOSS. Vide et *Diodorum* Siculum Bibl. l. 5. p. 308. DAVIS.

*Si de finibus*] Primam voculam a recentioribus prorsus omissam fide MS. *Norv.* et editt. vett. restituimus: quo modo, ut videtur, sententia longe est elegantior. DAVIS. Voculam, *si*, a Scaligero et recentioribus omissam, ad concinnitatem autem sententiae permultum conferentem, ex MS. Eliensi et Editt. Vett. optime restituit *Davisius*. CLARK. Temere nimis Davisio credidit Clarkius. Nam illud *si* hoc loco non comparet, quantum scio, in ulla Editione, aut vetere aut recentiore; quare nescio, quas Veteres Editiones hic intelligat Davisius. Non exaratum etiam est in ullo MSto praeter solum Egmundanum. quare rursus ejicere nolui, quum eleganter repetatur.

*Decernunt*] Bong. prim. Vossiani, Lovan. Egm. Oxon. et quatuor alii cum Carr. et Edd. Vett. *discern.* quomodo dicimus *discernere litem*. Verum recte Hotomannus et Brantius emendarunt quoque *decernunt*, ut jam Vascos. Steph. et Gryph. ediderunt, ac servant Petav. et Scalig. cum Leid. primo et Andino, id est, dijudicant, cernendi finem faciunt, quod judiciis et cognitionibus proprium. Consule omnino Gronov. Obs. 3, 17. ad Livium 7, 9. et alibi, ac Periz. ad Sanct. Min. 3, 13. 4, 15. pag. 784. Eadem confusio B. Civ. 1, 35. *Neque sui judicii, neque suarum esse virium, decernere.* ubi vide plura.

*Si quis*] Bene Andin. Lovan. Egm. et quinq[illegible] *qui* cum Ed. Incerta, uti [illegible]n. ac Leid. primo, in qu[illegible]tamen, *si qui privati*. In Bo[illegible] *si quia*, suprasc. *autem*. [illegible] ad 1, 48. *si qui equo decid*[illegible] Sic MSS. etiam §. 9. *si qui* [illegible]*llit*.

*leratorum habentur; iis omnes decedunt, aditum*
*eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex* [a] *conta-*
*gione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus*
*redditur, neque honos ullus communicatur. His* 8
*autem omnibus Druidibus praeest* [b] *unus, qui sum-*
*mam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, si* 9

VARIAE LECTIONES.

a *cogitatione* MSS. 7. b deest Ox. mox vulgo *quis*.

*Publicus*] Codices nonnulli, *populus*. CLARK. *Populus* invenitur quoque in MS. Brantii, item Bong. pr. And. Leid. pr. Scal. Oxon. Voss. pr. Leid. tert. Edd. Ven. Aldi, Steph. Gryphii, aliorumque, ut et Aimoini: idque etiam placuit Hotomanno. Quod fortasse totae civitates a sacris arcerentur, et *publicus* non ita dicant Latini, pro homine, qui magistratum gerat, in oppositionem *privati*. δημότην reddidit Graecus; rectius vertisset δημόσιον. Mihi vero, licet rarior sit locutio, non displicet *publicus* pro eo, qui publicum munus gerat: quia hic eum *privato*, ut solent sexcenties hae voces, jungit. *Populus* autem irrepsit in MStos vetustissimos; quia forsan scripserit Caesar *Poplicus*, ut in Ennii versu apud Ciceron. l. 7. Fam. Ep. 6. et in Inscript. Gruteri. Vide Cl. Drakenb. ad Silium l. 2. Init. *Poplicola* (et vs. 251.) Si tamen quis nihilominus mavult *populus*, per me licet: modo tum simul legat, *si qui privati*. Et potuit sequens singul. numerus *stetit* corruptioni ansam dedisse librariis, putantibus, tum debuisse dici *steterunt*. Sed vide ad cap. praec. et 4, 2.

*Iis omnes decedunt*] Hotoman. cum Brantio et Budaeo, uti et vulgo, capiunt haec verba de obviis, qui, ne eorum contagione polluantur, occurrentes illis, *de via decedunt iis*. Recte quidem, si vulgaris lectio sana est. Verum Metaphrastes illa non vertit Graece; et MSS. Andin. ac Leid. prim. cum Scalig. et Ed. R. Steph. exhibent, *ab iis o. discedunt*. In alio *descendunt* sollemni confusione. *Ab* exaratur quoque in Oxon. et Petaviano inter versus, agnoscuntque praepositionem Ven. 1517. Ald. Gryph. et Plantin. Sed *decedere iis* elegantius videtur, tanquam pollutis et leprosis apud Judaeos. Rem explicat aliquo modo Cicero Catil. 1, 7. *Quid quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? Quod omnes consulares simul atque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt.* Vide etiam supra ad 1, 44. *Qui nisi decedat, et si decessisset.* Ceterum *eorum* non est in Edd. primis, neque Vascos. Stephani, aliisque, uti nec in Aimoino, aut MSStis meis, praeter Andin. Leid. prim. et Oxon. sed agnoscit etiam Graecus.

*Hoc mortuo, si quis — At si sunt*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edit. Rom. (*Hoc mortuo*, aut *siquis* —' aut, *si sunt*. Nihilominus eleganter. *Adlegitur* in iisdem Codd. deest. CLARK. Post *mortuo* addunt *aut* etiam MSS. Brantii, aliorumque et mei cum Edd. primis, exceptis rursus Cuj.

*qui ex reliquis excellit dignitate, succedit. At, si sunt plures pares, suffragio Druidum adlegitur; nonnumquam* [a] *etiam armis de principatu contendunt.*
10 *Hi certo* [b] *anni tempore in finibus Carnutum,*
301 *quae* [c] *regio totius Galliae media habetur, considunt, in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt;* [d] *eorumque decretis*
11 *judiciisque parent. Disciplina in Britannia reperta,*

VARIAE LECTIONES.

a Deest Duk. vulgo *de pr. arm.* contra MStorum ordinem. b *anno in* Ox. c *qua* L. pr. d *eorum* G. Ed. Inc. vulgo *jud. dec.* contra MSS. et Edd. Vett.

Scal. And. Leid. pr. et Oxon. atque ita Metaphrastes; rectius, ut mihi videtur. Cod. Egmund. ulterius interpolavit, *si mortuo succedit ejus heres, aut si.* Dein *qui,* non *quis,* optime Bong. pr. a m. pr. Voss. pr. Leid. pr. Egmund. Lovan. et multi alii cum Ed. Incerta, bene, ut monui supra. *At* cum Metaphraste, εἴδε, servant eleganter soli Oxon. et And. Reliqui omnes, tum aliorum, tum mei, et Editi praeter Basil. Ven. 1517. Ald. Gryph. Plant. etc. *aut.* Non male legas, *aut succedit, aut si sunt etc.* Denique *adlegitur* restat in Cujac. Petav. Scal. And. Oxon. et Leid. pr. in quo *adligitur.* Reliqui, et Edd. primae cum Beroaldo non habent, junguntque praecedenti verbo *succedit.* In Bongars. primo a m. secunda suprascriptum, *deligitur.* ἕνα οἱ Δρυΐδαι αἱρῶνται Graec. Bene, at non item *adlegitur.* Hoc enim verbum adhibent auctores, quando unus cetero caetui additur, vel in collegium quoddam adsciscitur pari auctoritate et dignitate; hoc vero loco intelligitur unus ex coetu et ex omnibus electus, ut ceteris praesit; quocirca suspectum est mihi vehementer de Glossemate, nisi *eligitur* subponere velles, vel *deligitur* potius, seu *delegitur.* Vide Var. lect. ad 1, 3. 7, 83. et alibi. c. 23. *Magistratus, qui ei bello praesint, deliguntur.* Nepos Ages. c. 1. et passim. Glossar. *deligo,* ἐπιλέγομαι. Certe in MSS. aliquando confunduntur. Vide Misc. Obs. Vol. 4. p. 140. ad Appuleji l. 11. p. 262. *In collegium me pastophorûm, immo inter ipsos decurionum quinquennales adlegit,* vulgo *elegit.* Valer. Max. 2, 2, 10. *a Censoribus in ordinem senatorium adlectum.* Sic etiam Harlem. MS. *electum* minus bene in quibusdam.

*Quae regio totius Galliae media habetur*] Delphi umbilicus terrae, ubi oraculum Apollinis. VOSS. Hic situs in causa erat, cur concilium eo in loco cogeretur: nullus enim alius Druidis ex omni Gallia confluentibus aeque fuit commodus. Non aliam ob rationem Delphis conveniebant Amphictyones, quam quod illi in Graeciae meditullio fuerint collocati. Vide *Strabonem* Geogr. l. 9. p. 419. et *Pausaniam* l. 7. p. 445. DAVIS.

*atque* [a] *inde in Galliam translata esse, existimatur, et nunc, qni diligentius eam rem cognoscere volunt,* 12
*plerumque illo, discendi caussa, proficiscuntur.*

XIV. *Druides a bello abesse* [b] *consuerunt, ne-* 1
*que tributa* [c] *una cum reliquis pendunt; militiae vacationem, omniumque rerum habent inmunitatem. Tantis excitati praemiis, et sua sponte multi in dis-* 2
*ciplinam conveniunt, et a parentibus propinquisque*

VARIAE LECTIONES.

a Deest, ut et *esse* ab Ox. *existum.* Egm. b Sic MSS. et Edd. pp. V. ad 1, 43. c *umquam* L. pr.

*Considunt in loco consecrato*] Τόπῳ Graecus. Sed *luco* mallem legere, siquis vetus codex juvaret. Nam plerumque talia loca deligi ad sacros conventus solent. Sane Lucanus 1, 453. de Druidis ait, — *nemora alta remotis Incolitis lucis.* VOSS. Vide de hac confusione supra ad 5, 21. Et sane *luco* suprascriptum hic est in Oxon. *locis* tamen servant omnes quoque c. 17. *Exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet.* Sed ibi alia res est. Adde soceri notam ad Val. Max. 1, 1, 19.

*Druides a bello abesse consueverunt*] Joannes Baptista Pius Annot. c. 62. ait, dicere Lucanum, in bello Druidas esse solere. Verba Annaei, quibus id adstruere nititur, haec sunt 1, 450. *Et vos barbaricos ritus moremque sinistrum Sacrorum Druidae positis repetistis ab armis.* Sed aliud voluit Lucanus: nimirum, quia Druidae illum, qui sacrificandus erat, sagittis conficiebant, ut Strabo Geogr. l. 4. p. 108. tradit, et mos ille a Tiberio interdictus, a Claudio sublatus erat, ideo dicit, positis ab armis eos repetiisse foedum morem. VOSS. Male Lucani locum exponit Vossius. *Positis armis* notat pacem et quietem, qua jacent arma, vel post decennale bellum ab armis cessatum est per Gallos et Romanos; unde liberi Romanorum metu et securi sacra intermissa repetebant: uti bene Scholiastes. Adde Vir. Doct. Misc. Obs. T. 2. V. 3. p. 266.

*A parentibus propinquisque*] Sic MSS. Editi, *a propinquis parentibusque.* Ordine minus naturali. CLARK. Uti optime e MSS. restituit Clark. ediderant jam quoque Ven. Vasc. Steph. Gryph. Ed. post. aliique.

*Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur*] Lege, *magnum* illi *numerum etc.* ut recte *Petav.* DAVIS. *Cur sec.* Cur *illi* mavelit Davisius ex unico Codice, nescio. *Ibi* certe bonum fundit sensum pro, *in illa disciplina Druidum.* Graecus etiam, ἐνταῦθα.

*Versuum ediscere dicuntur*] Ἐπῶν Graecus optime. Et fallitur mirum in modum Hotomannus, qui putat, hic per *versus* intelligi involutos verborum sen-

3 *mittuntur. Magnum ibi numerum* [a] *versuum ediscere dicuntur. Itaque* [b] *annos nonnulli vicenos in disciplina permanent;* [c] *neque fas* [d] *esse existimant,*
302 *ea litteris mandare, quum* [e] *in reliquis fere rebus,*

VARIAE LECTIONES.

a *jussuum* V. sec. b Sic MSS. et Edd. accuratiores. vulgo *nonn. an. viginti* MSS. 4. Edd. R. V. M. etc. c *Nefas* Pet. d deest L. pr. e deest B. pr.

sus. Quem erroris vel solus arguat Lucanus, cum 1, 449. ait: *Plurima securi fudistis carmina Bardi.* Nam his gentibus illud potissimum memoriae genus, unde Tacitus de moribus Germanorum: *celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus est.* Adde, quod antiquissima poësis sacra fuit aut paraenetica, in honorem praestantium virorum, unde apud Xenoph. primo Cyropaediae, *φύναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ἄδεται ἔτι, καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων.* quia augustius aliquid carmina spirant, quam prosa oratio. Itaque nihil mirum, si apud Gallos etiam versibus divina complecterentur. Sed de vetustissima poësi siquis plura scire velit, adeat opus patris mei de arte Poëtica, ubi fuse cuncta differuntur. Ad Caesaris verba ut redeamus, ait ille, carmina edisci ab iis, qui in disciplina Druidarum erant. Horum carminum autores Bardi. Nam, ut Strabo ait l. 4. p. 197. tria apud Gallos hominum genera in honore erant, Bardi, Vates, Druidae. Bardos ait fuisse *ὑμνηταὶ καὶ ποιητάς, hymnorum cantores et poëtas;* Vates *ἱεροποιοὺς, καὶ φυσιολόγους, sacerdotes, et naturam contemplantes;* Druidas vero moralem quoque philosophiam exposuisse. Caesar tria haec genera sub Druidarum nomine complectitur, nam cum ait, *illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant*, etc. intelligendi sunt vates: eosdem quoque designat, cum ait, *Multa praeterea de sideribus, atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, etc. disputant.* Bardos notari diximus, ubi inquit, *magnum ibi numerum versuum ediscere coguntur.* Hoc, quatenus *ὑμνητικοί*, alterum eorum studium respexit Lucanus 1, 447. *Vos quoque qui fortes animas belloque peremtas, Laudibus in longum, vates, dimittitis aevum, Plurima securi fudistis carmina Bardi.* Ubi vates quoque appellat eos, id est, *ποιητάς.* Druidarum philosophiam spectant, quae Caesar memorat de aeternitate animarum, aliaque, quae ethica, nam talibus, inquit Caesar, homines *maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* VOSSIUS.

*Graecis literis utantur.*] Vocem *Graecis* non sine caussa videtur ejicere Hotomannus. Tamen retinuit Graecus. ego adulterinam censeo, aut, si cui audacius id videtur, non temere admittendam. VOSS. *Jos. Scaliger* Epist. 16. *Fr. Hotomannus* et *Vossius* primam vocem censent inducendum. *Rob. Titius* loc. Controv. l. 4. reponit *caecis*, *Sam.* autem *Petitus* Obs. 1, 7. *crassis*, rudes intelligens, quae Graecarum et Romanarum ele-

*publicis* [a] *privatisque rationibus, Graecis* [b] *utantur litteris. Id mihi duabus de caussis instituisse vi-* 4
*dentur; quod neque in* [c] *vulgum disciplinam efferri, velint; neque eos, qui* [d] *discant, litteris con-* 303

VARIAE LECTIONES.

a *et privatis* L. pr. b Sic L. pr. Sc., Ox. Ed. Steph. vulgo *l. ut.* c *vulgus* vulgo. d Sic Ox. L. pr. V. tert. non *discunt.* paullo ante *volunt* Edd. R. M. V.

gantiam non adaequabant. Sed cum omnes libri vulgatam lectionem exhibeant, mihi omnino videtur retinenda. Massiliam coloniam deduxerunt Asiatici Phocaeenses, Graeco sermone usi. *ab his* autem *Galli usum vitae cultioris, deposita et mansuefacta barbaria — didicerunt*, ut tradit *Justinus* 43, 4. Omnino igitur crediderim, Gallis antea nullum fuisse litterarum usum, adeoque, cum eas a Massiliensibus acceperint, nihil mirum, fuisse Graecas. Hinc factum est, ut *in castris Helvetiorum tabulae repertae sint Graecis litteris confectae*, quemadmodum docet noster B. G. 1, 29. Non enim ibi cum *Joan. Rhellicano* Graecum sermonem, sed litteras tantum Graecas intellexerim, nec Gallos ullis aliis tum temporis usos fuisse, manifestum. Sed si tabulas illas Graeco sermone confectas concedamus, fieri non potest, ut eadem significatione hic locum obtineat, cum omnes Druidae linguam Graecam non callerent; Divitiacus enim, qui unus fuit e Druidis, veluti testatur *Cicero* de Divin. 1, 41. interprete opus habuit, ut cum Caesare colloqueretur, qui Graece fuit peritissimus. Vide B. G. 1, 19. Non est etiam, quod cum *Hotomanno* Francogall. c. 2. arbitreris, phrasin, quam adhibet *Caesar*, non solum elementa, verum etiam sermonem ipsum necessario denotare: contrarium enim liquet ex *Plinii* Hist. Nat. 7, 57. *Gentium*, inquit ille, *consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut* Jonum litteris uterentur. Scio quidem, vocem *Jonum* viro doctissimo expungendam videri, sed vehementer erravit, ut pulchre ostendit vir summus, *Jos. Scaliger*, in Anim. Euseb. pag. 104. DAVIS. *Graecis* qui habent suspectam, eos juvat Cod. Voss. sec. in quo scribitur, *rationibus gerendis.* Sed omnino male. *Graecas litteras* cum Davisio interpretor scripturam Graecam, et litterarum formas, non linguam et sermonem. uti 1, 29. Atque ita Tacitus de Mor. Germ. c. 3. *Monumentaque et tumulos quosdam exstare Graecis litteris inscriptis in confinio Germaniae Rhaetiaeque:* ubi vide Lipsium. Hinc recte distinguit Justin. 20, 5. *Ne quis Carthaginiensis aut litteris Graecis aut sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste aut scribere sine interprete posset.* Immo de Gallis tradit Strabo, quod contractuum formulas scribant ἑλληνιστί; quem citarunt Viri docti ad 5, 48. *Hanc Graecis conscriptam litteris mittit:* ubi tamen etiam de ipsa lingua capio, licet non plane necesse sit. Nam Druides et illi, qui abesse a bello solebant, litteras eas callebant, non vulgus militum.

*In vulgus*] MSS. mei omnes, item Edd. Incerta, Stradae, Stephani, Gryphiique, *Vulgum.*

*fisos, minus memoriae studere.* [a] *quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum, diligentiam in*
5 *perdiscendo, ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios; atque hoc* [b] *maxime ad virtutem excitari, putant, metu mortis neglecto.*
6 [c] *Multa praeterea de sideribus, atque eorum* [d] *motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum inmortalium* [e] *vi ac potestate disputant, et juventuti transdunt.*

VARIAE LECTIONES.

a *et quod* Ox. b deest L. pr. Ox. c *Multi* L. pr. d *motibus* Dorv. Edd. R. M. V. e *via* B. pr. a m. pr.

quod mutare non debuerant editores alii. Varronem enim, Sallustium, Horatium, Nepotem, aliosque sic hoc nomen declinasse, notum est. Adi Cl. Burm. ad Phaedr. Fab. 4, 14. *Vulgi fictilis, Qui simul offendit ad Fortunam frangitur.* Appulej. l. 2. Met. p. 28. *edicit in vulgum:* ubi etiam MSS. aliquot male, *vulgus.*

*Non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios*] Haec Pythagorae fuit sententia. *Diodorus* Siculus Bibl. l. 5. p. 306. Ἐνισχύει γὰρ παρ' αὐτοῖς (Γαλάταις) ὁ Πυθαγόρου λόγος, ὅτι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι συμβέβηκε, καὶ δι' ἐτῶν ὡρισμένων πάλιν βιοῦν, εἰς ἕτερον σῶμα τῆς ψυχῆς εἰσδυομένης. Sed an a Pythagora Druides hauserint, an ipse potius ab illis, dubium videtur *Just. Lipsio* Physiol. Stoic. l. 3. Diss. 12. *Alexander* sane apud *Clementem* Alexandrinum Strom. l. 1. p. 223. Ed. Lugd. tradit, Pythagoram ἀκηκοέναι Γαλατῶν. Sed magis accederem *Amm. Marcellino*, qui hac de re sic loquitur 15, 9. *Druidae ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagorae decrevit, sodaliciis adstricti consortiis, quaestionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt; ut, despectantes humana, pronunciarint animas immortales.* Certe cum Galli litteris Massiliae operam dederint, ut apparet ex *Strabonis* l. 4. p. 181. non mirum, eos Pythagoricis dogmatibus fuisse imbutos. DAVIS. In hac certe sententia fuisse videtur *Jamblichus* vit. Pythag. n. 173. Diserte vero *Origenes* Philos. c. 2. p. 46. Ὁ τοῦ Πυθαγόρου οἰκέτης Ζάμολξις τοὺς παρὰ Κελτοῖς Δρυΐδας λέγεται διδάξαι φιλοσοφεῖν τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν. Eadem fere repetit cap. 25. p. 168. seqq. IDEM. *Cur. sec.*

*Hoc maxime ad virtutem*] Fortitudinem bellicam, nam, ut Galli *forent ad bella meliores, aeternas esse animas vitamque alteram ad manes* Druidae docuerunt, si *Pomp. Melae* fides 3, 2. Vide et *Lucanum* 1, 454. seq. IDEM.

XV. *Alterum genus est Equitum. Hi, quum* 1
*est usus, atque aliquod bellum incidit (quod* a *ante*
*Caesaris adventum fere quotannis* b *accidere solebat,*
*uti aut ipsi injurias inferrent, aut inlatas propulsa-*
*rent,) omnes in bello versantur; atque, eorum ut* 2
c *quisque est genere copiisque amplissimus, ita plu-*
*rimos circum se ambactos clientesque* d *habent. Hanc*
*unam gratiam potentiamque noverunt.*

XVI. *Natio est omnis Gallorum admodum de-* 1
*dita religionibus; atque ob eam caussam, qui sunt* 2

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique et Edd. pp. *fere a. adv. C.* b *accedere* V. pr. E. c *quisquis est ing.* V. sec. d vulgo *habet.*

*Amplissimus*] MS. Reg. Angl. *Amplissimis.* Leid. pr. *amplissimus copiis amplissimis*, e varia lectione. Ceterum optime idem, *habent.* Conſtructio enim eſt, *versantur*, *atque ita habent*, *ut quisque eorum*, quomodo haec tria verba disponit Petav. Vulgo male poſt *eorum* diſtinguebant. Sed et per se *quisque* jungi poſſet plurali numero *habent.* Vide ad 1, 39.

*Plurimos circum se ambactos*] Merito dubitet quis, Latinum vocabulum, an Gallicum sit. Illud certum, hodieque nobis uſurpari. Qui Latinum eſſe contendunt, citant Gloſſas vett. ubi legitur: *Ambactus*, *δῦλος μισθωτός, ὡς Ἔννιος.* Scaliger ad Feſtum vocem *ambactus*, quae apud Ennium reperitur, ait Latinam eſſe: at hic apud Caeſarem Gallicam. Ego non fruſtra id recipiendum arbitror, praeſertim cum sciam, et Ennium annalibus suis voces exoticas inſeruiſſe, qualis *boia*, aliaeque. Caeſar sane pluribus locis peregrinis quoque vocibus utitur. Cujusmodi sunt, *Vergobretus*, *urus* (quam vocem Gallicam eſſe, etiam Macrobius ait, et Germani hodieque *uhrochsz* appellant), item *alces*, etc. Sane ego arbitrer, vocem eſſe Gallicam, eo magis, quod explicat eam Caeſar, et addit *clientes.* At si *ambacti* vocabulum hic Latinum eſſe dicamus et notare *μισθωτὸν*, neceſſario dicendum, eum non eſſe clientem. Praeterea nihil Caeſar hic ait de mercenariis, sed supra dixit, plebem egenam se nobilibus in servitutem dicare, et eadem illis jura eſſe in hos, quae dominis in servos. At in mercenarios non id juris eſt. VOSS. Hac voce uſus eſt *Ennius:* Gloſſae vett. *Ambactus*, *δῦλος μισθωτός*, *ὡς Ἔννιος.* *Jos. Scaliger* ad Feſtum, verbum *Caesarianum* Gallicis vocabulis adſcripsit, *Ennianum* autem Romana civitate donavit: nec forſan abs re; cum ita dici poſſint servi mercede conducti, quod *circumagantur*, quo lubet conducentibus, ut animadvertit *G. J. Vossius* in Etymol.

304 *adfecti gravioribus morbis, quique in proeliis pericu-*
*lisque versantur, aut pro victimis homines inmolant,*
*aut se inmolaturos vovent,* [a] *administrisque ad ea*
3 *sacrificia Druidibus utuntur; quod, pro vita ho-*
*minis nisi hominis vita reddatur, non posse aliter*

## VARIAE LECTIONES.

a *ministrisque* Pet. *atque ministris ad* Carr. Duk.

qui tamen mire lapſus eſt in eo, quod dixerit, *Caesarem* hanc vocem uſurpaſſe *pro viris dignitate praestantibus, mancipii alicujus aut agri praefectis*; nihil enim clarius eſt, quam solos Equitum *clientes* denotari, quae vox ἑρμηνείας ἕνεκεν eſt adjecta; praeterquam quod *Caesar* c. 13. teſtatus eſt, solos Druidas et Equites *aliquo esse numero atque honore*. DAVIS. Vide etiam de hac voce Turneb. Adv. 14, 12. *Amicos* male hic Oxon. et Andin. Codd. Adi omnino Cluver. Germ. Ant. 1, 41. et exactiſſimi judicii curaeque Virum eximium, B. Huidekoperum, in Belgico libro, *proeve van Tael en Dichtkunde* p. 586. etc. unde patet, *Ambactos* eſſe satellites, ſtipatores, *Trouwanten*.

*Natio est omnis Gallorum*] Non male: sed Bongars. prim. Petav. Lovan. Voſſiani, Egmund. ceterique omnes MSS. cum Editis usque ad Scaligerum praeter MS. Ursin. Leid. pr. Cuj. Oxon. et Andin. exhibent, *omnium*. Unde conjicias, olim fuiſſe a Caeſare scriptum, *hominum*. Saepe dictum, auctorem noſtrum plene efferre, quod alii solent Elliptice; *omnium* autem et *hominum* mutatio facillima eſt, quia in MSS. solet, ut notum, adspiratio omitti. Sic *Onos* pro *honos* (etiam in Bong. pr. c. 13.) *ortus* pro *hortus*, *umerus* pro *humerus*, et similia. *Natio* igitur *hominum Gallorum* idem, quod *Natio Gallorum*, *Graecorum*, aliaque. Atque ita loquitur Caeſar 1, 31. *Harudum hominum*. Adde quae collegimus ad 2, 33. *plerumque hominibus*, vel *omnibus Gallis*. Ita et *homines adolescentes* c. 28. legendum eſt. Adde et ad c. 29. *Omnes Germani*. Eadem confusio c. 30. ut et 8, 36. B. Afr. c. 10. *Omnis* vero hic placuit etiam Hotomanno, quod temere inmutare nolui. Graec. Οἱ δὲ Γάλλοι ἔθνος. Nisi *omnium Gallorum* capias pro, omnium sive trium Galliarum, ad differentiam unius Galliae, sive *totius*, id eſt, illius, de qua agit ibi. De qua vide Voſſium ad 7, 4. *Procumbunt omnibus Gallis ad pedes*, *ne totius Galliae urbem* etc. 7, 15. in MSS. et Edd. Immo h. lib. c. 18. *Galli se omnes ferunt* etc.

*Nisi vita h. reddatur, non posse aliter*] MSS. Bong. Vossiani, Leidenſes, Scalig. Egmund. Lovan. Gottorp. et Ed. Inc. *non nisi v.* quo perſpicue semel abundat *non*; et vel poſteriore loco ejiciendum, vel potius *nisi non*, aut *nisi si*, reſcribendum hoc loco eſt: de quo egimus ad 2, 31. *Nisi si quid auxilii sit*. Saepe invenias, *non aliter quam si*. vel, *non aliter quam*. V. ad Front. 1, 1, 10. quod tamen non credo alicui hoc loco placiturum. Ceterum recte Scaliger addidit primus τὸ *aliter*, quod exſtat in

*deorum inmortalium numen placari*, [a] *arbitrantur, publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia.* 305
*Alii* [b] *inmani magnitudine simulacra habent; quorum* 4
*contexta viminibus membra vivis hominibus complent: quibus succensis, circumventi flamma exanimantur*

VARIAE LECTIONES.

a *arbitrabantur* Lov. Dorv. b *m. in.* sine *habent* Oxon. et Seal. qui et *humani* dat. *Ibi* pro *alii* Duk. *m. limnani* L. pr.

MStis Urfini, Leid. primo, Scalig. et Bongars. primo a m. secunda. Reliqui ea voce carent. Sueton. in Ner. c. 36. *tamquam aliter illi non possent, nisi morte succurrere.* Ex Oxoniensi autem et Bong. primo, *nisi hominis vita*, rescripsi; qui verborum ordo suavior eſt vulgato, *vita hominis.*

*Publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia*] Placidus Lactantius in l. 10. Thebaid. Statii p. 368. *Lustrare civitatem humana hostia, Gallicus mos est. Nam aliquis de egentissimis pelliciebatur praemiis, ut se ad hoc venderet: qui anno toto publicis sumtibus alebatur purioribus cibis, denique certo et solenni die, per totam civitatem ductus, ex urbe extra pomoeria saxis occidebatur a populo.* Etiam Eryc. Olaus Hiſt. Suec. 1. 1. *Praeter haec autem*, inquit, *instituta, fuerat quaedam solennitas generalis, de novennio in novennium exactissime celebranda, ad quam omnis multitudo omnium provinciarum Gothicae nationis venire, et donaria tenebatur offerre. Quando et viva offerebantur sacrificia de hominibus et brutis, quorum sanguine Deos placabant. Corpora vero in luco quodam proximo suspendebant, putantes arbores ipsas ex morte immolatorum divas et sacras, quibus idcirco plurimum deferebant.* Haud absimilem morem tempore Claudii legimus inductum Tarracinis a Firmino Pontifice. De quo quaerenti Caesario S. Martyri hunc in modum reſponderunt oppidi cives: *Ad sex vel octo menses nutritur hic quispiam pro illius voluntate. Iis exactis mensibus, armatus et ornatus ascendit in montem, et pro salute Reip. et principum civiumque salute, atque ut immortale sibi paret nomen, cum equo se agit e monte praecipitem. Ejus vero cadaver honorifice admodum colligitur, et ad templum Apollinis perductum concrematur, cinisque ejus in templo pro civium et Reip. salute reconditur.* Haec Surius in vita Caeſarii. VOSSIUS.

*Immani magnitudine simulacra*] Merito immani magnitudine, nam et Strabo l. 4. p. 197. κολοσσὸν vocat. IDEM.

*Supplicia eorum qui in furto*] Ciacconius hic *supplicia* putat notare supplicationes, quemadmodum Salluſtius, et Varro, ac Tacitus hanc vocem uſurpavere. Sed Caeſaris dictio vix quidquam commune habet cum Salluſtio, aut Tacito: ego *supplicia* prorsus ſtatuo hic vulgari notione pro τιμωρία accipienda. Nam non memini *supplicia innocentium* legere me pro *supplicationes*, quae

5 *homines. Subplicia eorum, qui in furto, aut* [a] *in latrocinio, aut aliqua noxa* [b] *sint comprehensi,* [c] *gratiora* [d] *diis inmortalibus esse arbitrantur: sed,*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deest *in.* b *sunt* MSS. 2. *deprehensi* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. c *graviora* Lov. d *dis* B. pr. Egm. recte. V. Cort. ad Sallust. Catil. 1, 2.

stunt per mortem innocentium. Et mihi non recte Ciacconius σύνταξιν perpendisse videtur. IDEM. Non pro supplicationibus sumsit Ciacconius, sed pro victimis, immo oblationibus, et sacrificiis: quomodo aliquoties haec vox usurpatur. V. Elmenh. Indic. in Appulej. et Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 9. *In subpliciis deorum magnifici.* Quomodo etiam capi omnino hic debet, licet τιμωρίαν vertat quoque Metaphrastes. Ait auctor, eos *inmolare* innocentes, non *punire*, si desint noxii: attamen gratiora arbitrantur sacrificia furum aut latronum. Porro *in furto aut in latr.* rescripsi auctoritate MSS. Bong. pr. Voss. pr. Petav. Egm. Lovan. Gott. cum quatuor aliis ac Ed. Incerta ex perpetuo auctoris stylo. Vide ad 2, 10. Immo forsan *in aliqua* etiam est scribendum: quod restat in MSS. 4. recentioribus et Edd. primis, aliisque, ut Steph. Gryph. *In furto aut* desunt ab Edd. Rom. Med. Ven. et Graecus solum habet, ἔν τινι κλοπῇ.

*Noxa*] Bongars. prim. et Scalig. *noxia:* atque ita legit Franc. Floridus, contra Vallam disputans, *noxiam* significare culpam. Vide de Latin. Vet. Jurisc. p. 11. etc. Perizon. ad Sanct. Min. p. 568. N. Heins. ac Burm. ad Vellej. 1, 12. et quae notantur ad Festum, ac Drakenb. ad Liv. 2, 54. *Neminem noxiae poenitebat.* Sic enim ibi quoque vetustissimi Codices.

*Deum maxime Mercurium*] Ita placuit Graeco interpreti, Ciacconio, et Scaligero, vocem *Deûm* legere in genitivo plurali: quia eodem modo Tacitus dixerat, *Deûm maxime Mercurium colunt.* Sed illud magis e more Taciti, quam Caesaris. Mihi prorsus rectum videtur illud *Deum* accusandi casu. Eodem modo saepe in vett. lapp. reperias DEO MERCVRIO, cum aliorum Deorum nomina plerumque simpliciter habebantur. Nimirum NEPTVNO, APOLLINI. Exemplum esto lapis iste,

DEO. MERCVRIO. SING
EX. VOTO. IVL. GALLICVS
ET. AVR. SIBVLLA. P. L. L.

At aliis Diis sacratae Inscriptiones sunt

L. ARVLENVS
ANOPTES
APOLLINI.

Et,

DIANAE
TITVS. MENIVS
F. V. S.

Atque tales saepissime occurrunt. VOSS. MSS. multi *Dm.*

*Mercurium colunt*] Minutius in Octavio: *Inde adeo per universa imperia, provincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere, et deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem, Phrygas Martem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos Belum, Astarten Sy-*

*quum ejus generis copia* [a] *deficit, etiam ad* [b] *innocentium subplicia descendunt.*

XVII. *Deum maxime Mercurium colunt: hujus* 1

VARIAE LECTIONES.

a *deficit* MSS. 8. b *innocentium* Egm. L. sec.

*vos, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, universa Romanos.* Quem *Wodam* appellatum iis, et prodidit Paullus Diaconus l. 1. de gestis Longob. et testatur hodie lingua nostra, cum *Wodensdach* diem Mercurii appellamus. Lipsius notis ad Tacitum putat, Mercurium non *Wodam* dictum, sed *Wonsdam*, vel *Wondam*. Nempe a lucro, quod Germanis *wondst* vel *windst* dicitur. Sed argumentum illud parum validum. Possimus similiter probare, Wodam rectum esse, hoc modo. Ait Caesar, itinerum ducem a Germanis coli Mercurium. Et nostra lingua *woud*, apud Britannos quoque *wood*, saltum, sylvam aut agrum notat. Cur ergo non aeque dicere liceat, Mercurium a *woudt* vel *wood* vocatum *Wodam*, quam a *wondst Wonsdam?* Imprimis cum veterum nullus tradiderit, eum ita appellatum fuisse. Mihi sane et hoc figmentum et illud aeque ridendum videtur. Si Erico Olao credimus, Suecis *Othinus*, aut *Oden* vocabatur. ait enim Hist. Sueciae 1, 1. *Secundum vero scilicet Othinum, pro danda et conservanda eis pace, et vita tranquilla colebant Sueci; quando erant contra hostes pugnaturi, eum pro victoria invocabant, quartam feriam ei pro libaminis tempore deputantes, a quo dicta est dies illa Odensdach.* Sed Wodan (ita n. scribendum jam Cluver. ostendit) quoque *Teutanem*, aut, ut alii volunt, *Teutatem* appellatum fuisse discimus. Meminit Lucanus, *Et quibus immitis placatur sanguine diro Theutates.* Et prodit Cicero de Nat. Deorum 3, 22. Mercurium eum, qui Argum interemerat, ideo Aegyptiis praefuisse, ac leges et literas iis tradidisse; cumque appellari Thoth apud Aegyptios, quo nomine et primus anni mensis vocetur. Prorsus autem congruere videntur illa nomina, *Thoth*, et *Teuth*, ac *Teuthates.* Unde suspicetur quis, ab eadem origine esse. Sane id putabat Geographorum maximus, Philippus Cluverus, qui in Germania sua ostendere conatur, omnes gentes in enunciando supremi Dei nomine propemodum congruisse. Sic, qui Germanis et Aegyptiis *Theuth*, Graecis *Θεὸς*, vel *Ζεὺς*, vel *Δεὺς*, Latinis *Deus;* quae voces valde similes sunt. Equidem ingeniosa, imo acutissima esse, quae magnus vir fuse disserit, ne invidia quidem negaverit. Et, ut falsa dicere ea, sit impudentis, nisi aliud probet, ita velim tamen scire, a qua origine omnia haec nomina defluxerint: nam id si sciretur, aut magnum ad conjecturam Cluveri momentum haberet, aut eam everteret. Caeterum, ad *Teutanem* ut redeam, praeterire hic non libet Taciti locum, qui 1. Annal. ait: *Profana simul et sacra, et celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanae vocabant, solo aequantur.* Ignorabat Lipsius, quis Deus signaretur, aitque, nonnullos *ἐτυμολογίζειν*, quasi esset a *'t aenfang*, quod nostra lingua principium rerum notat. Placuitque

306 *sunt* [a] *plurima simulacra: hunc omnium inventorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem,*

VARIAE LECTIONES.

a *plura* B. pr. deest Pet.

idem Philippo Cluvero, viro summo. Mihi tamen aliter videtur, et vix dubito, hic legendum *Teutanae.* Sane Heda, quando eandem ex Tacito historiam narrat, habet *Tausanae.* jam, quam facile *t* in *f* mutatur? *A* vero pro *e* nihil novi in nostra lingua. Sane saepe Germani, ubi nos *e*, habent *a*, ut potuerit scripsisse Tacitus, *Tautanae.* Exemplum habemus apud eundem autorem eodem libro, cum inquit: *Positoque castello super vestigia paterni praesidii in monte Tauno, expeditum exercitum in Chattos rapit.* Ubi non anxie cum Lipsio inquiram, quis ille mons sit: quippe arbitror, Taunum nihil aliud esse, quam *duynen:* ut ex appellativo proprium Tacitus fecerit: aut si accuratior (ut existimo) autor ille, quam ut talem errorem impingat, dicere possumus, altiores iis locis colles per excellentiam habuisse nomen *duynen.* VOSS. Sed vide ad Lucan. 1, 445.

*Hunc viarum atque itinerum ducem*] Ut et aliae gentes, unde Graeci *εὐόδιον*, ut alii *ἐνάδιον.* Theocritus Idyll. 25, 3. *Ἔκ τοι ξεῖνε πρόφρων μυθήσομαι ὅσσ' ἐρεείνεις, Ἑρμέω ἀζόμενος δεινὴν ὄπιν εἰνιόδοιο, Τὸν γάρ φασι μέγιστον ἐπουρανίων κεχολῶσθαι, Εἴκεν ὁδοῦ ζαχρεῖον ἀνήνηταί τις ὁδίτην. Tibi vero, hospes, libens aperiam quaecunque quaeris, Mercurii gravem iram timens itinerum ducis. Hunc enim ferunt maxime e coelestibus irasci, Siquis indigentem itineris aversetur viatorem.* Recte etiam Graecus Caesaris interpres transtulit, *ἡγέμονα*, quomodo Mercurium quoque appellavit Aristophanes in Pluto, et alii. VOSS.

*Hunc ad quaestus pecuniae, mercaturasque*] Unde et negotiatorem appellavere. Hinc Inscriptio anno 1599. Metis reperta:

| MERCVRIO. NEGOTIATORI<br>SACRUM<br>NVMISIVS. ALBINVS<br>EX. VOTO |
|---|

VOSS. Ipse Mercurius apud *Plautum* Amphit. Prol. vs. 2. *Id jam scitis concessum et datum Mihi esse ab Diis aliis, nunciis praesim et lucro.* Hinc factum, ut Mercurio lucra litarentur, teste *Eumenio* Paneg. 3, 17. Quin et ejus nomen *a mercibus* est ductum: *hunc etenim negotiorum omnium existimabant esse Deum.* Vide *Festum* et *Isidorum* Hispalensem 8, 11. DAVIS.

*Post hunc Apollinem*] Belenum nuncupabant, vel Belinum, ut satis notum: quin et Abellionem, ut ex Inscript. vett. et autoribus colligitur. Colebatur etiam ab Aquileiensibus, uti discere est non modo ex Capitolino in vita Maximin. verum et Herodiano, qui l. 8. eum vocat *Βέλιν*, non, ut caeteri, Belinum: verba sunt, *Βέλιν δὲ καλοῦσι, τοῦτον σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες.* Sed vereor, ut integer locus sit. Quid enim adeone incognitum Hero-

*hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam, arbitrantur. Post hunc, Apollinem,* 2

diano nomen Belini? praesertim quod pluribus saxis inscriptum Aquileiae fuisse certo constat. Nam Aquileiae et templum Beleni Apollinis, et Deum ipsum summo honore cultum fuisse, colligo tum ex verbis Herodiani, ubi oraculo Apollinis Belini confirmatos ait oppidanorum animos, qui obsessi alio contendere neq...ibant ad consulendum, sed maxime quod cum nuncupat ἐπιχώριον illius urbis θεόν: et denique etiam indicat haec inscriptio Aquileiae exstans:

BELENO
AVG. SACR.
L. CORNELIVS
L. FIL. VELL.
SECVNDINVS
AQVIL.
EVOC. AVG. N
QVOD. IN. VRB.
DONVM. VOV.
AQVIL.
PERLATVM
LIBENS. POSVIT
L. D. D. D.

Videmus hic, donum, quod L. Cornelius Beleno voverat, cum ipse in Urbe, seu Romae esset, primo Aquileiam pertulisse. Nimirum quia mos olim, si quid votum numini alicui, deferre id in oppidum, ubi maxime coleba tur. Sic dona Fortunae vota Antium delata. Sed hoc notum. Ad Herodianum redeo, et affirmo, vix verisimile videri, tam noto omnibus Belini nomine, cum *Βέλιν* scripturum fuisse. Quare emendo: *Βέλινον καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς.* Quam facile enim potuit ex *ο* fieri *ὁ*, ex *υ*, *ε*? Sane saepissime eo modo depravata propria nomina apud Graecos scriptores esse, jam supra ostendi. Nunc demum video idem Salmasio placuisse. Caeterum *Beleni* nomen factum ex בעל *baal,* aut *bel*, unde pluribus gentium diis vocabula sua. Neque enim adeo cum Pithoeo errandum, ut credamus, Belenum a jactu sive emissione radiorum id nomen accepisse. Nugae sunt, et digna Graeculis commenta, neque certius quidquam, quam *Belenum*, ut dixi, venire a בעל. Unde et Hesychius: *Βέλα*, inquit, *ἥλιος καὶ αὐγή.* Haec manifeste rei veritatem evincunt. Nunc video recte eadem observavisse doctum virum, Seldenum, verumeadem a me cogitata, antequam ejus librum percurrerem, mihi conscius sum. Porro sacerdotes Beleni *Pateras* vocatos, ex Ausonio discimus, cum ait de Attio Patera: *Beleni sacratum ducis e templo genus: Et inde vobis nomina: Tibi Paterae: sic ministros nuncupant Apollinaris mystici.* Ubi moneo, *Apollinaris,* vel, si mavis, *Apollinares* scribendum, et tamen aliter Vinetus ac Scaliger ediderunt: quod miror. VOSSIUS.

*Martem*] Quem *Hesum* nuncupavere. Occurrit hoc nomen apud Lactant. de falsa Sapient. 1, 21. *Galli Esum atque Teutatem humano cruore placabant.* Quorum illum Martem esse, hinc colligitur, quod Mercurio et Marti captivi litabantur. Nam ait Caesar infra: *Martem bella regere arbitrantur. huic, quum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent.* Quin et Tacitus l. 13. Annal. *Sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* Deinde con-

307 *et Martem, et Jovem, et Minervam. De his eam-*
308 *dem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem; Apollinem, morbos depellere; Minervam, operum atque artificiorum* [a] *initia transdere; Jovem, imperium*

VARIAE LECTIONES.

a *initium* B. pr. et *tradere* MSS. o.

firmantur eadem verbis Lucani 1, 445. *Ex quibus immitis placatur sanguine diro Teutates; horrensque feris altaribus Hesus.* Ubi utrumque conjungit, ut vix ambigam, Lactantium sua ex Lucano sumsisse, cum paullo post hunc poëtam citet. Cluverus putat, proprium Martis nomen fuisse *Thies.* Movet illum, quod Martis dies, qui nobis *Dynsdagh*, vel *Dyssendagh* est, magis Septentrionalibus vocetur *Titsdach*, atque illas nationes veterem dialectum maxime retinere ait. Sed mihi id non placet, neque enim arbitror, in Martis nomine T literam fuisse, quae quod occurrit in voce *Thitsdach*, ex articulo factum, pro *De Hes dach:* nec dubito, quantum ad hanc vocem, propius nostram linguam ad veterem illam Gallorum linguam accedere, quam Septentrionalium sermonem: dicimus enim nos *Dysdagh*, quasi dicas, *d'Hesdach:* facile autem vocalis mutatur *e* in *i*. Sed ego arbitror, proprium et genuinum Martis nomen fuisse *Cososus*, uti in veteri Inscriptione est, quae inedita legitur in vico Leproso in finibus Biturigum:

FLAVIA. CVBA. FIRMANI
FILIA
COSOSO. DEO. MARTI. SVO
HOC. SIGNVM. DONAVIT
AVGVSTO.

Facile autem potuit depravari nomen illud, ut ex *Cososo* fieret *Chososus*, inde *Chosus*, vel *Hosus* et *Hesus.* Porro, quia antea Caesar dixit, Gallos maxime Mercurium coluisse, et alii autores prodidere, Germanos Martem prae ceteris diis veneratos, idem Cluverus difficultatem hic esse putat, quasi non potuerint Galli summo honore coluisse Mercurium, Germani Martem. quod satis probant verba Procopii infra posita. VOSS. *Esus* et *Teuthates* MS. Bon. Lactantii. Vide et viros doctos ad Hesychii V. *ἄϊσοι.*

*Jovem*] Nomen ei proprium *Thor.* i. e. tonitru. Unde Ericus Olaus Hist. Suecic. 1, 1. *Thor tanquam potentissimus et summus Deorum in medio et aliis altior residebat, imagine viri nudi, dextera quidem sceptrum, sinistra vero septem stellas praeferentis insignis.* Et mox: *Pro pluvia et aura necessaria invocabat Thorum, tanquam potentem in sublimi, cujus etiam patrocinio se sperabant ab incommodis impressionum, tonitruo ac tempestatibus, fulmine grandineque conservari; cui singulis hebdomadis quinta feria per deputatos sacerdotes sacrificia offerebat* (populus Suecorum), *a quo erat dies illa dicta Thorsdach.* Britannorum quibusdam *taran* tonitru est: unde et Lucano *Thor* vocatur *Taranis: Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae.* Dubitabam, an idem Jupiter esset, qui *Sa-*

*perium coelestium tenere; Martem, bella regere. Huic, [a] quum proelio dimicare constituerunt, ea,* 3
*quae bello [b] ceperint, plerumque devovent. Quae* 309
*superaverint, animalia capta inmolant: [c] reliquas*

VARIAE LECTIONES.

a *si* Lov. Carr. et 5 alii cum Edd. pp. b vulgo *ceperunt.* c Sic Cuj. Sc. Oxon. L. pr. And. et Ed. R. Steph. Ceteri MSS. et Editi ante Scal. *reliquasque.*

*ranicus* appellatur in veteri inscriptione, quae reperta in pago Mombach haud procul Maguntiaco. est autem talis:

I. O. M.
SARANICO
CONSERVA
TORI. HONO
RIUS. VII. AL
LEG. XXII. PR.
P. F. M. AVR. GER
MANVS. D. E
MON

IDEM. Vide quae ad Lucanum dixi.

*De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem*] Diversis plane nominibus Galli suos insignierunt Deos; nam quem Mercurium censuerunt Romani, iis dictus est Teutates, quem Martem, Hesus: Galli Belenum et Taranin nominarunt eos, quos Romani cum Apolline suo et Jove confuderunt. Vide *Eliam Schedium* de Diis Germ. Syngr. 1. c. 5. seqq. Cum autem Romani non absimilia utrisque Diis munia adsignari viderent, eadem esse numina facile credebant, quia Provinciales Deos cum universi Deo miscuerint. Egregia sunt, quae hac de re differuit acutissimus vir, *Joan. Clericus*, Art. Crit. Part. 2. Sect. 1. cap. 13, 9—15. DAVIS.

*Minervam operum atque artificiorum initia transdere*] Hanc ob causam de capite Jovis nata dicitur, ut notat *Servius* ad *Virgilii* Eclog. 2, 61. Hinc etiam Ἐγράνη vocabatur, quemadmodum tradit *Pausanias* in Attic. p. 42. IDEM.

*Martem bella regere*] In plerisque MSS. et impressis Codd. est, *Martem bella gerere*, quam lectionem exhibuit Metaphrastes. Sed longe praestat recepta. *Lucretius* 1, 33. — *Belli fera moenera Mavors Armipotens regit.* Simili modo *Silius* Italicus 6, 307. dixit *Martem regere.* Vide et 7, 47. IDEM. *Gerere* etiam Aimoin. et plerique mei Codd. cum Ed. primis ac Gryph. aliisque. Sed *Regere* optime servant Bongars. prim. Voss. prim. Egmund. Scalig. Leid. pr. et Oxon. cum Edd. Aldi, Stephani, Hotom. Brant. et pluribus. Consule notas ad Lucan. 4, 662. *tamquam Fortuna locorum Bella regat.* Adde Doct. Markl. ad Stat. l. 1. Silv. 2. in f. *Qui leges, qui castra regant.* Cel. Burm. ad Calpurn. Ecl. 4, 8. *Urbemque regit, pacemque togatam.*

*Quae bello ceperunt plerumque devovent*] Athenaeus l. 9. c. 16. p. 160. *Τὺς Γαλάτας παρ' οἷς ἔθος ἐςὶν, ἡνίκ' ἂν προτερήματα ἐν τοῖς πολέμοις λάβωσι, θύειν τοῖς θεοῖς τὺς αἰχμαλώτυς.* Etiam Tacitus 13. Annal. *Sed bellum*

4 *res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus* ᵃ *harum rerum exstructos tumulos locis consecratis*
5 *conspicari* ᵇ *licet. neque saepe accidit, ut, neglecta quispiam* ᶜ *religione, aut capta* ᵈ *apud se occultare,*

VARIAE LECTIONES.

a *eorum* ex. D. a m. pr. *horum instructos* V. sec. *instructos* etiam Egm. *cons. loc.* L. pr. Ox. b *liceret* G. V. tert. c *relegione* B. pr. d desunt And. Ox.

*Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere; quo voto equi, viri, cuncta victa, occidioni dantur.* Memorat Procopius l. 2. Gothicor. p. 233. Thusitas, i. e. Scandinavos, eundem suis temporibus morem retinuisse. verba sunt: *Θεοὺς μέν τοι καὶ δαίμονας πολλοὺς σέβουσιν. οὐρανίους τε καὶ ἀερίους, ἐγγείους τε καὶ θαλασσίους. καὶ ἄλλ' ἄττα δαιμόνια, ἐν ὕδασι πηγῶν τε καὶ ποταμῶν εἶναι λεγόμενα. θύουσι δὲ ἐνδελεχέστατα ἱερεῖα πάντα καὶ ἐναγίζουσι, τῶν δὲ ἱερείων σφίσι τὸ κάλλιστον ἄνθρωπός ἐστιν, ὅνπερ ἂν δορυάλωτον ποιήσαιντο πρῶτον. τοῦτον γὰρ τῷ ἄρει θύουσιν, ἐπεὶ θεὸν αὐτὸν νομίζουσι μέγιστον εἶναι, ἱερεῦνται δὲ τὸν αἰχμάλωτον, οὐ θύονται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ξύλου κρεμῶντες, ἢ ἐς τὰς ἀκάνθας ῥιπτοῦντες, ταῖς ἄλλαις τε κτείναντες θανάτου ἰδέαις.* VOSS. Ceperint, *plerumque devovent.* Quae *superaverint, animalia capta immolant, etc.*) Scaliger et Recentiores habent, *ceperunt.* Quod prorsus absurdum. Nondum enim *bello* quicquam *ceperunt*, quum jam *proelio dimicare constituerunt* tantum. Quare omnino cum Ciacconio legendum existimo, *quae bello* CEPERINT; hoc est, *quae capturi sint; quae futurum est ut capiant; τὰ ληφθησόμενα*, ut optime expressit Graecus: atque ita plane scriptum est in MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Porro cum eodem Ciacconio pro *Quae superaverint* omnino legendum puto, *QUUM.* Nam in MS. Eliensi scriptum est abbreviate, *quam:* et Librarii, qui non intellexerunt, *τὸ* (QUUM *superaverint,*) oppositum esse *τῷ* (QUUM *proelio dimicare constituerunt;*) scripserunt, (QUAE *superaverint,*) ut opponi videretur *τῷ* (Quae *bello ceperint.*) Denique, (quod non observavit Ciacconius,) ex Vet. Edit. Romana scribendum existimo, *SUPERAVERUNT;* ut respondeat praecedenti, *constituerunt.* Jamque tota sententia aperta erit et elegans: (*Huic,* QUUM *proelio dimicare* CONSTITUERUNT, *ea, quae bello ceperint* (*τὰ ληφθησόμενα,*) *plerumque devovent:* QUUM SUPERAVERUNT, *animalia capta immolant, etc*) CLARK. *Ceperint*; scribitur in Cod. Ach. Stat. et MSS. meis omnibus, et Edd. Vascos. Stephani, Stradae, Gryphii aliisque paucis. Priores, item Aldi, plurimaeque jam ante Scaliger. male, *ceperunt.* In ceteris nihil variant, nisi quod *superaverunt* exstat in Edd. Rom. Ven. et Mediol. quod non video esse necessarium.

*Tumulos*] Glandorp. uti et Edd. Ven. Ald. Steph. Gryph. Probi, Plantin. exhibent, *cumulos.* quod et praefert Cel. Duker. ad Florum 2, 4, 5. ex loco Livii

*aut posita tollere auderet; gravissimumque ei rei subplicium cum cruciatu constitutum* [a] *est.*

XVIII. *Galli se omnes* [b] *ab Dite patre* [c] *prognatos praedicant: idque ab Druidibus* [d] *proditum*

VARIAE LECTIONES.

a Exsulat a Duk. V. sec. b Hic et statim *ab Dr.* MSS. 9. recentiores, et Edd. multae *a.* c *pronatos* L. pr. Lov. *publice natos* V. sec. d *Deum pr.* Pet.

5, 39. quem locum etiam citat Glandorpius: *Galli caesorum spolia legere, armorumque cumulos, ut mos eis est, coacervare.* Verum MSti omnes constanter servant *tumulos.* Nec male. *Tumuli* sunt facti, qui remanent ex conjectis olim cumulis, *harum rerum. Tumuli harum rerum* distincte a *tumulis terrenis,* ut loquitur B. G. 1, 43. Creberrime autem hae voces ob vicinitatem scripturae et significationis confunduntur. Vide etiam ad Lucan. 5, 644. et 9, 485. *tumulos involvit harenae:* et Cl. Burm. ad Ovid. Trist. 1, 10, 20.

*Neque saepe accidit ut* etc.] Lovan. Buslid. Duker. Dorv. et Voss. sec. *neque ut saepe acc.* In Leid. vero primo scribitur: *Namque saepe sicut accidit, ut* etc. R. Stephanus etiam cum Vascos. et Strada exhibuerunt, *namque.* Aliter hic videtur legisse Metaphrastes, vertens: *εἰ μὲν γὰρ τινὲς* etc. *κλέψαντες εὕρωνται, τούτους ἀφειδῶς κολάζουσι.* Quasi in suo Codice invenerit: *Namque sicubi accidit, ut* etc. *auderet, gravissimum ei,* vel *illi, suppl. constitutum est.* Et sane melius procederet inperfectum *auderet.* ad quod jam offendens Ciacconius conjiciebat *audeat.* praeterea *rei* non agnoscit Petavianus; et *ei* deest in Duker. Dorvill. et Voss. secundo. Vide etiam seq. notam. Verum quum encliticam *que* retineant MSS. omnes, vide, num rescribi possit: *Namque haud saepe,* vel *saepe haud, accidit, ut quis auderet.* In lectione Stephani sensus plane contrarius est.

*Ei rei subplicium*] Longe aliter, sed interpolate, si quid video, haec circumferunt MSS. Cujac. Andin. Leid. prim. Oxoniensis, et Petav. margo: *Ibi supplicium horum delictorum,* vel *supp. ibi horum del. cum cruc.* etc.

*Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant*] Hunc Samothen fuisse dictum, fide *Berosi* Anniani tradit *Edm. Dickensonus* Delph. Phoen. p. 184. sed miror, virum eruditum supposititio illi libro et turpissimo fabularum sterquilinio credidisse. Cum Pluto locis inferis praeesse crederetur, putarim, Gallos hunc generis sui auctorem fecisse, quia Druidae memorarunt, *revera fuisse populi partem indigenam,* ut tradit *Amm. Marcellinus* 15, 9. adeoque e locis subterraneis prorepsisse. DAVIS. *Πλούτου* vertit Graecus, non bene. In MS. Oxon. *Dite* id est *Plutone.*

*Ab Druidibus*] Andin. Scalig. Leid. pr. *ex Dr.* Quod sane non temere spernas. Sic *scire, audire, accipere, petere ex aliquo* saepe eo sensu; ubi vulgus diceret *a* vel *ab.* Vide Cort. ad Sallust. B. Jug. c. 20. *Ex amicis*

2 *dicunt. Ob eam caussam* [a] *spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium,* [b] *finiunt:* [c] *dies natales, et mensium, et annorum initia sic obser-*
3 *vant, ut noctem dies subsequatur. In reliquis vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt, quod suos liberos, nisi quum* [d] *adoleverint, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se* [e] *adire non patiuntur; filiumque puerili aetate in publico, in conspectu patris adsistere, turpe* [f] *ducunt.*

1 **XIX.** [g] *Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine* [h] *acceperunt, tantas ex suis bonis, ae-*

VARIAE LECTIONES.

a *spatium* L. pr. Ox. b *definiunt* Carr. et Ed. Steph. sed vide ad c. 25. c Sic MSS. o. et Edd. Vett. praeter unum et alterum. vulgo *et dies. ut d.* L. pr. d *adoleverunt* B. pr. Pet. V. pr. e *ire* L. pr. vulgo *patiantur* et *in p.* f *dicunt* MSS. 3. Ed. Inc. g *virique* L. pr. h *acceperunt* L. sec. Egm.

*apud Numantiam acceperat.* Immo *ex copiis suis sperare*, pro *a cop.* Hirt. B. Afric. c. 45.

*Ob eam caussam — finiunt*] Inepta est ratio, quam protulit noster, nec eam, ut opinor, adsignarunt Druidae. Hujusce usus non alia fuit causa, quam quia diem ab occasu solis ad occasum esse statuerunt, quemadmodum etiam Athenienses (Germani) aliique. Vide *Henr. Lindenbrogium* ad *Censorin.* de Die Nat. c. 23. DAVIS.

*Non numero dierum sed noctium finiunt*] Ab antiquissimis mortalium hoc acceptum. Sic et Arabes post occasum solem initium diei statuunt, quem ايل vel ايلة nuncupant. VOSS.

*Patiantur*] Lege, *patiuntur*, nam sequitur, *turpe ducunt.* Quin ita dant *Norvic. Petav. Gottorp. Voss. Egmond.* DAVIS. *Cur. sec.* Licet haec variatio modi satis defendi queat ex dictis ad 2, 10. et alibi, uti et cap. seq. parui tamen hic auctoritati MStorum, qui constanter, si Oxoniensem forsan excipias, habent *patiuntur*, cum Editionibus antiquissimis; uti et Vascos. Stephani, Stradae, et Gryphii poster.

*Puerili aetate*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Editi (*In puerili aetate*) quod minus concinnum est propter sequentes praepositiones. CLARK. Delendam hic esse praepositionem e suis Codd. jam monuit Ursinus, et ab Edd. Beroaldi et Vascos. abesse docuit Brantius; non agnoscunt eam etiam Strada, Steph. Gryphii posterior, neque MSS. mei praeter Leid. pr. et Dorvill. quare expunxi. *In conspectu* recte reddidit Caesari Hotomannus ex

*stimatione facta, cum* [a] *dotibus communicant. Hu-* 2
*jus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, fru-*
*ctusque servantur.* [b] *Uter eorum vita* [c] *superarit,* 311
*ad eum pars utriusque cum* [d] *fructibus superiorum*
*temporum* [e] *pervenit. Viri in uxores, sicuti in libe-* 3
*ros, vitae necisque habent potestatem;* [f] *et quum*
*paterfamiliae inlustriore loco natus decessit, ejus*
*propinqui* [g] *conveniunt; et, de* [h] *morte si res in su-*
*spicionem venit, de uxoribus in servilem modum*
*quaestionem habent; et, si compertum est,* [i] *igni*
*atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Fu-* 4

## VARIAE LECTIONES.

a *dotis* Ox. *dotis bonis* vel *pecunia* L. sec. b *ut uter* L. pr. Aim. c *superarent* MSS. 5. Ed. Inc. d *fructu* L. pr. Ox. e *perveniat* L. pr. sec. f *ut* L. pr. vulgo *paterfamilias. pater* V. sec. g *veniunt* MSS. 3. Ed. Inc. h *more* male Edd. qdd. perperam Ciaccon. putat, *de morte* esse Glossam. i *igne a. o. suppliciis* L. pr.

Aimoino, cum in Ed. qua utebatur, reperisset sine τῷ *in*, uti est in Leid. sec. male.

*Paterfamiliae*] Sic edidi rursus auctoritate MStorum Bong. pr. Petav. Voss. pr. Leid. pr. Scal. Egm. aliorumque sex cum Edd. Rom. Med. Ven. Incerta et pluribus. Adi ad 1, 50. *Matresfamiliae eorum*.

*Funera sunt pro cultu Gallorum*] Ita et MS. noster, sed eadem manu, qua codex exaratus est, varia lectio in margine adscripta est, *pro captu Gallorum*, quod non rejicio. Graecus, *ὡς κατ' ἐκείνους γε*, ut in ejus codice *pro captu* fuisse nullus dubitem: nam et supra, ubi est, *ut captus est Germanorum*, eodem modo vertit. VOSS. Codd. nonnulli (*pro* captu). Quod non rejiciendum censet Vossius. Nam et Graecus habet, *ὡς κατ' ἐκείνους γε*. Caesar utraque harum vocum alibi utitur. CLARK. *Cultu* retinent celeri MSS. sed apud Aimoinum est *captu*. ut 4, 3. *ut est captus Germanorum:* ubi contra *cultus* in aliis. *Cultu* non mutandum. rationem vitae et educationis, earumque rerum, quae eo pertinent, notat.

*Justis funeribus confectis, una cremabantur*] Magna lux Caesari ex Jornandis loco c. 49. ubi describit morem funeris Attilae: *Cujus manes*, inquit, *quibus modis a sua gente honorati sunt, pauca de multis dicere non omittamus. In mediis siquidem campis, et intra tentoria serica cadavere collocato, spectaculum admirandum et solenniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electissimi equites in eo loco, quo erat positus, in modum Circensium cursibus ambientes, funera ejus*

*nera sunt pro cultu Gallorum magnifica, et sumtuosa;* [a] *omniaque, quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem* [b] *inferunt, etiam animalia; ac paullo supra hanc memoriam servi, et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funeribus confectis, una* [c] *cremabantur.*

VARIAE LECTIONES.

a *omnia* Egm. *omnia quaeque* MSS. plurimi. b *conferunt* L. pr. c *cremantur* MSS. 3. Ed. Inc.

*cantu funereo tali ordine referebant.* Exinde memorantur breviter gesta Attilae, quibus recensitis subdit: *Postquam talibus lamentis est defletus, strabam super tumulum ejus, quam appellant ipsi, ingenti comessatione concelebrant, et contraria invicem sibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuque secreto cadaver est terra reconditum. Cujus fercula primum auro, secundo argento, tertio ferri rigore communiunt, significantes tali argumento, potentissimo regi omnia convenisse: ferrum, quo gentes edomuit; aurum et argentum, quod ornatum Reip. utriusque acceperit. addunt arma hostium caedibus acquisita, phaleras vario gemmarum fulgore preciosas, et diversi generis insignia, quibus colitur aulicum decus. Et ut tot et tantis divitiis humana curiositas arceretur, operi deputatos detestabili mercede trucidarunt, emersitque momentanea mors sepelientibus cum sepulto.* Habemus et simile exemplum congestorum hostilium armorum et occisorum captivorum in Statio 12. Thebaid. ubi Menoecei rogum describit: *At non plebejo fumare Menoecea busto Rex genitor Thebaeque sinunt, nec robora vilem Struxerunt de more rogum: sed bellicus agger Curribus, et clypeis, Grajorumque omnibus armis Sternitur. hostiles super ipse ut victor acervos, Pacifera lauro crinem, vittisque decorus Accubat.* Paullo post addit: *Spirantes super inferias captiva Pelasgum Corpora, frenatosque pater solatia fortis Bellorum mactabat equos.* Sed quod Vulcanius in priore Statii loco, ubi legitur, *hostiles super ipse ut victor acervos,* pro *ut* emendabat *it*, nugae sunt: et, si id recipias, otiosum erit verbum *accubat*, quod post sequitur. Nam ait Statius, primo rogum exstructum fuisse, postea ipsum Menoecea, lauro, victoris instar, redimitum, rogo impositum fuisse. Porro ad hunc locum Statii Lactantius Scholiastes ait: *Exuviis enim hostium extruebatur regibus mortuis pyra; quem ritum sepulturae hodie quoque barbari servare dicuntur, quem strabas dicunt lingua sua.* Vulcanius putat, *straffe* veram vocem fuisse, ac notasse supplicium vel poenam, quae de ministris vel captivis sumebatur: mihi illud parum placet. Praesertim si Lactantii verba inspicias, qui ait, *strabam* appellari acervum ex hostium exuviis: itaque malo ita nuncupatum ἀπὸ τῦ *stroopen*, quod nobis *praedari*. Aut si illud minus verum, possimus de-

**XX.** [a] *Quae civitates commodius suam Rem* 1
[b] *publicam administrare* [c] *existimantur, habent le-* 312
*gibus* [d] *sanctum, si* [e] *quis quid de Republica a fini-*
*timis rumore* [f] *ac fama* [g] *acceperit, uti ad magi-*
*stratum deferat, neve cum* [h] *quo alio communicet:*
*quod saepe homines temerarios atque inperitos falsis* 2

### VARIAE LECTIONES.

a *quem* G. V. tert. Dorv. Ed. Inc. *civitatem* V. tert. b deest And. non male. *Rem suam publ.* V. sec. c *existimant* Lov. *aestimant* MSS. 3. Ed. Inc. d *sancitum* MSS. 3. et Edd. Vett. *scriptum* Aim. et Ort. MS. e abest L. pr. Ox. f Sic Ox. L. pr. Duk. vulgo *aut.* g *acceperint*, *deferant* et *communicent* L. pr. Oxon. h exsulat a L. pr. Ox. Dorv. Edd. R. M. V. Fl.

ducere a *streuven*, quod vetere Francorum lingua *sternere* notat: unde *streuve*, vel *struve*, acervus, constratus cumulus. Res incerta est. illud constat, antiquissimum hunc esse morem captivos ad funera mactandi, unde Homerus Iliados ω: *Δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἷας ἐσθλοὺς Χαλκῷ δηϊόων.* VOSS. *Theod. Marcilius* legendum putavit, *mistis funeribus conferti cremantur;* alii, *justis funebribus confectis;* quemadmodum locutus est *Livius* 1, 20. Nos lectionem Codicum auctoritate suffultam retinemus, cum enim *funera* per Ellipsin post *justa* intelligantur, ut notavit *G. J. Vossius* de Construct. c. 6. haud mirandum, si noster, more suo, extulerit. Similiter etiam *Curtius* dixisset *justas exequias*, si per Criticos licuerat; nam 3, 12, 15. ubi vulgo legitur, *jamque justis defunctorum corporibus solutis*, MS. *Petrensis* et edit. *Merulae* habent, *jamque justis defunctorum corporibus solutis exequiis*, et ita reponendum arbitror. DAVIS. Ursinus conjecit etiam cum Lipsio *funebribus*, atque ita edidit Scaliger. Hotomannus cum eodem Ursino, mallet delere *τὸ funeribus*. Neque defendit satis Ciacconius locutione Ciceronis, *justa funerum*, aut Davisius, quum ait, in vulgari locutione, *justa*, subaudiendum *funera:* quod putat etiam Sanctius in Minerva 4, 4. adducto hoc ipso Caesaris loco. Verum rectius Cl. Perizonius et Scioppius subintelligunt *officia*, uti apud Appulej. l. 8. p. 157. Ed. Pric. posses etiam *munera*, quomodo saepe *funebria justa* vocantur: adi ad Lucan. 8, 741. *extremo sed abest a munere busti;* quod nequaquam mutari debet in *bustis*, vel *justis*. Immo *justa* et *funera* aliquantum distinguit Statius Theb. 12, 34. *Qui justa ferant, qui funera ducant.* Quod autem Davisius Curtium putet dixisse, *justis exequiis solutis*, non ei adsentior; cum nulli praeterea Codd. *exequiis* agnoscant, et satis aperta videatur esse Glossa. Ceterum Cl. Perizonius debuit inspexisse solam Ed. Scaligeri, cum dicto loco tam simpliciter pronunciet, in Caesare etiam legi *funebribus*. Quidquid sit, suspectum est mihi *justa funera*, et ultimam vocem e Glossa inrepsisse autumo; nisi *funebribus* cum aliis malis. [Nihil nunc muto. Diserto enim sic et

*rumoribus terreri, et ad facinus inpelli, et de sum-*
3 *mis rebus consilium capere, cognitum est. Magistratus, quae visa sunt, occultant; [a] quaeque esse ex usu [b] judicaverint, multitudini produnt. De [c] Republica, nisi per concilium, loqui non conceditur.*

1 XXI. Germani multum ab hac consuetudine
313 differunt. *nam neque [d] Druides habent, qui rebus*
2 *divinis praesint; neque [e] sacrificiis student. Deo-*

VARIAE LECTIONES.

a *quae vero ex* L. pr. *quae esse* Ed. Steph. *ex usu esse* Lov. Fors. delendum τὸ *esse.* b *judicaverunt* B. pr. V. pr. Lov. et 4. alii cum Ed. Inc. c *Re populi* L. pr. *consilium* MSS. 4. et Edd. pp. Hotom. *pro concilio* vel *per concilia* conjicit. quod eodem redit. d *Druidas* Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. poft. Sed contra MSS. et supra Latine *Druidibus.* e *sacrificio* Ed. Inc.

Plinius H. N. 10, 2. etiam in antiquiffimis membranis: *principioque justa funera priori reddere.* Aufon. Praefat. Parent. *condita funere justo.* Carm. 9. *justo funere fletos.* Apage igitur Celeb. Marklandi audacem conjecturam, legentis: *mutuis vulneribus confecti.* quasi ageretur de servis Romanorum gladiatoribus. OUDENDORP. ad Sueton. Aug. c. 19. p. 184.]

*Inperitos*] ἀπείρως πραγμάτων recte Graecus vertit: si recepta lectio non moveri debeat. Nam Bong. prim. Voffiani omnes, Petav. Egmund. Gottorp. Leid. tert. et Ed. Incerta habent, *inpeditos*, id eft, suis quemque rebus occupatos, et non adtente considerantes falfum rumorem. Vide Davis. ad 5, 7. *Inpeditis omnium animis.* Terent. Hec. 3, 1, 17. *Inpeditum in ea expedivi animum.* Paffim *inpeditus curis, occupationibus* etc. Sed sana eft vulgata lectio. Adi omnino ad B. Civ. 1, 85. *Homines inperitos et per conloquium deceptos.*

*De Rep. nisi per concilium*] Tempore concilii, dum concilium celebretur. Sic apud *Suetonium* in Caes. c. 80. *Cunctati, utrumne illum in campo per comitia — e ponte dejicerent,* hoc eft, dum comitia agerentur. Fruftra igitur eft *Fr. Hotomannus*, qui de hujusce lectionis sanitate dubitat. DAVIS. ἐν τῇ πολιτείᾳ Graecus. Sic *per ea tempora, per hiemem*, et sexcenta talia.

*Neque sacrificiis student — reliquos ne fama quidem acceperunt*] Contrarium liquet ex *Taciti* de Mor. German. c. 9. *Deûm maxime*, inquit, *Mercurium colunt, cui, certis diebus, humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem et Martem concessis hostiis placant. Pars Suevorum et Isidi sacrificat.* Facile quidem fieri poteft, ut falleretur *Caesar*, qui paucos

*rum numero eos solos* [a] *ducunt, quos cernunt, et quorum* [b] *aperte opibus juvantur, Solem, et Vulcanum, et Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in* [c] *venationibus, atque in studiis* 3
*rei militaris consistit:* [d] *ab parvulis labori ac* [e] *duritiae student. Qui diutissime* [f] *inpuberes permanse-* 4
*runt,* [g] *maximam inter* [h] *suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant. Intra annum vero* [i] *vicesimum* [k] *feminae* 5

VARIAE LECTIONES.

a *dicunt* MSS. 5. Ed. Inc. b Sic MSS. et Edd. add. non *op. ap.* c *venatione* D. d *a parvis* L. pr. *a p.* Al. e Edd. quaedam cum MSS. D. Dorv. *duritiei* vel *duritiei ac l.* f *inpubes* L. pr. et *permanserint* Pet. g *maxime* B. pr. h *Suevos* L. pr. dein vulgo deest semel *hoc.* i Sic MSS. k *feminam notitiae* B. pr.

tantum dies in Germanorum finibus moratus est. Vide *Ph.Cluverium* Germ. 1, 22. DAVIS.

*Impuberes permanserunt*] Necesse est, ut *Caesar* his vocibus denotarit eos, qui cum mulieribus non consueverunt; ab hominis enim arbitrio non pendet, ut pubes serius aut ocius compareat, nec ejus defectus vires auget vel minuit. Simili fere modo hanc Germanorum a Venere abstinentiam *longissimam pueritiam* vocavit *Pomp. Mela* 3, 3. Honesto vocabulo idem hic loci significavit Graecus interpres: vertit enim, *ἀγάμυς διαμένοντας.* IDEM.

*Ali vires*] Cujac. Petav. Leid. pr. Oxon. et Edd. Ven. 1517. Ald. et prima Gryphii, *Ali hoc vires.* Recte; nam et hanc particulam repetit Graecus: *Τύτῳ μὲν τὸ τῦ σώματος μέγεθος, τύτῳ δὲ τὴν ῥώμην τρέφεσθαι.* Quare restitui. Perperam autem MSS. plurimi et Edd. Vett. habent *alii* bis. Supra pro *opibus* citat *operibus*, memoriae, credo, vitio, Ill. Spanhem. de Praest. Num. T. 1. p. 429.

*Intra annum vero* xx *feminae notitiam habuisse*] Rem turpiculam modeste designat. Sic *Ovidius* in Epist. Hypsipyles Jasoni vs. 43. *Non ego sum furtim tibi* cognita — *Turpiter illa virum* cognovit *adultera Virgo.* Ita et passim sacri Scriptores. Ipsum autem Germanorum institutum calculo suo probavit *Ocellus Lucanus* de Univ. c. 4. *Πρὸς τὴν,* ait antiquissimus ille Philosophus, *τῶν ἀφροδισίων Χρῆσιν ὕτως ἄγεσθαι Χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην Χρῆσιν.* Vide pag. 534. Ed. Galeanae. DAVIS. Similiter *δεῖν τὸν παῖδα ὕτως ἄγεσθαι, ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην συνυσίαν*, praeceperunt Pythagorei, sicut testatur *Jamblichus* vit. Pythag. n. 210. IDEM. *Cur. sec.*

*Perluuntur*] Petav. Leid. sec. et tert. *proluuntur.* Cave, audias.

*natitiam habuisse, in turpissimis habent rebus: cu-*
314 *jus rei nulla est occultatio; quod et promiscue in flu-*
*minibus perluuntur, et pellibus, aut* [a] *parvis rhe-*
*nonum* [b] *tegimentis utuntur, magna corporis parte*
*nuda.*

## VARIAE LECTIONES.

a *parvulis* L. sec. b Sic B. pr. L. pr. non per *u.* V. ad 2, 20.

*Perluere* est, penitus madefacere, et totum corpus lavare; *proluere* notat leviter adspergere. Adi Celeb. Burm. ad Petron. c. 120. *Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus.* Ovid. Met. 4, 172. *Dumque ibi perluitur solita Titania lympha.* Appulej. l. 1. Met. p. 10. *Quoad me urinae spurcissimae madore perluerent:* ubi itidem Elmenhorst. e MS. Bertin. mallet, *proluerent.* quo facit lib. 9. pag. 205. *portentosi cruoris maculas novo sanguinis fluvio proluit.* de quo alias plura; uti spero. Adde Colv. Ibid. *lotio perlutus:* et Cl. Drakenb. ad Sil. 17, 300. *tibi proluit ensem.* Colum. 6, 8. *Tum vino proluitur os,* e MSS.

*Et pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur*] Sic recte legitur, neque audire te Holomannum velim, qui *renum* legebat: videtur illi inconcinna phrasis, *parvis rhenonum tegumentis*, pro *parvis rhenonibus*: Sed nulla hic difficultas, nam quod ait, *parvis sagorum tegumentis* parum recte dici, et eodem modo neque hoc sanum esse, non admitto, nec prorsus eadem ratio est. Illud *tegumentis* hic ad explicandum adjectum est, quia *rhenonum* vox minus nota. Sic *fons Timavi*, sic alia dicuntur, at non eo tam facile reperias, *fluvius Danubii. Rhenones* (ait Isidorus Orig. 19, 23.) *sunt velamina humerorum et pectoris usque ad umbilicum, atque intortis* (an non melius *intonsis?*) *villis adeo hispida, ut imbres respuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat: de quibus Sallustius, Germani intectum Rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones a Rheno, Germaniae flumine, ubi iis frequenter utuntur.* Meminit eorundem et Varro, et Glossae MSS. *Rheno est pellicium, vel vestis facta de pellibus, pendensque ad umbilicum.* Erant autem tunicae illae non, ut Cluverius vult, sine manicis: breviores habebant, ut legimus apud Sidon. Apollinar. epist. 4, 20. ubi describit habitum Sigismeri, regii juvenis, et ait: *Praeter hoc vestis alta, stricta, versicolor, vix appropinquans poplitibus exertis. Manicae sola brachiorum principia velantes. Viridantia saga limbis marginata puniceis, penduli ex humero gladii, balteis supercurrentibus strinxerant clausa bullatis latera rhenonibus.* Unde simul discimus, solitos etiam Germanos bullis ornare rhenones suos, ut hic Sigismerus, qui sponsus erat. Porro *rhenonum* nomen, ut bene observatum quoque Cluvero est, non ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, seu *agninis pellibus*, multo minus a Rheno, quod dignum Isidoro figmentum est, sed a *rhen*, quod animal cervi specie adhuc Septentrioni proximis gentibus pelles

**XXII.** *Agriculturae non student, majorque pars* 1 *victus eorum in* [a] *lacte, caseo, carne consistit: ne-* 2 *que quisquam agri modum certum, aut fines* [b] *ha-* 315 *bet proprios; sed magistratus, ac principes in annos singulos gentibus,* [c] *cognationibusque hominum,* [d] *qui*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *lacte et* c. etc. b Sic MSS. et Edd. Vett. non *prop. h.* c *cognationesque* V. pr. tert. *cognationique* Egm. *cognationisque* V. sec. *que* abeſt a L. pr. Duk. d *quique* Pet. L. pr. Scal. *quicum* MSS. 11. et Edd. R. V. M. etc. *qui sua* Egm. *coierint* scripsi ex L. pr. V. tert. et Ed. Inc. pro *coierunt*. vulgo *q. eis*, et *attr. agri* contra MSS. et Edd. pp.

et habitum sufficit. Adeo ut damnandus minime sit Aimoinus, quem alii perſtringunt, quia, quo loco haec Caeſaris verba describit, addiderat, rhenonem eſſe animalis genus. Quin et vulgatum hodieque animal, caprea, idem nomen habet: nec dubito, Germanos veſtes ex ejus pellibus paraviſſe. Sane illuc reſpexit Maro, cum Georg. 3, 381. ait: *Talis Hyperboreo septem subjecta Trioni Gens effrena virum Riphaeo tunditur Euro, Et pecudum fulvis velantur corpora setis.* Ubi Severus, *pecudum fulvis setis*, explicat, *rhenonibus. nam, ut Sallustius dicit in historiis, vestes de pellibus rhenones vocantur.* Nec, quod capreis rubri pili sunt, quis objectet, cum Maro fulvas setas nuncupat: nam ait Aelianus hiſt. animal. 14, 14. de capreae genere, quod *κεμάς* appellatur, *ξανθαὶ γε μὴν τὸ λοιπὸν σῶμά εἰσι*. Sed verba Salluſtii, quae a Servio adducuntur, non usquequaque vera sunt, nam non omnes veſtes de pellibus rhenones appellatas, id vero pro certo habeo: quare caute et recte Caeſar *pellibus* primum inquit, quod generale poſtea ad speciem venit, *vel parvis rhenonum tegumentis.* Poſtea autem ab animali factum veſti nomen: nam solitos Germanos veſtium vocabula ab animalibus desumere, vel nomen Baſſaris indicet. Vett. Gloſſ. in Persii Sat. 1. *Bassarides, Bacchae: quibusdam videtur a genere vestis, qua Liber Pater utitur, demissa ad talos, quam Thraces Bassarin. Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchae succingebantur. Vulpes Thraces Bassares dicunt.* Quod verum. nam et hodieque vox illa levi mutatione τȣ̃ *b* in *v* et *a* in *o*, *vos* dicitur nobis. VOSSIUS. *Rhenonum* bene exhibent Voſſ. prim. Oxon. et alii. Ceteri vetuſtiores *Rhenorum*, vel *Renorum*; alii *Renonum*, *Rerum*, vel *Renum* cum Ed. Incerta et Beroaldi; sed recte *Rhenonum* jam defendit Carrio Ant. Lect. 3. 2. cui adde Brantium, et Cl. Duker. ad Flor. 2, 17, 4. Ceterum non Aimoinus tantum ait, hoc loco *Rhenones* eſſe animalis genus; nam et Metaphraſtes scripsit: *ῥήνων καλȣμένων ζώων δέρμασιν.* Hinc tales *Renones* seu *Reni*, vel *Rhenones*, non vero *hirci*, sunt expreſſi in nummis gentis *Reniae*: ut docet Bertius ad Germaniae tabulam in sua Ptolemaei Editione. Adde Ursin. in Familiis Romanis, et plura de *Renonibus* vide, si vis, in Fabri Theſauro et apud Cluverium.

*una coierint, quantum, et quo loco visum est, agri adtribuunt, atque anno post alio transire cogunt.*
3 [a] *Ejus rei multas adferunt caussas,* [b] *ne adsidua consuetudine capti studium belli gerundi agricultura commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne adcuratius, ad frigora atque aestus vitandos, aedificent;* [c] *ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex*

VARIAE LECTIONES.

a *Cujus* G. Ed. Inc. b *quod neque* L. pr. c *neque* MSS. 3. *atque* MSS. 3. et Ed. Inc.

*In lacte*] Sic MSS. et Editt. Vett. recentiores omittunt *in*. CLARK. *Lacte et caseo et carne consistit*) Duas illas particulas copulantes nesciunt *Petav. Gottorp. Voss.* et *Egmund.* At *Lovan.* dat, *e lacte.* Scribo: *m. pars eorum victus* (sic MSti) *in lacte, caseo, carne, consistit.* Scriptor de bell. Hiſpan. c.7. *Reliquae ex fugitivis auxiliares consistebant.* Quod Barbarismi *Dodwellus* inſimulat. Sed legendum, *in fugitivis.* Vide *Quintilianum* Inſtit. Orat. 1, 10. et *Brutum* apud *Ciceronem* Fam. 11,13. DAVIS. *Cur.sec. In* habent MSS. et Editi omnes ad Scaligerum usque. quare praepoſitionem cum aliis revocavi. 2, 33. *Una in virtute omnis spes salutis consisteret.* ubi etiam variatur. 7, 84. *Quod suum periculum in aliena vident virtute consistere.* B. Civ. 2, 5. *In ejus diei casu fortunarum eventum consistere.* ubi etiam non conſtant sibi Codices. uti nec 3, 14. *exiguo tempore magnoque casu salus constitit.* 3, 111. *In ea re victoriam et salutem consistere.* Adde B. Alex. c. 16. Hic quoque de Lovaniensi dubito, cujus excerptorum, quae ego habeo, nota docet, quoque *et et* ab eo abeſſe; sicut illae copulae non comparent in MSS. meis nec Edd. primis, ut et Vascos. Steph. Gryph. poſt. aliorumque, praeterquam in Leid. pr. et Oxoniensi, forſan et Cujac. atque And. Sed rectius e noſtri more abſunt. l. 1. init. *Lingua, institutis, legibus differunt.* mox c. 24. *In inopia, egestate, patientia.* B. Civ. 2, 4. Et saepiſſime. Adi ad 4, 15. *timore, lassitudine, vi fluminis obpressi.* Ordo τῶν *victus eorum* retinetur ab Petav. Leid. pr. aliisque. quocirca eum retinui, ne ambiguitas oriatur, et ad *partem* referri poſſit τὸ *eorum.* Ceterum Hotomannus exiſtimat, hoc loco desiderari vocem *omnes*, e c. 29. *Quod, ut supra demonstravimus, minime omnes Germani agriculturae student*, et quia de Suevis supra dixerit, *agriculturam apud eos non intermitti.* At non opus puto. Recte Glandorpius *studere agriculturae* expoſuit, *non deditos esse ei praeter usum necessarium ejus rei.* Nam et agros debuiſſe ab iis coli, licet non magnum ei rei ſtudium et curam adhibeant, ipſe auctor in sequentibus declarat. Aliter poſſet etiam legi, *Agriculturae non student*

*re factiones,* [a] *dissensionesque nascuntur: ut animi* 4
[b] *aequitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis aequari* [c] *videat.*

XXIII. *Civitatibus maxima laus est, quam la-* 1
*tissimas circum se vastatis finibus solitudines ha-* 3,16
*bere. Hoc proprium virtutis existimant,* [d] *expulsos* 2
*agris finitimos cedere, neque quemquam* [e] *prope audere consistere: simul hoc se fore tutiores arbitran-* 3

VARIAE LECTIONES.

a *divisionesque* MSS. 6. et Edd. b *aequalitate* Lov. c *posse videat* MSS. 2. Edd. R. M. aliaeque. d *expulsis* V. pr. et 2 alii cum Ed. Inc. *finitumos* B. pr. *caedere* Lov. e vulgo *prope se.*

*major pars. Victus eorum.* Sed, ut dixi, nequaquam eſt neceſſarium. Mela explicat noſtrum 3, 3. *Quae possident: nam ne illa quidem enixe colunt. Omnes* vero c. 29. suspectos eſſe, ibi vide.

*Quantum et quo*] Sic MSS. Editi, (*quantum* eis *et quo*). Minus eleganter, si non et minus Latine. Dicendum enim eſſet, (*quantum* sibi *etc.*) CLARK. Consentiunt mei, nisi quod plerique habeant, *ei quo l.* cum Ed. Incerta. Ejeci itaque *τὸ eis. ei et quo* Duker. et Carr. *Gerundi* dedi ex Aimoino pro *e. Belligerandi* Cellar. Vide ad 8, 55.

*Humiliores possessionibus expellant*] Tenuiores aut infirmiores. Sic *Seneca* de ira 1, 3. *Nemo tam humilis est, qui poenam vel summi hominis sperare non possit. Publius Syrus* in sentent. *Auxilia humilia, firma consensus facit:* ubi *Tan. Faber* perperam repoſuit *infirma*, quod hanc vocis significationem in animum non revocaret. DAVIS.

*Ne qua oriatur pecuniae cupiditas*] Vere dictum. ex pecunia potentiae cupido, hinc diſſidia et factiones. Hotomanni acumen et ingenium laudo, qui ex pecunia non oriri factiones et diſſidia putat, ac idcirco reponit *potentiae*: quasi non habendi ſtudium in scelera et nefaria quaeque homines agat. Egregie Tacitus 2. Hiſtoriar. *Ubi subacto orbe et aemulis urbibus regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarsere.* Lucanus 1, 158. — *sed publica belli Semina, quae populos semper mersere potentes. Namque ut opes nimias mundo fortuna subacto Intulit, et rebus mores cessere secundis, Praedaque, et hostiles luxum suasere rapinae, Non auro tectisve modus: et, Paupertas fugitur, totoque accersitur orbe, Quo gens quaeque perit.* VOSS.

*Latissimas*] Codd. nonnulli, *latissime.* Quod propugnat Hotomannus, quia Caeſar hac voce alibi utitur: sed alia conſtructione; quod non videtur Vir doctus satis advertiſſe. CLARK. Scilicet utitur auctor 4, 1. *Maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros.*

4 *tur, repentinae incursionis timore sublato. Quum bellum civitas aut inlatum defendit, aut infert; magistratus, qui ei bello* [a] *praesint, ut vitae necisque*
5 *habeant potestatem,* [b] *deliguntur. In pace,* [c] *nullus est communis magistratus; sed principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt,* [d] *controver-*
6 *siasque minuunt.* [e] *Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cujusque civitatis fiunt; atque ea juventutis exercendae, ac* [f] *desidiae minuen-*
7 *dae caussa fieri praedicant. atque, ubi* [g] *quis ex*

VARIAE LECTIONES.

a *praesunt* L. pr. Egm. mox *et vitae* Ciaccon. b *dilig.* V. tert. c *nullis* B. pr. *neque in illis* vel *nullis* Ox. vulgo *comm. e.* contra MSS. et Edd. Vett. d *que* deest V. sec. Aic. e *latrocinium* Egm. f *desidiam* B. pr. g *quisque* L. pr.

Ex quo loco sine dubio librarii et hic fecerunt *latissime.* quod in MSS. plerisque et Edd. primis ac Aimoino exstat. *Latissimis* est in Leid. primo, Oxon. et Edd. multis. Sed *latissimas* servant Ursini MS. Petav. et Edd. Vascos. Stradae, Steph. Gryph. post. Scalig. etc. Dein ejeci *τὸ se* post *prope* auctoritate Aimoini et Edd. Vett. ut et Steph. Gryph. etc. ac MSS. omnium praeter Leid. pr. et Oxon.

*Desidiae minuendae*] Tollendae prorsus et eradicandae; haec enim frequens est hujusce vocis potestas. *Horatius* Epist. 2, 1, 107. *Crescere res posset,* minui *damnosa libido.* Sic et noster paullo ante *controversias minuere* dixit, quod idem valet, ac eas dirimere, ac disceptare. Vide etiam not. (Hotomanni) ad B. G. 5, 26. Observandum porro est, Lacedaemonios ob eandem caussam suis latrocinia permisisse, ut docet *Nic. Cragius* de Rep. Laced. l. 3. p. 181. DAVIS.

*Qui sequi velint, profiteantur*] Sic MSS. Scaliger et Recentiores ediderunt (ut, *qui sequi velint etc.*) Longe minus eleganter. CLARK. Ita Scaliger edidit e solo Carrar. Omnino male, quare etiam delevi *τὸ ut.* quod saepissime intrusum contra MStos in Frontino et Caesare monendum fuit. Adi ad Frontin. 2, 4, 1. et supra 4, 16.

*Caussam*] In Oxon. scribitur, *luti caussam.* et adscripsit excerptis Cl. Wasse, *an pro* lucri? *πολέμου* addit Graecus.

*Abrogatur*] Codd. plerique (*derogatur*). CLARK. In nullo meorum est *abrogatur;* uti nec in Editis, nisi Aldin. et Plantin. aut Scalig. quare restitui *τὸ derogatur.* Quinctil. Inst. Orat. 9, 3. in f. *cura verborum deroget adfectibus fidem.* Lucan. 9, 359. *Invidus, annoso famam qui derogat aevo.*

*Hospites violare fas non p.*] Hinc eos *hospitibus tantum bonos* nuncupavit *Pomp. Mela* 3,

*principibus in* [a] *concilio dixit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur; consurgunt ii, qui et caussam, et hominem probant, suumque auxilium pollicentur; atque* [b] *ab multitudine conlaudantur:* 8
*qui ex iis secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero* [c] *ducuntur; omniumque* [d] *iis rerum postea fides derogatur.* [e] *Hospites* [f] *violare, fas non* 9
*putant: qui,* [g] *quaque de caussa, ad eos venerint,* 3
*ab injuria prohibent,* [h] *sanctosque habent: iis omnium domus patent, victusque communicatur.*

VARIAE LECTIONES.

a *consilio* MSS. 5. vulgo *se d.* contra MSS. *dicit* L. sec. et dein vulgo *ut qui.* b *a* L. pr. sec. c *habentur* Edd. R. M. V. d Sic MSS. et Edd. qdd. non *rer. iis.* et *abrogatur. Omnium rer. propterea f. d.* Ox. e *hospitem* non male MSS. plerique et Edd. pp. f *violari* L. pr. g *quacumque* MSS. Urs. L. pr. Sc. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *venerint* exhibui cum Petav. L. pr. Scal. et Pulm. schedis pro vulg. *venerunt.* h *sanctos h. hisque* vel *iisque* MSS. plerique et Edd. Vett.

3. Hujusce *φιλοξενίας* insigne testimonium profert *Nicolaus Damascenus*, qui lib. de Mor. Gent. p. 8. notat, quod apud Celtas, quo nomine Germani continentur, *μείζω ἐστὶν ἐπιτίμια κατὰ τοῦ ξένον ἀνελόντος, ἢ πολίτην. ὑπὲρ τοῦ μὲν γὰρ θάνατος ἡ ζημία, ὑπὲρ τοῦ δὲ πολίτου φυγή.* DAVIS.

*Ab injuria*] MSS. Ursini, Carr. Leid. prim. Scal. et Edd. Vasc. Str. Steph. ac posterior Gryphii non agnoscunt *ab.* Cave, sequaris. Aliud est *prohibere injuria*, aliud *ab injuria. Prohibemus injuria*, quem continemus, ne eam facere possit; *prohibemus ab injuria*, quem, ne accipiat, defendimus. 5, 21. *populum ab injuria militum prohibere.* supra c. 10. *Suevosque a Cheruscis injuriis prohibere.* B. Civ. 1, 23. *Hos omnes a contumeliis militum conviciisque prohibet.* Cic. pro L. Man. c. 7. *a quo periculo prohibete Remp.* Quamquam non perpetuo *ab* omittitur, si priore sumatur significatione. Vide ad 1, 10.

*Victusque communicatur*] In Ciaccon. MSto, *victumque communicant.* In Gottorp. vero et Voss. tert. atque Ed. Inc. *victusque communicantur.* Forsan non male pro Caesaris genio, qui passim adhibet pluralem numerum; ut, *commeatus, frumenta, quaestus et mercaturas* c. 17. *venationes* et innumera similia. *pars victus* tamen c. praec. et cap. seq. *eodem victu et cultu.*

*Et — ac* etc.] Desunt in MSS. hae conjunctiones. Quali ratione *ἀσυνδέτῳ* saepissime utitur Caesar. Edit. Rom. pro (*et ultro*) habet (*ut ultro.*) CLARK. Copulas *et* et *ac* ejeci auctoritate

1 XXIV. [a] Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute superarent, [b] ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem, agrique inopiam,
2 trans Rhenum colonias mitterent. [c] Itaque ea, quae fertilissima sunt, Germaniae loca circum [d] Hercyniam

VARIAE LECTIONES.

a *At* MSS. 3. b vulgo *et ultro b. i. ac p.* c *atque* L. pr. *Germ. sunt* V. pr. Ox. d *Hircaniam* L. pr. et dein. Alii aliter corrupte.

Bong. pr. Vossianorum, Leidensium, Petav. Lovan. Egmund. aliorumque et Ed. Inc. *ut ultro* etiam est in Carrar. et Edd. Mediol. ac Ven. non adeo male per ellipsin *τȣ̃ adeo, ita.* de qua supra habuimus. atque ita *ut* in *et* abiit in MSS. quibusdam 7, 28. sed et copulae omissione nihil est frequentius apud nostrum.

*Eratostheni*] Cyrenaeo, qui geographiae scriptor ultimus a Strabone nominatur: vide opus patris mei de Historicis Graecis 1, 17. VOSS. Reponit *Ph. Cluverius* Germ. 3, 47. *Eratostheni et* aliis *quibusdam Graecis*, quoniam, ut censet, et ipse Eratosthenes fuerit Graecus. Sed memoria lapsus est vir eruditus; erat enim Cyrenaeus, ut summo veterum consensu traditur. Vide *G. J. Vossium* de Hist. Graecis 1, 17. DAVIS. Secutus Cluverium est Cellarius. Metaphrastes etiam, *ἄλλοι τινὲς Ἕλληνες.* sed non opus est. Sic *Jupiter et Dii, Pindarus et Lyrici,* innumeraque similia. Adi omnino Gronov. et Drakenb. ad Liv. 3, 25. *Virginius, et Tribuni;* et quos laudant, nec non Sall. B. Jug. c. 4.

*Orciniam*] Sic vulgo nunc edunt: cum MSS. Bong. pr. Voss. pr. Leid. pr. aliique multi et Edd. primae habeant *Orcyniam.* Recte. Graecus Metaphrastes et Ptolemaeus vocant *Ὀρκύνιον.*

*Vulgo Tectosages occuparunt*] In nonnullis codicibus legi, *Volcae Tectosages*, etiam Ciacconius observavit. Sed, inquit, nemo veterum populos illos in Germania posuit, verum in Narbonensi. Non magna difficultas est. Nam cum disertim Strabo l. 4. memoret, Volcas in ipsam Asiam colonias misisse, atque ab iis nuncupatos, qui in Phrygia Tectosages vocabantur: quanto credibilius, in propinquiora loca facile eos potuisse pervenire? Verum, quo proprie loco consederint, non facile dixeris. Rhenanus in commentario rerum Germanicarum eos ad Nicri ripam locat, in Wirtenbergensi ditione, ubi hodieque arx *Teck* antiquissima visitur, quod vocabulum putat factum ex principe syllaba nominis Tectosages. In Caesare nostro MS. margini adscriptum erat, Tectosagum terram Franconiam postea dictam. quod si verum, an ab iis *Volkach*, quod nomen loco, in ea terra, ex *Volcarum* nomine permansit? Sane temere non adfirmaverim. Id modo dico, mirari me, quid causae Scaligero fuerit, quod in sua etiam editione depravatam illam vocem *vulgo* reliquerit, cum reperiantur MSS. qui

niam silvam, ([a] quam Eratosthenì et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam adpellant,) Volcae Tectosages [b] occupaverunt, atque ibi consederunt. Quae gens ad hoc tempus iis 3
sedibus [c] sese continet, summamque habet [d] justitiae 318
et bellicae laudis opinionem: nunc quoque [e] in ea- 4

VARIAE LECTIONES.

a *quae. nota* L. pr. *Eratosteni* MSS. o. et vulgo *Orciniam.* b Sic MSS. non *occuparunt.* c vulgo *se. continent* V. tert. d *justitiam* L. pr. Pet. e vulgo *nunc quod, nuncque. et eg. et p.* L. sec.

disertim habent, *Volcae.* Quin et Graecus vertit: *Βόλκαι καὶ οἱ Τεκτόσαγες ἄποικοι τῆς Γαλατίας ὄντες*, sed corruptus locus, et perperam illud *καὶ* repetitur. scribe, *Βόλκαι οἱ Τεκτόσαγες.* Nisi forte in depravatum codicem inciderat ille, in quo legebatur, *Volcae et Tectosages:* quod fieri potuit, ut ex postrema litera vocis *Volcae*, et prima nominis *Tectosages*, conflaretur particula *et*, quae perperam deinde inserta. At illud *vulgo* originem traxit ex *Volgae*, ita enim plerique MSSti habent, pro *Volcae;* sic plerumque in iisdem codd. reperias *Bellovagi*, pro *Bellovaci:* ut saepe *g* litera pro *c* ponatur: quod, quamvis leve, notandum tamen, ut videamus, quam saepe minutae caussae originem erroribus praebeant. VOSS. *Volcae* recte e MSS. rescribi jussit Ursinus: quod jam exhibuerat Florent. et Vascosanus, at Beroaldus *Volgae;* ut est in Voss. pr. Egm. et aliis. *Pervolgae* Aimoin. In plerisque, *vulgo.* In Petav. *Vulge. Belgae* Voss. sec. sed *Volcae* servavit Leid. sec. ut debet. *Tectusages, Toctisages, Toctusages* plerique Codices, *o* et *v*, *c* et *g* pro more confusis. In suo autem codice Metaphrasten legisse, *et Tectosages*, indicio adhuc esse potest Dukerianus, in quo plane *et* interponitur: quare in eo nil mutem; licet male ex uno populo faciat duos: quod saepius in priscis factum auctoribus librariorum culpa, sciunt docti. At vero negat Cl. Cluverius in Germ. Ant. 3, 30. fuisse *Volcas Tectosagas*, id est, Gallos Braccatos; sed *Bojos;* quare emendat, *Boji, Celtica gens occup.* e Tacito Germ. c. 28. aliisque. Non mihi liquet.

*Nuncque in eadem — patientia, qua Germani, permanent, — Gallis autem* etc.] Codices nonnulli, (*Nunc*, quod *in eadem* — patientiaque *Germani permanent; — Gallis autem etc.*) Atque ita omnino legendum existimat J. M. Brutus. Verum totam periodum attentius perpendenti apparebit, isto modo, neque illud (*Nunc*) apto esse loco positum; (dicendum enim potius fuisset, *Et, quod Nunc in etc.*) neque id, quod sequitur, (*Paullatim etc.*) recte cohaerere: (dicendum enim fuisset, *Hi paullatim etc.*) CLARK. Longe plurimi MSS. habent *quod*, cum Edd. multis, *quoniam* Leid. pr. et Scal. Natum hoc inde, quod in nonnullis esset scriptum *patientiaque*, (quod vitiosum esse recte

dem inopia, egeſtate, patientia, qua Germani, permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur.
5 Gallis autem [a] provinciae propinquitas, et transma-
319 rinarum rerum notitia, multa ad copiam atque
6 [b] uſus largitur. Paullatim adsuefacti superari, multisque victi proeliis, ne se quidem ipsi cum illis virtute [c] comparant.

## VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deeſt *provinciae*. b *usum* L. pr. Scal. Pet. et Edd. qdd. c *compararunt* Ox.

monuit jam Ursinus,) et intelligerent de Germanis; cum auctor loquatur adhuc de Volcis: ut bene Graecus Metaphraſtes cepit. Optime ergo Petav. *nunc quoque:* quod auctori reſtitui pro rancido iſto, *nuncque*, licet Hotomanno placuerit. Non male etiam Oxon. simpliciter habet, *nunc*. Dukerianus, *nunc quidem*. quod etiam admitti poſſet. *qua* autem praebent MSS. mei omnes; et Edd. primae. perperam deinceps *patientiaque* ediderunt. Vide ad c. 22. *quam* eſt in Gott. Voſſ. tert. et Ed. Incerta.

*Gallis autem propinquitas*] Nullus sensus eſt: inſere vocem *provinciae*. In MS. noſtro (reperit idem in suo Ciacconius) eſt *provinciarum*, corrupte. et rectissime in Graeco haec verba leguntur: *ἡ μὲν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίας πλησιότης*. itaque scribe: *Gallis autem provinciae propinquitas*. Nam duo Caeſar dicit, Gallos effeminatiores fuiſſe, partim, quia propiores provinciae, cujus cultum et humanitatem paullatim hauſerant: partim ob transmarinarum rerum notitiam, id eſt, quia mercatoribus ad eos aditus erat, et tales plerumque important, quae ad effeminandos animos pertinent. VOSS. *Provinciae*) Scaliger et recentiores hanc vocem omiſerunt: sed omnino ad sententiam opus eſt. MSS. habent, *Provinciarum*. Graecus recte, *τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίας*. CLARK. Non tantum Scaliger, sed Ven. 1517. Basil. Ald. Plantin. aliique non agnoscunt vocem *provinciae*. quam cum Ciacconio et Hotomanno exhibent Vascos. Strada et R. Stephanus. Vide ad 1, 1. *A cultu atque humanitate provinciae longissime absunt*. et ad 7, 55. 65. Atque ita clare remanet a prima manu in Dukeriano Codice. Verum cum in MSS. aliorum, meisque reliquis omnibus et Edd. primis sit *provinciarum*, vix dubito, quin ortum id sit ex compendio scripturae, et retinendum, *provinciae nostrae*. Sic enim 1, 2. et 6. atque alibi loquitur, et ideo *τῶν Ῥωμαίων* addidit Metaphraſtes. nisi per *provincias* intelligere malis et alias regiones a Romanis subactas. Vel denique ex *provinciarum* refinge *provinciae dum*, et poſt *largitur* pone minorem diſtinctionem. quo simul medebimur orationis hiatui. Et sane in Oxoniensi exaratur sic: *G. autem gr provinciarum prop.* Aimoinus habet *qui* ante *paullatim*.

*Paullatim*] Quoniam haec non-

XXV. Hujus Hercyniae silvae, quae supra de- 1
monstrata est, latitudo IX dierum [a] iter expedito pa-
tet. Non enim aliter finiri potest, neque mensu-
ras itinerum noverunt. Oritur ab [b] Helvetiorum, 2
et Nemetum, et Rauracorum finibus, [c] rectaque
fluminis Danubii [d] regione pertinet ad fines Daco-
rum, et [e] Anartium: [f] hinc se flectit [g] sinistrorsus, 3

VARIAE LECTIONES.

a *exped. itinere* L. pr. b *Helvitiorum* MSS. antiquiores. *Herustiorum* vel *Herusticorum* MSS. 3. et Ed. Inc. c *recta* Ox. d *regionibus* Edd. R. M. V. male. V. Urs. et Ciaccon. e *Anartum* Urs. et MS. Ciacc. f *huc* L. pr. g *sinistrorsum* L. sec. V. sec. Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. post.

nihil hiulca videtur oratio, conjicerem legendum, *Paullatimque*. CLARK.

*Latitudo* IX *dierum*] Dubitat *Ciacconius*, an reponi debeat latitudo LX. *dierum*, quia *Caesar* infra ait, *Neque quisquam est hujus Germaniae, qui se adisse ad initium ejus silvae dicat, quum dierum iter* LX *processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit*. Sed illic intelligitur silvae longitudo, ut cuivis obvium. DAVIS.

*Non enim aliter finiri potest*] *Finire* hic insolentiore significatu est *dimetiri*, seu spatium a finibus ad fines cognoscere. VOSS. Supra c. 18. *spatia temporis numero noctium finiunt*. Adde quos laudat Celeb. Burm. ad Vellej. 1, 10. *finito arenae circulo*. Liv. 35, 7. *Diem finiri placuit*. ubi vide Gronov.

*Nemetum*] Hos nominat auctor quoque 1, 51. Sed quia illi hinc longius disjuncti sunt, Rhenanus hoc loco malebat *Venetum*, ut intelligantur Rhetiae populi: at, quia Caesar nusquam *Veneti lacus* ejusque accolarum meminit, alii *Rhetorum* malunt, Glareanus vero *Aetuatium*, ut 4, 10. pro *Nantuatium*. Si quid mutandum, mihi cum Rhellicano *Venetum* maxime placeret; quo ducunt etiam quidam Codices. nam in Gottorp. et Ed. Incerta est *Venietum*. Immo in Voss. tert. *Uenetum Nemenum* Voss. sec. *Nemetuum* Duker.

*Rauracorum*] Rhenanus, Beroaldus, et Rhellic. cum longe plurimis MSS. et Edd. primis scribunt *Tauriacorum*, ficta voce, quae nusquam alibi legitur. Vulgatum fere servavit Voss. primus, in quo *Rauriacorum*, et Leid. prim. *Rauacorum*. *Taurinorum* Leid. sec. Non mutandum est *Rauracorum*. Sic 1, 5. *Helvetii persuadent Rauracis, et Tulingis et Latobrigis finitimis*. et alibi.

*Neque quisquam est hujus Germaniae*] Nescio quid absonum sonare mihi videntur verba illa, *hujus Germaniae*. Aliter scripta mallem. Et tamen sic omnes codices habent. Graecus habet, ὐδεὶς δ᾽ ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐςὶν. Omittit vocem *hujus*. Dispiciendum, an

diversis [a] ab flumine regionibus, [b] multarumque gen-
4 tium fines propter magnitudinem adtingit. neque quisquam est hujus Germaniae, qui se [c] aut adisse ad initium ejus silvae dicat, quum dierum iter [d] LX [e] processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit.
5 [f] Multa in ea genera ferarum nasci, constat, quae reliquis in locis [g] visa non sint: ex quibus, quae

## VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. vetustiores 5, aliique, non *a*. b *multarum* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. dein *nec* L. pr. c vulgo abest. *hujus* mox MSS. 2. d *XL.* suprasc. B. pr. Edd. R. M. V. *LXIX* Scal. L. pr. e *processerint* B. pr. f *Multaque* Ed. Inc. et MSS. omnes praeter L. sec. forsan *m. quoque.* g *visae* L. tert. *sunt* Car.

tempore Caesaris divisa Germania fuerit. VOSS. Ulterioris illius partis, de qua proxime locutus est *Caesar. Dionys.* tamen *Vossio* haec verba nescio quid absonum sonare videntur, quapropter voculam priorem delendam censet. Absurde: quis enim credat, Germanos, qui prope Rhenum habitant, quum dierum iter LX processerint, ad initium ejus silvae non adiisse? DAVIS.

*Aut adisse*] Sic MSS. et Editt. Vett. Scaliger et Recentiores vocem (*aut*) sine causa omittunt. CLARK. Non tantum Scaliger omisit *aut*, sed etiam alia duo verba, *aut audisse.* quae remanent in MSS. et Edd. cunctis. quod miror fugisse Clarkium. Vertit etiam Metaphrastes: ὅστις ἢ ἀκοῦσαι, ἢ τ᾽ οὖν εὑρεῖν ἑαυτὸν τὸ τοῦ δρυμοῦ τούτου πέρας λέγῃ. Verum ille tum non habet, *aut, quo ex loco oriatur, acceperit.* Unde satis patet, ista, *aut audisse,* e Glossa esse nata: quare recte Faernus ea delenda judicavit, ac bene delevit Scaliger, nisi quod male secundum *aut* simul ejecerit. Atque ita egregie Andinus et Oxoniensis omittunt, *aut audisse.* Temere vero Hotomannus vult, *vidisse initium. Ad* abest a Voss. sec. Aimoino, Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. post. male. *Adire ad aliquem,* vel *aliquem locum,* saepe cum aliis noster, qui praepositiones geminare amat.

*Memoriae prodenda*] Leidens. prim. Scaliger. et Carrariensis dant iterum *memoria,* uti omnes exhibent 6, 12. *Memoria proditum.* ubi vide. Inepte vero Hotomannus supra ex Aimoino praefert *ab aliis* contra cunctos Codices.

*Est bos cervi figura*] Nolim cum Hotomanno pro *bos* scribas *bisons.* Nam quamvis illi absurda locutio videtur, *bos cervi figura,* nihil tamen hic novi. Receptum Romanis, ignota animalia, si majora essent, *boves* appellare, ut satis *boves Lucae* innuant: quibus quid cum bove simile sit, nullus ignorat. Sic sane et Plin. 8, 15. *Paucissima animalia Scythia gignit, inopia fruticum: pauca contermina illi Germania; insignia tamen boum ferorum genera, ju-*

maxime [a] differant ab ceteris, et memoriae prodenda videantur, [b] haec sunt.

XXVI. *Est bos cervi figura: cujus a media* 1
*fronte* [c] *inter aures unum cornu exsistit excelsius, magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus.* [d] *Ab ejus summo, sicut palmae, rami quam* 2

VARIAE LECTIONES.

a *differunt* et *videntur* Carr. D. *a c.* MSS. et Edd. qdd. *tradenda* pro *prod.* L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. Flor. b *hae* Edd. Vasc. Str. Steph. bene, si *visae* admittas, et confer C. seq. c desunt Lov. *un. cor. int. a.* L. pr. d *Et* L. pr. *summa* Lov. Edd. R. M. V.

*batos bisontes, excellentique vi et velocitate uros,* etc. Sed Gesnerus non bisontem hic a Caesare descriptum putat, verum rangiferum. Sane caetera facile huc aptaveris verba; de cornibus nullo modo. Rangifero est triplex cornu prope ad hanc formam.



Caesar ait hinc bovi esse cornu unum excelsius, et magis directum illis, quae Romani noverant, cornibus, dein addit, *ab ejus summo, sicut palmae, rami quam late diffunduntur.* Igitur necessario unum primo cornu directum postea in ramos diffunditur hoc modo, quod, quomodo de rangifero dici possit,



nulla ratione video. Si bisontem, ut alii voluere, hic a Caesare designari putes, obstat, quod nihil hic de jubis Caesar addit, quas omnes veteres memorant. Et Oppianus l. 2. de Venat. ait: Φρικαλέην χαίτην μὲν ἐπωμαδὸν αἰθύσσουσιν: *Terribilem comam super armos quatiunt.* At rursum, quae de cornibus bisontis tradit Oppianus, vix dixeris, quam congruant cum Caesaris verbis, quae hic leguntur, nam ait, Ὀξεῖαι κεράων δὲ πυριγλώχινες ἀκωκαὶ Χαλκείοις γναμπτοῖσιν ἐπείκελοι ἀγκίστροισιν: *Acutae sunt cornuum et flammae specie acuminatae cuspides Aeneis et reflexis similes hamis.* Profecto non poterat commodius exprimere mentem Caesaris, quando inquit, *cornua ab ejus summo, sicut palmae rami, quam late diffunduntur.* Nam palmae folia sunt ἐπείκελα γναμπτοῖς ἀγκίστροις. Ob haec ego statuo, vel diversa bisontium genera veteribus fuisse, et aliam speciem a Caesare, aliam a Plinio describi atque Oppiano: vel animal hoc, de quo Caesar hic loquitur, incognitum nobis esse: aut non visum Caesari bisontem, eoque minus accurate descriptum. VOSS. Adde Cellar.

*Rami late*] Codices nonnulli (*rami* quam *late*). Plurimi corrupte (*ramique late*). Graecus, πολλοὺς κλάδους. CLARK. *Quam* etiam non agnoscit Aimoinus aut R. Stephanus. Verum optime Cujac. Ursin. Scalig. et Leid. prim. cum Andino et Petaviano a m. sec. *quam* exhibent. Reliqui cum Edd. priscis, *que*. *Quam* Positivis jungi, ubique in Lexicis occurrit. Appulej. lib. 1. Metam. *satis quam humane.* si idoneum magis desideras auctorem, adi Cel. Graev. ad Cicer. Att. 7, 15. et Burm. ad Gratii Cyneg. 47.

3 *late diffunduntur.* [a] *Eadem est feminae marisque*
321 *natura, eadem forma, magnitudoque cornuum.*
1 XXVII. *Sunt item, quae adpellantur Alces.*
*Harum est consimilis capreis figura, et varietas pel-*
322 *lium; sed magnitudine paullo antecedunt; muti-*

VARIAE LECTIONES.

a *Eademque* bis Carr. Duk.

*Quam commoda nostro Armamenta operi.* 8, 11. in MS. *quam magnis itineribus.* ubi plura. Ceterum elegantiſſime edidit R. Stephanus, *se, ut palmae, rami diffundunt.* Vere, si ex MSS. Certe juvant admodum Leidens. pr. et Scalig., in quibus *diffundunt.*

*Eadem est feminae marisque natura*] *Pet. Ciacconio* figura intelligi videtur, ac sane eodem sensu dixit *Caesar* B. G. 5, 13. *Insula* natura *triquetra.* Quia tamen sequentibus verbis formam memorat noſter, *naturam* hic poni pro *statura*, lubens crediderim. Sic *Macrobius* Saturn. 2, 3. de jocis *Ciceronis: Idem, cum Lentulum, generum suum, exiguae* naturae *hominem, longo gladio accinctum vidisset,* Quis, *inquit,* generum meum ad gladium alligavit? DAVIS. *Φύσις,* Graecus.

*Sunt item quae appellantur Alces*] Graecus interpres ἄλκες vertit, non ex more Graeco, nam Pauſanias ἀλκή et ἄλκαι dicit. Latinis forſan in recto olim *alx* erat, nam Germanis *elch* erat, quae terminatio inſolens Romanis. Sed pleraque, quae de alce hic prodidit Caeſar, Plinius de machli memorat, quam beſtiam alci non absimilem eſſe dicit. Locus eſt 8, 15. *Item natam in Scandinavia insula, nec unquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam machlin, haud dissimilem alci.* Magnus Salmaſius legebat in *urbe*, pro *hoc orbe:* sed puto defendi priorem lectionem poſſe, et Plinium orbem Romanum intellexiſſe, extra quem Scandinavia sita eſt. Sane sic orbem saepiſſime sumſerunt vett. ut, *Orbem jam totum victor Romanus habebat.* Ubi orbis ille intelligitur, qui Romanis suberat. Neque ullus adeo deliret, ut Petronium putaviſſe exiſtimet, Romanum imperium ad fines mundi pertinuiſſe. In libris nonnullis *achlin* legitur, unde subit suspicari, ita ipſum Plinium scripsiſſe: errorem vero ortum ex *m* vocis *narratam*, quae proxime praeceſſit. nam ex talibus saepiſſime oriri errores, certum, et saepius supra nobis probatum eſt. Illud autem *achlin* factum ex *elch.* ut sub diverso nomine eandem beſtiam Plinius descripſerit: sane sic apud Albertum Magnum quoque pro *Alce* scribitur *alches.* Potuit autem facile tantillum una gens ab altera variare, ut, quod una *elch* efferebat, altera *echl*, vel *achel* pronuntiaret. Nam illud *m* prorsus ejiciendum puto, ut adulterinum. VOSS. Voſſii emendationem in Plinio confirmant MSS. optimi, eamque, quasi suam, subpreſſo Voſſii nomine, ibi probat Alberti Magni loco Harduinus. Ceterum MSS. longe plurimi habent hic *Altes.*

*Consimilis capris figura et*

*laeque [a] sunt cornibus, et crura sine nodis [b] articulisque habent; neque quietis caussa procumbunt:* 2
*neque, si quo adflictae casu [c] conciderint, erigere sese, [d] aut sublevare possunt. His sunt arbores pro* 3
*cubilibus: ad eas se adplicant, atque ita [e] paul-*

VARIAE LECTIONES.

a *Mutilae s.* Dorv. *multique s. sine c.* Pet. *inutilesque* Oxon. *sunt* deest Carr. b *articlisque* B. pr. V. pr. Egm. c Sic L. pr. sec. Scal. Egm. Duk. Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. post. vulgo *conciderunt. acciderunt* V. pr. d *ac* L. pr. Edd. R. M. V. *sublevareque* Carr. Duk. e *Paullulum* L. sec.

*varietas pellium*] Optime magnus Salmasius emendabat *capreis:* quod mirum neminem doctorum hactenus observasse, cum ratio ipsa reclamet; nec capris, sed capreis sint variae pelles. In v. c. erat, *consimilis capraefigura:* unde forsan *capreae* rescribendum. Plinius 8, 15. facit *alcem, ni proceritas aurium et cervicis distinguat, jumento similem.* quod pro *asino* accepit Solinus. Pausanias in Boeoticis inquit, esse eam εἶδος ἐλάφου καὶ καμήλου μεταξύ. Quod de camelo ait, ad collum referendum. nam et alii scriptores faciunt alcem mediam inter cervum et equum. Proprie tamen Caesar et Plinius mihi descripsisse videntur. VOSSIUS. Recte notavit vir summus, *Cl. Salmasius*, legendum *capreis*: non enim *caprae*, sed *capreae* variegatis pellibus sunt insignes. Vide Exercit. *Plin.* p. 232. B. DAVIS. Vetus Cod. quem innuit Vossius, videtur esse Carrariensis, cui consentit Dukerianus. Salmasianam autem emendationem, quam Clarkius jam in textum recepit, unice corroborat egregius Oxon. Codex, qui diserte refert *capreis.* Illustr. tamen Spanhemius adsensum non praefert Salmasio, cum figura Alcis, in nummis expressa, magis caprae, quam capreae conveniat, putatque, *pellium varietatem* additam a Caesare, quasi voluisset innuere, figura Alcem consimilem esse caprae, sed insuper variegata pelle: eique accedo: quamvis fatear, Caesarem tum clarius dicere potuisse, *sed*, vel *sed et varietas pellium. Magnit.* cui quodammodo favet ipse Codex Oxoniensis, in quo deest τὸ *sed.* Jungit cap. seq. *colore et figura tauri.* Graecus tamen cum praecedentibus connectit, et perperam varietatem pellium αἰξὶν tribuit. Praeterea docet Spanhemius, Caesarem confudisse *Alchin* cum *Alce*, eamque observationem sibi ab Harduino ad Plinium sublectam esse ex priore praest. Num. Editione, queritur. Vide Edit. sec. Tom. 1. p. 198. *Capra* et *caprea* confunditur quoque in MSS. Livii 1, 16. [Scribendum *capreis. Capreae* sunt *ferae*, Graece ζόρκες, vel δόρκες, seu δορκάδες. *Caprae*, quae Graecis simpliciter αἶγες. OUDENDORP. ad Sueton. Tiber. c. 45. p. 419. 420.]

*Mutilae cornibus*] Ne Plin. quidem cornuum facit mentionem, unde suspicor ratum, non esse ea alci. Contra Pausanias: ἄλκαι μὲν γὰρ καὶ κέρατα ἐπὶ ταῖς ὀφρύσιν οἱ ἄῤῥενες, τὸ δὲ θῆλυ οὐ φύει τὸ παράπαν, ait,

4 *lum modo reclinatae quietem capiunt: quarum ex vestigiis* [a] *quum est animadversum a venatoribus, quo se recipere* [b] *consuerint, omnes eo loco,* [c] *aut ab radicibus subruunt, aut accidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinqua-*
5 *tur. Huc quum se consuetudine reclinaverint, in-*

### VARIAE LECTIONES.

a *ut* Carr. D. b Sic MSS. uno alterove excepto, et Edd. Vett. non *consueverint*. V. ad 1, 43. c deeſt MS. Br. Lov. D. Dorv. et Edd. pp. *ab* e MSS. melioribus pro *a*.

maribus cornua in superciliis eſſe, foeminas carere: unde suspicabatur Gesnerus, rangiferos, non alcem, ab eo describi. Ut ut eſt, sunt alci cornua; unde quis mirari poſſit, quid Caeſari in mentem venerit, cum mutilas alces cornibus scriberet. Defendi poteſt, nam sunt quidem alci cornua, sed non omni tempore, quotannis ea amittit. Teſtatur id quoque Erasmus Stella libro de origine Bruſſorum: *Alce autem*, inquit, *quasi medium genus inter equos et cervos cornua quotannis amittit*. Et forſan hoc Caeſari et Plinio impoſuit: nisi aliud genus alces ii deſcripſere. VOSSIUS.

*Reclinatae*] MS. Reg. aliique nonnulli, *acclinatae*. CLARK. Urs. Vascos. Strada et Stephanus cum Gryphii poſteriore exhibent etiam, *acclinatae* et *acclinaverunt*. Verum MSS. mei conſtanter vulgatum servant rectius; nisi quod mox Leid. sec. *adclinarent*, et tertius *declinaverint*. *Reclinis*, et *reclinare* dicitur is, qui tergo in aliquid inclinat. Consule Zinzerling. et Barthium, quos laudat Drakenb. ad Silium 9, 470. *Priscae reclinis ab ictibus ulmi Terga tuebatur trunco*. Appulej. l. 4. Metam. in f. *cespitis gremio delapsam leniter reclinat*. Adpoſitus eſt Senecae locus, jam in Lexicis notatus, Ep. 36. *Solet obrepere somnus in aliquod adminiculum reclinatis*. Male itaque Turnebus Adv. 3, 19. et Brantius *accl.* praeferebant.

*Accidunt*] Andin. Cujac. Oxon. Leidenſes, cum Edd. Aldi, Gryphii aliisque, *abscidunt*. Sed *abscindere*, vel *abscidere*, eſt penitus recidere, ita ut a radice abcedat. quomodo Lucan. 8, 674. *trunco cervix abscisa recessit*. et alii. Rectius Ursinus, Stephanus ceterique *accidunt* praetulerunt. Hoc eſt, non plane abſcidunt, sed ita caedunt, ut levi motu procumbant; sive *incidunt*, quod dat Petavianus, item Carr. et Duker. cum Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. Ven. aliisque et Beroaldi, probante Turnebo ibidem, ut jam monuit Brantius. Virgil. Ecl. 8, 29. *Mopse, novas incide faces*. Seneca Agam. vs. 777. *Cervice taurus vulnus incisa gerens*. Et ita *incidere nervos*, *venas*, *spem* alibi. Hoc tamen loco mihi videtur eſſe Gloſſa verbi, *accidunt*, i. e. fere abscidunt. Ut *accidere copias* etc. de quo ad 8, 31. Paſſim *accidere* abiit in *abscidere*. Adi modo Cel. Drakenb. et alios ad Livium 3, 10. *accisae res*.

*firmas arbores pondere adfligunt, atque una ipsae concidunt.*

XXVIII. *Tertium est genus eorum, qui Uri ad-* 1
*pellantur. Hi sunt magnitudine paullo infra* [a] *ele-* 323
*phantos; specie, et colore,* [b] *et figura tauri. Ma-* 2
*gna vis eorum, et magna velocitas:* [c] *neque homini,*

VARIAE LECTIONES.

a *Elefantos* plerique. *Elefantes* MSS. 4. b *et f.* desunt L. pr. mox vulgo *est eorum.* c *et neque* L. pr. Ox.

*Se ex consuetudine reclinaverint*] Voculam *ex* in v. c. non reperio. Et similiter Tacitus l. 5. Annal. *ex quis ob metum paucae, plures adsuetudine.* VOSS. In MSS. Reg. Eliens. et Vossii deest *ex.* Utroque modo alibi locutus est Caesar. CLARK. Cur Scaliger hic praepositionem addiderit, nescio. MSS. et Editi omnes ea carent. Quare rursus ejeci; licet sciam, alibi addi. Variant quoque MSS. 5, 57.

*Magnitudine paullo infra elephantos*] Idem tradit Servius, sed miror, quod ait, uros in Pyrenaeis montibus nasci, quod non memini uspiam proditum, ad Georg. Maronis 2, 374. *Sylvestres uri assidue, capreaeque sequaces. Sylvestres uri,* inquit, *id est boves agrestes, qui in Pyrenaeo monte nascuntur, inter Gallias et Hispanias posito. Sunt autem, exceptis elephantis, majores animalibus caeteris. dicti uri ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est, a montibus.* Hic nihil prope veri; confundit Servius saltum Hercynium et Pyrenaeum. Quod de montibus ait, merae nugae sunt. *Uri* vox mere Germanica, nam et hodieque *urochz* dicitur. VOSS.

*Infra elephantos*] Id est, minor elephantis. *Infra infimos homines* Terent. Eun. 3, 2, 36. ubi vide Rivium. Propert. 1, 20, 5. *Est tibi non infra speciem, non nomine dispar.* Hirt. B. Alex. c. 13. *Infra hanc magnitudinem.* Et saepissime alii. MS. Dorvilli hic habet, *intra elephantos.* ut multa dicuntur esse *intra aliquid,* cujus terminos non excedunt, sed iis se includunt, et minores sunt. Vide quos laudat Cel. Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. 9, 3. *Ejus scripta intra famam sunt;* et Clar. Duker. ad Flor. 1, 3. *facinus intra gloriam fuit.* In Vellejo 1, 27. *intra* placet quoque magno Viro: *semper infra aliorum aestimationes se metientem. Infra* tamen hic servo; nam *intra magnitudinem* bene dici posse videtur, non *intra elephantos.*

*Vis est eorum*] Plerique, *v. eorum est.* Alii, *est vis eorum.* Inter lineas τὸ *est* in Leid. pr. certo indicio, delendam esse voculam, uti et abest a Lovan. Carr. Duker. Dorvill. et Edd. Rom. Mediol. ac Ven.

*Adolescentes*] Optime Leidens. prim. et Scaligeranus, *homines adolescentes.* quam lectionem confirmat perpetuus Caesaris plenior stylus. ut *homines Galli, Harudes, Germani* etc. Terent. Phorm. 5, 9, 53. *homo adolescens si habet unam amicam.* Cicero

*neque ferae, quam* [a] *conspexerint, parcunt. Hos*
3 *studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durant* [b] *homines adolescentes, atque hoc genere venationis exercent; et, qui plurimos ex his* [c] *interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint te-*
4 *stimonio, magnam ferunt laudem: sed adsuescere ad homines, et* [d] *mansuefieri, ne parvuli quidem*
5 *excepti possunt. Amplitudo cornuum, et figura, et species multum a nostrorum boum cornibus dif-*
6 *fert. Haec studiose conquisita* [e] *ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.*

VARIAE LECTIONES.

a *conspexerunt* MSS. et Edd. qdd. b vulgo abest *homines. adul.* V. pr. Ox. c *interfecerint* Scal. Lov. *interficiunt* Ed. post. Gryph. d Sic B. pr. L. pr. Scal. Ox. And. Ceteri cum Edd. primis *mansueti facti.* e *ab latis* Ox.

l. 2. ad Fam. Ep. 15. *hominem adolescentem non tam allicere volui.* Sallust. Catil. c. 38. *Homines adolescentes summam potestatem nacti.* quibus locis vide notas et Grammaticos. Adde Liv. 2, 18. Sall. Jug. c. 6. Plaut. Trinum. 4, 2, 94. *amanti homini adolescenti.*

*Relatis in publicum cornibus*] Confirmat ἄδηλος autor, qui ait: *Ego Moguntiae et Wormaciae, Germaniae ad Rhenum civitatibus, ingentia boum sylvestrium capita, duplo (ut mihi videbantur) domesticis majora, cum reliquiis quibusdam cornuum, aedificiis publicis affixa* (ante saecula aliquot, ut fertur) *olim cum admiratione inspexi.* Citat hunc autorem Gesnerus. VOSS.

*A n. b. cornibus differt*] Deest *a* in MSS. Reg. et Vossii, et Edit. Rom. CLARK. *A* non compareret quoque in Bong. pr. Petav. Lovan. Voss. pr. Egm. et 6. aliis, uti nec in Edd. primis. Bene, si capias in dativo casu, quamquam caussa non est, cur non sequamur aliorum scripturam, quae confirmatur ab Andin. Leid. pr. sec. Scalig. Oxon. aliisque. Vide ad 5, 14.

*In amplissimis epulis pro poculis utuntur*] Isidorus Orig. 12, 1. *Uri agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua in tantum protensa, ut regiis mensis insigni capacitate ex eis gerulae fiant.* Legerat Isidorus verba Solini, dicentis, *cornua in tantum protenduntur, ut demta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant.* Unde ille pro *cornua potuum gerula* novam et barbaram vocem *gerulae* effinxit, et pro

XXIX. Caesar, postquam per [a] Ubios explora- 1
tores comperit, Suevos [b] sese in silvas recepisse;
inopiam frumenti veritus, quod, ut supra [c] demon- 324
stravimus, minime omnes Germani agriculturae
student, constituit non progredi longius: sed, ne 2
omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque
[d] ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu, par-
tem ultimam pontis, quae ripas Ubiorum contin-
gebat, in longitudinem pedum CC, [e] rescindit;
atque in [f] extremo ponte turrim tabulatorum IV 3
constituit, praesidiumque cohortium XII, pontis tu-
endi caussa, ponit; magnisque eum locum munitio-

VARIAE LECTIONES.

a *publicos* Ed. Ven. b *Se* L. pr. Edd. add. c *ostendimus* L. pr. *demonstramus* V. pr. d deest Pet. *retard.* L. sec. e *rescidit* Carr. D. f *extrema parte* Egm. *turrem* L. pr.

vase aut poculo utitur. VOSS. Vide *Cl. Salmasium* Exercit. Plin. p. 230. B. DAVIS.

*Inopiam frumenti veritus*] Aliam reditus caussam affert *Dion* l. 11. p. 135. Ἐπὶ δὲ δὴ, inquit, τὺς Κελτὺς, ὡς καὶ τοῖς Τριυήροις βοηθῆσαι ἐθελήσαντες ἐςράτευε καὶ ἔπραξε μὲν ὐδὲ τότε ὐδὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ ταχέων φόβῳ τῶν Συήβων ἐπανεχώρησε. *Caesaris* tamen narrationi potius crediderim, is enim, siquis alius, intrepidi et audacis erat animi. DAVIS.

*Minime omnes Germani agriculturae student*] *Lipsius* reponendum putat, *minime omnium*. Mihi scribendum videtur, *minime* homines *Germani* etc. Vide supra c. 22. IDEM. *Cur. sec.* Merito suspecta est vox *omnes* viris doctis, quam nec agnoscit Metaphrastes, nec ipse Caesar c. 22. *Agriculturae non student*, quem locum innuit auctor. Quare, si vel unicus addiceret Codex, reciperem *homines*. Vide ad c. 18. *Natio est omnium Gallorum*.

*Partem ultimam pontis rescindit*] Notandum, quod Caesar non dicat, *recidit*, sed *rescindit*: licet *rescindere pontem* notet penitus destruere, et tollere: *recidere pontem*, partem ei auferri. Hinc apud Flor. 1, 10. recte Viri docti docuerunt legendum esse, *ponte reciso*: ubi etiam duo Voss. MSS. male: *rescisso*. Contra in Nep. Milt. c. 3. *Ponte rescisso*, alii Codd. et in iis Leid. habent *reciso*, non bene. Noster B. G. 1, 7. *Pontem jubet rescindi*. 4, 37. *pontemque rescidit*. 7, 35. *pontium, quos rescindendos curaverat*. c. 58. *pontesque ejus oppidi rescindi jubent*. Verum recte animadvertendum, Caesarem hic non dicere, *pontem re-*

4 nibus firmat. Ei loco, [a] praesidioque [b] C. Volcatium Tullum adolescentem praefecit: ipse, quum
325 maturescere frumenta [c] inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus, per Arduennam silvam, [d] *quae est totius Galliae maxima, atque* [e] *ab ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet, milibusque amplius* D *in longitudinem patet,* L. [f] Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris, atque obportunitate temporis [g] pro-

VARIAE LECTIONES.

a *que* abeft ab Egm. b *Quintum* Sc. L. pr. *Vulcatium* MSS. o. et *Tullium* nonnulli. *adul.* V. pr. Ox. *praeficit* Edd. Vasc. St. Steph. Gr. poft. c *cepissent* L. pr. d defunt *q. e.* et *maximam* habet L. pr. e *a* MS. et Edd. qdd. f male MSS. *Munitium, Minutium Basilium*, ut et Edd. pleraeque; licet infra *Basilus* tum aliis, tum Lucano 4, 416. g *perficere* V. pr.

*scindit*, sed *partem pontis rescindit*; quod idem, ac si dixisset, *pontem recidit*. Ovid. Metam. 1, 190. *Sed inmedicabile vulnus, Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.* Ubi forsan melius, quod Cel. Burmannus protulit, vel *corpus*, vel *membrum* refcribas. *Recidere membrum*, vel *corpus*, eft, partem ei refecare. Lucan. 2, 141. *dumque nimis jam p. membra recidit, Excessit medicina modum*, etc. Plura de hac significatione τῶν *recidere* et *rescindere* vide apud Gron. Obferv. 2, 22. et 4, 16. aliosque.

*Ripam*] Sic MS. Reg. Al. *ripas.* Quae et verior lectio eft. Vide ad 1, 37. CLARK. *Ripam* etiam Duker. et Edd. Vasc. Stradae, Steph. Gryph. poft. aliaeque: sed adi ad citatum a Clarkio locum c. 37. *Ad ripas Rheni consedisse.* Statim, *ab ripis Rheni.*

*Ad bellum Ambiorigis profectus*] Vocem *profectus*, quae et in noftro et in aliorum codicibus legebatur, expunxit in sua editione Scaliger, aliorum commentatorum opinionem secutus. Movit eos, quod Caefar ipfe profectus non eft, sed Basilum praemisit. Verum, quam argumentum hoc ficulnum sit, oftendimus ad 1, 12. ubi Caefar concifos a se Tigurinos narrat, quod a Labieno factum: nam recte sibi ipsi adfcribit imperator, quod per minores duces facit. Sane et Graecus interpres vocem *profectus* agnoscit, nam transtulit, *αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν κατὰ τῦ Ἀμβιόριγοι ἐξώρμησε πόλεμον.* Sed oggerat quispiam, quod Caefar ait infra, *sese confestim subsequi dicit.* refpondeo, potuiffe Caesarem partem itineris conficere, et poftea subsiftere, dein iterum sequi. Et infra dicit: *Caesar ad vexandos hostes rursus profectus.* Illud tamen negare nolim, si *proficiscens* pro *profectus* scriptum effet, magis me probaturum effe hanc lectionem. Et quis scit, an non id reperiatur in qui-

ficere poſſit; monet, ut ignes fieri in caſtris pro- 5
hibeat, ne qua ejus adventus [a] procul ſignificatio
fiat: ſeſe confeſtim ſubſequi dicit.

XXX. Baſilus, ut imperatum [b] eſt, facit; ce- 1
leriter, [c] contraque omnium opinionem, confecto
itinere, multos in agris inopinantes [d] deprehendit:
eorum indicio ad [e] ipſum Ambiorigem contendit, quo
in loco cum paucis equitibus eſſe dicebatur. Multum 2
quum [f] in omnibus rebus, tum in re militari pot-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt G. V. tert. Ed. Inc. b *erat* L. pr. c *contra* MSS. Urs. et mei 3. et Ed. Inc. d *invenit* Lov. e abeſt a L. pr. f exſulat a G. V. tert. mox vulgo *fort. pot.*

busdam codicibus? Sane Anonymus Celsi exſcriptor ita habet: *Ipse vero adversus Ambiorigem proficiscens,* etc. VOSS. Sic omnes Codices. *Gabr.* tamen *Faernus*, *Pet. Ciacconius*, et *Fr. Hotomannus* ultimam vocem sustulerunt, quorum judicia secutus *Jos. Scaliger* in sua editione prorſus expunxit. Ipse retinendam cenſeo; fieri enim poteſt, ut Caeſar, confecta itineris parte, ſubſtiterit, Minutiumque praemiserit. Hoc *Vossium* non penitus latuit; quam ob cauſam legit, *ad bellum Ambiorigis proficiscens.* Sed nulla opus eſt mutatione. *Pomp. Mela* 1, 13. de specu Corycio: *Ubi* contemplati *duravere*, hoc eſt, contemplantes. Similiter et *Minucius Felix* Octav. p. 8. dixit, *eandem* emensi *viam*, pro ea, quam tum temporis emetiebantur. DAVIS. Male omnino delent τὸ *profectus*, in quo nihil difficultatis video. Cum toto exercitu peditum equitumque *profectus in via Minucium* cum equitatu *praemisit*. Ad verba, *cum equitatu*, non satis attendiſſe videntur interpretes.

*Per Arduennam silvam, quae est totius Galliae maxima, atque ab ripis Rheni, finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibusque amplius quingentis in longitudinem patet*] Omnia haec verba in Graeco non leguntur, unde suspicari quis poſſit ab alio inſerta ex Oroſio: malo tamen credere, ipsius Caesaris eſſe, certe ſtylum ejus hic agnosco. Illud miror, foedum adeo errorem in omnibus Caeſaris exemplaribus mansiſſe, et pro paſſuum millibus *quinquaginta* scribi *quingentis*: omnino emenda ex Oroſio, qui *quinquaginta* habet, et ipſe locorum situs evincit. VOSS. Hoc viderunt jam Ciaccon. ex Orosii l. 6. et Strabonis l. 4. ubi σταδίων τετρακοσίων. Item Valesius ac Cluverius: unde Cellarius *L* in textum admisit. Quod tamen in nullo MSS. reſtat. *passuum* vero perperam addit Petav. Vide ad 1, 15. *Non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset.* Dein *possit* servant Lovan. Oxon. et Dorvill. cum Edd. primis. Reliqui MSS. et Editi, *posset*. Adi notata ad 1, 8. 3, 46. *scribit, si facere posset.* vide et c. 49. Prae-

est fortuna. Nam [a] sicut magno accidit [b] casu, ut in ipsum incautum atque [c] etiam inparatum incideret, priusque ejus adventus ab hominibus videretur,
326 quam fama [d] ac nunciis adferretur: sic magnae fuit fortunae, omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto, rhedis equisque comprehensis,
3 ipsum effugere mortem. sed hoc [e] eo factum est, quod, aedificio circumdato silva (*ut sunt fere domicilia Gallorum, qui, vitandi aestus caussa, plerumque silvarum* [f] *ac fluminum petunt propinquitates,*) comites familiaresque ejus angusto in loco

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique et Edd. pp. item Aldi carent τῷ *sicut*. *ut* Aic. b *usu* Lov. D. Dorv. Edd. R. M. V. c Hanc vocem ejecit Scaliger contra MSS. In quibusdam tamen *incautum etiam atque inp. et imp.* L. pr. d *aut* L. pr. sec. *atque* V. tert. e Sic MSS. Urs. And. Ox. Carr. Ceteri cum Edd. Vett. *quoque* L. pr. Scal. Ed. Inc. carent, sed v. ad 1, 23. f *atque* MSS. et Edd. qdd. et vulgo contra MSS. *eq. n. v. paull.*

terea MSS. plerique, *ignes in castris f.* Alii, *in castris ignes f.* Non agnoscit *in castris* Metaphrastes, sed Celsus quidem. Omittere solent plerumque alii.

*Omnibus rebus*] Ultima vox exsulat a Dorvill. MS. et Edd. Rom. Mediol. ac Ven. eamque Glossema putavit olim N. Heinsius. Sed vide ad 4, 17. statim *potest fortuna* reposui e MSS. ubi per ἀποςροφὴν habet Voss. tert. *potes, Fortuna.* Sed alienae sunt tales figurae a Juliani styli simplicitate.

*Priusque ejus adventus ab hominibus videretur, quam fama ac nunciis afferretur*] MS. noster pro *hominibus* habet *omnibus:* ut sunt confundi nata haec vocabula: ego tamen prius malim. Graecus haec verba omisit, aut in codice suo non reperit. VOSS. *Omnibus* est quoque in Bong. pr. And. Leid. pr. Oxon. Cuj. Voss. sec. Duk. et Edd. Vasc. Str. Steph. Gryphii posteriore. V. ad c. 16. Ceterum plus hic turbant MSS. nam Andin. et Oxon. dant: *Prius videretur ab omnibus, quam fama ac nuncius adventus adferretur.* Leid. vero primus et Cujac. cum Scaligerano: *Priusque adventus ejus ab o. vid. q. f.. ac,* vel *aut, nuncius adventus adf. Nuncius* etiam est in Bong. pr. Petav. omnibus Vossianis, Egmund. Gott. Brant. et aliis. *Famam ac nuncium adventus adferre* videtur rectius dictum, (sic c. 36. et 7, 59. B. Civ. 3, 7. Drak. ad Liv. 4, 55.) quam *adferre adventum fama ac nunciis:* de cujus locutionis sinceritate vehementer dubito, licet invenias, *adventus nunciatur,* et

paullisper equitum noſtrorum vim ſuſtinuerunt. His 4
pugnantibus, illum in equum quidam [a] ex suis in-
tulit: fugientem silvae texerunt. Sic et ad subeun-
dum periculum, et ad vitandum, multum fortuna
valuit.

XXXI. Ambiorix [b] copias suas judicione non 1
conduxerit, quod proelio dimicandum non [c] exiſti-
marit, an tempore excluſus, et repentino [d] equi-
tum adventu prohibitus, quum reliquum exercitum
subsequi crederet, dubium eſt. sed certe, clam 2
[e] dimiſſis per agros nunciis, sibi quemque consu-

VARIAE LECTIONES.

a *de* L. pr. *impulit* MS. Urs. dein vulgo *sic ad.* b *an c. s. judicio non* L. sec. D. Dorv. et Edd. pleraeque. *non* deeſt Dorv. D. c Sic MSS. et Ed. Inc. *existimaret* Egm. *estimavit* Dorv. vulgo *existimaverit.* d *equitatus* L. pr. Ox. et *proh. fuerit* vulgo. e *missis* And. male.

similia, aut *adferre aliquid nunciis* pro annunciare ponatur, ut patet ad 7, 9. *Haec fama ac nunciis perferuntur.* Puto, *adventus ejus* non poſt *priusque*, sed poſt *nuncius*, eſſe ponendum, vel, ibi iis vocibus manentibus, tamen *nuncius* cum iterata voce *adventus* legendum eſſe, ut repetat suo more vocem *adventus.* vide cap. praec. et notata ad 1, 44. *Si iterum experiri velit, iterum paratum sese decertare.* Immo sic forſan hoc loco verior eſt lectio: *aedificio circ. silva* (*ut sunt f. aedificia.* quod eſt in And. Leid. pr. Oxon. Scal. et R. Steph. Ed. pro *domicilia.* Vide 4, 4. 7, 71. *copias, quas pro oppido conlocaverat, in oppidum recipit.*

*Effugere mortem*] Poſterior vox expungenda, quam haud dubie imperitus quispiam librarius adscripsit. Legitur tamen in Graeco etiam. VOSS. *Pet. Ciaconius, Jos. Scaliger* et *Vossius* poſteriorem vocem expungunt. Cum vero eam conſtanter exhibeant Codices, loco non eſt movenda, non enim dubito, quin Caeſar in mandatis dederit, ut Ambiorigem, seditionis auctorem, interficerent, si in poteſtatem veniret; quemadmodum et erga Indutiomarum se geſſit Labienus. Vide B. G. 5, 58. Nec vituperari poteſt loquendi ratio, nam *effugere invidiam* dixit *Corn. Nepos* Them. c. 8. et *effugere casus, livorem, morbum, Seneca* de Tranq. c. 15. DAVIS. Delere etiam mallet Cellarius. Sed MSS. Codd. omnes agnoscunt. Phaedr. Fab. 1, 22. *instantem necem Effugere vellet.* θάνατον addit quoque Metaphraſtes.

*Sic et ad*] Ita MSS. Editi recentiores, *sic ad.* Minus eleganter. CLARK. *Et* addidi e MSS.

lere jussit: quorum pars in Arduennam silvam, pars
3 in [a] continentes paludes profugit: [b] qui proximi
327 Oceanum fuerunt, [c] his insulis sese [d] occultaverunt,
4 quas aestus efficere [e] consuerunt: multi, ex suis fi-
nibus egressi, se, suaque omnia alienissimis credi-
5 derunt. Cativolcus, rex dimidiae partis Eburonum,
qui [f] una cum Ambiorige [g] consilium inierat, aetate
jam confectus, quum laborem [h] aut belli aut fugae
[i] ferre non posset, omnibus precibus detestatus Am-
biorigem, qui ejus consilii auctor fuisset, taxo,

[a] cujus

## VARIAE LECTIONES.

a *continenti palude* Ox. b *qui huic p.* Cuj. Ox. *q. hinc* L. pr. Scal. c vulgo *ii in ins.* deest *ii* Edd. R. V. M. non male. plerique *hi.* d *collocav.* Carr. D. V. sec. e *consueverunt* Ox. L. pr. f deest G. V. tert. g *consilia* Ed. Inc. non male. h Sic B. pr. And. Sc. L. pr. Ox. reliqui carent *aut* cum Edd. plerisque, perperam. i *sustinere* G. Edit. Inc. Amst. Lugd.

meis tantum non omnibus et Edd. Vett.

*Prohibitus fuerit* ] Ultimam vocem solus ex meis Codd. quod sciam, agnoscit recentissimus Leid. sec. Reliqui omnes cum Carr. et Edd. Flor. ac Incerta carent ea. Recte. pertinent enim haec ad praecedens verbum *conduxerit*.

*Sed certe clam dimissis* ] Ciacconio *sed* delendum videtur. Nil muto invitis libris. Auctor vult: sed hoc non est dubium, quod dimissis etc. Potius mallem delere *clam*, quod non comparet in MSS. meis, praeter And. et Oxon. uti nec in Edd. priscis, neque Vasc. Str. Steph. Gryph. post. aliisque, neque in Metaphraste, aut Celso. Et profecto ea res *clam* fieri vix potuit.

*Continentes paludes* ] Graecus, *εἰς τὰ πλησίον ἕλη*. Non recte expressit. *Continentes* Caesari est, quod aliis *continuae*. Ut alibi Caesar l. 1. *quibuscum continenter bellum gerunt*, pro assidue. et sub finem l. 3. *continentesque sylvas ac paludes habebant*, i. e. continuas, ac si diceret, plena omnia paludum esse. VOSSIUS.

*Proximi Oceanum* ] Vulgg. *proximi Oceano*; sed nos secuti sumus lectionem, quam in optimis membranis invenit *J. Fr. Gronovius*, ut testatur ad *Livii* 8, 32. DAVIS. Andinis membranis accedunt Oxonienses. Ceteri vulgatis consentiunt. Utrumque casum adhibet auctor. Vide ad 1, 54. *Proximi Rhenum*.

*Ii in insulis sese occult.* ] Carr. et MSS. mei duodecim cum Edd. priscis, *ii in silvis sese occ.* Inepte. Aestus non faciunt silvas.

[a] cujus magna in Gallia Germaniaque copia eſt, se exanimavit.

XXXII. [b] Segni, Condrusique, ex gente et nu- 1
mero Germanorum, qui sunt inter [c] Eburones, Tre-
virosque, legatos ad Caeſarem [d] miſerunt, oratum,
ne se in hoſtium numero duceret, neve omnium Ger-
manorum, qui eſſent citra Rhenum, [e] unam eſſe
cauſſam judicaret: nihil se de bello [f] cogitaviſſe,
nulla Ambiorigi auxilia misiſſe. Caeſar, explorata 2
re quaeſtione captivorum, si quid ad eos Eburones
ex fuga conveniſſent, ad se ut [g] reducerentur, im-

VARIAE LECTIONES.

a *cui* V. pr. b *Sacini* And. *Segni Condrusi* Lov. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. c *Eurones* Egm. d *mittunt* L. pr. e Sic MSS. et Edd. Vett. non *c. e. u. indic.* Edd. qq. male. f Sic MSS. plerique et meliores. g *reducerent* Dorv. D. Edd. R. M. V. Vasc. Steph. aliaeque.

Cauſſam aberrationis meliores praebent libri, qui omittunt *in*, uti Bongars. prim. item Cujac. et Leidens. prim. qui exhibent, *his insulis. his* eſt quoque in Voſſ. sec. et Oxoniensi. *In insulas se coll.* Duker. Vera eſt scriptura, *his insulis.* Sic *occultare se latebris*, aliaque non raro occurrunt. Ex *insulis* fecerunt *in silvis.* *νησιδίας* ait Metaphr. *paludes* Celſus.

*Cativulcus*] V. c. *Catovolcus.* MS. noſter, *Catovicus:* quod non displicet. VOSS. *Catuvolcus* Bong. pr. Leid. pr. Scal. Egm. Voſſ. pr. aliique meliores. Quidam *Catavolcus* cum Edd. primis. *Cativulcus* MSS. 2. et Ed. Inc. *Cathovoltus* Cels. Sed *Cativoltus* Petav. unde, ut supra, *Cativolcus* repoſui, cum Metaphr. *Κατίβυλκος.* licet non alienus sim a *Catuvolcus.*

*Omnibus precibus detestatus Ambiorigem*] Familiare Caeſari, ita loqui: sic libro 7. *Omnibus precibus petierunt, ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederet.* Et iterum eodem libro, de Mandubiis: *flentes omnibus precibus orabant, ut se, in servitutem receptos, cibo juvarent.* Hic preces sunt imprecationes, ut et Graecis *ἀράομαι*, et Hebraeis ברך *barach*, (unde Latinorum *precari*) eſt, diras vel bona alicui precari. Cauſsa eſt, quia tam ille, qui bona alicui apprecatur, quam, qui eum deteſtatur, preces Numini suscipit. VOSS. Diris et imprecationibus. Sic *Lactantius* Div. Inſt. 1, 7. *Cum preces in Apollinem Smyntheum rogatus expromeret.* Hujusmodi exsecrationes *preces iratas* vocavit *Horatius* Satir. 2, 6, 30. DAVIS. Dele *Lactantii* exemplum. Et adde: Idem Epod. 5, 85. *Sed dubius, unde rumperet silentium, Misit Thye-*

peravit: si ita fecissent, fines eorum se violaturum,
3 negavit. Tum copiis in [a] tris partes distributis in-
328 pedimenta omnium legionum Aduatucam contulit.
4 Id castelli nomen est. Hoc fere est in mediis Ebu-
ronum finibus, ubi Titurius, [b] atque Auruncuejus,
5 hiemandi caussa, consederant. Hunc quum reliquis
rebus locum [c] probabat, tum, quod superioris anni
munitiones integrae manebant, ut militum laborem
sublevaret; [d] praesidio inpedimentis legionem [e] XIV
reliquit, unam ex iis III, quas proxime [f] conscri-

VARIAE LECTIONES.

a Ita B. pr. mox vulgo *ad Vat. Atuatucam*. b *et* L. pr. c *probarat* MSS. 4. et Edd. R. M. V. non pejus. *probat* L. sec. *probaret* MSS. 6. et Edd. qq. vulgo additur *Caesar* et *tunc* MSS. 5. d *in praes.* Aud. e *XIII* Ox. f *scriptas* Duk.

*steas preces.* Sic *Druidum preces diras* memorat *Tacitus* Annal. 14, 30. Vide *J. Fr. Gronovium* ad *Agellii* 6, 16. IDEM. *Cur. sec.* Vide Lambinum ad citatum Horatii ex Ep. locum. et hic Brant. Frustra ergo vir doctus libri sui margini adseverat, *praesentibus*.

*Atuatucam contulit*] Hanc lectionem *F. Ursini* conjecturae debemus, quam firmat *Ptolemaeus*. Vett. Codd. habent, *ad Vatucam*, unde frustra *Lamb. Paschalis* legit, *ad Ratucam*. *Hubertus* autem *Thomas Leodius*, *ad Varucam*. Multo felicior *Hadr. Valesius*, qui, nulla mutata littera, *Aduaticam* reposuit. Vide notit. Galliae p. 566. DAVIS. Per *d* scribunt Bong. pr. Voss. pr. Petav. Leid. prim. Egm. Lovan. Scal. et alii; vel *ad Vat.* Vide ad 2, 4. *ad Varutam* Ed. R. Steph. Mox delevi vocem *Caesar* auctoritate MStorum Ursini, meorumque omnium praeter Petav. Vide ad 2, 17.

*Ad Oceanum versus*] Haec plena locutio. alii *τὸ ad* omitterent. similiter antea dixit, *movet in Avernos versus*. VOSS. Alii fere simpliciter dicunt, *Oceanum versus*, sed haec plena est locutio, cujus exempla non desunt apud optimos Auctores. *Sallustius* Jugurth. c. 58. *Animadvertit*, *fugam* ad se versum *fieri*. Sic et iterum loquitur c. 69. *Hirtius* Bell. Afr. c. 23. *Classemque* ad insulas Baleares versus *convertit*. Vide etiam *Vellejum Paterculum* 1, 15. DAVIS. Male ergo Petavianus omittit *in*, quasi jungenda essent, *versus eas p.* Hirtius B. Afr. c. 8. *ad Cercinnam versus*. c. 62. *ad Thapsum versus*. et alii saepissime.

*Atuaticis*] MSS. *ad Atuaticos*. CLARK. Aduaticis *adjacet*) *Gifanius* Collect. in *Lucretium* ex vet. codice legit, *quae* Aduaticos *adjacet*. Ita sane dant *Petav. Lovan.* et *Gottorp.* ac ita scribendum; vel, *quae* ad Aduaticos *adjacet*, ut *Carrar. Voss. Egmond.*

ptas ex Italia transduxerat. Ei legioni castrisque Q. Tullium Ciceronem [a] praeficit, ducentosque equites adtribuit.

XXXIII. [b] Partito exercitu, T. Labienum cum 1
legionibus III ad Oceanum versus in eas partes, quae Menapios adtingunt, proficisci jubet. [c] C. 2
Trebonium cum pari legionum numero [d] ad eam regionem, quae Aduatucis adjacet, depopulandam mittit: ipse cum reliquis [e] tribus ad flumen Scal- 3
dem, quod influit in Mosam, extremasque Arduen- 329

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. pr. Pet. Lov. Egm. et 2. alii, non *praefec.* dein *ei adtr.* L. pr. et Ed. Gryph. b *parthico* Egm. *partitoque* B. pr. c *igitur Tr.* V. sec. d *in* Edd. R. M. V. e *tr. legionibus* Carr. D. et vulgo *Scaldim.*

et *Norvic.* exhibent. DAVIS. *Cur. sec.* Vulgatae lectioni favent Cujac. And. Oxon. Leid. pr. et Scalig. et confirmatur optimorum scriptorum exemplis. *Aduatucos* habent etiam Voss. prim. a m. pr. Dorvill. Duker. et Ed. Incerta. eamque lectionem etiam praetuli ad Frontin. 3, 9, 5. *quae mari adjacebat.* Verum nunc vidi, reliquos MSS. cum meos, tum aliorum exhibere, *ad Aduatucos adjacet.* unde incertus sum, quid praeferam. Offendit profecto crebra repetitio praepositionis *ad*, quam forsan Librarii adjecerunt, ignorantes, verbum *adjacere* posse construi cum Accusativo; qui casus frequens est, in primis Avieno, cum hoc composito. Vide vers. 564. 589. 812. 837. Descr. Orb. Terr. Nec minus verisimile est, primam Syllabam vocis *Aduatucos* exclusisse praepositionem *ad*, et praepositionem compositi iterare amat auctor. Vide ad 3, 9. Pluribus de hoc loco disquirentes videbis aliquando Viros egregios, Duker. et Drakenb. ad Liv. 7, 12. *Etruriam adjacent.*

*Ipse cum reliquis tribus*] Ursini codex vetustissimus habebat VIII. unde ille emendabat IV. nam inquit, *Caesar* X *legionibus in Gallia rem gessit, ut intelligitur ex l. 7. in quo est: Exercitum in duas partes divisit:* IV *legiones in Senones, Parisiosque Labieno ducendas dedit:* VI *in Arvernos, etc. et l. 6. duas legiones in finibus Trevirorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in Senonum finibus, etc.* Magnus Scaliger margini codicis notarum Ursini, quem habemus, haec verba adscripserat: *Magnas admovet machinas, ut se deridendum propinet. Nam infra diserte scribitur de Q. Cicerone: nullum ejusmodi casum exspectans, quo* IX *oppositis legionibus, maximoque equitatu, etc.* IX *igitur, non* X *legiones tum Caesar habebat.* Haec Scaliger, qui merito Ursinum reprehendit: verum et ipse lapsus est. Nam

nae [a] partis, ire constituit, quo cum paucis equiti-
4 bus profectum Ambiorigem audiebat. [b] Discedens
post diem VII sese [c] reversurum confirmat: [d] quam
ad diem ei legioni, quae in praesidio relinquebatur,
5 frumentum deberi sciebat. Labienum Trebonium-
330 que hortatur, si [e] Reipublicae commodo facere pos-

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. pr. L. sec. aliique. b *descendens* MSS. 3. c *rev. esse* Pet. an corruptum e *Ciceroni?* Ejus nomen addit Graec. d *quem* Ciacc. ut de hac ipsa re cap. 35. *confirmabat* Duk. e *Rei pop. Ri.* B. pr. Egm. V. pr.

perperam quidem Ursinus pro *tribus* scribebat *quatuor*. Perperam et Scaliger IX tantum legiones tunc fuisse Caesari ait. Ipse Caesar hoc loco dicit, Labienum cum tribus legionibus ad Oceanum profectum. Parem numerum habuit Trebonius. Tres reliquas ipse Caesar. Ergo novem hic legiones. Decimam Cicero habuit, ut diserte hic affirmatur. Itaque vere Ursinus X legiones tunc fuisse Caesari ait, sed quando pro III emendat *quatuor*, tum non decem, sed XI legiones facit, annumerata illa, cui Cicero praeerat. Quod vero Caesar ait, *quo novem oppositis legionibus*, ita accipiendum: Cicero, quum Caesar cum IX legionibus ad vexandos hostes profectus esset, non putabat, objectis IX illis legionibus hostes ad decimam, quam ipse habebat, pervenire posse. VOSSIUS.

*Ad flumen Scaldim*] In Graeco codice *Sabin* fuit, et in aliis nonnullis. Vide Cluverum, et dispice, quod nomen verius. IDEM. *Hubertus Thomas* locum hunc depravatum esse censet, et pro *Scalde* legendum *Sabin*, quod hic juxta Namurram, et in finibus *Arduennae* sylvae, in Mosam influat. Huic sententiae etsi non palam accedit *Henricus Glareanus*, fatetur tamen, in tabulis Geographicis hodie nequaquam cerni posse, ut Scaldis in Mosam se exoneret. At *Gerardus Noviomagus*, vir doctissimus, vulgatam lectionem tuetur, recteque *Caesarem* scripsisse asserit, *Scaldim in Mosam influere*, id quod fiat non procul a *Brilenio* oppido, ubi ante aliquot annos terra pagis et arcibus florens exstiterit: sed hodie vastum ibi mare cerni, eoque fieri, ut fluviorum ostia ad veterum praescripta internosci vix queant. *Gland.* Hoc affirmavit *Caesar*, quia flumina haec inter se aestuariis jungerentur, ut docet *Ph. Cluverius* Germ. l. 2. p. 135. DAVIS. Iis, qui negant Scaldim in Mosam influxisse, accedit Cellarius, quare etiam *Sabin* legit, uti fecit quoque Metaphrastes et R. Stephanus: at MSS. omnes uno consensu retinent *Scaldem* (ut cum aliis edidi) vel *Scaldim. Ascaldem*, *Scaldium* Edd. quaedam. Vide et P. Pithoeum Tom. 2. Thes. Crit. p. 782. et Pet. Divaeum Antiq. Gall. Belg. p. 57. ubi docet, *extremas Arduennae partes* non fuisse ad confluentes Sabis et Mosae, ubi potius Meditullium fuerit, sed longe inferius mare versus, ubi et hodie Scaldis in Mosam infunditur ad Menapios et Zelandos.

sint, ad [a] eam diem revertantur; ut, [b] rursus communicato consilio, exploratisque hostium rationibus, aliud [c] belli initium capere possent.

XXXIV. Erat, ut supra demonstravimus, manus certa nulla, [d] non oppidum, non praesidium, 1
[e] quod se armis defenderet, sed omnis in partis

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plurimi et Edd. Vett. *Eum.* b *rursum* L. pr. c Sic L. pr. Ox. non *in. b. possint* Car. D. Ox. et Edd. pleraeque. d addit Petav. *nulla ratio.* vulgo *non praes. n. opp.* et *in omnes p.* e *quo* Pet.

*Post diem septimum sese reversurum confirmat*] Id est, post diem septimum inchoatum, ut ante diem septimum est, ante diem exactum. Nam disertim ait Caesar, ea die debitum legioni frumentum. Itaque redeundum erat, antequam ille dies septimus expiraret. Et ne dubites, ait infra ipse Caesar: *diesque appetebat* VII, *quem ad diem Caesar ad impedimenta legionemque reverti constituerat.* Anonymus Celsi exscriptor: *Et digrediens,* inquit, *se ad diem septimum rediturum spondet.* Porro *confirmat* Caesari hoc loco est, *adfirmat* (v. 2, 15.) ut promiscue eae voces scriptoribus usurpantur. Tacitus etiam *firmare* dixit, ait enim: *neque frustra praestantissimus sapientiae firmare solitus.* VOSS. Hasce voces in designando tempore idem significare, insigni exemplo monstravit *Joan. Clericus* Art. Crit. P. 2. Sect. 1. c. 10, 5. DAVIS.

*In praesidio relinquebatur*] Leid. sec. cum Edd. Vascos. Stradae, R. Stephani et posteriore Gryphii carent τῷ *in.* Non male. Consule dicta ad 1, 51. *Praesidio reliquit.* Verum cum reliqui Codd. et Edd. retineant *in,* eam loco movere nolui. Vide notata ad 3, 11. *In auxilio.* Praeterquam quod *in praesidio* hic posset capi simul de loco, castello scilicet Aduatucae. Unde c. 32. etiam in Membranis Andinis est, *in praesidio inpedimentis legionem reliquit.* Immo infra c. 38. *In praesidio aeger erat relictus.* Gr. στρατοπέδῳ. Vide et c. 42. B. C. 1, 15. *Quas ibi in praesidio habebat.* ubi itidem male a quibusdam abest *in.* 2, 20. *Quae essent ibi in praesidio.* Adde 3, 28. B. Alex. c. 23. Liv. 1, 38. *Collatiae in praesidio relictus.* Sic B. Civ. 3, 45. *praesidium* vocat collem. Liv. 2, 10. *Sepiunt urbem praesidiis.* Immo statim, *non oppidum, non praesidium,* i. e. φρούριον. Hinc illa locutio, *milites ex praesidiis deducere,* et similes. *in praesidiis disponere* 7, 34.

*Non praesidium, non oppidum*] MSS. mei tantum non omnes cum Edd. quibusdam praeponunt *oppidum:* quod ideo secutus sum; licet alio ordine etiam exhibeat Metaphrastes. Dein pro *praesidium* in Bongars. pr. Voss. pr. Petav. Egmund. et tribus aliis cum Ed. Incerta, *praedium.* Quod satis defendi posse, cuivis liquet. Vulgatum tamen praefero, et de quovis loco munito et firmato operibus militi-

2 dispersa multitudo. Ubi cuique aut [a] vallis abdita, aut locus silveſtris, aut palus inpedita spem [b] praesidii aut salutis aliquam obferebat, [c] consederat.
3 Haec loca vicinitatibus erant [d] nota, magnamque res diligentiam requirebat, non [e] in summa exerci-
33 1 tus [f] tuenda (nullum enim poterat universis, ab perterritis ac [g] dispersis, periculum accidere,) sed in singulis militibus conſervandis; [h] quae tamen
4 [i] ex parte res ad salutem exercitus pertinebat. nam et praedae cupiditas multos longius evocabat, [k] et

VARIAE LECTIONES.

a *valles* B. pr. V. pr. V. ad 7, 47. b *praesidiave* S. L. pr. c *consederant* V. sec. bene. *consideret* Egm. d *cognita* L. pr. e *sine* Pet. a m. pr. f *tuendi* Pet. Duk. g *dissipatis* Carr. Duk. ut alibi. h *qua* MSS. 3. i *exploratae* And. Ox. *ex perte* G. k Sic MSS. potiores, non *ac*.

busque sumo. Vide praecedentem notam, et Davis. ad B. Civ. 3, 45. *praesidium quoddam occupavisset.* Solent autem hae voces confundi. Sic in Appulejo l. 9. Met. p. 164. Ed. Colv. *promittit ei, de praediis suis se daturum ei et frumenti et olivi aliquid.* MSS. quidam et Edd. Vett. pleraeque, *praesidiis.* Quae scilicet sunt vitae subsidium, de quo hujus vocis sensu adi Cel. Burm. ad Phaedr. F. 4, 21. Verum *praediis* ibi scribendum patet e seqq. *ad praedictos hortos.* Dein *omnis in partis* repoſui e Bong. pr. Oxon. et Leid. primo.

*Multitudo. Ubi cuique* etc.] Ita hic locus concipitur quoque in Andin. Scalig. et Oxon. Reliqui MSS. et Edd. ante Beroaldum vel Venetam 1517. item Vascos. Steph. Gryph. poſterior et Strad. dinſtinguunt poſt *defenderet*, et pro *ubicuique* exhibent *ubicumque;* quod placet Hotomanno. Verum hoc *dispersae multitudini* non convenit, quae una considere nequit. Quare Graecus vertit: *πανταχόσε τῆς χώρας πλανώμενοι ὅπου* etc. *ἐνταῦθα συνῆεσαν.* At id non dicit Caeſar.

*Locus silvestris aut palus inpedita*] Ursinus e veteri Cod. legebat, *locis silvestribus palus inpedita.* Quod magno opere adridet Hotomanno; quia sine silvis palus non multum praesidii adtuliſſet, et paſſim Caeſar dicat, *locis silvestribus.* Adſtipulantur iis Membranae Andinae. et vide ad 8, 7. Nihilominus vulgatum, cum quo conſentit Graecus, retinere malo. *Locum inpeditum* simpliciter sine adjuncta re, qua sit inpeditus, cum reliquis auctoribus dicere amat noſter. Adi Libri hujus c. 8. Praeterea *palus inpedita* notat locum paludibus inpeditum, paluſtrem, quo ob loci inſcientiam adire Caeſar non poterat. Hinc saepe ait, *in paludes se receperunt*, et paullo

silvae incertis [a] occultisque [b] itineribus, [c] confertos
adire prohibebant. Si negotium confici, ſtirpem- 5
que hominum sceleratorum interfici vellet, dimitten-
dae plures manus, [d] diducendique erant milites: si 6
[e] continere ad signa manipulos vellet, ut inſtituta
ratio et conſuetudo exercitus Romani [f] poſtulabat,
locus [g] ipſe erat praesidio barbaris; neque ex oc-
culto insidiandi, et dispersos circumveniendi singu-
lis deerat audacia. At, in ejusmodi difficultatibus 7
quantum diligentia provideri poterat, providebatur:

VARIAE LECTIONES.

a *occultatisque* L. pr. b *in init.* L. pr. Scal. c *confertis* V. o. Egm. *consertis* L. tert. Ed. Inc. *confectis* Pet. d *ded.* MSS. 3. male. e *contineri* Ox. L. pr. f *postulabant* V. pr. Duh. Edd. Vasc. Str. Gryph. poſt. g *ille* Car. D. *erat ipse* L. pr. Ox.

ante, *in continentes paludes profugit.* hoc eſt, in loca, paludibus inpedita. Alioquin submersi fuiſſent.

*Haec loca vicinitatibus erant nota*] Graecus: *τέτων αὐτοὶ τῶν τόπων ἔμπειροι ἦσαν. Vicinitates* Caeſar appellat eos, qui vicinis locis degebant. ut imperia, pro imperantibus; primores ordines, pro eorum centurionibus. VOSS. Arbitratur *Vossius*, eos *Caesari vicinitates* hic appellatos, qui vicinis locis degebant. Sed me non habet adſentientem; denotat enim haec vox, *propter vicinitates.* Sic B. G. 5, 34. *Levitate armorum, et quotidiana exercitatione nihil iis noceri posse.* Et 7, 10. *Ne ab re frumentaria duris subvectionibus laboraret. Minucius Felix* Octav. p. 5. *Relicta domo, conjuge, liberis, et, quod est in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus.* Vocem penultimam male omnino delevit *F. Ursinus*, quod hanc *sexti casus* significationem memoria non teneret. DAVIS. Errat Cl. Davisius, et cum eo Donat. ad Terent. Heaut. 1, 1, 4. qui *vicinitatem* putat significare tantum vicinorum propinquitatem; significat enim ipſos Vicinos, ut paſſim vox *vicinia.* Nam male Leid. pr. Cujac. Duker. et quatuor recentiores cum Ed. Incerta habent, *in civitatibus.* cum qua voce saepe confunditur. Vide notata ad Corn. Nepot. Alcib. c. 3. *Vicinitati negotium dant.* ad Salluſt. B. Catil. c. 36. *Vicinitatem antea sollicitatam armis exornat.* Adde Cortium ad 24, 4. Sueton. Aug. c. 6. *Tenetque vicinitatem opinio.*

*Poterat universis, ab perterritis ac dispersis*] Sic reſtitui ex Codice *F. Ursini*, et ita conjecit *Joan. Glandorpius*, nec aliter legit Metaphraſtes; vertit enim, *ὁ μὲν γὰρ ἂν πώποτε ἀθρόοι πορευόμενοι, ὑπὸ τῶν πολεμίων διεσπαρμένων, καὶ καταπεπληγμένων δεινὸν ἄν τι ἔπαθον.* Vulgg.

ut potius in nocendo aliquid omitteretur, etsi omnium animi [a] ad ulciscendum ardebant, quam cum
8 aliquo [b] militum detrimento noceretur. [c] Caesar ad finitimas civitates nuncios dimittit: omnes [d] ad se
332 evocat spe praedae, ad diripiendos Eburones; ut potius in silvis Gallorum vita, quam [e] legionarius miles, periclitetur; simul ut, magna multitudine circumfusa, [f] pro tali facinore, stirps ac nomen
9 civitatis tollatur. [g] Magnus undique numerus celeriter convenit.

VARIAE LECTIONES.

a *adolescentum* L. sec. Egm. b Hoc ordine MSS. non *det. m. noceret* B. pr. Pet. c MSS. et Edd. plerique *dim. ad f. c. n. Caes.* d desunt *ad se* vulgo. e vulgo *legionariorum periclitaretur.* f desunt 3 verba in Lov. g *magnusque* G. V. tert. Ed. Inc.

*poterat*, *universis perterritis ac dispersis*; sed hoc modo aliquid deesse, manifestum: unde *Fr. Hotomannus* reposuit, *universis perterritis ac dispersis hostibus*. Nos autem vidimus, MSti fide et minore mutatione locum sanari posse. DAVIS. Confirmant hanc emendationem Ursini sive potius Glandorpii Codices, Oxoniensis, et Andin. Reliqui carent praepositione.

*Et silvae*] Sic MSS. Editi recentiores (*ac silvae*). Quod hic minus aptum. CLARK.

*Interfici vellet*] Vox *Caesar* aut abest, aut subintelligenda est, ut recte notavit *Fr. Hotomannus*, et res ipsa clamat. In MS. tamen *Norvic.* et editt. antiquissimis est, *interfici vellent*, nimirum Romani. Insulse. Graecum tamen in fraudem duxit haec vitiosa lectio; habet enim: ἀνασπᾶσθαι ἐπίτριπτον γένος οἱ Ῥωμαῖοι ϑέλοιεν. DAVIS. Vide ad 2, 17. Haec autem ellipsis sine dubio caussa est depravationis in *vellent*, tam hic quam seq. versu, *si continere vellet*. Utroque loco habent MSS. mei omnes pluralem praeter Andin. et Oxon. Cum antiquis editis ita dedit etiam R. Stephanus aliique.

*At in*] MSS. Eliens. et Vossii, *Ut*. Al. Codices, *Et*. CLARK. *Ut* exstat quoque in Codd. Urs. aliorumque et meis undecim cum Edd. Ven. Aldi, Gryphii etc. posita in nonnullis minore distinctione post *audacia*. *Et* Carr. Duk., Dorv. Voss. sec. atque Edd. prim, Vascos. et aliae. Petav. tamen cum Andino servant *At*, quod retineo cum R. Steph. Plant. et seqq. Quod si malis, *ut*, per me licet, h. sensu, *providebatur*, quantum poterat, ut, sive prout, solent constituti in iis angustiis. 8, 21. *Magnum ut in tanta calamitate commodum*. B. Civ. 2, 40. *ut miseris in rebus*. B. Alex. c. 64. *Secunda, ut hiberna tempestate*. Alibi, *ut est captus Gallorum*. Adde c. 72. B. Alex. et

XXXV. Haec [a] in omnibus Eburonum partibus 1
gerebantur; diesque [b] adpetebat vii, quem ad diem
Caeſar ad inpedimenta legionemque reverti conſti-
tuerat. Hic, quantum in bello fortuna poſſit, [c] et 2
quantos adferat caſus, cognosci potuit. Diſſipatis 3
ac perterritis hoſtibus, ut demonſtravimus, manus
erat nulla, quae parvam modo [d] cauſſam timoris ad-
ferret. Trans [e] Rhenum ad Germanos pervenit fa- 4
ma, [f] diripi Eburones, atque ultro omnes ad prae-
dam evocari. Cogunt equitum ii milia Sigambri, 5

VARIAE LECTIONES.

a *omnium in Eb. finibus g.* L. sec. *finibus* etiam R. Steph. male. b *accedebat* L. pr. *adparebat* L. tert. Edd. R. M. V. c deeſt Edd. R. M. V. d Sic MSS. non *tim. c.* e *Rhenos* Dorv. *Rhenanorum* Al. Lips. *ad Germanos* deeſt L. pr. Hinc poſſis conjicere *Transrhenanos ad G.* ut alibi. f *dipiriendi* L. pr.

ita alii. V. Drakenb. ad Liv. 1, 18. Dein male Vir doctus ad marginem libri sui ejici volebat, *provideri.* Quod elegantiſſime repetitur: de talibus diximus jam saepe, et nunc adi modo Cel. Burm. ad Vellej. 1, 3. *Quod quum alii faciant, Tragici frequentissime faciunt.*

*Omitteretur*] Hoc invenitur in solis membranis Andinis et Oxon. forſan et in Cujac. Reliqui cum Edd. Antiquiſſimis, uti et multis aliis, *praetermitteretur.* Quod cur damnarint Veneti et Aldus, cauſſam non video. Utrumque quin Latinum sit, nemo sanus dubitabit. Vide ad Hirt. de B. Alex. c. 9. 7, 25. *Quod praetermittendum non existimavi.* Sic ibi And. et Oxon. Reliqui omnes, *praetereundum.* 7, 54. *Praetermittendum commodum non existimaverunt.* B. Afric. c. 59. 84. *Non arbitror praetermittendum:* ubi nonnulli quoque, *praetereundum:* in quibus locis fuit forſan olim, *praetermittundum.*

*Evocat*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Editt. Vett. (ad se *vocat.*) Forſan omiſerunt Editores nuperi voces iſtas, *ad se;* propter eas, quae sequuntur, *ad diripiendos Eburones.* Quarum tamen neutrae vacant. CLARK. *Evocat* exhibent Cujac. Andin. Oxon. Leid. pr. et Scalig. Ceteri, *ad se vocat.* Nullum mihi dubium eſt, quin fuerit, *ad se evocat:* quare id repoſui. Vide omnino ad 4, 20. *Evocatis ad se undique mercatoribus.* 5, 53. *Principibus ad se evocatis.* 7, 33. *ad se Decetiam evocavit.* 7, 24. *Labienum ad se evocat.* B. Civ. 1, 34. *Evocat ad se Massiliensium primos.*

*Quam legionariorum*] In aliis, *quam legionarius miles*, quae quidem lectio *F. Ursino* et *Fr. Hotomanno* videtur in textum recipienda. DAVIS. Idem ipse ſtatuo: sic enim dant Cujac. Petav. Gottorp. Voſſ. Egmond. ac Norvic. Mox non *periclitaretur,*

qui sunt [a] proximi Rheno, a quibus receptos ex ſuga Tenchtheros atque Usipetes, supra docui-
6 mus. Transeunt Rhenum navibus, [b] ratibusque, xxx milibus paſſuum infra eum locum, ubi pons
333 erat inperfectus, praesidiumque [c] ab Caeſare relictum: primos Eburonum fines adeunt: multos ex ſuga disperſos excipiunt: magno [d] pecoris numero,
7 cujus sunt cupidiſſimi barbari, potiuntur. Invitati

VARIAE LECTIONES.

a *proxumi* B. pr. V. pr. Egm. b *que* abeſt ab Egm. non male. c MSS. 5. et Edd. qdd. *a*. d *praedae* And. Ox. *pecorum* L. sec. Dorv. V. ad 5, 12.

sed *periclitetur*, ex iisdem Codd. reponendum. ac ita dederant *Beroaldus*, *Gryphius*, aliique. IDEM. *Cur. sec.* Codd. nonnulli, *legionarius miles.* Quod idem eſt. CLARK. *Legionarius miles* etiam Bongars. Leidenſes, Vossiani, Scalig. Lovan. ceterique praeter Andin. et Oxon. agnoscunt, uti et cum Edd. primis Vascos. Strada, Steph. Gryph. poſt. eam lectionem admiſerunt, quam et ideo in textum recepi: licet verior videatur scriptura, *legionarii militis.* V. Clark. ad B. Civ. 3, 106. Dav. ad B. Afric. c. 14. 35. *Periclitetur* etiam praetuli ob rationem, a Clarkio datam, et auctoritatem Bong. pr. Voſſ. pr. Petav. Lovan. Egm. Scalig. et plurium cum iisdem Editis.

*Periclitetur*] Sic MSS. Al. *periclitaretur*.. Sed melius convenit, *periclitetur*, propter sequens, *tollatur*. CLARK.

*Transeunt — e Primos* etc.] Sic MSS. Reg. et Voſſii. Al. *Transeuntes —, primos, etc.* Quod parum intereſt. CLARK. Bene *transeunt* revocavit Clarkius, quod et Hotomannus vidit: et exaratum eſt in Bong. pr. Leid. pr. sec. Scalig. Oxon. Petav. Duk. aliisque, et Edd. Vasc. Strad. Steph. Gryph. poſt. *Transeunti* Voſſ. pr. *Transeunt et* Lovan. *transeunt hii* Egm. *ἐκεῖνοι* addit et Graecus.

*Ubi pons erat imperfectus*] In Codice *Carrar.* scribitur, *ubi pons erat perfectus;* et hanc varietatem animadversione dignam, nec oscitanter praetereundam, cenſet *J. M. Brutus.* Sed nihil opus eſt, ut multum temporis in hanc disquisitionem abſumamus; prima enim fronte patet, lectionem illam ex sola Librarii ignorantia profluxiſſe: imperfectum enim *Caesar* vocat pontem, quia, *reducto exercitu, partem ultimam pontis, quae ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum* cc *resciderat*, ut ipse docuit supra c. 29. DAVIS. Nonnulli Codices, *perfectus.* Sed male. CLARK. Nimis levi pede hoc transilire mihi videntur viri docti. Nam *perfectus* exaratur etiam in Bong. primo, Leidensibus, Voſſianis, Andino, Oxon. Petav. Lovan. Eg-

praeda longius procedunt. Non hos palus, in bello latrociniisque natos, non silvae morantur: quibus in locis sit Caesar, ex captivis quaerunt: profectum longius reperiunt, omnemque exercitum discessisse cognoscunt. Atque unus ex captivis: *Quid vos,* in- 8
quit, [a] *hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus* [b] *licet jam esse fortunatissimis?* III *horis Aduatucam* [c] *venire potestis: huc* [d] *omnes suas for-*

VARIAE LECTIONES.

a Deest B. pr. b Sic MSS. non *jam l. jam* deest L. sec. *libet* Edd. qdd. c *convenire* L. pr. d deest MSS. 3 et Ed. Inc.

mund. Gott. et Ed. Incerta. Totam vocem non agnoscit Metaphrastes: praeterea dubito, an *recisus pons* vocari queat *inperfectus*, qui potius is dicitur, qui numquam fuit effectus, et plane absolutus, ut *inperfectus commentarius* Hirtio praef. l. 8. *Inperfecta opera* Sueton. Tiber. c. 40. quamvis ibi malim cum Cel. Burmanno, *infecta*. Vide ergo, num velit innuere auctor simpliciter locum, *ubi fecerat pontem et praesidium reliquerat Caesar*. Praesidium certe ab ea parte erat collocatum, ubi pons integer erat. Vide c. 29. Infra 7, 56. *Si esset in perficiendis pontibus periclitandum*. Vel, si hoc non placet, conjicere possis, *praefractus* i. e. in parte superiore abruptus, sive praesectus aut praecissus. Quod compositum restitui etiam Frontino 2, 3, 20. *praefringerent spicula*. ubi vide plura. Et ita reposui e MSS. in B. Civ. 2, 6. *Praefracto rostro. praecisis pontibus* Celsus p. 101. Ed. Lugd.

*Fortunatissimis*] Ita exhibent And. Cujac. Oxon. Scalig. Voss. pr. a m. pr. et secundus cum Carr. et Duker. aliisque; quo adludit Petav. *fortunatissimi*. Ut dubitare non debuerit Brantius, quid esset praeferendum, licet cum ipsius Codice etiam reliqui mei et Edd. antiquissimae Accusativum ostentent. Vide Clariss. Drakenb. ad Liv. 3, 50. Sed de eo pluribus agemus ad initium l. 3. de B. Civ. *ei fieri consulem licebat*.

*Atuatucam venire potestis*] Optimae *Cl. Menardi* membranae habebant, *Atuaticam veniri potest;* quam lectionem probat *J. F. Gronovius* ad *Livii* 8, 34. DAVIS. Andino Codici adstipulatur Oxoniensis. Recte, quamvis idem fere esse non negem. Vide ad 4, 29. Vulgatum vertit Metaphrastes.

*Ne murus quidem cingi*] Bene haec correxerunt et exposuerunt Brutus et Hotomannus, eo militum denotari paucitatem. Atque ita scribitur in Leid. pr. Scalig. Cuj. Oxon. Reliqui, *ut numerus*. quod frustra defendit Carrion. *ut murus* Duker. et Carrar. cum Edd. Rom. Ven. et Med. in quibus insuper *angi*.

*Oblata spe*] Alibi dicit. *inlata*. Sic saepe *occasio oblata*, et *spes oblata* Front. 3, 11, 1. et 17, 7. Valer. Maxim. 3, 8, 2. Verum

9 *tunas exercitus Romanorum contulit.* [a] *Praesidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit,* [b] *ne-*
10 *que quisquam egredi extra munitiones audeat.* Oblata spe, Germani, quam nacti erant praedam, in occulto [c] relinquunt: ipsi Aduatucam contendunt, usi eodem [d] duce, cujus haec indicio cognoverant.

1 XXXVI. Cicero, qui per omnes superiores dies
334 praeceptis Caeſaris summa diligentia milites in caſtris continuiſſet, ac ne calonem [e] quidem quemquam extra munitionem [f] egredi paſſus eſſet, VII die diffidens, de numero dierum Caeſarem fidem servaturum, quod longius eum progreſſum audiebat, ne-

VARIAE LECTIONES.

a *Praesidium* Edd. R. M. V. b *ne* B. pr. V. sec. dein *quispiam* G. V. tert. *quisquis* Lov. c *dimittunt* L. sec. d deeſt Lov. Dorv. e deeſt Carr. f exsulat a Lov.

MSS. Lovan. Gottorp. Leid. tert. Voſſ. tert. Dorvill. et Edd. Rom. Med. Ven. ac Incerta praebent, *objecta.* Eleganter sanc. de re inproviſa paſſim hoc verbum adhibent, in primis ad aliquem alliciendum. Vide notas ad Phaedr. f. 1, 23. *Objecto, tentans, an cibo posset capi.* Immo Tacit. Ann. 4, 60. *Drusum traxit in partes spe objecta principis loci.*

*Per omnes superiores dies*] Exulat praepositio a MSS. *Brant. Norvic.* et editt. antiquiss. *Rom. Ven. Beroald.* nec conſuetudo *Caesaris* poſtulat, ut retineatur. Sic B. G. 1, 3. *Cujus pater regnum in Sequanis* multos annos *obtinuerat.* Et c. 18. Complures annos *portoria — parvo pretio redemta habere.* Eodem modo perſaepe loquitur noſter. DAVIS. Deeſt in MSS. Et deeſſe poteſt; ut recte obſervat Davisius. CLARK. Praepoſitio *ad* eſt tamen in Andino, Cujac. Oxon. Leid. pr. et Scaligerano. Ut delere non ausim, licet saepe alio modo Caesar loquatur. Vide ad 2, 16. Infra c. 38. *diem jam V. cibo caruerat*; uti legi debet. *Reliquam partem hiemis* 7, 10. *complures dies* et *annos* c. 17. et sexcenties, ut ita dicam. Eadem variatio in B. Afric. c. 96. *ubi classis per id tempus erat*, in aliis *ad*, in aliis sine praepositione. Adde Cort. ad Plin. Epiſt. 2, 11. *hos dies actum est.* Simili modo peccant librarii apud Livium. Vide Cl. Drakenb. ad 2, 7. *Annum luxerunt eum.* Sed forſan etiam *per superiorem annum* 4, 38. ubi vide.

*Summa d.*] Repone, *cum summa d.* quod imperant *Lovan. Norvic. Gottorp. Voss.* ac *Egm.* DAVIS. *Cur. sec.* Iidem tamen Codices, quos supra nominavi, uti et Petav. non agnoscunt prae-

que ulla de reditu ejus fama adferebatur; simul eorum permotus vocibus, qui, illius patientiam, [a] paene obsessionem adpellabant; siquidem ex castris egredi non liceret; [b] nullum ejusmodi casum exspectans, quo, IX [c] obpositis legionibus, maximoque equitatu, dispersis ac paene deletis hostibus, in milibus passuum III obfendi posset; V cohortes frumentatum in proximas segetes misit, quas inter et castra unus omnino collis intererat. Complures erant in castris ex legionibus aegri relicti, ex quibus [d] qui hoc spatio dierum convaluerant, circiter CCC sub vexillo [e] una mittuntur: magna praeterea mul-

2 (beside line 1); 3 (beside "Complures")

VARIAE LECTIONES.

a *plane obsidionem* L. pr. b *nullam ej. causam* G. Duk. V. tert. Ed. Inc. vulgo *hujusmodi*. c *expositis* B. pr. d *quos ad huc* B. pr. *qui* deest Dorv. V. sec. e *uno* Carr. Duk. V. sec. sed v. cap. 40.

positionem. quare et hic inserere non ausus fui; licet id fecerim alibi, et Edd. prim. quoque adsit. Vide ad 5, 58.

*Eum progr.*] Deest in MSS. et deesse itidem potest. CLARK. Iidem rursus MSS. quos duabus praecedentibus notis laudari, servant *eum*. Quidquam igitur innovare nolui: licet rectius absit vocula etiam a primis Edd. ut et Vasc. Steph. etc. Paullo ante ex MSS. omnibus verborum ordinem mutavi. vulgo erat, *Caesarem de n. d.* et mox, *ejus reditu*. praeterea *ejusmodi* MSS. uti et Edd. antiquae aliaeque cum praebeant, id admisi pro *hujusmodi*.

*Misit*] MSS. *mittit*. Quod et melius convenit propter sequentia, *mittuntur* et *sequitur*. CLARK. Antiquum obtinent MSti: nam *misit* restat in iisdem, quos hoc capite saepius adduxi, et Leid. prim. cum Oxon. ponit post *intererat*, elegantius. *Mittit* cum reliquis MSS. habent Edd. primae, item Vascos. Str. Steph. et Gryph. posterior. Sed hac temporum mutatione apud historicos frequentius nihil esse, sciunt lectores. Mox rursus *in castris* praeter dictos codices et Petav. ad Marg. non habent ceteri libri, neque antiquissimae editiones. Graecus, *ἐν τῇ Βαρύτᾳ*. Voluit dicere, *Aduatucae*, seu *in Aduatuca*. Dein *subsederant* praeter eosdem Cuj. Petav. Leid. pr. Oxon. And. et Scalig. exhibent alii omnes et Edd. primae ac Vasc. Strada, Steph. et post. Gryphii. *Quae* aeque ad *multitudinem calonum*, quam ad *jumenta*, pertinet.

*Circiter* CCC] In Metaphraste, *διακόσιοι*, *ducenti*. Sed ex ejus

titudo calonum, magna vis jumentorum, quae [a] in castris subsederat, facta potestate, [b] sequitur.

1 XXXVII. Hoc ipso tempore et casu Germani
335 equites [c] interveniunt, protinusque eodem [d] illo, quo venerant, cursu ab Decumana porta [e] in castra
2 inrumpere conantur: nec prius sunt visi, objectis ab ea parte silvis, quam castris adpropinquarent, usque eo, ut, qui sub vallo tenderent mercatores,
3 [f] recipiendi sui facultatem non haberent. Inopinantes nostri re nova perturbantur; ac vix primum
4 inpetum cohors in [g] statione sustinet. Circumfunduntur ex reliquis hostes partibus, si quem aditum
5 reperire possent. Aegre [h] portas nostri tuentur,

VARIAE LECTIONES.

a *sub* Edd. R. M. V. b *subsequitur* L. pr. sec. c *superveniunt* L. pr. d *illo* deest Carr. e desunt *in c.* And. Cuj. Ox. L. pr. V. ad 5, 44. *in castris erump.* Egm. *Decimana* B. pr. Egm. L. sec. V. ad 2, 24. f *respiciendi* Ed. Elzev. vulgo contra MSS. ordinem *n. hab. fac.* g *stationem* B. pr. h Sic B. pr. L. pr. Ox. Scal. et alii, non *n. p.* deest *nostri* in V. pr. sec. Pet. Egm.

Codice nota numeralis excidit; constanter enim vulgatam lectionem retinent alii. DAVIS.

*Casu*] Ita ex Ursini Codicibus restitui. Quod enim in Editis omnibus est, (*et casu*,) perturbat Sententiam. Graecus Interpres item recte omisit copulam. CLARK. Leg. *Hoc ipso tempore* etiam *casu* etc. nam sensui nocet conjunctio copulans. DAVIS. *Cur. sec.* Clarkii emendatio magis placet, eamque confirmat codex Oxoniensis: quare delendam fere copulam censeo. Leid. pr. *casu et tempore. et causa* Ed. Inc. Forsan tamen fuit, *Et h. ipso t.* id est, Et ecce illo temporis puncto. Sic Celsus, *et Sicambri interim* etc. 1, 37. *Haec eodem tempore mandata referebantur: et ab Aeduis legati veniebant.* Appulej. l. 1. Met. p. 10. *Commodum limen evaserant; et fores ad integrum statum resurgunt.* p. 14. *Nec dum satis* etc. *attigerat, et jugulo vulnus dehiscit.* l. 8. p. 156. *Nec diu. Et eum aper furens invadit jacentem*, ut e MSS. legi debet. Huc refero Phaedr 5, 7. *Erat facturus ludos quidam nobiles: Et incipiebat princeps ingredi.* Id est, eo tempore, cum ecce etc. ubi consule Celeberrimos Viros, Bentlejum et Burmannum: ac quae congessi ad Lucan. 1, 231. *invadit Ariminum, et ignes Solis lucifero fugiebant astra relicto.*

*Tenderent mercatores*] *Ten-*

[a] reliquos aditus locus ipſe per se, munitioque de-
fendit. Totis trepidatur caſtris, atque alius ex alio 6
cauſſam tumultus quaerit: neque quo signa feran-
tur, neque quam in partem quisque conveniat,
[b] provident. Alius capta jam caſtra pronunciat: 7
alius, deleto exercitu atque Imperatore, victo-
res barbaros veniſſe contendit: plerique novas 8
[c] sibi ex loco religiones fingunt: Cottaeque et
Titurii calamitatem, [d] qui in eodem occide-
rint caſtello, ante oculos ponunt. Tali timore 9
omnibus perterritis, [e] confirmatur opinio barbaris,
ut ex captivo audierant, nullum eſſe intus praesi-
dium. [f] Perrumpere [g] nituntur, seque ipsi [h] adhor- 10
tantur, ne tantam fortunam [i] ex manibus dimittant.

VARIAE LECTIONES.

a *reliquosque* L. pr. b *produnt* Pet. *providet* L. pr. vulgo contra MSS. ordinem *jam* c. c *ibi* Egm. d *quae in e. acciderit* B. pr. a m. sec. *ceciderint* Carr. D. e *adfirm.* And. f *pror.* MSS. 2. Edd. pp. *praer.* Petav. g *conantur* MSS. 3. Edd. R. M. V. h *coh.* L. tert. Ed. Inc. i *e m.* L. pr. sec.

*dere*, tentoria habere eſt, unde — *hic saevus tendebat Achilles.* At cum abitus paratur, *detendi tentoria* dicuntur. Sed notandus hic mos Romanorum, ut mercatores non intra caſtra morarentur, sed extra ea sua haberent tentoria. VOSS. Tentoria haberent. Sic apud Virgilium, (*Hic saevus* tendebat *Achilles.*) Et, (*legio latis* tendebat *in arvis.*) Oppoſitum, (*Nautici tabernacula* detendunt,) apud *Livium*. Et apud *Caesarem* infra, de bello Civ. 3, 85. (*tabernaculisque* detensis.) CLARK. Perperam MSS. undecim et Edd. primae, *sub valle*. Vide Ciaccon. et Hotom. et omnino notas ad Frontin. 4, 1, 18. *Omnibus extra vallum jussis tendere.*

*Novas sibi religiones fingunt*] Id eſt, metum. Nam religio pro metu ponitur. Sic Maro 8, 349. *Jam tum religio pavidos terrebat agrestes Dira loci.* Sic reciproce *metus* pro religione. Maro de lauro 7, 60. — *multosque metu servata per annos.* Ubi Servius: *Metu, id est, religione, quae nascitur per timorem.* Hinc Petronius: *Primus in orbe deos fecit timor, ardua coelo Fulmina cum caderent.* Id eſt, metus produxit religionem. Sic quoque apud Romanos, ut Gellius docet 4, 9. *religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res divinas facere, et rem quampiam novam exordiri temperandum est. Quos multitudo imperito-*

1 XXXVIII. Erat aeger in praesidio relictus P.
836 Sextius Baculus, qui primum pilum [a] ad Caesarem
duxerat, cujus mentionem superioribus proeliis fe-
2 cimus, [b] ac diem [c] jam v cibo caruerat. [d] Hic, dif-
fisus suae, [e] atque omnium saluti, inermis ex taberna-
culo prodit: videt inminere hostes, atque in sum-
mo rem esse discrimine: capit arma a proximis, at-
3 que in porta consistit. [f] Consequuntur hunc centu-
riones ejus cohortis, quae in statione erat: paulli-
4 sper [g] una proelium sustinent. Relinquit [h] animus
Sextium,

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *apud C. adduxerat* L. pr. sec. a voce *qui* usque ad *fecimus* desunt in G. V. tert. b vulgo *ad.* c abest a Lov. Carr. Duk. Dorv. Edd. R. M. V. d *Is* L. tert. e vulgo *ac.* f ita MSS. mei praeter And. et Oxon. non *seq.* Male tres cum Edd. pp. item Aldi, Gryph. *consequitur centurio.* g hoc ordine Codices. h *Reliquit* B. pr. L. pr. sec. V. sec.

*rum prave et perperam nefastos appellant.* Inde Alliensis cladis dies religiosus Romanis fuit. Et sic ob Titurii cladem, illis in locis acceptam, quisque infausta quaeque sibi ominabatur. VOSSIUS.

*In praesidio*] Sic recte Petav. Cujac. Andin. Leid. pr. et Oxon. cum Scalig. Adi dicta ad c. 33. *In praesidio relinquebatur.* Reliqui tamen Codd. et Edd. antiquissimae, *cum praesidio.* Sed tum addi debuit locus, quo ille cum praesidio esset relictus. Jam autem eumdem locum, Aduatucam, sive munita castra, unde Graecus, ἐν ϛρατοπέδῳ, intelligit. de locutione *cum praesidio* vide ad 8, 2. *cum equitatus praesidio.*

*P. Sextius Baculus — cujus mentionem superioribus proeliis fecimus*] Hujusce Bibaculi (sic enim legendum censemus) Nervico et Sedunico proelio meminit *Caesar.* Vide B. G. 2, 25. et 3, 5. Licet autem multae pugnae sint postea factae, et in his libris commemoratae, in quibus nulla Bibaculi mentio, non necesse est, ut cum *Fr. Hotomanno* reponamus, *superioribus libris,* vel *commentariis.* Praeterquam enim, quod *superiora* sunt, quaecunque praecedant, si, pro viri eruditi sententia, hoc nomen restringatur ad ea, quae ἀμέσως sunt priora, ne illius quidem emendatio locum habebit. DAVIS. *Bibaculus* clare exstat in Leidensi secundo. Vide ad 2, 25. et hic etiam Brantium.

*Apud Caesarem*] Bong. prim. Voss. prim. Leid. pr. Petav. Egmund. Buslid. et sex alii cum Ed. Incerta, *ad Caesarem.* Verissime

Sextium, [a] gravibus acceptis vulneribus. Aegre per manus tractus, servatur. [b] Hoc spatio interposito, 5
reliqui sese confirmant, tantum ut in munitionibus consistere [c] audeant, [d] speciemque defensorum praebeant.

XXXIX. Interim, confecta frumentatione, mi- 1
lites nostri clamorem exaudiunt; [e] praecurrunt equi- 337
tes; quanto sit res in periculo, cognoscunt. Hic 2
vero nulla munitio est, quae perterritos recipiat: modo conscripti, atque usus militaris [f] inperiti, ad [g] tribunum militum centurionesque ora convertunt:

VARIAE LECTIONES.

a *gravius* B. pr. b *versatur* Samb. V. sec. c *possini vel aud.* L. sec. d *spemque* L. pr. sec. e *proc.* Carr. f *inpediti* L. pr. g *tribunos* L. pr.

pro *apud*. Vide ad 1, 31. *Qui fuerant ante ad Caesarem.* vel ad 3, 9. *Ad omnes nationes sanctum.* 7, 5. *quos ad exercitum reliquerat.* Paullo post male Carr. et duo alii cum Edd. Rom. Mediol. Ven. et Edd. Amst. Lugd. ac Davisii, *ad diem:* unde male ea cohaerent praecedentibus. Reliqui scripti et Editi *ac*, ut debet. 5, 25. *Tertium jam annum regnans.*

*Ac omnium*] Non solent optimi scriptores ponere *ac* ante vocalem: ut docet Clar. Burm. ad Sueton. Jul. c. 27. et Calig. c. 3. Quare auctoritate MSS. Ursini, Leid. pr. Voss. pr. Scal. Egm. Duker. aliorumque, nec non Edd. Vasc. Steph. et plurium restitui *atque*. Hinc simul patet, male dedisse Davis. 2, 19. *ac aperta loca*, pro *ac loca aperta*, nisi malis, *atque aperta*. Oblitus enim ibi sum, monere, *ac* mutandum esse in *atque*, si *loca* deleamus.

*Relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus. Aegre per manus* etc.] Moritur, vita decedit. *Vitruvius* Archit. 1, 4. *cum ad terram producuntur* (pisces), animam *cum aqua* relinquunt. *Terentis* Adelph. 3, 4, 52. Animam relinquam *potius, quam illam deseram.* Sic et in Sacris litteris ψυχή *vitam* passim denotat. Vide *Matthaei* c. 16, 25. 26. Plurimi quidem MSS. et editt. *Rom. Ven. Beroald.* exhibent: *relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus.* deficiens *aegre per manus* etc. Sed vox *deficiens* ab imperito orae Codicis adscripta videtur, ut explicaret, quid sit animum relinquere; dein, ut fit, a Librariis in textum fuit recepta. DAVIS. Plurimi MSS. et Editt. Vett. post vocem (*vulneribus*,) addunt, *deficiens*. Unde *Davisius* conjecit legendum (*vulneribus* deficiens: *Aegre servatur.*) Sed languidior paullo est ista locutio (*Relinquit animus Sextium . . . deficiens.*) Elegantior

3 quid ab his praecipiatur, exspectant. Nemo est
4 [a] tam fortis, [b] quin rei novitate perturbetur. Barbari, signa procul conspicati, obpugnatione desistunt; redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse, ex captivis cognoverant. Postea, despecta paucitate, ex omnibus partibus inpetum faciunt.

1 XL. Calones in proximum tumulum procurrunt: hinc celeriter dejecti se in signa manipulosque conjiciunt: eo magis timidos perterrent milites.

VARIAE LECTIONES.

a Deest MSS. 9. et Ed. Inc. b *qui non* L. pr. V. sec. Duk. Ox. et Edd. qq. dein vulgo *ab oppugn.*

videtur interpunctio illa: (*Relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus: Deficiens, aegre per manus tractus servatur.*) Davisius in Addendis ad notas suas vocem (*deficiens*) eliminandam tandem existimat. Sed perinde est. CLARK. Dele notam, ac ejus loco repone: *Relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus, aegre, per manus tractus, servatur*) In multis Codd. legitur, *relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus.* Deficiens *aegre* etc. Illa vox addita videtur ab iis, quibus *relinquit animus Sextium* idem videbatur, quod, λειποϑυμεῖ, seu animi deliquium patitur Sextius, ac in eo sensu φράσιν adhibet *Plinius* 30, 16. Ut et *Curtius* 8, 2. Ille tamen mortuus est, adeoque tuenda prorsus est recepta lectio. Sic *Homerus* de sue interfecto, Odyss. Ξ, 425. Τὸν δ' ἔλιπε ψυχή — Vide sis et *Lucianum* in Toxari T. 2. p. 73. DAVIS. *Cur. sec.* Primo in MS. Carr. Sambuci, Duker. et Dorvill. legitur, *Reliqui denegant. Sextius.* Sed *Sextium* Duk. a m. pr. et Dorvill. Verum praestat vulgatum, *reliquit animus Sextium*, id est, ἐλιποψύχησε, ut bene vertit Metaphrastes. Perperam Davisius capit pro *moritur*, et cum alia locutione, *relinquere animam*, confundit. At quomodo mortuus dici potest, quem *servatum* fuisse statim auctor subjicit? Aliud longe est, *relinquo animam*, aliud, *animus*, non *anima*, ut de morte apud Nepot. Eumen. c. 4. *reliquit me*, id est, deficior animo, et viribus sive *animo linquor.* Hinc enim illud *deficiens;* quod sine dubio e glossa natum non agnoscit Metaphrastes; neque etiam ullus, quod sciam, Codex praeter Oxoniensem, et Edd. quaedam, ut Basil. Vascos. Aldi, Stradae, R. Stephani, et Gryphii. Ceterum in locis Plinii ac Curtii est *liquit*, non vero *reliquit.* Ut hic, ita, sed alia de caussa, apud Ovid. Met. 10, 459. *fugitque Et color et sanguis; animusque relinquit euntem.*

*Oppugnatione*] Sic MSS. AL. *ab oppugnatione.* Sed utroque

Alii, cuneò [a] facto, ut celeriter [b] perrumpant, cen- 2
sent; quoniam tam propinqua sint castra: et, si
pars aliqua circumventa [c] ceciderit, at reliquos [d] ser-
vari posse, confidunt; alii, [e] ut in jugo consistant, 3
atque eumdem omnes ferant casum. Hoc veteres 4
non probant milites, quos sub vexillo una profec- 338
tos docuimus. Itaque inter se cohortati, duce C.
Trebonio, [f] equite Romano, qui eis erat praepo-
situs, per medios hostes [g] perrumpunt, incolumes-
que ad unum omnes in castra perveniunt. Hos sub- 5

VARIAE LECTIONES.

a *facta* B. pr. b *perrumperent* Lov. Carr. Br. Urs. et 3. alii cum Edd. pp. c *ceciderint* Egm. V. ad 2, 23. *occiderit* L. pr. d *conservari conf.* Duk. e deest G. V. tert. Ed. Inc. *in* deest Lov. Dorv. Edd. R. M. V. f *milite* MSS. 3. Ed. Inc. g *prorumpunt* L. tert. Duk. Ed. Inc. sed v. ad 5, 15. mox vulgo contra MSS. at alias Edd. *in c. perv. omn.*

modo alibi loquitur Caesar. CLARK. Oxoniensis retinet praepositionem. Sed reliqui MSS. et Edd. Veteres ante Venetas vel Aldinas, item aliae, ut Vascos. Steph. Gryph. carent ea. Rectius pro genio Caesaris. Aliqua exempla vide ad 5, 11. *Itinere desistere jubet.* 7, 11. *Obpugnatione desistit.* ubi Leid. pr. *ab obp.* c. 26. *consilio destiterunt.* Leid. sec. *a cons.* at omnes MSS. constanter cum vulgatis B. Civ. 2, 13. *obpugnatione desistunt.*

*Etsi*] Male vulgo haec interpungunt, quasi unum esset vocabulum *etsi*, cum *et* sit jungendum cum *confidunt*. *At* valet idem, ac *tum saltem*. Vide Gronov. Observ. 4, 26. et ad Livium 24, 37. Cicero pro Milone c. 34. *si mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo mala.* Non tamen nego, *etsi* aliquando cum subjunctivo construi. Multa enim exempla praeter alios conlegit G. J. Voss. de Constr. c. 67. Pompon. Mela 2, 2, 24. *Etsi non redeant.* Variant MSS. in Livio 36, 40. *etsi nec Consulatus nec triumphus addatur;* nec non apud Valer. Max. 8, 14, 4. Sed vide, quae docebit Cl. Drakenb. ad Livium 5, 42. *Etsi omnia flammis et rapinis aequata vidissent.* ubi Faber *videbant* voluit.

*Nullo etiam nunc usu rei militaris percepto*] Illud *percepto* expungendum, et Scaliger et Ciacconius putabat. Ego nescio, an accedere illis ausim. sic l. 7. *ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriae perciperent.* Scio, hic paullo aliam rationem esse, sed mihi nec prius damnandum videtur. VOSS. Respicit ad tempus, quod praesens fuit, cum ista gererentur. *Minucius Felix* Octav. p. 4. *Caecilium superstitiosis vanitatibus* etiamnunc *inhaerentem disputatione gravissima ad veram religionem*

secuti calones, equitesque, eodem inpetu, militum
6 virtute servantur. At [a] ii, qui [b] in jugo conſtiterant, nullo etiam nunc uſu rei militaris percepto, neque in eo, quod probaverant, consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, neque eam, quam [c] profuiſſe aliis vim, celeritatemque [d] viderant, imitari [e] potuerunt; sed [f] se in caſtra reci-
7 pere conati, iniquum in locum [g] demiſerant. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, [h] virtutis cauſſa, in superiores erant ordines hujus legionis transducti, ne ante [i] partam rei militaris laudem amitterent, for-
8 tiſſime pugnantes conciderunt. Militum pars, [k] ho-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. b *in* Duk. et V. sec. non habent. c *prodesse* MSS. plerique et Edd. pp. d *videbant* MSS. 3. et Ed. Inc. e *poterant* et *poterant* MSS. multi et Edd. pp. f *sese* L. pr. sec. g *dimiserant* MSS. 9. et Edd. pp. male. h Sic MSS. plures et meliores et Edd. qdd. non *c. virt.* i *portam* inepte MSS. 8. et Edd. Inc. k *eorum* V. sec.

*reformavit.* Vide et *Sulpicium Severum* Hiſt. Sacr. 1, 34, 2. DAVIS. Ultima vox *Petr. Ciacconio* videtur abundare; cujus judicium secutus *Jos. Scaliger* uncinis eam, tanquam delendam, cinxit. Quod miror, cum Caesar ipſe B. C. 3, 84. dixerit, *Qui quotidiana consuetudine* usum *quoque ejus generis proeliorum* perciperent. *Vegetius* 1, 4. *Velocitas enim est, quae percepto exercitio strenuum efficit bellatorem.* Vetus igitur lectio, Codicum auctoritate suffulta, prorsus eſt retinenda. IDEM in *Add. et Cur. sec.* *Nunc* hoc senſu saepiſſime uſurpari, adnotavi etiam poſt alios ad Lucan. 8, 41. *Qua nunc tellure latebas Moestior.* Sic enim legendum, etiam fragmentum MStum Celeb. T. Hemſterhusii docet. *Tum* et *nunc* in MSS. confunduntur quoque apud Livium 37, 16. *Conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant.* et Nep. Hann. c. 4. ubi *etiam nunc* bene edunt, ut patet ex c. 7. §. 4.

*Ac tantus fuit*] Adverſativa particula huic loco melius videtur convenire. Repono itaque ex MS. *Norvic.* et edit. *Rom.* *At tantus fuit etc.* DAVIS. Reponit Davisius ex MS. Eliens. et Edit. Rom. *At.* Sed et illud, *Ac*, eleganter retineri poteſt. Cujus vim optime expreſſit Graecus, *Τοσοῦτος δὲ καὶ.* CLARK. *At* exaratur quoque in Petav. Dorvill. et Voſſ. tertio: sed recte Clarkius retinet *ac.* Adi 5, 56. *Ac prius.*

rum virtute submotis [a] hostibus, praeter spem incolumis in castra pervenit: pars, a barbaris circumventa, periit.

XLI. Germani, desperata [b] expugnatione ca- 1
strorum, quod nostros jam constitisse [c] in munitionibus videbant, cum ea praeda, quam in silvis deposuerant, trans Rhenum [d] sese receperunt. Ac 2
tantus fuit [e] etiam post discessum hostium terror, ut
ea nocte, quum C. Volusenus missus cum equitatu 339
[f] ad castra venisset, fidem non faceret, adesse cum
incolumi Caesarem exercitu. Sic [g] omnium animos 3
[h] timor [i] praeoccupaverat, ut, paene alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum se ex

VARIAE LECTIONES.

a *paullisper* non male addit L. pr. b *oppugnatione* L. pr. c desunt *in m.* Lov. d *se* L. pr. e deest Carr. D. f *in c.* L. pr. g Sic Cuj. And. Ox. L. pr. Sc. Urs. Reliqui MSS. et Edd. pp. *omnino.* h *terror* G. V. tert. Ed. Inc. i *occupaverat* Cuj. L. pr. Scal. *praeoccuparat* D. a m. pr.

*Fidem non faceret*] Codd. nonnulli, (*fidem non* haberet.) Quod absurdum: nisi legatur, *haberent*, (ii scilicet, qui in castris essent, et ad quos missus fuerit Volusenus.) CLARK. *Haberent* Basil. Ven. 1517. Ald. Gryph. et aliae. *haberet* MSS. And. et Oxon. ut, nullo sensu tamen, legi volebat G. Canterus Nov. Lect. 2, 28. *habere fidem* est, credere, *facere fidem*, i. e. persuadere, facere, ut quis credat; *πείθειν*, ut bene Graecus.

*Alienata mente*] Id est, adeo commota, ut vix compotes sui essent. Sic Celsus dixit 4, 2. *Oculorum caligo, alienatio mentis, vomitus*, etc. sic ff. l. 47. Tit. 10, 16. *Item apud Labeonem quaeritur, siquis mentem medicamento, aliove quo alienaverit, an injuriarum actio locum haberet.* Alii *emotam*, vel *commotam* mentem dicunt, ni fallor. VOSS. V. Cl. Duker. et Drakenb. ad Liv. 3, 47. *Alienatus ad libidinem animo.*

*Tantum*] Voculam hanc e suo et Ursini Codice addidit Scaliger. Consentiunt Cujac. et Petav. a manu secunda. A ceteris scriptis et Edd. abest, nec plane necessaria est: non agnoscit quoque Metaphrastes.

*Eventus belli non ignarus*] Bong. pr. Voss. pr. Petav. Egm. Andin. Cujac. Leid. pr. Oxon. et tres alii, *ignorans*. Optime. *eventus* est pluralis numeri, quem a nostro amari, saepius monui;

ſuga recepiſſe dicerent: neque, incolumi exercitu, Germanos caſtra obpugnaturos fuisse contenderent.
4 quem timorem Caeſaris adventus ſuſtulit.

1 XLII. Reverſus ille, eventus belli non [a] ignorans, unum, quod cohortes ex ſtatione et praeſidio eſſent emiſſae, queſtus, ne [b] minimo quidem casu locum relinqui debuiſſe, multum fortunam in repen-
2 tino hoſtium adventu potuiſſe, indicavit; multo etiam amplius, quod paene ab ipſo vallo portisque
3 [c] caſtrorum barbaros avertiſſet. Quarum omnium rerum maxime [d] admirandum videbatur, quod Germani, qui eo [e] conſilio Rhenum [f] transierant, ut

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *ignarus*. *unum* exſulat a G. Ed. Inc. b *non* Duk. V. sec. *quidem* deeſt D. c exſulat a Cuj. dein vulgo *avertissent*. d *advertendum* L. sec. e *animo* L. pr. a m. pr. f *transissent* Edd. R. M. V.

praeterquam quod hoc loco multo aptior eſt is numerus, quam singularis. 8, 23. *Bellovacorum speculabantur eventus.* Sic MSS. quidam. B. C. 1, 21. *Qui quosque eventus exciperent*, uti et illic legendum e Codicibus.

*Ne minimo quidem casu*] Sic omnes praeter *Ursin.* et *Vatic.* in iis enim legitur, *casui*, quod longe rectius videtur *Fr. Hotomanno.* Mallem tacuiſſet, cum notum sit, veteres Dativis quartae declinationis hanc vel illam terminationem dediſſe. Vide *G. J. Vossium* de Anal. 2, 18. Quin et noſter *libris Analogicis omnia istiusmodi sine* i *littera dicenda censet*, ut tradit *A. Gellius* Noct. Attic. 4, 16. DAVIS. *Casui* etiam Andin. Scalig. Oxon. et Leid. sec. cum Ed. Clarkii, sed male. Vide et Ciaccon. et nos ad 1, 16. *Summo magistratu praeerat.* Hotomannus conjecit etiam, *ausu*. Sed bene, quod ipſe damnaverit. Ill. Heinſius margini adlevit, *minimum.* Verum eodem redit. Vellej. 2, 48. *Defuisset fortunae locus.*

*Potuisse indicavit*] Editi omnes, *judicavit*; sed nos MS. *Norvic.* secuti sumus, poſtulante, ut videtur, sententia. Similiter apud *Arnobium* l. 2. p. 53. ed. *Plant.* ubi legimus, *Quibus* (argumentis) *ipse si Christus — populorum in conventibus uteretur, quis acquiesceret; quis eum promitteret aperte aliquid* judicare: scribendum arbitror, *indicare.* DAVIS. Ita ex MS. Elienſi reſtituit Daviſius. Al. *judicavit.* CLARK. Tam parva in MSS. differentia eſt litterarum *in* et *ju*, ut vix discernere queas, utrum sic scriptum. Hinc forſan oculos meos decepit. Alioquin

Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium [a] obtulerint.

XLIII. Caesar, [b] rursus ad vexandos hostes pro- 1
fectus, magno coacto numero ex [c] finitimis civitati- 340
bus, in omnes partes dimittit. Omnes vici, atque 2
[d] omnia aedificia, quae quisque conspexerat, incendebantur: [e] praeda ex omnibus locis agebatur:
frumenta non solum [f] a tanta multitudine jumento- 3
rum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore, atque imbribus procubuerant: ut, si qui etiam in [g] praesentia se occultassent, tamen iis, de-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *obtulerant*. *obtinuerunt* Lov. G. V. tert. L. tert. b Sic MSS. plerique et Edd. qdd. al. *ad v. rurs.* exsulat *τὸ rursus* a Sc. c *finitumis* B. pr. V. pr. Egm. *civitatibus* carent Edd. R. M. V. d abest a L. pr. male. e additur in And. et Oxon. *pecora interficiebantur.* f Sic Cuj. Urs. And. Ox. L. pr. Reliqui cum Edd. pp. Vasc. Str. Steph. Gr. post. non agnoscunt *a*. quae et facile abesse poterat. *ab tanta hom. jumentorumque m.* L. pr. g *praesenti* V. sec.

*τὸ indicavit* exstat quoque in Leidensibus, Vossianis et Bongars. primo. Quod tamen non credo: licet retinuerim ego quoque. ἔγνω, sive *agnovit*, Metaphrastes. Sed et *judicavit* non sperno. Judicium iis de rebus dedit. Ceterum *avertisset* exaratur in Vossianis, Leidensibus, Scalig. Petav. Lov. Bong. primo, Duk. Gott. et MS. Brant. ac primis Editionibus, aliisque. ut ad Ciceronem referatur, qui huic praesidio praeerat. Vide c. 35. sive potius ad Fortunam: quia barbari pabulatores conspicati, et signa legionum credentes, easque redire, eo se converterunt, atque ab oppugnatione destiterunt. Vide c. 39. Sic B. Civ. 3, 79. *Caesarem Apollonia a directo itinere averterat*, ubi vide plura. In fine hujus capitis *obtulerunt* habent MSS. mei duodecim et Edd. multae, etiam Steph. et Clarkii. Scilicet scripserat auctor, *obtulerint*, uti bene exhibuerunt Edd. Rom. Mediol. et Ven. V. ad 5, 27.

*Sed etiam*] Quia statim reperitur *etiam*, et paullo post rursus occurrit, *nec etiam*, non ineleganter Oxon. hoc loco videtur carere *etiam*. Nam et alibi post *non solum* omittit Auctor *etiam*. Vide ad 1, 18. et Cl. Burm. ad Suet. Jul. c. 14. Mox malit Ciacconius: *si qui in praes.* etc. *tamen iis etiam deducto* etc.

*Diviso*] Cave, ne hic contra MSS. emendare velis *diverso*, vel

ducto exercitu, rerum omnium inopia pereundum
4 videretur. Ac saepe in eum locum ventum eſt,
tanto in [a] omnis partis diviſo equitatu, [b] ut modo
viſum ab se Ambiorigem in [c] fuga captivi, nec
5 plane etiam abiſſe ex conſpectu contenderent, ut,
spe consequendi inlata, atque infinito labore susce-
pto, qui se summam [d] ab Caeſare gratiam inituros
putarent, paene naturam ſtudio vincerent; semper-
que paullum ad summam felicitatem defuiſſe vide-
341 retur; atque ille latebris ac silvis, aut saltibus se
[e] eriperet; [f] et noctu [g] occultatus, alias regiones,
partesque [h] peteret, non majore [i] equitum praesi-

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. sec. tert. G. *omnibus partibus* V. pr. a m. pr. L. sec. b vulgo *ut non m.* etc. *sed nec.* Pet. *plene.* c *figura* B. pr. d Sic B. pr. V. pr. Lov. Egm. et alii, non *a C.* e *eripere* MSS. 4. Edd. R. M. V. f *ut* L. pr. g *occultare* Dorv. Edd. R. M. V. *occupatus* And. L. pr. Scal. sed *κρυπτόμενος* Gr. h *petere* MSS. 2. Edd. R. M. V. i *equitatus* Pet. *equitatum* L. pr. V. pr.

*dimisso*, et vide Cel. Burm. ad Ovid. Met. 3, 381. Vide et varias Lectiones infra c. 67.

*Non modo* etc. *sed nec plane*] Illud *sed* cum non compareat in Bong. And. Oxon. Leid. pr. sec. Voſſianis, Petav. Cujac. Egm. Lovan. Gottorp. aliisque et Ed. Incerta; patet satis, non bene se habere, *non modo*. Et sane optimi illi Codices, Andinus et Oxon. non habent iſtud *non*: vere: *modo* notat, *paullo ante*. Quare confidenter delevi *non* et *sed*. Conſule omnino Cl. Burm. ad Phaedr. 2, 8, 8.

*Captivi*] Ita Vascosanus et dein Strada ac R. Steph. et Gryphius Ed. sec. edidit. Sed primae, aliaeque plurimae Edd. cum MSS. omnibus addunt, *circumspicerent captivi*, nisi quod Cujac. Scalig. et Leid. pr. dent, *Conspicerent*. Oxon. *circumspicerentur*: et Beroald. *conspexisse dicerent*. Quid si Caeſar scripſerit, *circumspicientem*?

*Nec plane etiam*] Hoc eſt, *necdum plane*. Eleganter admodum. CLARK.

*Paullum*] MS. Reg. *perpaullum*. Quod, hoc in loco, multo eſt elegantius. CLARK. *Paullulum* Leid. pr. et sec. quomodo etiam alibi Caeſar scribit.

*Ac silvis aut saltibus*] Duae voces priores non exſtant in MSS. longe plurimis, nec in Edd. primis, aut Beroaldi, Vasc. Stradae, Steph. Gryph. poſt. Sed agnoscunt tamen Cuj. Oxon. An-

dio, quam IV, quibus solis vitam suam committere audebat.

XLIV. Tali modo vaſtatis regionibus, exerci- 1
tum Caeſar, duarum cohortium damno, [a] Durocortorum Remorum [b] reducit; concilioque in eum locum Galliae indicto, de conjuratione Senonum et Carnutum quaeſtionem [c] habere inſtituit: et de 2
Accone, qui princeps ejus consilii fuerat, graviore sententia [d] pronunciata, more majorum subplicium sumsit. Nonnulli, judicium veriti, profugerunt: 3
quibus quum aqua [e] atque igni interdixiſſet, II legiones ad fines Trevirorum, II in Lingonibus, [f] VI re-

V A R I A E   L E C T I O N E S.

a *Durofortum*, *Durocortum*, *Durocotorum* MSS. et Edd. qdd. male. V. Ciacc. et Brant. Sur. ad Anton. Itin. pag. 362. b *deducit* Egm. c *hanc* L. sec. d *pronunciat ac* MSS. et Edd. qdd. perperam. e *et* Edd. qdd. f *et* MSS et Edd. quaed. *sed r.* Bas.

din. Leid. prim. Petavian. a m. sec. in quibus tribus ultimis scribitur, *aut silvis*, forſan rectius.

*Noctu occultatus*] Beneficio noctis; quod monendum duxi, ne cum *Pet. Ciacconio* ultimam vocem deleamus, quia Ambiorix noctis tempore se non incluſum teneret, sed alias regiones tum peteret. Hic enim senſus ex vulgata lectione manat. DAVIS.

*More majorum supplicium sumsit*] Suet. refert in Nerone, c. 49. solitam tunc *nudi hominis cervicem inseri furcae*, *corpus virgis ad necem caedi.* Ejusdem supplicii meminit Hirtius 8, 38. cum ait de Guturvato, *adeo ut verberibus exanimatum corpus securi feriretur.* At Graecus intellexiſſe non videtur, cum transtulit, κατὰ τὸ τῆς πόλεως ἀρχαῖον ἦθος, nisi dicas, per πόλιν ab eo Romam intelligi, quod non arbitror. nam et paullo poſt ait, ἐν πόλει τῶν Σενόνων. VOSSIUS. Adde Brantium.

*Aqua atque igni interdixisset*] Ex solemni et frequenti apud veteres formula. Nihilominus Leidens. primus habet, *aquam atque ignem.* Verum ut concedam, *Interdicere* etiam junctum eſſe Accuſativo, quod docuerunt Sanctius et alii in ipſius Minerva 3, 3. J. F. Gronov. ad Senec. Epiſt. 18. et ad Juſtin. 5, 4. *omnem humanam opem interdixerant*, Cel. Burm. ad Suet. Ner. c. 32. et Cl. Drakenb. ad Liv. 5, 3. ubi eadem confusio, quomodo variatur etiam apud noſtrum 1, 46. *Omni Gallia Romanis interdixisset:* tamen non puto, alium caſum praeter sextum, in hac formula, *aqua et igni interdicere*, adhibuiſſe veteres. Citat

liquas in Senonum finibus Agendici in hibernis con-
342 locavit; frumentoque [a] exercitu proviso, ut insti-
tuerat, in Italiam ad conventus [b] agendos profe-
ctus est.

VARIAE LECTIONES.

a Sic L. pr. V. sec. non *exercitui.* V. ad c. 42. b *peragendos* Dorv. Edd. R. M. V.

quidem Sanctius ibidem cum Lexicis locum e Cicerone pro Domo c. 18. *Ut M. Tullio aqua et ignis interdicatur.* Sed Edd. meliores exhibent *igni*, verius. Sed et Lactantius 2, 9. *Exsulibus quoque ignis et aqua interdici solebat. interdicto igitur usu earum rerum.* atque ita Cod. Bonon. cum aliis. Nepos Hamilc. c. 3. *non poterat interdici socero gener.* Alio modo Appulej. in Florid. 22. *Dives ille cibo interdicitur*, i. e. prohibetur.

*Agendici*] Sic est in nullo meorum Codicum. Sed Bong. pr. Leid. Scalig. Andin. Petav. dant, *Agedinci.* Vide et 7, 10. Ceteri, *Agedici*, *Acedici.* Vide Ortel. nam Ptolemaeo *Αγήδικον*, quod praefert et Ciacconius. Huc faciunt, quae notavi ad 2, 6. Ridicule Duk. et Dorv. *addixit et.* Edd. Rom. Med. Ven. *adduxit et.*

*Ut instituerat in Italiam ad conventus agendos profectus est*] Recte l. 5. initio dixit: *discedens ab hibernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere instituerat*, id est, solebat. Initio l. 7. inquit: *Quieta Gallia, Caesar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur.* Sed cum superiore commentario non dixerit Caesar, se constituisse id facere, putabat Ciacconius legendum, *ut consueverat*; vel *constituerat* hic significare, consueverat. Neutrum placet. Nam Caesar, quia quotannis id facere solitus, constituerat et hoc anno proficisci. Locus vero ex tertio de bello Civili, quem Ciacconius allegat, non minus male ab eo exponitur. Ait Crastinus ad milites suos: *Sequimini me, manipulares mei, qui fuistis, et vestro Imperatori, quam constituistis, operam date.* Inquit Ciacconius, *constituistis* hic esse, consuevistis. Nugae. Potuerunt Crastini milites semet obstringere promissis aliquibus, non excedendi proelio ante victoriam. Sed cesso, tam levia, in quibus tamen vir doctiss. erravit, admonere. VOSSIUS.

343

# C. JULII CAESARIS
# COMMENTARIORUM
# DE
# BELLO GALLICO
# LIBER VII.

## ARGUMENTUM LIB. VII. DE BELLO GALLICO.

I. *Multae Gallorum gentes de recuperanda libertate conspirant:* IV. *ducemque eligunt Vercingetorigem Aeduum.* VIII. *Caesar de improviso Arvernos invadit.* X. *Bojis subsidio adest.* XII. *Vellaunodunum, Genabum,* XIII. *et Noviodunum oppida occupat.* XV. *Galli firmis minus Biturigum oppidis incensis, Avarico, quod obsidebat Caesar, praesidium injiciunt.* XX. *Interea Vercingetorix, proditionis apud suos insimulatus, se purgat.* XXII. *Avaricum, aliquamdiu probe defensum,* XXVIII. *vi*

*expugnatur.* XXXII. *Aeduorum turbae Caesarem a bello avocant.* XXXIV. *Iis compositis, ad Gergoviam cum exercitu proficiscitur.* XXXVII. *Dum ad eam bellum gerit, iterum in Aeduis turbae.* XLVI. *Romani trinis ad Gergoviam hostium castris occupatis,* XLVII. *avidius oppidum invadentes,* LI. *magna cum clade repelluntur.* LIII. *Desperata expugnatione, in Aeduos castra movet Caesar.* LVIII. *Labienus, re prospere apud Parisios gesta,* LXII. *se ipsi conjungit.* LXIII. *Omnes Galli, (perpaucis exceptis) exemplo Aeduorum deficiunt.* LXVI. *In Sequanos iter facientem Caesarem, Duce Vercingetorige, adgressi caeduntur.* LXVIII. *Ille ad Alesiam usque insequutus oppidum ipsosque circumvallat.* LXXV. *Galli, convocatis auxiliis, socios obsidione liberare conati,* LXXXVIII. *prorsus profligantur.* LXXXIX. *Alesia et Vercingetorix deduntur. item Aedui, et plures alii.*

I. Quieta Gallia, Caesar, ut [a] constituerat, in Italiam ad conventus [b] agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodii caede: de Senatusque consulto certior factus, ut omnes [c] juniores Italiae conjurarent, [d] dilectum tota provincia [e] habere instituit. 1 344

VARIAE LECTIONES.

a *Instituerat* MS. Lips. Edd. R. M. V. contra 6,3. b *perag.* Duk. Edd. R. M. V. Aldi, Urs. Pl. et aliae: ac vulgo *ubi* et *P. Clodii.* c Sic MSS. fere o. et Edd. qdd. non. *It.* j[illegible]. d ita B. pr. V. pr. et multi alii. e deest Scal. L. pr. Sed v. c. 4. 6, 1. B. Civ. 1, 6. et passim. *instituunt* Lov. Dorv. Edd. R. M.

*Ubi cognoscit de P. Clodii caede*] MS. noster: *Ibi cognoscit de Claudii nece, Senatusque consulto certior factus, ne omnes minores Italiae conjurarent.* Quin et Graecus, similem codicem secutus, *ἐνταῦθα μὲν τὸν Κλαύδιον φονευθῆναι ἔγνω.* Perperam uterque, nisi, ut olim pro *codex*, *caudex*, et similia dixere, ita hic, pro *Clodius*, *Claudius* scriptum dicamus. Quod non temere faciendum, cum Romae et Claudii, et Clodii fuerint. Quorum illi, ut Tacitus narrat, ab Atta Clauso nomen habuere, nec puto, pro *Clausus* posse *Closus* dici, itaque errorem in MS. et Graeco esse omnino statuo. Etiam illud *minores*, pro *juniores*, depravatum est. Probo vero lectionem codicis mei, quatenus in eo non repetitur haec particula, *de*, sed legitur, *de Claudii nece*, *Senatusque consulto.* VOSS. Reposui *Ibi* auctoritate MSS. tam Ciacconii, Brantii, quam meorum omnium, uno alteroque excepto; item Edd. primarum, et plerarumque. Dein exclusi etiam praenomen *P.* nam illud nec MSS. nec Edd. primae habent. Satisque notus est homo sine praenomine.

*De Senatusque cons.*] MSS. Eliens. et Vossii omittunt praepositionem. Male. Sensus enim is est, quem Graecus recte expressit: *τὴν δὲ γερουσίαν ψηφισάσθαι μαθὼν*, etc. CLARK. Non recte Vossius probat exclusionem praepositionis *de.* nisi voluerit *certior factus* simpliciter sequentibus jungere. quod tamen minus concinnum est. Aliud enim est, *certior fieri de Senatus consulto*, aliud, *certior fieri SCto.* ut quivis sentire potest. Nihilominus in aliorum, meisque, quotquot ipse consului, Codicibus non adest *de;* uti nec in Edd. primis, multisque aliis. Cujac. tamen, Oxon. et Andinus cum Ursinianis videntur agnoscere. Et facile excidisse potuit per Syllabam praecedentis vocis, *caede.* Nisi quis cum Ciacconio malit delere verbum *cognoscit* (in Ed. Elzev. *agnoscit*), ut fuerit olim: *Ibi de Clodii caede, senatusque consulto certior factus.* Ea in lectione certe nihil desiderabis. Supra quoque 3, 9. *Cognito Caesaris adventu*, in MSS. fere omnibus additur, *certiores facti:* ubi vide.

*Ut omnes Italiae juniores conjurarent*] *Conjurare* est, ut recte Graecus vertit, *συνομνύειν.* Unde *conjurati* illi, qui simul juravere. Maro *conjurati* vocem improprie usurpavit pro eo, per quod juratur. Nam 3. Georg. ait:

2 [a] Eae res in Galliam Transalpinam celeriter [b] perferuntur. Addunt ipsi et adfingunt rumoribus Galli, quod res poscere [c] videbatur; *retineri urbano motu Caesarem, neque in tantis dissensioni-*
3 *bus ad exercitum venire posse.* Hac inpulsi occa-
345 sione, qui jam ante [d] se populi Romani imperio subjectos [e] dolerent, liberius atque audacius de
4 bello consilia inire [f] incipiunt. Indictis inter se principes Galliae [g] conciliis, silvestribus [h] ac remotis locis, queruntur de Acconis morte: [i] hunc ca-

VARIAE LECTIONES.

a *Ea r. perfertur* MSS. 3. Ed. Inc. *hec* D. b *proferuntur* V. pr. minus bene. c *videbantur* Dorv. Edd. R. M. V. d deest MSS. 2. e *doluerunt* D. V. sec. f *ceperunt* L. pr. g *consiliis* MSS. plerique et Edd. male. h *atque* D. L. sec. i *posse* praecedit in MSS. plurimis et Edd. pp. aliisque. deest Carr.

*Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.* Quem ad locum Junius Philargyrius inquit, *Aufidius Modestus legisse se affirmabat, hunc morem esse Dacorum, ut, cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam de Istro certum modum haurientes ore in modum sacri vini, jurarent, non se ad patriae sedem regressuros, nisi hostibus caesis. Et idcirco Virgilium familiari sibi hypallage dixisse: Istrum conjuratum, apud quem Daci conjurare consueverunt.* Maronem haud dubie imitatus est Statius, cum 1. Thebaidos ait: — *his adactum legibus Istrum, Et conjurato dejectos vertice Dacos.* Bernartius et Lipsius putabant, illud *vertice* referri ad superstitionem Dacorum, quibus, ut ex Strabone discimus, mons sacer erat. Ego nullum nunc commodum satis sensum video. Malim pro *vertice* legere *vortice*, ut Danubium amnem notet Papinius, et dicat, Dacos ab illo amne, per quem jurare solebant, a Vespasiano depulsos. Sed conjuratio, de qua hic sermo, est ea, quam tangit Maro, cum ait, — *Simul omne tumultu Conjurat trepido Latium.* — Nam solebat tum dicere dux, *qui remp. salvam vult, me sequatur.* Et tunc jurabant omnes simul, quia spatium non erat, jusjurandum singulos adigendi. Solet autem haec conjuratio per edictum institui, quo convenire jubentur juraturi in unum locum. Tangit morem non obscure Caesar de bello civili 3, 102. ubi ait: *Erat edictum Pompeji nomine Amphipoli propositum, uti omnes ejus provinciae juniores, Graeci, civesque R. jurandi caussa convenirent.* Iidem, uti et Servius ait ad 1. Aen. p. 239. *Tumultuarii milites* vocati, quia talis conjuratio plerumque fieri solita tumultus tempore. VOSSIUS.

sum ad ipsos recidere posse, [a] demonstrant: mise-
rantur communem Galliae fortunam: omnibus pol- 5
licitationibus, ac praemiis deposcunt, qui belli [b] ini-
tium faciant, et sui capitis periculo Galliam in liber-
tatem vindicent. Ejus in primis rationem habendam 6
[c] dicunt, prius quam eorum clandestina consilia ef-
ferantur, ut Caesar ab exercitu intercludatur: id 7
esse facile, quod neque legiones, absente Impera-
tore, audeant [d] ex hibernis egredi; neque Impera-
tor sine praesidio ad legiones pervenire [e] possit:

VARIAE LECTIONES.

a *monstrant* L. pr. b Sic Cuj. And. Ox. L. pr. Scal. ut e. sec. reliqui et Edd. pp. *initia*, in quibus etiam dein non compa-ret *τὸ ejus*. Potius delevi cum Leid. pr. Lov. Dorv. *τὸ esse*. In plerisque scribitur *esse hab.* non *hab. esse*. Ceterum *fa-ciat* et *vindicet* non male Ox. L. pr. et Scal. c deest D. V. sec. d *ab* D. e *posset* MSS. plerique et Edd. pp. ut et *acceperant* cum aliis perperam. Abest a L. pr. m. pr. ut subintelligatur *audeat*.

*Addunt ipsi et affingunt ru-moribus*] Cave, cum *Pet. Ciac-conio* reponas: *Addunt ipsi et affingunt rumores Galli:* fama enim acceperant, motum esse ur-banum ob Clodii caedem; hinc affinxerunt, eo Caesarem retine-ri, nec ad exercitum venire posse. *Celsus* p. 116. *Ejus rei causa* (ob Clodium a Milone interfe-ctum) *magni Romae motus fu-erant; nec fama finibus Italis contineri potuit, Alpesque trans-cenderat. Hinc rebellantibus oc-casio data erat, historias novas in Caesarem fingendi. Dicebant, vulgoque percrebuerat, Urba-nis detentum simultatibus non posse deinceps in provinciam re-verti.* Hinc vulgata lectio mire confirmatur. DAVIS. V. Brant.

*Imperio subjectos*] Lovan. et Dorvill. cum Edd. Romana, Ven. ac Mediol. *subditos*. quo sensu id adjectivum aliquoties occur-rit apud Ovidium. Vide Cl. Burm. ad Am. 2, 9, 11. Nihil temere ta-men muto vulgatum, quod om-nino bene se habet.

*Id esse facile, quod neque le-giones*] Aliam hujusce incoepti rationem reddit *Florus* 3, 10, 12. sic inquiens: *Aberat tunc Cae-sar, Ravennae delectum agens; et hieme excreverant Alpes; sic interclusum putabant iter.* Fal-sus est, ut solet: si enim hoc in causa fuit, cur rebellarent, quam ob causam tumultus Urbanos prae se ferrent, aut, ne consilia ef-ferantur, curarent? Sed scriptor iste Alpibus id refert, quod de Cebenna erat dicendum, ut ap-paret ex c. 8. hujusce libri. DA-VIS.

*Principesque se facturos*] Bon-gars. pr. Andin. Leid. pr. Voss. pr. Petav. Lovan. Egm. aliique cum Ed. Ven. non agnoscunt pro-

8 postremo in acie praestare interfici, quam non veterem belli gloriam libertatemque, quam a majoribus acceperint, [a] recuperare.

1 II. His rebus agitatis, profitentur Carnutes, *se nullum periculum, [b] communis salutis caussa, recusare; principesque [c] ex omnibus bellum facturos*
2 *pollicentur; et, quoniam in praesentia obsidibus inter se cavere non possint, ne res [d] efferatur, [e] ut ju-*
346 *rejurando ac fide sanciatur, petunt, conlatis militaribus signis, quo more eorum gravissimae cerimoniae continentur, ne facto initio belli [f] ab reliquis dese-*

## VARIAE LECTIONES.

a *recuperent* Edd. qdd. b deest L. pr. *salutis* abest ab Oxon. V. ad 2, 5. *saluti* Dorv. c vulgo *se ex* et dein c. *inter se n. possent*. Exsulant *inter se* a Lov. et Duk. d *efferantur* Egm. e *aut* MSS. plerique. et *aut fide* MSS. 3. et Ed. Inc. f Sic MSS. 12. non *a* et *tunc*.

nomen. Bene omnino. Vide ad 2, 31.

*Obsidibus cavere inter se*] Lovan. Duker. Dorvill. et Edd. Rom. Ven. Mediol. aliaeque, *de obsidibus*. Quod placet Ciacconio. Sed perperam. *cavere de obsidibus* aliud esse, aliud *cavere obsidibus*, vidimus ad 6, 2. *Obsidibusque de pecunia cavent*, id est, obsides dant, in pignus et cautionem dandae pecuniae. uti hic: *obsides dant in cautionem sui invicem*. Rescripsi autem e MSS. optimis, *inter se cavere*, uti et, *possint*, cum R. Steph. et Leid. pr. et Scaligerano.

*Collatis militaribus signis, quo more eorum gravissimae caerimoniae continentur*] MS. noster, *quod more eorum gravissima caerimonia continetur*. Graecus: *τὰ ϛρατιωτικὰ σημεῖα συναθροίσαντες, ὅς ὅρκος παρὰ τοῖς γάλλοις ὁσίως διαφυλάττεται*. Sed vulgata lectio praestat. Graecus vero mentem Caesaris non intellexit, qui ait, Gallos in gravissimis rebus, quas enunciari nollent, hoc more usos. Nam *caerimoniae* sunt sacra omnia, quemadmodum apud Graecos *ὄργια*, uti ex Servio discimus. Et si glossis standum, *caerimoniae δημήτρια* proprie sunt: quae sacra quam curiose soleant occultari, cuivis notum est. Igitur caerimoniae pro rebus sacris hic; et Caesar inquit, quando Galli signa militaria conferrent, tunc summa taciturnitate omnia semper cohibita. Nam hoc indicat vox illa, *continentur*. Porro illud, quod ait, per collata signa Carnutes petivisse, ne ab caeteris desererentur, simile est Romano mori;

*deserantur.* Tum, conlaudatis Carnutibus, [a] dato 3
jurejurando ab omnibus, qui aderant, tempore ejus rei constituto, ab [b] concilio disceditur.

III. Ubi ea dies venit, Carnutes, [c] Cotuato et 1
Conetoduno ducibus, desperatis hominibus, Genabum [d] dato signo concurrunt; civesque Romanos, qui negotiandi caussa ibi constiterant, (in his C. Fusium [e] Citam, [f] honestum equitem Romanum, qui rei frumentariae, [g] jussu Caesaris, praeerat) interficiunt; bonaque eorum diripiunt. Celeriter ad om- 2
nes Galliae civitates fama [h] perfertur. *nam,* [i] *ubi major atque inlustrior incidit res, clamore per agros*

VARIAE LECTIONES.

a Deest Egm. b *consilio* MSS. 6. c *Catuato* MSS. 4. et *Conconeto duno*, *dunno*, *domno* MSS. plerique. *Conduno* Duk. et Voss. sec. d *signo d.* MSS. plurimi. e vulgo *Cottam.* f *honestissimum* Reg. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. g *caussa* addunt And. L. pr. et *praeerant* L. pr. h *transf.* D. i *ubique* vel *ubicumque* MSS. qdd. rectius L. sec. *namque ubi.*

nam quando conjurabant milites, imperator exercitus, prolatis duobus vexillis, dicebat: *qui vult salvam Remp. me sequatur.* Autor Servius est in 8. Aeneidos: qui ait, conjurationem talem fieri non solitam, nisi tempore Italici vel Gallici belli. VOSSIUS.

*Quo more eorum gravissimae caerimoniae continentur*] Codd. nonnulli, *Quod, more eorum, gravissima caerimonia continetur.* Sed praestat vulgata Lectio. CLARK. Ante Ursinum, ut et deinceps in multis Editis ac longe plurimis MSS. exstat, *quod gravissima cerimonia continetur.* Sed Ursini Codd. consentiunt rectius And. Oxon. Leid. pr. et Scalig. *continentur* exhibent quoque Gott. et Voss. tert. cum Ed. Incerta. Error natus ex solemni confusione τῦ *quo* et *quod*; quam jam saepissime offendimus.

*Genabum*] Γήναβον Strabo nuncupat: Ptolemaeus, *Καίναβον*: Orosius, *Cenapum*. In itinerario Antonini constanter omnibus locis est, *Cenabum*. VOSS. Adde Rhellic. et Ciaccon. Etiam *Cenabum* MS. Cl. Haverkampi apud Oros. 6, 11. Nullus tamen meorum hic loci habet, *Genabum*. Sed vel *Genabin*, vel *Genabim*, vel *Genebin* cum Edd. priscis. *Genabi* Leid. pr. a m. sec. at c. 11. plurimi retinent, *Genabum*. at 8, 5. etc. MSS. tantum non omnes et Edd. pp. *C* habent. Quod ubique contra Xyland. ad Strabon. p. 291. praefert Surita. Vide eum p. 348. Ed. Wesselingi, qui dubitat tamen p. 367.

*Qui negotiandi caussa ibi*

*regionesque significant.* [a] *Hunc alii deinceps exci-*
3 *piunt, et* [b] *proximis tradunt; ut tum accidit.* [c] nam,
347 quae Genabi oriente Sole gesta essent, ante primam confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita sunt: quod spatium est milium [d] circiter CLX.

1 IV. Simili ratione [e] ibi Vercingetorix, Celtilli filius, Arvernus, summae potentiae [f] adolescens, cu-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Hotom. cum Petav. Ox. And. *hinc* L. pr. et Edd. qdd. reliqui *hanc* cum plerisque Edd. sc. *rem.* b *proxum.* B. pr. Egm. c *namque cum haec* L. pr. d vulgo adest *passuum.* deest *circiter* Duk. e *ubi* B. pr. L. sec. et *Vercingentorix* passim Edd. qdd. f *adul.* V. pr. E.

*constiterant* ] Quorum varia genera fuisse, et collegia, indicant vett. inscriptiones. sic NEGOTIATORES FRUMENTARII, aliique fuere. *Constiterant* hic est, morabantur, degebant. Usus eadem voce infra Caesar c. 42. *Idem facere cogunt eos, qui negotiandi caussa ibi constiterant.* Reperitur eodem modo in veteri lapide, qui inventus apud forum Segusianorum:

NVMINI. AVO
DEO. SILVANO
FABRI. TIGNVAR
QVI. FORO. SECVS
CONSISTVNT
D. S. P. P.

VOSSIUS.

*Fusium Cottam* ] *Fusium* est in Bongars. pr. Voss. pr. et Egm. *Futium* sch. Pulm. Ac *Citam* habent iidem cum Cujac. Petav. Leid. pr. Egmund. Buslid. tribusque aliis, et Ed. Incerta, uti et MSS. Ursini et Brantii. Metaphrastes quoque non agnoscit *Cottam*; sed vertit, καλὸν κἀγαθόν. Quasi legisset, *Catum honestumque*, de qua voce et nomine adi notata ad Lucan. 3, 586. vel *Kalenum*. Nota est gens *Fusia* plebeja, et in ea Q. *Fusius Kalenus*. Quidquid sit, reposui *Citam* ex MSS. Nam *Cottam*, nomen gentis plebejae Aureliae, huc convenire nequaquam existimo, uti nec *Kalenum*. De quo ad B. Civ. 1, 87. Notandum vero, in Leid. pr. scribi, *G. et Fusium Citam*. *Aufustius Catus* est in Inscriptionibus.

*Ante primam confectam vigiliam* ] Penultimam vocem in suo Codice non invenit, aut inventam neglexit *Jul. Celsus*; habet enim p. 117. Ed. Lond. *ante primam noctis proximae vigiliam*. Alii tamen omnes verbum, de quo agitur, repraesentant, quamobrem retineo. DAVIS.

*Millium passuum circiter* CLX ] In Anonymo Celsi exscriptore invenio, *per* LX *millia passuum*. Graecus habet stadia φξο. Confer locorum situm. VOSS. Vide Lips. Cent. 3. ad Hisp. et Ital. Epist. 59. Ceterum vox *passuum* non comparet in Cujac. Oxon. ac Leidensi primo. Recte omnino. Consule notata ad 1, 15.

jus pater principatum Galliae totius obtinuerat, et
ob eam cauſſam, quod regnum adpetebat, [a] ab ci-
vitate erat [b] interfectus, convocatis suis clientibus,
facile incendit. Cognito ejus consilio, ad arma 2
[c] concurritur: ab Gobanitione, patruo suo, reli-
quisque principibus, qui hanc [d] tentandam fortu- 348
nam non exiſtimabant, expellitur ex oppido [e] Ger-

VARIAE LECTIONES.

a *a* MSS. et Edd. quaed. deſunt *ab c. er.* in L. sec. b *interdictus* And. Oxon. Urs. c *concurrit* et *concurrunt* MSS. et Edd. nonnulli male. V. ad c. 79. d *tentandi* L. pr. D. a m. pr. e *Gergobia* B. pr. V. pr. And. Pet. et alii cum Edd. quibusdam sollemni variatione. *Gergoviae* Edd. R. M. V. *Gorgonia* Ed. Ven. vulgo *tam. desistit.*

*Celtilli filius*] Anonymus Celsi exſcriptor habet, *Cebali.* in Graeco eſt, *Κερτίλυ.* VOSS. *Catuli* Gott. et Ed. Inc. *Catulli* V. tert. *Celtili* Voſſ. sec. et Edd. quaedam.

*Principatum Galliae totius obtinuerat*] Diſtingue, Galliae Celticae, seu Galliae proprie dictae, de qua Caeſar ait initio operis, *tertiam partem incolunt, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur.* Nam Celtillum trium Galliarum principatum obtinuiſſe, nullus sanae mentis crediderit. Proprie autem hic locutus Caeſar: qui, quando de tribus Gallis loquitur, dicit, *omnis Gallia.* Nam (inquit Placidus Lactantius ad 1. Thebaid. Statii) *cum numerum significare volumus, omnes dicimus, cum corpus, totum.* Gallia Celtica corpus unum erat, at tres numero Galliae sunt. Papinius, libertate poëtarum uſus, 1. Thebaidos unum pro altero poſuit, cum ait: *Totos in poenam ordire nepotes.* pro eo, quod eſt, ordire poenam, quae ad omnes nepotes pertingat. VOSSIUS.

*Facile eos incendit*] Leid. pr. et Scal. cum Cujac. *facere intendit.* Male, nisi quod doceant, *eos* debere abeſſe. quamvis sciam, Ablativo Abſoluto subjungi aliquando alium caſum, licet de eadem perſona sit sermo. Adi Cl. Duker. ad Flor. 4, 12, 28. Cort. ad Sall. B. Cat. c. 48. 87. Vocula *eos* non comparet quoque in aliis Leidenſibus, nec Voſſianis, neque Bongars. Lovan. Oxon. Egmund. Gottorp. uti nec Ed. Inc. Non raro Caeſar, praecedente abſoluto ablativo, accuſativum eo subintellectum omittit. 6, 43. *Magno coacto numero, in omnes partes dimittit.* c. 25. *Examinato altero, successit tertius;* scil. *ei.* Vide et ad c. 27. ubi MSS. plerique, *legionibusque etc. expeditis, cohortatus.* c. 29. *concilio convocato, consolatus est.* c. 60. *Consilio convocato, cohortatus.* c. 88. *Clamore sublato, excipit clamor.* Adde B. Civ. 2, 17. uti et c. 34. et 3, 21. *Eo in Italiam evocato etc. sibi conjunxit.* c. 67. *signo legionis inlato, renunciarunt.* Hirtius etiam et alii sic ablativum ponunt, subintellecto nominativo. Vide ad B.

govia. non deſtitit tamen, atque in agris habet
3 [a] dilectum egentium ac perditorum. Hac coacta
manu, quoscumque adit ex [b] civitate, ad suam sen-
4 tentiam perducit: hortatur, ut, communis liberta-
tis cauſſa, arma capiant: magnisque coactis copiis,
adverſarios suos, a quibus paullo ante erat [c] eje-
5 ctus, expellit [d] ex civitate. Rex ab suis adpellatur:
dimittit [e] quoquo verſus legationes: obteſtatur, ut

## VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. Lov. V. pr. et 4 alii. b *sua c.* V. tert. L. tert. Ed. Inc. vulgo *in suam s.* c *dejectus* Duk. d *a* V. sec. *de* Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. poſt. et *a suis* cum MSS. 2. e *quaque* MSS. 4. *quoque* V. pr. Egm. male. V. ad 3, 23.

Afric. c. 10. Sic c. 18. *cohortibus circumdatis cohortatus* etc. Sic MSS. c. 23. *Pompejo adveniente, propius accedere passi.* Rurſus c. 32. *electis hominibus cohortatus*, ubi etiam vide.

*Ab Gobanitione — expellitur ex oppido Gergovia*] MS. *Norv.* et editt. vetuſtiſſimae *Rom. Ven. Beroald.* hic exhibent, *prohibetur a Gobanitione*, nec video, cur primam vocem expunxerint recentiores. sententia enim hoc modo videtur diſtinguenda: *Prohibetur a Gobanitione, patruo suo, reliquisque principibus, qui hanc tentandam fortunam non exiſtimabant; expellitur ex oppido Gergovia.* Eſt ἀσύνδετον, cujus Schematis exempla congeſſit *G. J. Vossius* Inſt. Orat. 5, 2. DAVIS. Prohibetur ab *Gobanitione — Expellitur ex oppido Gergovia*) Ita reſtituit Davisius ex MSS. et Vett. Editt. Scaliger et Recentiores, omiſſa voce (*Prohibetur*,) ediderunt: *Ab Gobanitione — expellitur ex oppido Gergovia.* MS. Reg. habet, *Prohibetur a Gergovia ab Gobanitione etc.* Deinde, omiſſo nomine, (*Gergovia*,) exhibet, *expellitur ex oppido.* Sed praeſtat prior Lectio. CLARK. Cum Regio Codice facit recentiſſimus Leid. sec. *prohibetur a Gergobia.* Sed id mihi indicio eſt, alterum etiam verbum *prohibetur* eſſe a mala manu: licet vel maxime legeretur in MSS. omnibus. Non solet auctor hoc verbum tam simpliciter ponere sine adjuncta re, qua quis prohibeatur. Immo non compareт in integerrimis MSS. Petaviano, Urſiniano, Andino, Oxonienſi, neque Edd. Veneta 1517. Aldi, Basil. ac Gryphii, adeo ut Scaliger illud non ejecerit. Alii, ut Vascos. Strada, R. Stephanus, et Ed. Gryph. poſterior, habent, *prohibetur, etc. expelliturque.* at tum malim: *prohibetur ab G.* etc. *reliquisque a principibus expellitur.* Nisi quis *prohibetur* non ad Vercingetorigem referre velit; sed ad iſtud, *ad arma concurritur.* Ut τὸ *ad arma concurri* prohibitum sit. quo sensu cepiſſe videtur Strada, qui poſt Gergoviam addidit, *Vercingetorix*, uti eſt in Leid. sec. sed sine dubio e Gloſſa. Graecus:

in fide maneant: celeriter sibi Senones, Parisios, 6
Pictones, Cadurcos, Turones, [a] Aulercos, Lemovices, Andes, reliquosque omnes, qui Oceanum
adtingunt, [b] adjungit: omnium consensu ad eum 349
defertur imperium. Qua oblata potestate, omnibus 7
his civitatibus obsides imperat, certum numerum
militum [c] ad se celeriter [d] adduci jubet: armorum 8
quantum [e] quaeque civitas domi, quodque ante tem-

VARIAE LECTIONES.

a *Auleurcos* MSS. plurimi. b *adjungunt* B. pr. V. pr. Lov. c Sic MSS. d *venire* Lov. *jussit* plerique cum Edd. pp. e *cumque* Dorv.

ἀυτὸς etc. *εἰς Χεῖρας μὲν αὐτοῖς ὑ συνέμιξε, καὶ* etc. *ἐξεβλήθη*. Ceterum *Gobanitionis* nomen per duo *nn* seribunt MSS. longe plurimi. In Andino autem est, *a Gobannitico*, et in Leid. pr. Scalig. Cujac. *a Gobannitino*. *Gobanitio* Ursin. *Βανιτιόνος* vitiose Metaphrastes.

*Non tamen desistit*] In MSS. praecedit verbum: et in Bongars. pr. Petav. Oxon. Egmund. Voss. pr. Carrar. et quinque aliis, Edd. Incerta ac Florent. *Non destitit tamen*. Recte: licet sequatur praesens. Vide ad 5, 12.

*In sententiam perducit*] Non hoc damnarem, nisi Bong. And. Leid. pr. Voss. pr. Petav. Egm. et tres alii juberent rescribi, *ad s*. V. Cic. ad Att. 16, 8. Sallust. Jug. B. c. 80. Nep. in Epamin. c. 4. Valer. Max. 7, 3, 6. *Vafro consilio ad suam sententiam perduxit*. Utrumque quum Latinum sit, obsequendum est antiquioribus libris.

*Expellit ex civitate*] Ex regione Arvernorum, nam in hisce de bello Gallico libris *civitas* nunquam urbem significat. (nisi 3, 20.) Sic *Vellejus Paterculus* 1, 3. *Eam regionem armis occupavit, quae nunc ab ejus nomine Thessalia appellatur, antea Myrmidonum vocitata* civitas. Similiter apud Graecos eandem potestatem interdum *πόλις* obtinet. *Strabo* Geogr. l. 8. p. 356. ed. Paris. *Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν, τὴν Χώραν Πίσαν λεγομένην, ὡς ὁ Ποιητὴς τὴν Λέσβον, Μάκαρος πόλιν*. Ex *Euripide* dein et *Sophocle* idem confirmatur. DAVIS.

*Turones — Andes*] Bong. Vossiani, Lovan. Cujac. Scal. Egm. aliique habent, *Turonos*. Iidem etiam cum plerisque reliquis et Edd. primis, *Andos*. Leid. pr. et Scalig. *Andros*. Forsan *Turones* et *Andes* dicti sint *Turoni* et *Andi*. ut *Santones* et *Santoni*, *Teutones*, *Teutoni* etc. de quibus vide ad 1, 11. et infra c. 7. *Gabales* et *Gabali*. Sed *Gabali* etiam c. 64. *Cavares* et *Cavari* alibi. plura vide c. 75. Nisi malis corruptum statuere ex *Turonas* et *Andas*, Graeco Accusativo, de quo alibi. *Allobrogas* c. 64. *In Turonis* tamen vulgo et in MSS. multis legitur 8, 46. ubi vide notas. *Andus* est apud Lucan. 1,

9 pus [a] efficiat, constituit. In primis [b] equitatui studet: [c] summae diligentiae summam imperii severitatem addit: magnitudine subplicii dubitantes co-
10 git. nam, majore commisso delicto, [d] igni, atque omnibus tormentis necat: [e] leviore de caussa, auribus [f] desectis, aut singulis [g] effossis oculis, domum remittit; ut sint reliquis documento, et magnitudine poenae [h] perterreant alios.

1 V. His subpliciis celeriter coacto exercitu, Lucterium Cadurcum, summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit; ipse in Bi-
2 turiges proficiscitur. Ejus adventu Bituriges ad Aeduos, quorum erant in fide, legatos mittunt, subsidium rogatum, quo facilius hostium copias
3 sustinere [i] possint. Aedui de consilio legato-

VARIAE LECTIONES.

a *effecerit* L. sec. b F. *equitatu*. c *et s*. Pet. d *igne* MSS. 11. et Edd. pp. male. e *leviori* Edd. R. M. V. f *dejectis* Ox. *desceptis* Dorv. g *defossis* Petav. h *det*. L. pr. i *possent* L. pr. Edd. quaed.

439. Sed versum illum esse spurium, adhucdum credimus.

*Certum numerum militum celeriter ad se adduci jubet*] Narrat *Strabo* Geograph. l. 4. p. 191. Vercingetorigem ccc hominum millia huic bello coegisse. Sed hoc plane fidem superat, et in eo graviter errat doctissimus scriptor, cum tantum numerum ex solis Arvernis confectum statuat, quandoquidem ex *Caesare* constet, plures in hanc rebellionem consensisse nationes. Vide *Plutarchum* in *Caes*. p. 720. DAVIS.

*Alios*] Vocem hanc Clar. Lipsio pro Glossa suspectam fuisse, patet e notula ipsius, suo codici adjecta, quam conjecturam aliquantulum confirmat Dorvillii Codex: sed plenus perspicuusque Caesaris stylus resecare eam omnino vetat.

*Lucterium Cadurcum*] Infra l. 8. creberrime *Luterius* reperias. Etiam in Livio *Lutarii* nomen reperitur. Nec dubita ita melius scribi, cum hodieque extet id nomen, *Luther* vel *Lothar*. VOSS. Et sane Anonymus *Celsi* exscriptor p. 119. hunc nominat *Lutherium*. DAVIS. Sed et infra fere semper in MSS. *Lucterius* exaratur, uti et apud Oros. l. 6. ubi in MSS. quibusdam, *Lipterius*. Hoc loco *Luterium* habet Dukerianus, atque ita edi semper curavit Clarkius. MSStis

rum, quos Caesar ad exercitum reliquerat, copias equitatus peditatusque [a] subsidio Biturigibus mittunt: qui quum ad flumen Ligerim venissent, quod 4
Bituriges ab Aeduis dividit; paucos dies ibi morati, neque flumen transire ausi, domum revertuntur: legatisque nostris renunciant, se Biturigum perfi- 5
diam veritos revertisse: quibus id [b] consilii fuisse [c] cognoverint, ut, si flumen transissent, una [d] ex parte ipsi, altera Arverni se circumsisterent. Id, 6
eane de caussa, quam legatis [e] pronunciarunt, an perfidia adducti, fecerint, quod nihil nobis constat, non videtur pro certo esse ponendum. Bituriges 7
[f] eorum discessu statim se cum Arvernis conjungunt.

VARIAE LECTIONES.

a *consilio* B. pr. b *consilium* Egm. c *cognoverunt* E. d *ipsi ex p.* L. pr. Ox. e *pronunciarint* MSS. fere o. et Ed. Inc. *pronunciaverint* L. pr. f *post e. discessum* L. sec.

optimis ego accedo. V. ad 8, 30. Mox MSS. multi, *Lucretius. Rutenos* autem rescripsi auctoritate omnium Codicum, pro *Ruthenos*, quod nunc vulgo apud Caesarem obtinebat: sed jam Ῥυτηνὺς per τ, non θ, in Strabone edidit Casaubonus, aliique apud alios scriptores.

*Revertuntur*] Sic MSS. et Editt. Vett. Scaliger et recentiores, *revertunt*. Quod minus aptum. Optimi enim authores tempore praeterito saepissime usurpant, *reverterunt*; praesenti autem tempore passive fere efferunt, *revertuntur*. Vide infra de bello Hispan. *Not. ad* §. 12. Fortasse in Editione Scaligerana error erat Typographicus, quem secuti sunt Recentiores. CLARK.

*Revertunt* jam legas in Ed. Plantiniana Lipsii, typographico tamen errore, ut puto. MSS. omnes *revertuntur*: nisi quod Voss. tert. det, *reverterunt*, quae variatio quoque 1, 8. Vide et ad Frontin. 3, 11. in f. Ac Laurenberg. Antiq. V. *Revorto*. Quintil. Inst. Or. 9, 3. *assentior et assentio, revertor et reverto*. Verum posteriora desunt illic in MSS. plerisque, ut videantur adsutitia. Sed ita certe *deverto* et *devertor*: de quo vide Heins. ad Ovid. Am. 2, 6, 9. Appulej. l. 1. Met. ex Ed. Scriverii, *nummatior reverto*: sed aliae, *revertor*. l. 9. p. 197. *ad armillum revertit*: sed MSS., aliquot, *revertitur*.

*Eane de caussa*] *Ne* frustra quaeras in MSto Dorvillii, et

1 VI. His rebus in [a] Italiam Caeſari nunciatis, quum jam ille [b] urbanas res virtute Cn. Pompeji commodiorem in ſtatum perveniſſe intellegeret, in
2 Tranſalpinam Galliam profectus eſt. Eo quum veniſſet, magna difficultate adficiebatur, qua ratione
3 ad exercitum [c] pervenire poſſet. nam, ſi legiones in provinciam [d] arceſſeret, ſe abſente in itinere
4 proelio dimicaturas intellegebat; ſi ipſe ad exercitum contenderet, ne iis quidem, qui eo tempore pacati viderentur, ſuam ſalutem recte committi videbat.

VARIAE LECTIONES.

a *Italia* L. pr. sec. b Hoc ordine MSS. c *pervenisse* L. pr. d *arcessiret* V. pr. a m. s. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. Adi 1, 31.

Edd. Rom. Ven. ac Mediol. Nec male. Saepiſſime in dubitatione prius *ne*, vel *an*, omitti, crebro monuerunt viri docti. Et ita noſter c. 15. *Incendi placeret, an defendi.* nec ſecus optimi Codices B. Civ. 2, 32. *Vos vero L. Domitium, an vos Domitius deseruit:* ubi vide, ut et ibid. Davis. ad finem capitis. B. Afr. c. 8. *fieri posset, necne.* In Lucano aliquoties abeſſe, vidimus ad ejus 5, 569. In Cicerone ita emendat quoque Illuſt. Bouhier. Catil. 2, 6. Delenda eſt quoque vocula *ne* in Curtio 3, 8, 17. *Ipse adesset, an praefectorum aliquis.* Sic MSS. non, *ipse ne.* et in Val. Max. 6, 2. in fine: *Humi, an sublime putrescam.* Sic enim MSS. Plura vide apud Cl. Drak. ad Liv. 2, 8, 8. 4, 55. 5, 28. et quos laudat.

*Ponendum* etc.] Ex hoc loco rurſus patet, ex diverſis exemplaribus deſcripta fuiſſe illa, quae nunc habemus. quorum optimum fuit illud, unde propagata ſunt MSS. Andin. Cujac. Urſin. Oxon. Scalig. et Leid. prim. quae habent ita, ut vulgo locus hic jam editur. At reliqui omnes Codices, Bong. Voſſiani, Leidenſes, Petav. Lovan. Egmund. Carr. Duker. Dorvill. Gottorp. exhibent, *proponendum*, etc. ſtatim, *cum Arvernis junguntur.* Atque ita etiam Edd. primae, Beroaldi, aliaeque.

*Se cum Arvernis conjungunt*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Editt. Vett. (*Cum Arvernis* junguntur.) Quod perinde eſt. CLARK.

*Eo tempore pacati viderentur*] Fieri enim poterat, ut inimico eſſent in Caeſarem animo, nec hanc ejus intercipiendi occaſionem praetermitterent. Hoc non vidit *Fr. Hotomannus*, qui locum mendi ſuſpectum habuit, qua de cauſa reponebat, *eo tempore* non ſatis *pacati*; temere prorſus et inconſulte. DAVIS. Codd. nonnulli, *quieti*. Graecus,

VII. Interim [a] Lucterius Cadurcus in Rutenos 1
missus eam civitatem Arvernis conciliat. Progres- 2
sus in [b] Nitiobriges, et [c] Gabalos, ab utrisque obsides [d] accipit; et, magna coacta manu, in provinciam, [e] Narbonem versus, eruptionem facere contendit. Qua re nunciata, Caesar omnibus consiliis 3
[f] antevertendum existimavit, ut Narbonem proficis- 351
ceretur. Eo quum venisset, timentes confirmat, 4
praesidia in Rutenis Provincialibus, Volcis [g] Arecomicis, Tolosatibus, circumque Narbonem, quae loca [h] hostibus erant finitima, constituit; partem 5

VARIAE LECTIONES.

a *Lucretius* MSS. 6. b *Iciob.* B. pr. *Itiobr.* D. V. sec. c *Gabales* L. pr. Sc. Duk. Busl. Edd. R. M. V. uti apud alios. V. ad c. 4. *Gebalos* Edd. qdd. d *accepit* L. pr. Duk. e *Narbonam* hic et infra L. pr. Scal. V. pr. sec. Duk. V. ad 3, 20. f *anteveniendum* Pet. g MSS. fere o. *Aretom.* al. *Artomicis* male. V. ad c. 64. h Sic MSS. non *er. h.*

ἠρεμεῖν δοκοῦντες. CLARK. *Pacati* restat quidem in Cujac. And. et ceteris ejus sectae Codd. sed reliqui, tum aliorum tum mei, et Edd. principes habent, *quieti*; ac vetustiores quidem, *eo tempore qui quieti.* In Gottorp. et Voss. tert. *eo t. quique et.* Unde Ed. Incerta, *eo t. quique etiam v.* Et videtur vox *quieti* huic loco melius convenire. Initio hujus libri, *quieta Gallia.* Optime autem locum explicuit Davisius.

*Et Gabalos*] Straboni, *Γαβαλεῖς*, Plinio 4, 19. *Gabales* nuncupantur. Quin et in v. c. Caesaris lego, *Gabales.* Ptolemaeus *Γάβαλοι* habet. VOSS. V. et Ciaccon.

*Ruthenis, Provincialibus*] Tolle distinctionem, ut recte observatum Ciacconio. Graecus quoque habet, *Τῶν Ῥουθήνων ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ οἰκούντων..* Sunt autem duplices Rutheni, alii in Aquitania, in Provincia alii. Et fortasse non male statuamus, regionem conjunctam fuisse, sed cujus in Aquitania pars, pars in Narbonensi Gallia esset. Sane in Strabone est: *Ῥουθήνοι τε καὶ Γαβαλεῖς τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι.* Et Plinius 4, 19. Ruthenos facit *Narbonensi provinciae conterminos.* Rursum 3, 4. eos in Narbonensi provincia locat. VOSS. Editi, *Ruthenis, Provincialibus.* Sed nos distinctionem induximus fide MS. *Norvic.* Graeci Interpretis, ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* observarunt enim viri eruditi, duplices fuisse Ruthenos, alios in Provincia, alios in Aquitania sitos. Vide *Plinium* Hist. Nat. 3, 4. et 4, 19. DAVIS.

*Volcis Arecomicis*] Veteres libri typis excusi, *Volcis, Arto-*

copiarum ex provincia, subplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum [a] contingunt, convenire jubet.

1 VIII. His rebus comparatis, repreſſo jam Lucterio et remoto, quod intrare intra praesidia pe-
2 riculoſum putabat; in Helvios proficiscitur. Etsi mons [b] Cevenna, qui Arvernos ab Helviis [c] discludit, duriſſimo tempore anni, altiſſima nive [d] iter inpediebat: tamen [e] discuſſa nive VI in [f] altitudinem

VARIAE LECTIONES.

a *attingunt* V. tert. b MSS. plerique non agnoscunt *τὸ mons* contra Caeſaris ſtylum. et vulgo *Cebenna*. c Al. *dividit*. et *diversissimo* Vasc. ad oram. *dur. tunc t. a.* Scal. d deeſt L. pr. sec. e *discissa* L. pr. Scal. *discisa* Cuj. Quo notetur, nivem securibus ac dolabris diffractam fuiſſe. Iidem Codd. cum Ox. *VI* locant poſt *pedum* ut alibi. f *altitudine* Ox. L. pr. sec. Vide ad 2, 5.

*micis*; quae quidem vitioſa lectio Graecum interpretem fefellit: habet enim, ἐν τῇ (Χώρᾳ) τῶν Ἀρεκομικῶν — καὶ τῶν Βόλκων, quasi Volcae et Arecomici populus eſſent diverſus. Inepte, ut docuit *Is. Casaubonus* ad *Strabonis* l. 4. p. 186. IDEM.

*Helvios*] Ita et MS. noſter. Strabo Ἑλούους vocat. Notat etiam Ciacconius, in scripto codice legiſſe, *Iluos*. Dubium, quae scriptura praeſtet. VOSS. MSS. *Brant. Norvic.* ac edit. *Rom.* hic et infra exhibent, *Helvetios*; vitioſe: Cebenna enim non Arvernos ab *Helvetiis*, sed ab *Helviis* discludit. De hujusce tamen nominis Orthographia lis eſt inter Eruditos; *Ciacconius* enim in suo Codice invenit, *Iluos*, et *Strabo* Geogr. l. 4. p. 190. Ἑλούους nominat. DAVIS. *Elvios* etiam eſt in Leid. sec. *Hiluorum* et *Iluorum* MSS. fore omnes quoque B. Civ. 1, 35. *Heduos* Leid. pr. cum 4. aliis. *Eduos* Ed. Inc. *Helvetios* MSS. 2. et Edd. primae. et in illis omnibus eodem modo c. seq.

*Putabat; in Helvios* etc.] Hac interpunctione perſpicua fit sententia. Nam quod Editi habent, (*putabat, in Helvios* etc.) ambiguum facit, utrum illud (*putabat*) ad *Caesarem* referatur, an ad *Luterium*. Ego ad *Luterium* potius referendum exiſtimo; qui videlicet eo *repressus ac motus* dicitur, quod *intrare intra praesidia* (quae Caeſar conſtituerat, *supra* c. 7.) *periculosum putaret*: quod cum ita eſſet, *Caesar* deinceps *in Helvios etc.* CLARK.

*Mons Cebenna*] Hic aſſidue Straboni Κέμμενος. In MS. noſtro eſt, *Cenenna*, sed corruptum hoc ex *Cevenna*, quomodo in v. c. alio invenitur. Jam vero *v* pro *b* uſurpari, usitatum. Sic in veteri lap. *Transdanuviani*, et alia innumera. VOSS. Vide et Brant. Male Edd. quaedam, *Gebenna*. Ego praetuli *Cevenna*. quia ita conſtanter inveni in vetuſtiſſimis

pedum, atque ita viis patefactis, [a] summo militum
labore ad fines Arvernorum [b] pervenit. quibus ob- 3
pressis inopinantibus, quod se Cevenna, ut muro, 352
munitos existimabant, ac ne singulari quidem um-
quam homini eo tempore anni semitae patuerant;
[c] equitibus imperat, ut, quam latissime possint, va-
gentur, et quam maximum [d] hostibus terrorem in-
ferant. Celeriter haec fama ac nunciis ad Vercin- 4
getorigem perferuntur: quem perterriti omnes Ar-

VARIAE LECTIONES.

a Deest Busl. Edd. R. V. M. b *devenit* L. tert. c *militibus* Edd. R. M. V. d *timorem* sine *hostibus* G. vulgo *possent*.

libris, ut Bong. pr. Leid. pr. Voss. pr. Scalig. Petav. Egmund. multisque aliis: quod et de Cod. Achillis Statii testatur Ciacconius. *Cebenna* in aliis erat pro *Cev.* ut *Suebi* pro *Suevi*, *Gergobia* pro *Gergovia*. et innumeris in nominibus mutatae sunt *b* et *v*. Vide omnino praeter plurimos viros doctos Manutii excursum ad Lib. de Bello Hispan. c. 13.

*Labore*] Libri plerique MSS. et antiquitus cusi, *sudore*. Graecus, σπουδῇ, ac si *studio* legisset. CLARK. *Sudore* e nostris dant quoque Bong. Vossiani, Leidd. sec. et tert. Petav. Lovan. Egm. Gott. Duker. et Dorvill. quod non ausim damnare, licet nimis poeticum videri possit, et Caesar, quod sciam, nusquam alibi eam vocem ita adhibeat. Sed Vellejus tamen 2, 128. *Quod nobilissimis summo cum sudore consequendum est.* Valer. Max. 7, 6, 1. *Provincias multo sudore et sanguine in potestatem redactas.* Plin. Ep. 2, 7. *Decus sudore et sanguine adsequi.* Eo magis autem hic locum habet, quia labor hic non sine sudore, qui milites decet (vide ad Sallust. Jug. 85, 40.) peractus est. Quare parum abest, quin adfirmem, a Caesare, suo more Synonyma jungente, quorum alterum altero explicatur, scriptum fuisse, *sudore ac labore.* uti et locutus est Cicero pro Fontejo c. 1. *Qui cum ipso M. Fontejo ferrum ac manus contulerunt, multoque ejus sudore ac labore sub p. R. imperium ditionemque ceciderunt.*

*Quod sic se*] Ita MS. Reg. eleganter. Al. (*quod se etc.*) CLARK. Non capio hanc elegantiam. Istud *sic* meorum habet nullus.

*Ne s. quidem umquam homini*] Sic MSS. plerique et meliores, non *hom. umq.* Praeterea in Scalig. et Leid. primo non comparet vox, *quidem*. Non male. saepius enim *ne* ponitur pro *ne quidem*. Consule, quos laudat Clar. Dukerus ad Flor. 3, 17. *Ut ne prima illius flamma posset sustineri.* et Cel. Burm. ad Sueton. Aug. c. 35. Infra 8, 38. *Ne civibus se committebat*, Petav.

verni circumsistunt, atque obsecrant, ut suis fortunis consulat, [a] neu se ab hostibus diripi patiatur; praesertim quum [b] videat, omne ad se bellum translatum. Quorum ille precibus [c] permotus castra ex Biturigibus movet in Arvernos versus.

1 IX. At Caesar biduum in iis locis moratus, quod haec de [d] Vercingetorige [e] usu ventura, opinione [f] praeceperat, [g] per caussam subplementi,
2 equitatusque cogendi, ab exercitu [h] discedit: Bru-
353 tum [i] adolescentem iis copiis [k] praeficit: hunc monet, ut in [l] omnis partes equites quam latissime

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Urs. And. Scal. L. pr. Ox. Reliqui cum Edd. pp. *neve diripiantur. deripi* Pet. b *videant* B. pr. V. sec. c *motus* L. sec. d *Vercingetore* Cuj. Pet. *Vercingetori* Gryph. pr. e *usus* MSS. 9. et Edd. pp. f *perc.* MSS. 9. et Edd. pp. male. g *pro caussa* MSS. 7. et Edd. pp. perperam. h *discessit* L. pr. tert. i *adul.* B. pr. V. pr. Egm. k *praefecit* L. pr. D. V. tert. Edd. R. M. V. l Sic B. pr. V. pr. tert. *omnibus partibus* L. sec. tert. Ed. Inc.

Cod. Appul. l. 1. Met. p. 17. *Ne sufficientem supellectilem parare licet*, et passim, *ne ipse*, *ne istud*, *ne omnino* etc. l. 4. p. 66. *ac ne cauda.* Sic enim MSS. duo: vulgo addunt, *quidem.* Ceterum *possint* reposui, pro *possent*, auctoritate Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Egmund. Scalig. Duker. aliorumque; quomodo et Vascos. Strada, Steph. et plures ediderunt. *possunt* Dorvill. cum Edd. Rom. Med.

*Possent*] MS. Vossii, *possint.* Quod et postulare videtur temporum ratio. CLARK.

*Haec fama ac nunciis perferuntur*] In Leid. pr. ac Scal. *Haec fama nuncii perfertur.* In MS. Brantii, uti et Egmund. Petav. Duker. Dorvill. Pulmanni Schedis et Edd. primis, item Beroaldi, Vasc. Str. Steph. Gryph. post. aliisque, *fama ac nuncii.* Dorvill. *perferunt.* B. Civ. 1, 53. *litteris nunciisque Romam perlatis.* Vide quae dixi ad 6, 30. *Quam fama ac nunciis* (vel *nuncius*) *adferretur.* B. Civ. 3, 102. *fama de adventu perferebatur.* Nil tamen hic muta. B. Civ. 2, 37. *Res secundae nunciis ac litteris perferebantur.*

*Ad se*] *Arvernos* scilicet, non *Vercingetorigem.* CLARK.

*In Arvernos versus*] Boug. pr. Voss. prim. Lovan. Egmund. et septem alii cum Ed. Inc. *per Arv.* Male, et contra Caesaris mentem. Vide ad Frontin. 1, 4, 11. *In Italiam versus.* ut scribendum docui. Appul. l. 2. p. 18. Ed.

pervagentur; daturum se operam, ne longius triduo [a] ab castris absit. [b] His constitutis rebus, suis 3
inopinantibus, quam maximis potest itineribus, Viennam [c] pervenit. [d] Ibi nactus recentem equitatum, 4
quem multis ante diebus eo praemiserat, neque diurno, neque nocturno [e] itinere intermisso, per fines Aeduorum in Lingones contendit; ubi II legiones hiemabant; ut, si [f] quid etiam de sua salute ab Aeduis iniretur [g] consilii, celeritate praecurreret.
Eo quum pervenisset, ad reliquas legiones mittit, 5
priusque [h] omnes in unum locum cogit, quam de

VARIAE LECTIONES.

a Al. *a.* deest L. pr. b *sed his* B. pr. c *venit* Pet. L. pr. d *inde* Ox. Urs. *nanctus* B. pr. e *tempore* D. a m. pr. f *quod* MSS. 7. et Ed. Inc. g *concilii* D. h Hoc ordine MSS. plurimi. *coegit* V. sec.

Colv. *In Deam*, vel *Deanam*, *versum.* nam et ibi sic legendum vidimus alias. Justin. 5, 8. *Demissa in Piraeeum versus muri brachia.* Sic MSS. vulgo abest *in.*

*Rebus* ] Nonnulli, *Rebus omnibus.* CLARK. *Omnibus* exaratur quoque in Cujac. Leid. pr. Scalig. Oxon. et Petav. ad marginem, uti et Edd. Bas. Vascos. Venet. Ald. Steph. Strad. Gryph. etc. quod si addi placet, jungerem cum illorum plerisque Editoribus τῷ *suis.* *Omnes suos* alibi quoque jungit Caesar, ut et c. 10.

*Quam maximis potest* ] Sic veteres cusi. Recentiores autem, *qua maximis*; quae quidem lectio Typographorum vitio, ut opinor, in *Lipsianam* editionem irrepsit, ex qua eam bona fide repraesentarunt nuperi editores. DAVIS. Recte judicat Davisius. *Quam* MSS. et Editi priores ad unum omnes.

*Gergoviam Bojorum oppidum* ] MS. noster, *Gergoniam*, dein suprascriptum est, *Gergobinnam.* Etiam Graecus habet, *Γεργοβίνναν.* In alio v. c. est, *Gortonam.* Contendunt tamen viri docti, nullum Bojis oppidum fuisse Gergoviae nomine. Equidem multum obniti nolim, sed falli nihilominus puto, qui totam vocem hanc irrepsisse a librario putant. Et dicere malo, corruptum mihi nomen videri. Sane veterem errorem esse, satis ostendit, quod in multis codicibus legitur. Non omittenda sunt verba Anonymi, qui Celsum exscripsit. Ait autem: *Vercingetorix, audito Caesaris digressu, retro in Bituriges reversus, atque hinc profectus in Bojos transalpinos, oppidum illorum, sub Helveticae victoriae tempus aedificatum a Caesare, Aeduisque traditum, oppugnare disposuit* (*oppido nomen Gergovia*), *gloriosum sibi existimans, si Aeduo-*

6 cjus adventu Arvernis [a] nunciari posset. Hac re cognita, Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum [b] reducit, atque inde profectus Gergoviam, Bojorum oppidum, quos ibi Helvetico proelio victos Caesar conlocaverat, Aeduisque adtribuerat, obpugnare instituit.

1 X. Magnam haec res Caesari difficultatem ad
354 consilium capiendum adferebat: si reliquam partem hiemis uno [c] in loco [d] legiones contineret, ne, [e] stipendiariis Aeduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret, quod nullum [f] amicis in eo praesidium videret positum esse: [g] sin maturius [h] ex hibernis

VARIAE LECTIONES.

a *adnunciari* Carr. D. b *reduxit* L. pr. c B. pr. V. pr. Petav. Egm. et 4. alii carent τῷ *in* cum Ed. Inc. sed addere amat Caesar. d deest Lov. e *stipendiis* L. pr. f Sic MSS. non *in eo amica* L. pr. *amicis* abest a Scal. dein vulgo *videretur*. Leid. sec. *propos.* g Sic Cuj. And. Ox. Scal. Reliqui cum Edd. pp. *si*, ut c. 20. et 1, 44. ac saepius. h desunt *ex h.* Pet. ab *esse* usque ad *ne* exsulant a L. pr.

*rum receptaculum, simulque Caesareum opus everteret.* Et postea iterum ait: *Quo cum venisset, Vercingetorix, ubi id sensit, Gergoviae obsidione derelicta, contra eum pergit.* Nolim stare solius Anonymi verbis, sed quid prohibet, quominus duae in Gallia Gergoviae fuerint, cum Novioduni nomine etiam tres diversae urbes reperiantur? VOSS. Immerito suspectum habent hoc nomen *Scaliger* aliique, cum *Gergovia* haec dicta sit *Bojorum*, altera *Arvernorum*. CLARK. Cum Vossio sentit etiam Cellarius. Mihi tamen suspectum est magnopere *Gergoviae*, sive *Gergoniae*, ut aliis, nomen. In nullo enim exstat Codice meo. Sed *Gortonam* habent Leid. pr. Cujac. Scalig. et Oxon. qui etiam refert, *Gorboliam*; *Gergobinam* Cod. Hotom. et Buslid. cum Edd. Rom. Ven. et Mediol. Vascos. Steph. aliisque. Bong. Voss. Petav. Lovan. Egmund. et reliqui, *Gorgobinam*. *Gorgobia* et *Gorgobina* vulgo apud Celsum cum Ed. Incerta. Non alienus sum a Scaligeri sententia, supposititium nomen credentis. de *Gergovia*, Arvernorum oppido, agit c. 34. 36. etc.

*Quos ibi Helvetico proelio victos*] MS. Reg. (quod *ibi* Helvetios *etc.*) MSS. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. (quod *ibi* Helvetico *etc.*) Graecus, sicut vulgati, *Οὓς ἐν τῇ Ἑλβετικῇ etc.* CLARK. *Quod* exstat etiam in Bong. pr. Petav. Voss. sec. Carr. Duker. Dorv. et Edd. primis, ad-

educeret, ne ab re frumentaria duris subvectioni-
bus laboraret. Praestare visum est tamen, omnes 2
difficultates [a] perpeti, quam, tanta contumelia ac-
cepta, omnium suorum voluntates alienare. Itaque 3
cohortatus Aeduos de subportando commeatu,
praemittit ad Bojos, qui de suo adventu doceant,
[b] hortenturque, [c] ut in fide maneant, atque hosti-
um inpetum magno animo sustineant. Duabus [d] A- 4
gendici legionibus, atque inpedimentis totius exer-
citus relictis, ad Bojos proficiscitur.

XI. Altero die quum ad oppidum Senonum 1
[e] Vellaunodunum venisset, ne quem post se hostem

VARIAE LECTIONES.

a *petere* Edd. R. M. V. b *hortaturque* MSS. 3. et Ed. Inc. c deest V. tert. non male. d *Agedinci* MSS. tantum non omnes. V. ad 6, 44. e *Vellaudunum* V. pr. et 2 alii. *Vellaodunum* G. L. tert. Ed. Inc. *Melendunum* Pet. pro Var. lect.

stipulante Celso. *Sibi* Bong. pr. et Voss. prim. Nil muta. Caesar 1, 28. dixerat: *Bojos petentibus Aeduis, ut in finibus suis conlocarent, concessit: quibus illi agros dederunt.* Si id oppidum aedificari curasset ipse Caesar, mentionem ejus rei fecisset, ac Caesar eam *Caesarodunum*, cujus in Turonibus meminit Ptolemaeus, vel simili nomine adpellasset. Dein *Helvetios* cum *quod* margo etiam Vascosani, sed *Helvetio* diserte codex D. Vossii et Scaligeri; uti *Helvetius ager* 1, 2. *Helvetia civitas* cap. 12. ubi adi Voss. ac de hisce Gentilibus in *ius*, pro *icus*, praeter Heinsium aliosque viros doctos ad poetas, adi A. Cuningham. Horat. Anim. c. 15. Hinc intelligendus Appulej. l. 1. Met. p. 4. *Si Thessaliam proximam civitatem perveneritis*, pro *Thessalicam*. Nugantur ibi interpretes. Eodem l. in f. *florem Thessaliae regionis.* Consule quoque ad Lucan. 6, 402. *Thessaliae telluris.* Nihilominus *Helveticus* non muto. Nam aliud est, *Helvetia civitas*, aliud, *Helveticum proelium*: quomodo aliud, *Thessalia civitas*, aliud, *Thessalicum proelium*. Sic *Veneticum bellum*, *Nervicum proelium*, et alia saepe in Nostro. Dein *Victor* non ineleganter Bongars. pr. Lovan. Dorvill. et MS. Brantii ac Edd. Rom. Ven. et Mediol. ἡττηθέντας Gr.

*Videret*] Sic MSS. Reg. et Vossii. Graecus item, ὁρῶσα. Quae et elegantior lectio. Vulgo, *videretur*. CLARK. Recte judicat Clarkius. et confirmatur τὸ *videret* ab Egmund. Scalig. Leid. primo et secundo. Forsan fuit olim *viderent* per elegantissimam Synthesin. Adi notata ad 4, 2. *Gallia delectatur, et inpenso pa-*

relinqueret, [a] quo [b] expeditiore re frumentaria ute-
2 retur, obpugnare instituit. [c] idque biduo circum-
vallavit: tertio die missis ex oppido legatis de dedi-
tione, arma proferri, jumenta produci, DC obsides
dari jubet. Ea qui conficeret, C. Trebonium [d] le-
3 gatum relinquit. Ipse, ut quamprimum iter face-
355 ret, [e] Genabum Carnutum proficiscitur: [f] qui tunc
[g] primum, adlato nuncio de obpugnatione [h] Vel-
lau-

VARIAE LECTIONES.

a *quod* Lov. Dorv. b *expeditius* Pet. c *id* Carr. D. Pulm. *eoque* Scal. L. pr. d Abest MSS. 3. Ed. Inc. *reliquit* Lov. et 3. alii cum Edd. R. M. V. e *Genabin* Sc. L. pr. et infra. V. ad c. 3. *Genabim* L. sec. *oppidum* C. Ox. f *Quam* D. a m. pr. g *primo* G. h *Vellanduni* V. pr. et 4. alii. *Vellaaduni* L. tert. Ed. Inc.

*rant pretio.* et Cel. Burm. ad Suet. Calig. c. 51.

*Arma proferri, jumenta produci*] Non damno id quidem. Ingrata tamen est repetitio τῦ *pro.* Quare fere praeferam heic, *conferri.* quod exstat in Bongars. pr. Vossianis, Lovan. Egmund. et sex aliis, atque Edd. primis, item Vasc. Str. Steph. Gryph. post. In unum acervum dedititii arma conferre solebant, quando ea proferre cogebantur. Hinc non male Leidens. primus praebet, *efferri.* Confer omnino 2, 33. *Armorum magna multitudine* etc. Eadem tamen lectio, sed et variatio, est c. 12. *Arma proferri, equos produci*, ubi iidem Codices, ut et Petav. atque eaedem Edd. *conferri* exhibent. At ibi *proferri* omnino retineo, quia Syllaba *con* ter jam praecessit.

*Ipse ut quamprimum iter faceret Genabum Carnutum proficiscitur*] Mirus loquendi modus, *proficiscitur, ut quamprimum iter faciat.* Tamen nullus commentatorum (miror tam purgatas aures) hac locutione offensus est. Lego, *ut quamprimum iter perficeret*; vel, *ipse quamprimum iter facit, et Genabum Carnutum proficiscitur.* Graecus transtulit, *αὐτὸς δὲ ὅτι τάχιςα πορεύεσθαι βυλόμενος, ἐπὶ τὴν Γέναβον, πόλιν τῶν Καρνύτων, ὥρμησεν.* Si nulla ex prioribus emendationibus placet, scribe, *ut quamprimum iter perficeret.* VOSS. *Vossio* mirus videtur loquendi modus, *ipse proficiscitur, ut quamprimum iter faceret*, qua de causa reponit, *ut quamprimum iter perficeret*, vel, *ipse quamprimum iter facit, et Genabum Carnutum proficiscitur.* Nobis neutra harum emendationum placet, et, nisi vehementer fallor, hicce locus mutata interpunctione potest sanari. Sic igitur distingue: *C. Trebonium legatum relinquit, ipse ut quamprimum iter faceret. Genabum Carnutum profi-*

launoduni, quum longius eam rem ductum iri exi- 4
stimarent, praesidium Genabi tuendi caussa, quod
[a] eo mitterent, [b] comparabant. Huc biduo perve- 5
nit: castris ante oppidum positis, [c] diei tempore
exclusus, in posterum [d] obpugnationem differt;
quaeque ad eam rem usui sint, militibus imperat;
et, quod oppidum Genabum pons fluminis Ligeris 6
continebat, veritus, ne noctu ex oppido profuge- 356

VARIAE LECTIONES.

a *in eo* Lov. et 3 alii cum Ed. Inc. b *comprobarant* Pet. dein vulgo *Caesar perv. et c.* c *die* Dorv. V. ad 2, 23. d *exp.* L. pr.

*ciscitur.* Certe sensus hinc commodus exsurgit, qui in vulgatis nullus est. DAVIS. *Ipse, ut quamprimum iter faceret, Genabum Carnutum proficiscitur*) *Mirus* (inquit *Dionys. Vossius*) *loquendi modus*, (proficiscitur, ut quamprimum iter faciat.) *Tamen nullus commentatorum* (*miror*, inquit, *tam purgatas aures*) *hac locutione offensus est. Lego*, (ut quamprimum iter PERFICERET;) *vel* (ipse quamprimum iter facit, et Genabum Carnutum proficiscitur.) *Haec ille.* At vero ridiculum prorsus errorem errasse videtur Vir doctissimus. Ita enim haec accepit, ac si dixisset Caesar: *Ipse Genabum proficiscitur, ut quamprimum iter faceret GENABUM.* Quod plane ridiculum est. Atqui longe alia erat mens Caesaris. Nimirum *ipse*, inquit, sine mora *Genabum proficiscitur, ut* inde *quam primum iter* institutum *faceret* (GERGOVIAM scilicet adversus *Vercingetorigem.*) Qui sensus et optimus est, et satis perspicuus. Quare neque omnino audienda *Davisii* est emendatio, qui, *Vossio* confidens, sensum utique in vulgatis nullum esse, legendum existimat, mutata distinctione, (*Trebonium legatum relinquit, ipse ut quamprimum iter faceret. Genabum Carnutum proficiscitur.*) Quae est hiulca valde locutio. CLARK. Probo Clarkii expositionem. At vero Vossii emendationem egregie confirmat Leidensis primus, in quo, *conficeret*, clariore locutione. Nec obstaret, quod id verbum praecedat; (ea enim repetitio Caesari est frequentissima, ut alibi monitum) nisi inde omnino judicarem emendandum, *confieret.* Quod verbum et apud alios in *conficere* abiit. Consule omnino Graevium ad Sueton. Caes. c. 20. *Diurna acta confierent.* Immo et Brantium ad ipsum Auctorem nostrum, hujus libri c. 58. *Id difficilius confieri animadvertit.* 7, 65. *iter confici non posse.* ubi in multis MSS. *facere.* unde putem, et illic *confieri* relictum a Caesare.

*Quum longius eam rem ductum iri existimarent*) Corruptissimus est *Jul. Celsus*, ubi haec refert; legitur enim p. 121. *Ad hujus loci* (Genabi) *defensionem Carnutes consilia conquirebant; eo tamen lentius, quo diutius bellandum crederent*

7 rent, II legiones in armis excubare jubet. Genabenses, paullo ante mediam noctem silentio ex op-
8 pido egressi, flumen transire coeperunt. [a] Qua re per exploratores [b] nunciata, Caesar legiones, quas expeditas esse jusserat, portis incensis, intromittit; atque oppido potitur, perpaucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti vivi caperentur; quod pontis atque [c] itinerum angustiae multitudini fugam [d] in-
9 terclusetant. Oppidum [e] diripit, atque incendit, praedam militibus donat: exercitum [f] Ligerim transducit, atque in Biturigum fines pervenit.

VARIAE LECTIONES.

a Deest Pet. b *n. Caesari* MSS. 9. et Edd. pp. c *itineris* L.pr. Carr. et *multitudinis* vulgo. ibidem paullo ante deest *vivi*. d *incl.* Carr. Ed. Plant. e *diruit* MSS. 6. et Edd. qdd. V. ad Front. 4, 1, 38. f *Ligerem* B. pr. V. pr. Pet. Lov. Egm. Dorv.

*rem haesuram*, *et simillimum viri esset morem impigerrimi Ducis ignorantibus*. Omnes vident, ulcus esse in verbis, cui tamen sanando medicinam non invenit *J. G. Graevius*. Rescribendum credo: *Ad hujus loci defensionem Carnutes* auxilia *conquirebant; eo tamen lentius, quo diutius* Vellendini (sic enim nomen hoc supra extulit *Celsus*) *crederent rem haesuram, et simillimum* veri *esset morem etc.* DAVIS.

*Caesar pervenit*] Recte Ursinus censuit, nomen *Caesaris* esse adjectitium, cum in suis MSS. non invenisset. Deest quoque in Brantii MSto, uti et Carrar. meisque ad unum omnibus, atque Edd. primis. Vide ad 2, 17. Sed et simul ejicere debuisset conjunctionem *et*, quam neque postulat Caesaris stylus, neque agnoscunt MSS. aut Editiones principes.

*Pons fluminis Ligeris continebat*] Ita placuit reponere viris doctis, etiam Scaligero: sane sic noster quoque MS. habet. Similiter dixit 1. de Bell. Gall. *ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet*, pro *pertingit*. sic *continet*, pro *contingit*. Sed Caesar *continere* alio significatu plerumque usurpat. Et in vv. LL. legitur etiam, *contingebat*, quod temere mutare nolim. Hirtius de bello Alex. *magnis arboribus excisis, quae longitudine utramque ripam contingerent*. Nisi forte hic *continet* explicare velimus, urbem adversae fluminis ripae adjungit, aut, quasi unum cum illa continentem facit. Sed jam retineo illud, *continebat*. Sic Caesar de bello Civili 1, 54. *Continentemque ripae collem improviso occupat*. Ubi *continens* est, *adhaerens*, vel *contingens*. VOSS. Sic edidit *Jos. Scaliger*: in aliis, *contingebat*, quae quidem lectio ex Glossemate est

XII. Vercingetorix, ubi [a] de Caesaris adventu 1 cognovit, [b] obpugnatione destitit, atque obviam Caesari proficiscitur. Ille oppidum (Biturigum, 357 positum in via,) Noviodunum obpugnare instituerat. Quo ex oppido quum legati [c] ad eum venissent, 2 oratum, ut sibi ignosceret, suaeque vitae consule- 3 ret, ut [d] celeritate reliquas res conficeret, [e] qua pleraque erat consecutus, arma [f] proferri, equos produci, obsides dari jubet. Parte jam obsidum 4 transdita, quum reliqua administrarentur, centurionibus et paucis militibus intromissis, qui arma ju-

VARIAE LECTIONES.

a *C. adventum* Carr. D. b *ab obp.* L. pr. male. V. ad 6, 39. et vulgo *desistit.* c desunt Dorv. Edd. R. M. V. d *celeriter* V. pr. e *quas plerasque* L. pr. *quarum pl.* Dorv. Edd. R. M. V. f Sic And. Cuj. L. pr. Ox. Sc. Al. *conf.* V. ad C. praeced.

orta, nec tamen eam non probavit *J. M. Brutus.* Perperam. *Vellejus Paterculus* 1, 3. *Corinthum — claustra Peloponnesi* continentem, *in Isthmo condidit. Latinus Pacatus* Pan. 12, 36, 1. *Quos cursu non poterant* continere, *jaculis occupare.* DAVIS. *Contingebat*, hoc est, *continens erat*, sive *contigua oppido.* Non possum accedere viris doctis, *continebat* hic praeferentibus: donec clariora mihi adducant exempla ejus locutionis, *pons continet oppidum*, i. e. oppido adhaeret et continua est. Pacatum non moror. Velleji locus huc etiam non facit. Recte, *Corinthus continet claustra Peloponnesi*, i. e. amplectitur, vel, quomodo et *loci natura contineri* etc. de quibus v. ad 1, 2. vel alio etiam sensu, praeterquam quod locus ille mendo non vacare a plerisque viris doctis creditur. Multo minus huc facit locus Ciceronis Verr. 6. ab Hotomanno adductus: *pars oppidi, mari disjuncta, ponte rursus adjungitur et continetur*, scil. alia cum urbis parte. Nil dico de Caesaris loco per Vossium adlato: quivis videt, alienum hinc esse, et similem fore, si hic haberetur, *oppido pons continens erat*, ut B. Civil. 1, 54. *continens ripae collis.* Haec cum ita sint, verior lectio mihi videtur esse, *contingebat*; quod et in aliorum Edd. ac MStis habetur, et inter alios amplexi sunt Aldus ac Lipsius seu Plantinus, confirmaturque MSS. Cujac. Petav. Andino, Scalig. et Leidensi primo. 1, 38. *Reliquum spatium mons continet magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripae fluminis contingant.*

*Quin cuncti c.*] Vox *cuncti* abest a Leid. sec. at pro ea in Andin. Cujac. Leid. primo et Oxoniensi legitur, *Vivi.* Utrumque

mentaque conquirerent, equitatus hoſtium procul viſus eſt, qui agmen Vercingetorigis anteceſſerat:
5 quem simulatque oppidani conſpexerunt, atque in spem auxilii venerunt, clamore sublato, arma capere, portas claudere, murum complere coeperunt.
6 Centuriones in oppido, quum ex significatione Gallorum novi [a] aliquid ab his iniri consilii intellexissent; gladiis [b] deſtrictis, portas occupaverunt, suosque omnes incolumes receperunt.

1 XIII. Caeſar [c] ex caſtris equitatum educi jubet, [d] proeliumque equeſtre committit: laborantibus jam suis Germanos equites circiter CD submittit, quos

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. b Sic V. pr. L. pr. Egm. V. ad 1, 25. c *exercitum* L. pr. d *proelium eq.* Carr. B. pr. V. pr. et 7. alii cum Edd. pp. dein *hab. sec.* multi Codd. et *const.* Carr.

admitterem, *cuncti vivi caperentur. Vivus capi* hiſtoricis non infrequens eſt locutio. Infra l. hoc c. 88. *Vivus in fuga comprehenditur.* ubi itidem a Codd. nonnullis exſulat, *vivus*. 8, 35. *Neminem vivum capi patiuntur.* Vide etiam Bell. Alex. c. 76. et B. Afric. c. 95. *Vivos capit.* B. Hiſp. c. 23. *vivi capti fuissent.* item c. 41. Liv. 3, 9. MCCL. *vivos captos.* item c. 18. et 4, 59. ac saepius.

*Multitudinis f. intercluserant*] Leid. prim. Cujac. Andin. Scalig. atque Edd. Bas. Ven. Vasc. Aldi, Str. Steph. Gryph. Plant. et aliae, *multitudini.* quod cur denuo mutaverit Scaliger, nescio, cum sine dubio sit elegantius altero.

*Desistit*] Sic quidem nonnulli Codices. Praetuli tamen, *destitit*, cum Bong. pr. Voſſ. pr. Petav. Lovan. aliisque sex et Edd. primis. ut c. 4. *Non tamen destitit, atque in agris habet dilectum.* ubi vide, et alibi saepius.

*Biturigum, positum in via Noviodunum*] Quale oppidum hoc sit *Biturigum*, ignoratur. *Novioduni* bis mentionem alibi facit Caeſar, alterius in Sueſſionibus 2, 12. alterius in Aeduis, cujus situm deſcribit hoc libro c. 55. *Noviodunum erat oppidum Aeduorum ad ripas Ligeris opportuno loco positum.* Vide etiam Galliae notitiam. Quare hic Hotomanno placebat reſcribi, *Nevidunum*, vicum, quem Aimoinus Biturigibus conjungit. *Noviodinum* Celſo. *Noboiodunum* Leid. pr. At recte sc habet *Noviodunum.* ut et c. 14. arbitrorque idem eſſe oppidum, de quo Caeſar infra loquitur, idque ibi rebellaſſe, et ab incolis tum incenſum eſſe docet. Omnia enim verba, *Biturigum positum in*

ab initio secum habere instituerat. Eorum inpetum 2
Galli sustinere non potuerunt, atque in fugam conjecti, multis amissis, [a] se ad agmen receperunt: quibus profligatis, rursus oppidani perterriti, comprehensos eos, quorum opera plebem [b] concitatam existimabant, ad Caesarem perduxerunt, [c] seseque ei dediderunt. Quibus [d] rebus confectis, Caesar ad 3
oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque [e] in finibus Biturigum, [f] atque agri fer- 358
tilissima regione, profectus est: quod, eo oppido recepto, [g] civitatem Biturigum se in potestatem redacturum confidebat.

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. fere o. non *sese*. b *excitatam* L. pr. a m. pr. c *seque* L. pr. sec. qui caret τῷ *ei*. d Sic Cuj. And. L. pr. sec. Ox. post. Reliqui non agnoscunt τὸ *rebus*. uti nec Edd. pp. male. V. ad 4, 17. e *a f.* Scal. L. pr. pro *post.* f *ac* D. g deest Dorv. *in pot. se* L. pr.

*via*, (quae uncis inclusi) uti nec *Novioduni* nomen agnoscunt Bongars. Petav. Lovan. Vossiani, Egmond. Gottorp. Leid. sec. Duker. Dorvill. neque Edd. Rom. Ven. Mediol. In Lovan. tert. et Ed. Incerta adest nomen, sed desunt, *Biturigum p. in via.* quae omnino resecanda judico. Non erat oppidum Biturigum, sed Aeduorum, in finibus Biturigum. Nam, hoc occupato, dein ad Biturigas ulterius profectus est, et Avaricum cap. sequenti etiamnum in finibus Biturigum obpugnatum ivit. de Avarico vide Cl. Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 460.

*Proeliumque equestre committit*] Fr. *Hotomannus* mavult, *proeliumque equestre committi*, quia Caesar nondum pugnabat, ut apparet ex eo, quod Germanos equites postea submitteret. Sed hoc non impedit, quo minus vulgata lectio possit defendi: nam, cum jussu Caesaris proelium erat commissum, ipse, pro solenni scriptorum usu, pugnam facere dicitur. Sic apud *Sallustium* Jugurth. c. 26. *Jugurtha — omnes puberes Numidas atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interfecit*, quod idem valet ac, *interfici jussit.* Vide et B. G. 5, 56. DAVIS. *Committitur* est in Leid. sec. *committi* jam ediderunt Vasc. Str. Steph. aliique. Verum Infinitivo non opus esse, recte censet Davisius, hujusque generis locutionem saepe ab auctoribus adhibitam esse, multis ostendi ad Frontin. 2, 5, 46. Vide et supra 5, 11. Cl. Burm. ad Suet. Caes. c. 1.

*Perduxerunt*] Placet magis,

1 XIV. Vercingetorix, [a] tot continuis incommodis [b] Vellaunoduni, Genabi, Novioduni acceptis,
2 suos ad concilium convocat. Docet, *longe alia ratione* [c] *esse bellum gerendum*, [d] *atque antea* [e] *sit gestum: omnibus modis huic rei studendum, ut*
3 *pabulatione* [f] *et commeatu Romani prohibeantur. id*
4 *esse facile, quod equitatu ipsi abundent: et quod anni tempore subleventur, pabulum* [g] *secari non posse, necessario dispersos hostes ex aedificiis petere:* [h] *hos omnes quotidie ab* [i] *equitibus deleri posse.*
5 *praeterea, salutis caussa,* [k] *rei familiaris commoda*

VARIAE LECTIONES.

a *tum* Egm. b *Vellauduni* MSS. 4 Ed. Inc. c *esse* L. pr. d *quam* L. sec. e *g. sit* MSS. et Edd. plerique. f MSS. plurimi et Edd. pp. *aut*. B. Civ. 1, 48. et *prohiberentur* Scal. Ox. g *secare* L. pr. Sc. h deest Cuj. L. pr. i *equitatu* Ox. L. pr. An *equite*? k desunt *rei f.* MSS. 2. et Edd. R. M. V.

quod invenitur in Carrar. Scal. et Leid. sec. *produxerunt*, scilicet e latebris protractos ad Caesarem publico in conspectu deduxerunt. c. 50. *Producuntur ii.* c. 89. *jubet arma tradi, principes produci: ii producuntur*, et passim. 8, 38. *In castra producitur.* ut MSS. quidam. Vulgo etiam, *perd.* B. C. 1, 23. *Ad se produci jubet.* 3, 28. *Ad eum producti.* Sic enim MSS. Adde 3, 71. V. etiam ad Lucan. 3, 105. Consule tamen Cl. Drakenb. ad Liv. 6, 15, 8. *Ad imperatorem perductus.*

*Quod eq.* etc.] Bong. pr. Lovan. Egmund. et sex alii cum Ed. Inc. *ut eq.* Edd. Rom. Ven. Mediol. *atque*. Videtur Caesar scripsisse, *et quod eq. ipsi ab. et quod* etc. ut alibi saepissime.

*Deleri posse*] MS. Reg. et Edit. Rom. (diripi *posse.*) MSS. Eliens. et Vossii corrupte (diligi *posse.*) CLARK. *Deleri* non male quidem servant Cuj. Petav. Andin. Oxon. Scal. et Leid. prim. (nisi quod is habeat, *delere*) cum Edd. Veneta 1517. Aldi, Gryph. pr. et Plant. aliisque. Vide Heins. et Drakenb. ad Silium 9, 39. *stratis deleto milite campis.* B. Alex. c. 27. *funditus deleti fuissent.* item B. Afric. c. 52. At Edd. primae, ut et Vasc. Str. Steph. et aliae cum MSS. quatuor, *diripi*. *Dirigi* Ortel. Leid. tert. et Ed. Incerta. *Diligi* Bong. pr. Voss. pr. sec. Lovan. Egmund. *Deligi* Gottorp. et Voss. tert. *Diripi* notaret, exceptos exui, et petito commeatu spoliari. Sed videtur aliud quid latere, ut *discidi, elidi, dejici, excipi*, vel simile.

*A Boja quoquoversus*] Locus corruptus, quem sanare Ursinus et Ciacconius tentavere, pro *a Boja* reponentes, *ab hoste*. Quod

[a] *neglegenda: vicos* [b] *atque aedificia incendi oportere,* [c] *hoc spatio a Boja quoquo versus, quo pabulandi causa* [d] *adire posse videantur: harum ipsis rerum* 6
*copiam subpetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleventur: Romanos aut* 359
*inopiam non laturos, aut magno cum periculo lon-* 7
*gius* [e] *ab castris progressuros: neque interesse, ip-* 8
*sosne interficiant,* [f] *inpedimentisne exuant, quibus amissis bellum* [g] *geri non* [h] *possit:* praeterea, [i] *op-* 9
*pida incendi oportere, quae non munitione, et loci natura, ab omni sint periculo tuta:* [k] *neu suis sint*

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. pr. Egm. b *aedificiaque* L. pr. c Sic MSS. o. Male Edd. qdd. *hoc est sp.* Ort. et L. tert. cum Ed. Inc. *ab ora, a hora* L. sec. et *quoque* MSS. multi. V. ad 3, 23. d *adiri* Urs. et Ciacc. non male. V. ad 2, 7. e Sic MSS. plurimi et vetustiores, non *a*. f vulgo *impedimentisve*. g *gravari* Ox. h *posse* L. sec. non male. V. ad 1, 42. et alibi. i *ea o.* G. Ed. Inc. k *ne* L. pr. et Hotom. *sui* MSS. 2. *ne usui* V. pr. a m. pr. Lov. Duk.

mihi displicet. Graecus habet: *τοσοῦτον ἀπὸ τῆς Βοίας κάειν, ὅσον τοὺς Ῥωμαίους τοῦ προνομεύειν ἕνεκα*, etc. Illud certe, *a Boja*, omnino mihi suspectum est, nec e more Caesaris, qui dixisset, *a Bojis*. Alioqui usitatum id Celsi exscriptori, qui non raro tales ipse voces usurpat. sic *Arvernae princeps* ait. sic et *Aeduum* appellat *Aeduos*, cum inquit: *Nulloque hostium insequenti, Aeduum versus, ubi maxime metuebat, institutum iter arripuit.* Nisi *Aeduam* legere malis. postea tamen rursus ait: *petunt, ut Aeduum accedat.* VOSS. Pro his vocibus *Pet. Ciacconius* et *Fulv. Ursinus* reposuerunt, *ab hoste*. eas autem uncis inclusit *Jos. Scaliger*; omnes tamen retinent Codices, etiam Graecus habet, *ἀπὸ τῆς Βοΐας*, ut Bojorum regio forte sit intelligenda, eodem modo, ac 3, 9. *Venetiam* dixit Venetorum terram; Bojorum enim urbes et pabula non esse incensa, patet ex c. 17. Ut tamen verum fatear, me non infensum haberet, cui haec verba, *hoc est, spatio a Boja quoquo versus*, e margine in textum irrepsisse viderentur. DAVIS. Voces (*a Boja*) suspectas habet *Scaliger*. *Davisius* et *Amstelodamenses*, ex editione *Jungermanni*, scripserunt, (*Hoc EST, spatio a Boja quoquo versus, quo etc.*) Nimirum istud (*est*) errore Typographico, ut opinor, irrepsit. Quod cum sententiam prorsus perturbaret, delendum existimavit *Davisius* totum illud, (*hoc est, spatio a Boja quoquoversus.*) Sed in Vulgg. sensus est perspicuus. CLARK. *A Bojis* mallet Cellarius. In curis secundis deleri jussit Davisius,

*ad* [a] *detractandam militiam receptacula, neu Romanis* [b] *proposita ad copiam commeatus, praedamque tollendam. Haec si gravia, aut acerba videantur, multo* [c] *illa gravius aestimare debere, liberos, conjuges in servitutem abstrahi, ipsos interfici;* [d] *quae sit necesse accidere victis.*

1 **XV. Omnium consensu** [e] **hac sententia probata,** [f] **uno die amplius xx urbes Biturigum** [g] **incendun-**
2 **tur. Hoc idem** [h] **fit in reliquis civitatibus. In omnibus partibus incendia conspiciuntur: quae etsi magno cum dolore** [i] **omnes ferebant, tamen hoc sibi**

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. 9. et Edd. pp. V. ad Front. 1, 1, 9. et Arntz. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 82. *detractandum* Edd. R. M. V. sed adi 3, 14. b *posita* D. c *illi* L. pr. *graviora existimari* Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *existim.* etiam Lov. L. tert. et Ed. Inc. sed v. ad 2, 17. vulgo *aestimari.* d *quod* L. tert. Ed. Inc. *sint* L. sec. Edd. R. M. V. quae addunt *pati.* e *haec* Pet. L. pr. tert. ac MSS. 4. Edd. qdd. deest V. tert. f *una* Pet. g *incendunt* G. Ed. Inc. h Sic Cuj. And. L. pr. Sc. Ox. a reliquis exsulat. i abest ab Edd. R. M. V.

*Ut tamen* etc. permotus scilicet a Clarkio.

*Cum periculo*] Ita recte Cujac. And. Scal. Leid. pr. et Oxon. cum Edd. nonnullis. Reliqui Codd. et Edd. primae aliaeque multae carent praepositione contra perpetuum fere Caesaris morem. Sic 3, 1. *Magno cum periculo.* 5, 52. *Quanto cum periculo.* c. 75. *At ne cum periculo ex castris egredi cogantur.* et passim. Ita alibi, *cum contumelia*, *cum diligentia*, *cum dolore.*

*Progressuros*] De more variant MSS. et Edd. nam Bongars. prim. Leidenses, Vossiani, Lov. Egmund. Duk. Gott. Dorvill. et Edd. principes, item Vascos. Steph. St. aliaeque *processuros* exhibent. De hac variatione jam diximus ad 5, 47. *eo die milia XX. p. procedit;* ut et ibi dant plerique. vulgo, *progreditur.* Utrumque Caesari in usu est. 6, 36. *longius eum progressum audiebat.* l. hoc c. 73. *longius ab castris progrediebantur.* B. Civ. 1, 25. ac c. 48. bis. Sed c. 66. *qui adaquandi caussa longius a castris processerant.* Immo c. 16. *Quum longius necessario procederent.* et ita crebro, ut nescias, quid praeferendum sit.

*Inpedimentisve exuant*] Bong. Vossiani, Leidenses, Egmund. Gott. Duk. Dorvill. et Edd. Principes ac R. Steph. *inpedimentisne.* quod mutatum sane non oportuit. Opponit auctor. *ipsos interficere*, et, *eos inpedimen-*

solatii proponebant, quod se, prope explorata vi- 36
ctoria, celeriter amiſſa [a] recuperaturos confidebant.
[b] Deliberatur de Avarico in communi concilio, in- 3
cendi [c] placeret, an defendi. Procumbunt [d] omni- 4
bus Gallis ad pedes Bituriges, *ne pulcherrimam prope totius Galliae urbem, quae* [e] *et praesidio et ornamento sit* [f] *civitati,* [g] *suis manibus succendere cogerentur: facile se loci natura defensuros,* 5
dicunt, *quod prope ex omnibus partibus flumine et palude circumdata, unum habeat et perangustum*

VARIAE LECTIONES.

a *recip.* B. pr. V. pr. And. Ox. b Sic Cuj. And. L. pr. Sc. Ox. Pet. pro V. L. Ceteri tam aliorum, quam mei, et Ed. Inc. *dicebatur. consilio* MSS. 5. c *placeant* L. pr. cum puncto sub *n.* d Sic MSS. non *G. o. cum o. G.* Gott. e deeſt *et* MSS. plerisque et Edd. pp. male. f *civitatis* L. pr. *civitatibus* V. sec. deeſt MSS. 3. et Edd. R. M. *omnibus* Ed. Ven. *eis omnibus* Vasc. g *suisque omnibus s. cogantur* And. *incendere* L. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V.

*tis exuere.* atque inter haec nihil intereſſe dicit. Metaphr. recte: ἢ αὐτὺς ἀποκτείνειν ἢ σκευοφόρων ἀποςερεῖν. et Celſus: *an hostes occidamus, an bello necessariis spoliemus.* per *inpedimenta* enim jumenta, et id genus inſtrumenta bellica intelligit. de quibus plura c. 45.

*Praedamque tollendam*] Male Hotomanno ultima vox supervacanea videtur, refragantibus MSS. omnibus, et pleno ac perſpicuo Caeſaris ſtylo. Phaedr. Fab. 2, 8. *Avem convocata jubet occidi familia, Praedamque tollit.*

*Aestimari debere*] MSS. (*aestimare debere.*) Quae et elegantior Lectio. Graecus, Χρὴ νομίζειν. CLARK. *Aestimare* eſt tum in aliorum tum in meis MSS. omnibus, uno alteroque forſan excepto, et Edd. antiquiſſimis. Verum et *debere* abeſt a Bong. pr. Voſſianis, Lov. Egm. et 5. aliis, uti et MS. Brant. et iisdem editis. Quod verbum aliquoties subintelligi scio. Adi 2, 32. Hoc ipſo capite: *necessario dispersos hostes ex aedificiis petere.* Hic tamen ambiguum nimis foret, et quasi id tantum aeſtimaret Vercingetorix. quare *debere* retineo cum Petav. Cuj. Leid. pr. And. Oxon. Scalig. aliisque.

*Quod se, prope* etc.] In MS. Reg. et Ed. Rom. deeſt, *se prope.* In MSS. Eliens. et Voſſii deeſt, *quod se prope.* CLARK. Has voces, *quod se prope*, non inveni quoque in Bongars. Voſſianis, Petav. Egm. Gott. et Ed. Inc. *se prope* abſunt a Lovan. Duker. Dorvill. Edd. Ven. Med. Vasc. Str. Steph. aliisque. Ad haec pro *confidebant* in Andino,

6 *aditum.* Datur petentibus venia, [a] dissuadente primo Vercingetorige, post concedente, et precibus ipsorum, et misericordia [b] volgi. Defensores [c] oppido idonei deliguntur.

1 XVI. Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus subsequitur, et locum castris [d] deligit, paludibus silvisque munitum, ab Avarico longe [e] milia
2 passuum [f] XVI. Ibi per certos exploratores in singula [g] diei tempora, quae ad Avaricum [h] agerentur, cognoscebat; et, quid fieri vellet, imperabat.
3 Omnes [i] nostras pabulationes frumentationesque observabat, [k] dispersosque, quum longius necessario procederent, adoriebatur, magnoque incommodo adficiebat; etsi, quantum ratione [l] provideri poterat, [m] ab nostris occurrebatur, ut incertis temporibus, diversisque itineribus iretur.

### VARIAE LECTIONES.

a *vix s.* Pet. b Sic B. pr. c Sic MSS. non *id. op. oppido* exsulat a Pet. *delinquntur* Egm. d *delegit* B. pr. e *milium* B. pr. f Ita MSS. o. vel expressis litteris *sedecim*, et Edd. pp. aliaeque. vulgo *XV.* g *dierum* Vasc. *insigni dei* B. pr. a m. pr. forte fuit *die* pro *diei.* ut alibi. V. c. 11. *opera* pro *temp.* Lov. D. Dorv. Carr. Br. h *gerer.* Ox. L. pr. Cuj. Ed. Gryph. pr. i *nostros pabulatione frumentationeque* Pet. *frumentationesque* deest Edd. R. M. V. k *dispersos q.* G. V. sec. tert. l *pervid.* Scal. m *a* MSS. 2.

Oxoniensi et Leid. pr. exstat, *sperabant.* Ut fere credas, olim fuisse, *proponebant*, *explorata victoria*, *celeriter amissa reciperaturos.*

*In singula diei tempora* ] Sic recte, et male codex, qui *opera* habebat. *Tempora* idem hic Caesari, quod aliis momenta, vel horae. Familiaris autem Caesari haec vox. sic supra: *castris ante oppidum positis*, *diei tempore exclusus.* et saepe alibi. sic *anni tempore* sub finem l. 6. et hoc libro, *durissimo tempore anni.* VOSS. Per singulas horas, ut habet *Jul. Celsus* p. 124. Metaphrastes etiam, καθ' ἑκάστην ὥραν, qui tamen interpunxit, *exploratores*, *in singula diei tempora quae* etc. at placet vulgata ratio. DAVIS. C. 35. *ex diei tempore.* c. 68. *diei tempus*, et 8, 15. B. Civ. 1, 48. *tempus anni.* ut et Hirt. B. Alex. c. 3. ubi vide plura. B. Afric. c. 78. B. Hisp. c. 15. 16.

XVII. Caſtris ad eam partem oppidi poſitis, 1
Caeſar, quae intermiſſa a flumine et [a] a palude aditum, ut ſupra diximus, anguſtum habebat, aggerem adparare, vineas agere, turres duas conſtituere coepit: nam [b] circumvallare loci natura prohibebat. [c] De re frumentaria Bojos, atque Aedu- 2
os, adhortari non [d] deſtitit: quorum alteri, quod nullo ſtudio agebant, non multum adjuvabant; alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua et infirma, celeriter, quod habuerunt, conſumſerunt. Summa [e] difficultate rei frumentariae ad- 3
fecto exercitu, tenuitate Bojorum, [f] indiligentia 361
Aeduorum, incendiis aedificiorum, usque eo, ut complures dies [g] milites frumento caruerint, et, pecore [h] e longinquioribus vicis adacto, extremam famem ſuſtentarent: nulla tamen vox eſt [i] ab iis

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. pr. Lov. et multi alii cum Edd. pp. vulgo deeſt *a*. V. ad 5, 34. *paludibus* eſt in Edd. pp. aliisque et MSS. 6. praeter Cuj. And. L. pr. Sc. Ox. *flumine et palude* c. 15. b *circumvallari* L. pr. c *et de* Carr. D. d *desistit* L. pr. Urs. *destitit* B. pr. V. pr. Egm. e *cum d.* Carr. D. Dorv. Edd. R. M. V. f *indulg.* MSS. 3. Edd. pp. inepte. *indigentia* Egm. a m. s. g deeſt V. sec. non male per synthesin. V. Ind. In multis *frum. mil. carerent* L. pr. h MSS. 10. et Edd. quaedd. *ex.* i *ex iis* L. pr. fruſtra. V. ad B. C. 1, 1.

*Adfecto*] Leid. prim. *confecto*, id eſt, debilitato, fracto quasi, ut alibi Caeſar. Nil opus tamen mutatione. c. 6. *Magna difficultate adficiebatur*. B. C. 3, 49. *aquae inopia adfectos*. ubi vide. Vellej. 2, 84. *Inopia affectissimi*. et *valetudine adfectus* B. Civ. 1, 31. B. Alex. c. 44. *vulnere*. B. Civ. 3, 84. Alibi quoque hoc in ſenſu *confici* et *adfici* permutantur. Vide ad Front. 2, 5, 39. *Vulnere adfecit*. plura de verbo *adfici* ad 8, 21.

*Pecore e longinquioribus vicis adacto*] Ciacconius et Urſinus legebant, *abacto*, quia proprium illud vocabulum: unde et *abactores* dicti. Sed falluntur. Nam ut *telum intra castra adigere* alibi Caeſar dixit, ita hic pecora: quae e longinquioribus vicis intra caſtra adacta ait. Sic locutus quoque Plautus Bacchid. 5,

audita, populi Romani [a] majeſtate et superioribus
4 victoriis indigna. Quin etiam Caeſar, quum in opere [b] singulas legiones adpellaret, et, si acerbius inopiam ferrent, se dimiſſurum obpugnationem diceret; universi ab eo, *ne id faceret*, petebant:
5 *sic se* [c] *compluris annos, illo imperante, meruisse, ut nullam ignominiam acciperent,* [d] *numquam* [e] *in-*
6 *fecta re discederent: hoc se ignominiae laturos loco,*
7 *si* [f] *inceptam obpugnationem reliquissent: praestare, omnes perferre acerbitates, quam non civibus Romanis, qui Genabi perfidia Gallorum interissent, parentarent.* Haec eadem centurionibus tribuniſque militum mandabant, ut per eos ad Caeſarem [g] deferrentur.

1 XVIII. Quum jam muro [h] turres adpropinquas-

VARIAE LECTIONES.

a *potest.* L. tert. b *singulos adp.* Vasc. ad marg. c Sic L. pr. *secum plures a. imp.* D. d *nusquam* MSS. plerique et Edd. Vett. οὐδαμόθεν Gr. e *incepta* B. pr. L. pr. V. pr. Pet. Egm. et 3 alii cum Carr. *incerta* Ort. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. sed v. 6, 12. f *incertam* G. V. tert. L. tert. g *perf.* L. pr. h Sic MSS. non *adp. t. turris adpropinquasset* L. pr.

2. *Nam amabo, quis has huc oves adegit.* Itaque proprie hic Caeſar locutus. *Adigere* eſt, compellere, cogere, et quemadmodum dicimus, *cogere armenta in locum aliquem*, ita et *adigere.* VOSS. Voſſio adsenſum praebet quoque Clarkius: contra Ciacconio favet Hotomannus, et cum eo Edd. Romana, Ven. et Mediolanensis, Beroaldi aliaeque. Sed *adducto* Leid. pr. e Gloſſa τοῦ *adacto*, quamvis fingi poſſet, *b* hic in *d* eſſe corruptum: ut factum saepiſſime in *abducere*, et aliis, et videatur melius convenire *abigere* cum, *e vicis*, quam *adigere e vicis*, scilicet intra caſtra: nisi unica praepositione utrumque innuere voluerit Caeſar. Nam Plauti locus parum juvat, quia ibi *huc* additur. Nihilominus nihil muto. Adi me ad 5, 15. ut hic *adigere e vicis pecus*, sic contra *abigere in loca* Livius 1, 7.

*Quam non civibus Romanis — parentarent*] Malim, *quam ut non*, vel, si id displicet, Ciacconium sequere, qui *parentare* emendabat. VOSS. *Ciacconius* legit, *parentare*; *D.* autem *Vossio* placet, *quam ut non civibus Romanis parentarent.* Sed

sent, ex captivis [a] Caesar cognovit, [b] Vercingetorigem, consumto pabulo, castra movisse propius [c] Avaricum, atque ipsum, cum equitatu, expeditisque, qui inter equites proeliari consuessent, [d] insidiarum 362
caussa eo profectum, quo nostros postero die pabulatum venturos [e] arbitraretur. Quibus rebus cogni- 2
tis, media nocte silentio profectus, ad hostium castra mane pervenit. [f] Illi, celeriter per explorato- 3
res adventu Caesaris cognito, carros inpedimentaque sua in artiores silvas abdiderunt, copias [g] omnis in loco [h] edito atque [i] aperto instruxerunt. Qua 4
re nunciata, Caesar celeriter sarcinas conferri, arma expediri jussit.

XIX. Collis erat [k] leniter ab infimo adclivis. 1
Hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis atque

VARIAE LECTIONES.

a Deest L. pr. b per *n* L. pr. c *Avarico* et *ipso* Pet. d *insidiandi* Cuj. And. Scal. L. pr. Ox. e vulgo *arbitrabatur*. f *illic* MSS. 4. dein *altiores* L. sec. vulgo *arct.* contra MSS. orthographiam. g Sic B. pr. V. pr. Egm. h *arduo* Pet. *abdito* V. sec. i *operto* B. pr. k Sic L. pr. Cuj. Pet. Ox. And. Al. *leviter*. sed v. ad 2, 8. *breviter* Lov. D. a m. pr. Dorv. Edd. R. M. V.

fortasse sana est lectio vulgata, et vox, quam addendam censuit, potest subintelligi. Nisi ita se res habeat, minore mutatione scribendum crediderim, *quam ne civibus Rom. — parentarent.* Certe *Celsus* p. 125. ubi hanc Caesaris orationem refert, *omnia*, inquit, *pati malumus*, quam ne *nostra mollitie manibus Rom. civium — satisfiat.* DAVIS. Nihil hic mutandum. Subintelligitur *ut* per modi variationem, de qua egi ad 2, 10. *Constituerunt optimum esse, domum reverti, et ad eos defendendos undique convenirent.* Sic enim MSS. non, *convenire.* Hic quoque librarii inmutare conati sunt. nam *praestaret* legas in Bong. pr. Voss. pr. sec. Lov. Egm. et Dorvill. *praeoptare* mallet etiam Ciacconius.

*Eo profectum, quo arbitrabatur*] Cum in Lovan. et Brantii MS. pro *eo* sit *esse*, eamque vocem omnino non agnoscant Andin. Leid. pr. Scalig. et Oxon. cum Edd. Rom. Ven. Mediol. aliisque, omnino putem esse supervacaneam, et satis e seq. *quo* intelligendam. Dein *Arbitraretur* reposui auctoritate MSStorum Bong. pr. Voss. pr. Lovan. Cuj. And. Oxon. Leid. pr. Egmund. Scalig. aliorumque magno

2 inpedita [a] cingebat, non latior pedibus L. Hoc se
colle, interruptis pontibus, Galli fiducia loci con-
tinebant, generatimque [b] distributi in civitates, om-
nia vada ac saltus ejus paludis [c] certis custodiis ob-
tinebant, sic animo parati, ut, si eam paludem
Romani [d] perrumpere conarentur, [e] haesitantes pre-
3 merent ex loco superiore: ut, qui propinquitatem
loci [f] videret, paratos prope aequo Marte ad dimi-
candum existimaret: qui iniquitatem conditionis
perspiceret, inani simulatione sese ostentare cog-
4 nosceret. [g] Indignantes milites Caesar, quod [h] con-
spectum suum hostes [i] ferre possent, tantulo spa-
tio interjecto, et signum proelii exposcentes, edo-
cet, *quanto detrimento, et quot virorum fortium*
5 *morte necesse* [k] *sit constare victoriam: quos quum*
*sic animo paratos videat, ut nullum pro suo laude*

VARIAE LECTIONES.

a *angebat* L. sec. b *distributis* MSS. 8. et Ed. Inc. c Sic Cuj. Pet. And. L. pr. Sc. Ox. Reliqui carent *τοῖς certis cust.* uti et Edd. pp. ac Metaphr. d *pror.* MSS. 5. et Ed. Inc. *praer.* V. sec. V. ad 5, 15. e per *i* Ox. f vulgo haec o. in plur. num. g *indignatis militibus* L. pr. Scal. quod ex *indignantis* ortum est pro *tes*; nam et *exposcentis* Oxon. h *in consp.* Pet. *adsp.* Carr. i Sic C. A. O. L. pr. Sc. reliqui cum Edd. pp. *perferre.* k vulgo *esset*, *videret* et *recusarent.*

numero, et Edd. Vasc. Strad. Steph. etc.

*Arctiores silvas*] Ita vocat densiores, quia crebris arboribus *arcebatur* hominum aditus. Locum recte cepit Graecus interpres, vertit enim, *δασύτατα δρυμά*. DAVIS.

*Viderent, —existimarent; — perspicerent, — cognoscerent*] Ita edidit *Scaliger*, aliique. Sed ex MSS. Reg. Eliens. et Vossii omnino restituendum existimo, (*videret, — existimaret; — perspiceret, — cognosceret.*) Ea enim multo elegantior est locutio. Et Graecus habet, *ὥστε ὁρῶν ἄν τις* etc. CLARK. Non ita primus Scaliger, sed multi jam ante ediderunt; uti Editores primi, item Beroald. Ven. Ald. Gryph. Plant. aliique, et exstat quoque in MSS. Andin. Oxon. et Scalig. aliisque. *Viderent* et *existimarent* habet quoque Leid. pr. sed in duabus ultimis vocibus con-

*periculum recusent, summae se iniquitatis condemnari* [a] *debere, nisi eorum vitam sua salute habeat* [b] *cariorem*. Sic milites [c] consolatus eodem die reducit in castra: [d] reliquaque, quae ad obpugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit. 363 6

XX. Vercingetorix, quum ad suos rediisset, proditionis insimulatus, quod castra propius [e] Romanos movisset, quod cum [f] omni equitatu discessisset, quod sine imperio tantas copias reliquisset, quod ejus discessu Romani tanta obportunitate et celeritate venissent: non haec omnia fortuito, aut sine consilio [g] accidere potuisse: regnum [h] illum Galliae malle Caesaris [i] concessu, quam ipsorum habere beneficio. Tali modo accusatus ad haec respondit: *Quod castra movisset, factum inopia pabuli, etiam ipsis hortantibus: quod propius Roma-* 1 2 3

VARIAE LECTIONES.

a *deberi* B. pr. b *Kar.* Ox. c *consolatos* B. pr. V. pr. Pet. Lov. Egm. et 5. alii cum Ed. Inc. Non ita Caesar solet. d *reliqua* Dorv. et Edd. qdd. *reliqua quaeque* MSS. qdd. et *pert. opp.* e *Romanis* Egm. f deest L. pr. g *accidisse* L. pr. h *illud* MSS. 4. et Ed. Inc. i *consensu* Duk.

sentit cum Bong. Vossianis, Leidensibus reliquis, Petav. Egm. Gottorp. Lovan. etc. quod idcirco reposui. Dein elegantius multo MSS. tantum non omnes, et Edd. primae, ac Beroaldi, *necesse sit*, pro *esset*. item *videat* Leid. prim. Andin. et Oxon. ac *recusent* Leidd. omnes, Voss. pr. et tert. Petav. Egm. Oxon. And. Gott. Ed. Inc. aliaeque. *Recusasent* Bong. pr. *recusassent* Lovan.

*Sua salute habeat cariorem*] Sic omnes Codd. nec aliter legit *Jul. Celsus*, qui p. 126. ita loquitur, *nisi vestram vitam meae praeferam saluti*. Cum autem de *Caesaris* salute non agatur, sed tantum de gloria, quam, omisso proelio, non reciperet, omnino legendum crediderim, *sua* laude *habeat cariorem*. Favet Graecus, qui habet: *ἢν μὴ τȣ̃ ἑαυτȣ̃ ἘΠΑΙΝΟΥ τὴν αὐτῶν ζωὴν περὶ πλείνος ποιήσῃ*. DAVIS. *Sua* salute) Graecus Interp. *τȣ̃ ἑαυτȣ̃ ἘΠΑΙΝΟΥ*. Quod cum et sensus manifesto postulet, equidem cum *Davisio* nullus dubito, quin rescribi debeat (*sua* LAUDE.) CLARK. Bene, sed *Salute* mordicus retinent MSS. sine ullo

*nos accessisset, persuasum loci obportunitate,* [a] *qui*
4 *se ipsum munitione defenderet: equitum vero ope-*
*ram neque in loco palustri* [b] *desiderari debuisse, et*
5 [c] *illic fuisse* [d] *utilem, quo sint profecti: summam*
*imperii se consulto nulli discedentem tradidisse,* [e] *ne*
*is multitudinis studio ad dimicandum inpelleretur:*
*cui rei, propter animi* [f] *mollitiem, studere omnes*
*videret, quod diutius laborem ferre non possent:*
6 *Romani si casu* [g] *intervenerint, fortunae; si alicu-*
*jus indicio vocati, huic* [h] *habendam gratiam, quod*
364 *et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere,*
[i] *et virtutem despicere potuerint; qui dimicare non*
7 *ausi turpiter se in castra* [k] *receperint. Imperium se*
[l] *ab Caesare per proditionem nullum desiderare,*
*quod habere* [m] *victoria* [n] *posset, quae jam esset sibi*

[a] *atque*

VARIAE LECTIONES.

a *que* B. pr. L. tert. *qua* Ed. Inc. b *desiderare* B. pr. a m. pr. c *illis* MSS. plerique et Edd. pp. d *vallem ut* D. *utile* Lov. Edd. R. M. V. e *sed ne* Pet. f *mollitiam* Ald. Gryph. V. ad c. 7. g *intervenirent* et *intervenissent* MSS. et Edd. qdd. h *habenda gratia* L. pr. Ox. Pet. i *ac* Pet. k *receperunt* MSS. 5. Ed. Inc. l *Sic* MSS. plerique. m *victoriam* Pet. Edd. R. M. n *possit* L. pr.

sensu. Forsan reponendum est, *sua vita.* Sic certe variant Codd. c. 60. cum *virtute* confunditur *salus* 7, 84. An *virtute* hic dixit Caesar, ne ipse iis videretur timidus? *estiment,* pro *habeat,* est in Leid. pr. a m. pr.

*Insimulatus*] Praefero lectionem Vossiani sec. quam exhibet etiam Ciaccon. liber et Vasc. Strad. R. Steph. et Gryph. post. *Insimulatur.*

*Fortuito*] Ita R. Steph. Scalig. et alii ediderunt. Atque id sane inveni in Voss. pr. Leid. pr. Scal. Leid. sec. et Bong. pr. a m. sec. testaturque Ursinus, per *o* scriptum quoque esse in suo ac Vaticano Cod. in reliquis MSS. et Edd. est, *fortuitu.* Hirt. de B. Afric. c. 3. *fortuitu oblatam occasionem.* Sed et ibi MS. Scal. Latin. et Ursin. et R. Steph. *fortuito*: immo Leid. pr. *fortuito casu.* Optime, ut ibi videbimus. Appulej. l. 7. Metam. p. 149. Ed. Pric. *occurrunt fortuito.* MS. Dorvillii contra, *fortuitu.* quomodo etiam MS. Leid. cum aliis in Hy-

a *atque omnibus Gallis explorata: quin etiam ipsis* b *remittere, si sibi magis* c *honorem tribuere, quam ab se salutem accipere videantur. Haec* d *ut intel-* 8
*legatis*, inquit, e *a me sincere pronunciari, audite Romanos milites.* f Producit servos, quos in pa- 9
bulatione paucis ante diebus exceperat, et fame vinculisque excruciaverat. Hi jam ante g edocti, quae 10
interrogati pronunciarent, *milites se esse legionarios*, dicunt; *fame* h *et inopia adductos, clam ex castris exisse, si quid frumenti, aut pecoris in* i *agris* k *reperire possent: simili omnem exercitum* 11
*inopia premi, nec jam vires sufficere* l *cuiquam, nec ferre operis laborem posse: itaque statuisse Imperatorem, si nihil in obpugnatione oppidi* m *profecisset,* n *triduo exercitum* o *deducere. Haec*, inquit, 12
p *a me*, Vercingetorix, *beneficia habetis, quem pro-*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. fere o. et Edd. qdd. non *ac.* V. ad 6, 38. b *remitteret* MSS. plerique et Edd. pp. male. V. ad 1, 42. c *honores* D. Edd. R. M. V. d vulgo *quod. ut* deeſt V. pr. Dorv. e hoc ordine MSS. *a me* abeſt a Lov. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. f *producitque* Reg. Dorv. Edd. R. V. M. aliaeque. *ἅμα τε πρ.* Gr. g *docti* G. V. tert. Ed. Inc. et Oxon. omiſſo *ante.* h *atque i. addictos* L. pr. i *agros* Dorv. k *reperiri* L. pr. sec. *possit* L. pr. *possint* sec. l Sic Carr. Pulm. Sch. Ox. Duk. vulgo *cujusquam.* m Ita C. A. O. L. pr. Sc. et Metaph. reliqui cum Edd. pp. *profecissent* n *triduum* B. pr. o *prodeduc.* Egm. *educ.* Carr. D. p Sic MSS. non *a m. in.*

gini Aſtron. 2, 20. *fortuitu pervenit.* ubi vide Munker. Magis tamen in Caeſare inclino in τὸ *fortuito*, uti et in Cicerone fecit Cl. Graevius cum aliis. Vide Philipp. 10, 2. *tibi non incidit fortuito.* at saepiſſime in MSS. et Edd. Ciceronis variatur, nec non Livii et aliorum. Adi Cl. Drakenb. ad 2, 28. *Temere ac fortuito ageret.* et Cel. Burm. ad Sueton. Tib. c. 40. *fortuito superne delapsa sunt.*

*Quin etiam ipsis remittere*] Graecus, συγγινώσκειν. Sed haec ita potius accipienda videntur, ut dicat Vercingetorix, *se imperium, quod in eum contulerant, ipsis libenter* remittere, *si id ad suum unius honorem, potius quam ad ipsorum omnium sa-*

*ditionis insimulatis: cujus opera, sine vestro sanguine, tantum exercitum victorem fame* [a] *paene consumtum videtis: quem, turpiter se ex hac fuga recipientem, ne qua civitas suis finibus recipiat, a me provisum est.*

1 XXI. [b] Conclamat omnis multitudo, et suo
365 more armis concrepat: quod facere in eo [c] consuerunt, cujus orationem adprobant: summum esse [d] Vercingetorigem ducem, nec de ejus fide dubitandum, nec [e] majore ratione bellum [f] administrari
2 posse. Statuunt, ut [g] decem milia hominum dele-

VARIAE LECTIONES.

a Ita C. A. O. L. pr. Sc. reliqui, uti et Edd. pp. carent τῷ *paene*. b *clamat* B. pr. D. V. sec. c Sic MSS. plurimi et optimi cum Edd. pp. non *consueverunt*. d per *n* L. pr. e Ita MSS. uno alteroque excepto, non per *i*. f *administrare st.* Dorv. g *XL* Egm. *milia* deest L. V. pr.

*lutem, pertinere suspicarentur.* CLARK.

*Haec*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. Graecus item, ταῦτα. Scaliger et recentiores, *quod*. Nullo sensus discrimine. CLARK. *Haec* etiam omnes mei ad unum, quare revocavi.

*Se ex hac fuga recipientem*] Simili fere modo dixit *Seneca* Cons. ad Helviam c. 17. *Huic parem virtutem exhibeas oportet, et animum a luctu recipias.* Non erat igitur, cur *Fr. Hotomannus* hanc locutionem suspectam haberet. DAVIS. Sed, quod omnem tollit scrupulum, phrasi, quam adhibet *Caesar*, usus est supra 4, 27. *Vellejus Paterculus* 2, 70, 4. *victus acie cum in tumulum nocte ex fuga se recepisset.* Porro *Scaliger*, *Ursinum* secutus, edidit, *se ex hac fuga recipientem*; cum *Norvic.* aliique MSSti simul ac veteres editi *pronomen demonstrativum* non agnoscant. IDEM. *Cur. sec. Hac* deest in MSS. Reg. Eliens. et Voss. Item in Editt. Vett. et Interpr. Graeco. CLARK. *Hac* servatur ab Ursin. Andin. Oxon. et Leid. pr. Ab reliquis abest, ut non necessarium pronomen. Et sic noster 2, 12. *Quum se hostes ex fuga reciperent.* 6, 41. *Equitatum se ex fuga recepisse dicerent.* Adde 8, 20. B. Civ. 3, 95. 102. *quascumque in partes ex fuga se recepisset*, et, *ex fuga in civitates se recepisse.* et Hirt. de B. Alex. 3. 47.

*Milia hominum delecta*] In Vossiano primo diserte scriptum inveni, *dilecti*. Quod vix a librariis proficisci potuit. Consule notata ad Frontin. 4, 2, 7. *C milia barbarorum proelio superati sunt.* Flor. 3, 20. *X amplius mi-*

cta ex omnibus [a] copiis in oppidum submittantur: nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent; quod penes eos, [b] si id oppidum retinuissent, summam victoriae constare, intellegebant. 3

XXII. Singulari militum nostrorum [c] virtuti consilia [d] cujusque modi Gallorum occurrebant, [e] *ut est summae* [f] *genus sollertiae, atque ad omnia imitanda,* [g] *et efficienda,* [h] *quae ab quoque tradantur, aptissimum.* nam et laqueis falces [i] avertebant, quas quum destinaverant, tormentis [k] introrsus re- 366

1

2

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. A. Ox. L. pr. Sc. Ceteri cum Edd. pp. *locis in op. mittantur.* b deest vulgo *id.* c *virtute* L. pr. d *hujusce* Cuj. Pet. L. pr. Scal. e *id.* MSS. 3. Ed. Inc. f *gens. aptissima* Lov. Edd. R. M. sed v. ad 4, 3. g Sic MSS. (praeter unum alterumque) et Edd. Vett. non *atque.* h ita L. pr. Ox. Cuj. Sc. et Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. quod elegantius vulgato *traduntur. qua ea q.* Sc. L. pr. *quoquo*, ut alibi, D. Dorv. Edd. R. M. V. i *advertebant* Cuj. male. ἀπέτρεπον Gr. k *introrsum* D.

*lia hominum non modo effugisse contenti.* ubi male MSS. aliorum, et quatuor Leidd. *homines.* B. Hisp. c. 34. *Interfecti sunt hominum milia XXII.* Ita etiam MSS. Val. Max. 9, 2, 1. et Ext. 3.

*Quod pene in eo, si id oppidum retinuissent* ] Ita ex Antiquis quibusdam Editis restitui, addita voce (*id*) ex MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Quo pacto sententia fit et perspicua admodum, et locutio elegantissima. Graecus recte expressit, ἐν τύτῳ γὰρ σχεδόν, εἰ ταύτην διαφυλάξειαν τὴν πόλιν, τὴν νίκην πᾶσαν κεῖσθαι. Scaliger et Edit. fere omnes recentiores (*quod* penes eos, *si oppidum* etc.) sensu, aut abjecto admodum, aut nullo. CLARK. Cl. *Clarkius* legit, *quod paene* in eo, *si* id *oppidum retinuissent*, *summam victoriae constare intelligebant.* Sic certe Graecus in suo codice reperit. At *penes eos* retinent *Cujac. Petav. Gottorp.* aliique libri praestantissimi; quapropter illam lectionem non moveo. Sed *id* agnoscunt MSS. editique veteres. DAVIS. *Cur. sec. Paene in eo* ex meis habent soli Andinus et Oxoniensis, cum Edd. Basil. et Vascos. ac Stradae margine et R. Stephano. Ceteri tam aliorum, quam mei MSS. et Edd. rectius, *penes eos. Constare* dictum est pro *constaturam.* Praesens pro Futuro, de quo vide ad 2, 32. *facere dixerunt.* Bene Celsus: *eo consilio, ne vel solis Biturigibus salus publica crederetur, vel servati oppidi gloria solorum esset Biturigum, sed*

ducebant, et aggerem cuniculis subtrahebant, eo [a] scientius, quod apud eos magnae [b] sunt ferrariae, atque omne genus cuniculorum notum atque
3 usitatum est. Totum autem murum ex [c] omni parte [d] turribus contabulaverant, atque has coriis intexe-
4 rant. Tum crebris diurnis nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem inferebant, aut milites, oc-

VARIAE LECTIONES.

a *securius* L. tert. a m. pr. Ed. Inc. b deest Lov. Brant. Ed. R. *sunt m.* L. pr. sec. c *omnibus* V. pr. *o. partibus* Carr. D. d deest G. V. tert. Ed. Inc. In iisdem *texerant. contex.* Carr. D.

*Gallorum omnium. Id* autem revocavi ex cunctis MSS. et Edd. priscis.

*Singulari m. nostr. virtuti*] Ante haec verba lacunam esse, plerique hactenus docti, ipseque Scaliger sensit. Ego, (quod pace magni viri dixerim) nullum hic hiatum agnosco, nec vel in MSS. aut Graeco ullum ejus vestigium reperio. Anonymus quoque Celsi exscriptor eodem omnia ordine prosequitur, nulla re addita. Et, si recte historiam perpendamus, cuncta cohaerere videbimus. Nam primo refert Caesar frumentariae rei angustias suis in castris; exinde digreditur ad discessum Vercingetorigis, accusationem ejus, et quae alia eam secuta, quibus relatis ad institutum redit. VOSSIUS.

*Quas cum destinaverant*] Alii *distinuerant* legunt, et in his Justus Lipsius (l. 5. Pol. D. 89.) Sed vide, quae disseruimus ad 3, 14. VOSS. Codd. nonnulli, *distinuerant*. CLARK. In nullo, quod sciam, Codice inveni, *distinuerant*. Sed ita ediderunt Vascos. Str. Steph. et alii. *Distinaverant* est in Andin. et Voss. uno. *distinuerant* placet quoque Hotomanno, pro *averterant*, *contrariam in partem adtraxerant.* At vero hoc non notat verbum *distinere*, nisi de diversione duarum partium agatur: quod hic locum non habet. Vide ad 3, 14. Quare cum MSS. et Turnebo Advers. 14, 11. et Vossio *destinaverant* retineo.

*Quantum has quotidianus agger expresserat*] Usus Caesar verbo artis. *Deprimere* et *exprimere* duo contraria, quorum illud, demittere, hoc, sursum attollere. Sic usus Vitruvius 8, 7. *expressum* vocat violentum aquarum adscensum per fistulas. Ait enim, *Ita per fistulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus bellissime poterunt efficere, et decursus, et circumductiones, et ventres et expressus.* Quin, eodem capite, *expressiones* vocat eminentia loca: *Sed ea castella neque in decursu, neque in ventris planitie, neque in expressionibus, neque omnino in vallibus, sed in perpetua fiant aequalitate.* Eidem 4, 4. *Eminentes expressiones* in lapide quadrato, non aliud sunt, quam, ut Galli dicunt, *enleuvres, taillure en point de diamant.* VOSS. V. Lips. Pol. 2. D. 3, 4. et Voss. ad B. Civ. 2, 9.

cupatos in opere, adoriebantur; et noſtrarum turrium [a] altitudinem, quantum has [b] quotidianus agger [c] expreſſerat, commiſſis suarum turrium malis, adaequabant, et apertos cuniculos praeuſta et praeacuta materia, et pice fervefacta, et maximi ponderis saxis morabantur, moenibusque adpropinquare prohibebant.

### VARIAE LECTIONES.

a *altitudini* And. b *quotidiano aggere* Scal. *quotidianas aggere* L. pr. *quotidiani aggeres* Egm. c *expresserant* Scal. L. pr. Egm.

*Commissis suarum turrium malis*] Nec Ciacconio fidas, qui *alis*, nec Lipsio, qui *aliis* emendabat. Illud si recipias, dicendum, per *alas* intelligi, vacua spatia, quae inter turres erant, completa eſſe. Sive *interturria* novis aſſeribus obducta. Sed tum dixiſſet Caeſar, connexas inter se turres fuiſſe: sed minime id vult, neque opus erat. Nec alterum placet, *turrium suarum aliis*, quomodo Lipſius emendabat. Nam praeterquam quod rara in Caeſare talis locutio, quo fine novas turres exſtruxiſſent oppidani, cum jam haberent turres Romanorum turribus oppositas? Vera et genuina lectio in vulgatis eſt: illud autem, *committere malos*, Caeſari nihil aliud, quam, ut hodie in tabulatis fieri videmus, transverſariis tignis conjungere malos, seu facies exteriores turris, et novum iis tabulatum superſtruere. VOSS. Recte. *Mali* enim sunt quaevis longae trabes. Frontin. 3, 8, 3. *Ad moenia malos exaequantes altitudinem jugi subrexit.* κορυφαῖς vertit Graecus. Eſt et, qui *Scalis* legat, ut monet Cellarius. Ceterum omnia ab *et apertos* usque ad finem Capitis deſunt MSS. Brant. Voſſianis, Lov. Egm. Gott. Dorv. Leid. sec. tert. et Edd. primis, Beroaldi et aliis vetuſtioribus; immo et a Metaphraſte Graeco: unde patet, cum non optimis Codd. uſum fuiſſe. *Apertos cuniculos* abſunt a Carr. Duk.

*Apertos cuniculos*] Nota duplices cuniculos, tectos et apertos. Quorum hi similes inteſtinis itineribus, quae hodie *approches* vocamus: nisi, quod nunc per anfractus itur, quod an olim fecerint, incertum. Tectorum cuniculorum meminit Hirtius 8, 41. *Tectos cuniculos agunt ad caput fontis, quod genus operis sine ullo periculo et sine suspicione hostium facere licebat.* Sed quaeri poſſit, quo fine aperti cuniculi acti sint. Ego, nisi, ut hodie fit, sinuati per artem et objecto aggere defensi fuerint, fateor, me nullum uſum videre. Hoc ipſum autem ex veteribus aegre comprobari poſſit. Itaque videndum, an non velit Caeſar, cuniculos more solito a Romanis actos, sed ab oppidanis saxorum jactu humum, sub quam agebantur, perfractam eſſe, ita ut, cum viderent, quo loco hoſtes moenibus appropinquarent, tali arte eorum opera morarentur. Certe deliberandum amplius censeo. VOSS. Labo-

1 XXIII. *Muris autem omnibus Gallicis haec fere*
367 *forma est. Trabes* [a] *directae perpetuae in longitudinem, paribus intervallis, distantes inter se binos*
2 *pedes, in solo conlocantur: hae revinciuntur introrsus, et multo aggere vestiuntur.* [b] *Ea autem, quae diximus, intervalla grandibus in fronte saxis* [c] *effarciuntur;*
3 *his* [d] *conlocatis et* [e] *coagmentatis, alius insuper ordo adjicitur, ut* [f] *idem illud intervallum servetur, neque inter se* [g] *contingant trabes, sed paribus intermissae spatiis, singulae singulis saxis in-*

VARIAE LECTIONES.

a *Derectae* And. Ox. quod praeferrem, si essent infixae, nunc non. *directe* B. pr. L. pr. et alii. *directo* B. Civ. 2, 9. Adde c. 45. b *hec* MSS. 4. Edd. qdd. c *efferc.* Ox. d Sic MSS. optimi et plurimi. *collatis* D. et Edd. R. M. V. Vasc. Str. male. e B. pr. V. pr. Egm. *coagminatis coagmentatis.* Lov. Duk. Dorv. *coagminatis et coaugmentatis.* Edd. R. M. V. *coagminatis et coagmentatis. coagminatis* Gott. Ort. Carr. L. tert. V. sec. tert. et Ed. Inc. Glossas in textum intrusas agnoscimus. *τύτων ταχθέντων καὶ συναθροισθέντων* bene Gr. f deest Edd. R. M. V. g *conjungant* Lov. Pulm. Sch.

rant Viri docti, quinam sint *cuniculi aperti*, (nimirum *cuniculis tectis* oppositi,) et cui usui. Sed Caesar simpliciter intelligit cuniculos, *postquam*, vel *qua parte*, essent tandem *aperti.* CLARK.

*Muris autem omnibus Gallicis haec fere forma est*] MSS. plerique et Editt. Vett. *Muri autem omnes Gallici hac fere forma sunt.* Quod perinde est. CLARK. Vulgatum e suo vel Ursini Codice primus dedit Scaliger: et consentiunt Andin. Leid. prim. Oxon. Reliqui omnes cum ante editis aliam exhibent formam orationis.

*Trabes directae perpetuae in longitudinem*] Hoc dicit, trabes directas in solo positas in longum, non in altum; id est, planas jacentesque, et quidem *perpetuas* solidasque, non e partibus factas, tot pedum. Quod autem sic accipere oporteat, non de ordine trabium recto et alto, verba sequentia mox evincunt, opus aggeratum fuisse, et crevisse, *dum justa muri altitudo expleretur.* Atqui, si trabes rectae positae, jam a principio altitudo justa fuisset. *Lipsius* Poliorc. l. 3. Dial. 5. DAVIS. Ita scilicet, ut earum Longitudo esset Muri Crassitudo. Ut apparet ex eo, quod mox sequitur: *Quae, perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus revincta, neque perrumpi neque distrahi potest.* CLARK. *Trabes perpetuae* Graece vocantur

*terjectis, [a] arte contineantur. sic deinceps omne* 4
*opus [b] contexitur, dum [c] justa muri altitudo [d] ex-* 368
*pleatur. Hoc [e] cum in speciem varietatemque opus* 5
*deforme non est, alternis trabibus, ac [f] saxis, quae rectis lineis suos ordines servant: tum, ad utilitatem, et defensionem urbium, summam habet obportunitatem, quod et ab incendio lapis, et ab ariete materia defendit, quae, perpetuis trabibus pedes [g] quadragenos plerumque introrsus revincta, neque perrumpi, neque distrahi potest.*

VARIAE LECTIONES.

a *Apte* Lov. D. Dorv. Edd. R. M. V. *arce* V. sec. *in arce* L. pr. Adverbii notam addidi, ne quis substantive capiat. b *intextum* Carr. c *juxta* Pet. B. pr. Egm. Ox. *vix* V. sec. d *compl.* L. pr. Scal. Ox. e *tum* L. pr. D. Hotom. male *ob sp.* f vulgo *aut.* g *quadring.* B. pr.

διηνεκεῖς, vel προσεχεῖς, uti egregio Josephi exemplo ex B. Jud. 7, 33. illustrat Cl. Bosius Animadv. ad J. Caesar. p. 21.

*Hae revinciuntur introrsus*] Codices nonnulli, *aere vinciuntur extrorsus*. Sed vera est vulgata lectio. CLARK. *Aere* vel *Ere vinc.* est in meorum MStis septem, et Carrar. sed clare patet, eam lectionem natam esse e scriptura *ae* sine adspiratione. Optimi quivis, ut Bong. pr. Leid. pr. Voss. pr. Oxon. Scalig. et alii *hae*, vel *eae rev.* exhibent. Ed. autem Scaligeri, *haec*. ut supra aliquoties variatum est, antique pro *hae*. *ea* Ed. Plant. dein *extrorsus* in MSS. fere omnibus et Edd. Vett. legitur. Verum optimi, Leidens. prim. Scalig. Cujac. cum Egmund. Carr. Ciaccon. et Lovan. *introrsûs* servant, uti jam ediderunt Vascos. Str. Steph. et Ed. Gryph. post. ac deinceps cum Lipsio Poliorc. 3, 5. ubi hoc totum inlustrat caput. εἴσω Metaphrastes. Adde Hotom. et infra, *materia, quae introrsus revincta*.

*Alius insuper ordo adjicitur*] Saxorum. Duae trabes, distantes inter se binos pedes, initio ponuntur; intervallum complent saxa: post illarum trabium secundam alius ordo saxorum adjicitur, *ne contingant trabes*, seu, ut alternatim trabes sint et saxa. Nihil hic vidit *Just. Lipsius*, qui haec verba de trabibus accepit. DAVIS. Neque recte hoc cepit *Lipsius*, qui de *Trabibus*, (quanquam illud ferri quidem potest;) neque *Davisius*, qui de *Saxis* intellexit. Hoc enim ait *Caesar*, secundum ordinem *Trabium Saxorumque alternorum* ita inferiori ordini superpositum, ut *Trabes* singulae *Saxis* incumbant, *Saxa Trabibus*. Ut in errorem incideret *Davisius*, fecerunt verba praecedentia, *Trabes directae — distantes inter se binos pedes*, quae ille ita ac-

1 XXIV. Iis tot rebus inpedita obpugnatione, milites quum toto tempore [a] luto, frigore, et adsiduis imbribus [b] tardarentur, tamen continenti labore omnia haec superaverunt, [c] et diebus xxv aggerem, latum pedes cccxxx, altum pedes lxxx,
2 [d] exstruxerunt. Quum [e] is murum hostium paene contingeret, [f] et Caesar ad opus [g] consuetudine excubaret, militesque [h] cohortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur; paulo ante iii vigiliam est animadversum, [i] fumare aggerem,
3 quem cuniculo hostes [k] succenderant; [l] eodemque tempore toto muro clamore sublato, duabus por-
4 tis ab [m] utroque latere turrium eruptio fiebat. Alii faces, atque aridam [n] materiem de muro in agge-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Urs. Sc. Leid. pr. Cuj. et Pet. ad oram. In reliquis et Edd. Vett. ac Metaphr. deest. suspectum etiam nonnulli est. b Ita B. pr. Scal. Ox. et Edd. pp. item Ald. Steph. aliaeque. *turbarentur* Urs. L. sec. Vascos. et alii. *traderentur* V. pr. Egm. et Edd. qdd. *terrerentur* Carr. Lov. et 5 alii cum Ed. Inc. Fors. leg. *tererentur*, vel *tenerentur*, i. e. inpedirentur, cum Ed. Flor. Ber. et Bruto. nisi *tardarentur* rectum esset. c deest Edd. R. M. d *extruserunt* V. sec. e abest a B. pr. f exsulat a MSS. 10. et Edd. pp. *Caesar cum ad* Edd. R. M. V. g *consuetum* D. *ex cons.* Pet. ut alibi. *consuetudinem* B. pr. h Sic And. Ox. Scal. Reliqui cum Edd. pp. et aliis multis *hort.* i *fumigare* L. pr. k *incend.* citat Lips. l *eodem* L. pr. Sc. Ox. Ed. Steph. recte. m *utraque parte* L. pr. n *materiam* MSS. plerique et Edd. qdd. sed per *e* B. pr. Ox. And. Lov. G. V. tert. Ed. Inc. V, 4, 17.

cepit, ac si *DUAS* duntaxat *trabes* dixisset Caesar, inter se *DUOS pedes* distantes; cum e contrario, (Trabes — distantes inter se *BINOS pedes*,) sint manifesto totus inferior ordo Trabium *quantumvis multarum*, pro longitudine muri, in Solo *binos* pedes inter se distantium: quae binorum pedum intervalla saxis deinceps grandibus effarcirentur. CLARK. Recte porro Ἐπιβάλλεσι vertit Graecus, et *adjicitur* servat recentissimus Dorvill. Codex cum Edd. primis. Verum MSS. mei reliqui omnes cum Carrar. et Ed. Incerta dant, *additur*. Andin. *additus*.

*Intermissae spatiis*] Hotomannus non dubitat, quin legendum sit, *intermissis*, et ita Caesaris

rem eminus jaciebant; picem, [a] reliquasque res, quibus ignis excitari poteſt, fundebant; ut, quo primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, 369
vix ratio iniri poſſet. Tamen, quod inſtituto Cae- 5
ſaris duae ſemper legiones pro caſtris excubabant, [b] pluresque partitis temporibus [c] erant in opere, celeriter factum eſt, ut alii eruptionibus reſiſterent, alii turres reducerent, aggeremque [d] interscinderent, omnis vero ex caſtris multitudo ad reſtinguendum concurreret.

XXV. Quum [e] in omnibus locis, conſumta jam 1
reliqua parte noctis, pugnaretur, semperque hoſtibus spes victoriae redintegraretur, eo magis, quod deuſtos [f] pluteos turrium videbant, nec facile ad-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *alii rel. que* abeſt a Voſſ. 3. Egm. G. D. Ed. Inc. b *duaeque* And. Ox. Edd. Bas. Vasc. Str. et Gr. poſt. c Sic MSS. et Edd. qdd. non *in o. er.* d *inter se scind.* Scal. e deeſt L. sec. f Sic MSS. et Edd. Vett. non *t. pl.*

conſuetudinem poſtulare ait. Et sane confirmat eam conjecturam Leidensis primus, et B. Civ. 1, 20. *Non certis spatiis intermissis.* Verum et ipsa *res intermitti* dicitur, ubi desinit. cap. 17. *ad eam oppidi partem, quae intermissa etc.* c. 70. *Planities intermissa collibus.* 1, 38. *Qua flumen intermittit.* 5, 8. *Vento intermisso.*

*Ac saxis*] Ita reſtitui ex MSS. Reg. et Voſſii et Edit. Rom. *Scaliger* et recentiores omnes, (AUT *saxis.*) Qui senſus eſt nullus. CLARK. Legendum, *ac saxis*, ut ediderunt *Beroaldus*, *Ursinus*, *Gryphius* aliique. Altera lectio videtur in editionem *Scaligeranam* vitio Typographico irrepsiſſe. DAVIS. *Cur. sec.* *Ac* revocavi auctoribus MSS. omnibus. *Aut* jam eſt in Ed. Plantiniana. Non opus autem, cum Hotomanno legi, *pedum quadragenum*, vel *pedes q. longis*, quivis tiro videt, qui spatium menſurae in Accuſativo millies poni, e Grammaticis didicit.

*Picem alii*] Vox *alii* non comparet in ullo, quod sciam, Codice, aut Ed. ante Scaligerum. Primus Hotomannus scripsit, perſpicue hic deeſſe eam vocem, ut fuerit, *alii picem.* Ex hac conjectura in textum recepit Scaliger. Verum neutiquam neceſſaria eſt. Neque habet Metaphraſtes. Eruptio fiebat *ab aliis* scilicet: ubi solet omitti iſtud, *alii.*

ire apertos ad auxiliandum animum [a] advertebant,
semperque [b] ipsi recentes defessis succederent, om-
nemque Galliae salutem in illo vestigio temporis po-
sitam arbitrarentur; accidit, inspectantibus nobis,
quod, dignum memoria visum, [c] praetermittendum
2 non existimavimus. Quidam ante portam oppidi
Gallus, [d] qui per manus [e] sevi ac picis transditas
glebas in ignem e regione turris projiciebat, [f] scor-
pione ab latere dextro transjectus, exanimatusque
3 concidit: hunc [g] ex proximis unus jacentem trans-
gressus, eodem illo munere fungebatur: eadem ra-
tione ictu scorpionis exanimato altero, successit ter-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *animadvert.* b *illi* B. pr. deest Lov. *ipsis* L. sec. c Sic And. Ox. et Edd. etiam primae. Reliqui MSS. *praetereundum.* ut cap. 77. Sed v. 6, 34. d Sic cum Urs. Cod. etiam L. pr. Ox. et And. ut restituit Scal. vulgo aberat *qui.* e *Sebi* Cuj. *Sepi* MSS. 3. Ed. Inc. V. ad Front. 2, 4, 17. et infra 8, 42. f *Scurp.* hic et mox B. pr. V. pr. ut alibi *lurica* pro *lorica.* g *et ex* B. pr. *proxumis* Eg.

Alii vero ignem cujusque generis jaciebant. Et ita Graecus, οἱ δὲ, de ignem jacientibus. Confer omnino exempla congesta ad 1, 9. *Helvetii ea spe dejecti etc. alii vadis Rhodani.*

*Occurreretur*] MSS. et Edd. Vett. *Curreretur.* CLARK. Recte tamen puto Scaligerum edidisse, *occurr.* quod exaratum est in ipsius Codice ac Leid. primo. Vide ad 3, 4. *Eo occurrere et auxilium ferre.*

*Animadvertebant*] Cod. Pet. *Advertebant.* Verum membranae Andinae et Oxonienses, *animum advertebant.* Egregie. ut jam vidimus aliquoties. Vide ad 1, 24.

*In illo vestigio temporis*] Sic Bell. Civ. 2, 26. *et vestigio temporis primum agmen erat in conspectu.* Usus et Cicero in Pisonem: *Atque eodem in templo, eodem et loci vestigio, et temporis.* Est autem metaphora ab euntibus, qui vestigiis iisdem diu non insistunt. Curtius 4, 5. *Nunquam diu eodem vestigio stare fortunam.* Alibi Caesar dixit, *punctum temporis.* Bell. Civ. 2, 14. *Ita multorum mensium labor hostium perfidia et vi tempestatis puncto temporis interiit.* VOSS. Vide ad 4, 5. *E vestigio poenitere.*

*Altero, successit*] MSS. et Editt. Vett. *alteri.* CLARK. At *altero* servant MSS. Leid. pr. Cujac. Scalig. Oxon. et Andin. cum Edd. Aldi, Gryphii, Plantini etc.

tius, et tertio quartus; nec [a] prius ille eſt a pro- 4
pugnatoribus vacuus [b] relictus locus, quam, reſtin- 37
cto aggere, atque omni parte submotis hoſtibus,
finis eſt pugnandi factus.

XXVI. Omnia experti Galli, quod res nulla 1
succeſſerat, poſtero die consilium [c] ceperunt ex op-
pido profugere, [d] hortante et jubente Vercingeto-
rige. Id silentio noctis conati, non magna jactura 2
suorum sese effecturos, [e] sperabant: propterea quod
neque longe ab oppido caſtra [f] Vercingetorigis ab-
erant; et palus, [g] perpetua quae intercedebat, Ro-
manos ad inſequendum [h] tardabat. [i] Jamque hoc 3

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. dein *pugnatoribus* G. D. L. tert. V. tert. Ed. Inc. b deeſt *rel.* in Ox. *locus* in L. pr. c *fecerunt* L. pr. Ox. d *se h.* V. sec. e *putabant* And. Ox. Sc. qui vulg. habet pro var. l. f *Vercingetorix* V. sec. *Vercingetoria habebat* Sc. L. pr. g hoc ordine elegantius Sc. L. pr. non *q. perp.* h *tardebat* Egm. i *jam* D. V. sec. vulgo *hoc.* Sed *haec* eſt in B. pr. V. pr. L. pr. Lov. Pet. et aliis cum Ed. Inc. *nocte* D.

Recte, ut sit Ablativus more Caesaris, de quo egi ad c. 4. Nisi potius hic sit antiquus Dativus, pro *alteri.* Vide ad 5, 27. *alterae legioni.*

*A propugnatoribus*] Hotomannus hanc vocem hinc alienam cenſet, legitque, *protectoribus.* Verum id, quod subſtituere conatur, interpretamentum eſt elegantioris vocis, *propugnatoris. Propugnator* enim ut proprie dicitur ille, qui obseſſus defendit moenia, vallum, navem: ita saepe de obſeſſis, ut hi erant, simpliciter sumitur, vel etiam pro quocumque alterius defenſore ponitur. Conſule J. F. Gronov. Obs. 4, 17. Hinc patet, a viro docto male etiam adscriptum eſſe, *projectoribus,* aut in aliis MSS. abjici, *pro.* ut saepe factum, et hinc erratum. V. ad Liv. 26, 6. Front. 4, 5, 13.

*Omni parte*] MSS. et Editt. Vett. *omni ea parte.* Graecus, *πάντων τῶν ταύτῃ ὄντων.* CLARK. Placeret Hotomanno, *o. ex parte.* ut alibi saepe. et c. 69. *ea* non eſt in Bas. Ven. Ald. Gryph. Plant. et seqq. neque in MSS. Cuj. Leid. pr. Oxon. Sc. Andin. quare nil innovo. Contra in illis MSS. scribitur c. 28. *ex omni eo numero.* ubi alii omittunt *eo.* ubi vide. Malim tamen, *ex p.* ut habet Ciacconii liber. *ex omnibus partibus* c. 80. *duabus ex partibus* B. Civ. 2, 106. *o. illa parte* Leid. sec.

*Conſilium ceperunt ex oppido profugere*] Infinitivus eſt pro

facere noctu adparabant, quum [a] matresfamiliae repente in [b] publicum procurrerunt, flentesque projectae ad pedes suorum, omnibus precibus [c] petierunt, ne se, et communes liberos hostibus ad subplicium dederent, [d] quos ad capiendam fugam [e] na-
4 turae et virium infirmitas inpediret. Ubi eos [f] in sententia perstare viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non [g] recipit, conclamare, et significare de fuga Romanis coepe-
5 runt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum [h] viae praeoccuparentur, [i] consilio destiterunt.

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *matres familias*. b *medium* L. pr. *perc*. Carr. L. sec. tert. Ed. Inc. *procurrerant* L. pr. Sc. c *petiverunt* iidem. d *quas* L. pr. Sc. Egm. Dorv. Edd. R. M. V. Ber. Vasc. Str. Steph. Gr. post. e vulgo *natura*. dein *inpediebat* L. pr. f Hoc ordine MSS. plerique. *praes*. B. pr. V. tert. male. *sententiam* Dorv. cum Rhell. et Gland. g *recepit* B. pr. V. sec. h *et ne* Ox. i *a cons*. L. sec. sed v. ad 6, 39.

Gerundio, qui quidem loquendi modus Poetis ex Hellenismo est usitatissimus, nec tamen eum refugerunt optimi prosae orationis scriptores. *Sallustius* Catil. c. 17. *Quibus in otio vel magnifice vel molliter vivere copia erat*. *Corn. Nepos* Lysandr. c. 3. *Iniit consilia, reges Lacedaemoniorum tollere*. *Justinus* 36, 1, 3: Pellere *ipsum regno consilium cepit*. Vide et *Hirtium* de Bell. Afric. c. 78. DAVIS. Vide etiam ad 8, 44.

*Cum matresfamilias*] In v. c. *matresfamiliae*. Et ita Bell.Civ. 2, 4. inquit: *Omnium seniorum, matrumfamiliae, virginum precibus*. VOSS. Bene id hoc loco, quod tamen omisit supra, monuit Vossius. *familiae* exstat in Bong. Vossianis, Leidensibus, Petav. Egmund. Scalig. Cujac. Lovan. Gott. Duk. Dorv. et Edd. primis, item Vascos. Stradae, Steph. ac Gryph. poster.. Vide cum alibi, tum 1, 50. *Matresfamiliae eorum*.

*Natura et virium infirmitas*] Pro, naturalis virium infirmitas. ἀσθενεία τῆς φύσεως Graecus. Poëtis mos loquendi familiarissimus. In v. c. est, *naturae et virium infirmitas*. VOSS. *Virium infirmitatem* dixit etiam *Lactantius* Div. Inst. 1, 9. Hic autem est ἓν διὰ δυοῖν, *natura* enim *et virium infirmitas* idem denotat, ac naturalis virium infirmitas. Sic apud *Justinum* 2, 2. *Lanae iis usus ac vestium ignotus est*, pro eo quod est, *lanearum ve-*

XXVII. Postero die Caesar, [a] promota turri, 1
directisque operibus, quae facere instituerat, ma- 371
gno coorto [b] imbri, non inutilem hanc ad capiendum consilium tempestatem [c] arbitratus, quod paullo incautius custodias in muro dispositas videbat, suos quoque languidius in opere versari jussit, et, quid fieri [d] vellet, ostendit. Legiones in- 2
tra vineas in occulto expeditas cohortatur, ut ali-
quando pro tantis laboribus fructum victoriae per- 372
ciperent: his, qui [e] primi murum adscendissent, praemia proposuit, militibusque signum dedit. Illi 3
[f] subito ex omnibus partibus evolaverunt, murumque celeriter [g] compleverunt.

VARIAE LECTIONES.

a *Permota* MSS. 3. et Ed. Inc. b Sic Cuj. Pet. Ox. And. Reliqui *imbre*, et Edd. Vett. c vulgo *arb. est*: *suosque.* d *velit* V. tert. e *primum* L. pr. Ed. Dav. *escend.* f *celeriter* L. pr. a m. pr. g Sic MSS. o. et Edd. quaed.

*stium*. Vide *Joan. Georg. Graevium* ad *Ciceronis* Offic. 1, 44. DAVIS. MSS. Reg. et Vossii, *naturae* etc. Graecus, τῆς φύσεως. CLARK. Scio, satis bene defendi posse τὸ *natura*. Verum id retineri contra MSS. non video esse necesse. Jam vero *naturae* exaratum est in Bong. Vossianis, Ursin. Oxon. Scalig. Leidd. Lovan. Egmund. neque dubito de aliis vetustioribus; atque ita ediderunt Vascos. Strad. Steph. et Gryph. post.

*Directisque operibus*] MSS. Reg. et Voss. *erectisque*. Edit. Rom. *perfectisque*. Graecus, συντελέσας. CLARK. *Perfectisque* legas sane in MSS. aliquot, ut Leid. primo, Scal. Oxon. And. Cujac. Dorvill. et Dukeri a m. prima, ut et Edd. Mediol. Ven. Ber. Vasc. Ald. Gr. Steph. Plant. aliisque. *Erectis* autem in Duker. supra scriptum ac Vossiano sec. idque placebat Hotomanno. Verum retineo ego, *directisque*, quod Ed. Incerta (in qua, *et dircreatetis*) jam habet cum MSS. reliquis, uti et Aicardi, sive *derectis*, quod est in Voss. pr. et Urs. *derelictis* Leid. sec. *Directis operibus* idem est, ac *oppidum versus promotis*, *et institutis*, sive ita *dispositis*, ut operibus illis jam factis nocere et adpropinquari posset urbi. Ita passim, *dirigere aciem*. Imo, *dirigere castella*, Florus 4, 12, 26. Hinc ibidem §. 31. *Se dirigere*. ubi vide, et in Ind. ac Lexicis.

*Quod paullo incautius custodias in muro dispositas*] In Orosio est, *cum hostilium machi-*

1 XXVIII. Hostes re nova perterriti, muro turribusque dejecti, in foro ac locis [a] patentioribus cuneatim constiterunt, hoc animo, ut, [b] si qua ex parte obviam [c] contraveniretur, acie instructa [d] de-
2 pugnarent. Ubi neminem in aequum locum sese [e] demittere, sed toto undique muro circumfundi viderunt, [f] veriti, ne omnino spes fugae tolleretur, abjectis armis, ultimas oppidi partes continenti in-

VARIAE LECTIONES.

a *patentibus* And. Ox. L. pr. b *supra* G. V. sec. Ed. Inc. c *contra venirent* V. sec. tert. male. d *pugn.* L. pr. e *dimittere* MSS. plerique et Edd. pp. prave. f *verito* L. tert.

*narum amenta nervique languerent.* VOSSIUS.

*Suosque languidius in opere*) Vet. cod. *Suos quoque*, quod rectum esse nullus ambigo. IDEM. Vetus *Dionys. Vossii* codex habet, (*Suos quoque.*) Nec dubitat vir doctissimus, quin ita legi debeat. At vero id ita demum ferri potest, si, mutata distinctione, tota hoc modo interpungatur sententia: (— *arbitratus est. Quod paullo incautius custodias in muro dispositas videbat*, suos quoque *languidius in opere versari jussit; etc.*) Quomodo et Graecus Interpres accepit. CLARK. Cujacii etiam Cod. Scal. et Oxon. cum Pulm. Schedis et Edd. Vasc. Stradae, R. Steph. et Ed. Gryph. post. exhibent, *suos quoque*, optime, modo post *arbitratus* deleamus *est:* unde majore illa distinctione non est opus. Ed. Inc. *suos et l.*

*Intra vineas*] Nonnulli Codices, (extra *vineas.*) Lautusque valde est Hotomannus, qui id sine dubio rectum existimat, quia nimirum *vineis contineri legiones non poterant.* Quasi vero, (*intra vineas*) non illud ipsum esset, quod censet vir Doctissimus Caesarem dicere debuisse, *citra*, vel *post vineas*. Graec. ὑπὸ ταῖς μηχαναῖς. CLARK. *Intra vineas* idem est, ac *intra vallum*, *intra castra*, *intra praesidia* B. Civ. 3, 83. et similia sexcenta. Verum tamen MSS. mire variant. Nam Bong. pr. praebet, *legionibusque extra vineas in occulto expeditis*. Vossiani vero pr. et sec. Petav. Egmund. Gott. *legionibusque extra castra vineas in o. expeditis*. atque ita Lovan. nisi quod ille habeat, *vineasque*. At Leid. sec. et Voss. tert. *legionibusque extra castra vineis in occ. expeditis. extra castra*, pro *intra vineas*, quoque Duker. *In occulto* deest Leid. pr. et Scalig. Leid. tert. et Buslid. *legionibusque extra castra vineas in o. expediri.* quo facit etiam Ed. Incerta, habens, *et legionibus extra castra vineas in occ. expediri*. Pro *intra* in Leid. pr. pro varia lectione est, *juxta*. Ex his varietatibus Codicum legi plenius posset, licet sensus eodem redeat: *Legionibusque extra castra intra vineas in occulto expeditis*, *cohortatur*. sc. *eas*, vel

petu petiverunt; parsque ibi, quum angusto [a] por- 3
tarum exitu se ipsi premerent, a militibus; pars
[b] jam egressa portis ab equitibus est interfecta: nec 4
fuit quisquam, qui praedae studeret. [c] Sic, et Ge-
nabensi caede, et labore operis incitati, non aetate
confectis, non mulieribus, non infantibus peper-
cerunt. Denique ex omni eo numero, qui fuit cir- 5
citer [d] XL milium, vix DCCC, qui, primo clamore

### VARIAE LECTIONES.

a Sic L. pr. non *ex. p.* b deest Egm. c *sed G.* L. pr. *sed et G.* Egm. non male. *Genabi* Edd. pp. et MSS. praeter Cuj. And. Sc. L. pr. Ox. d *milia* Pet. MSS. plurimi *m. XL.* ut et *ejecerunt* cum Edd. pp.

*milites.* Vide, quae diximus c. 4. quamvis et possit referri ad *suos*, quod praecessit. *In occulto* possit videri etiam esse interpretamentum τοῦ *intra vineas.* Sed adi 1, 30. Saltem *cohortatur* praetuli, majore distinctione post *perciperent* posita, ex MSS. Leidensi primo, Scaliger. Oxon. Andino, Dorvill. Carrar. et Edd. primis.

*Escendissent*] Vulgg. *adscendissent*, sed lectio a nobis recepta est in Cod. *Andino*, et eam propugnat *J. F. Gronovius* ad *Livii* 2, 28. Eadem vox *Silio* Italico videtur restituenda, in quo 2, 3. ita legitur: — *Gelidosne scandere tecum Deficiam montes.* — Repono, *escendere.* Sic *Sallustius* Jugurth. c. 97. dixit, *pars equos escendere.* DAVIS. Attamen MSS. omnes reliqui ad unum, etiam Oxon. qui aliter consentire cum Andino solet, hic et c. 46. *Adscensus*, ubi vide Periz. et c. 48. *Adscendere* retinent: quare, pace summi viri manium, cum Clarkio *ad* hic revocavi. Ceterum innumeris locis istud *escendere* voluerunt inculcare viri docti. Vide, quos laudant Cel. Drakenb. ad laud. Livii locum, et Doct. Arntz. ad Aurel. Vict. Ill. c. 58. *Muros primus adscendit*, sed et judicium Cel. Burm. ad Suet. Jul. c. 62. B. Civ. 1, 28. *Muros adscendunt.* Ita *adscendere in navem*, non *escendere.* Vide Doct. A. V. Staveren ad Nepot. Them. c. 8.

*Praemia proposuit*] Pecuniam. Sic *Caesar* ob virtutem turmae Cassianae donavit millia XIII. ut narrat auctor Bell. Hisp. c. 26. *Joan.* quidem *Brantius* praemium, quod hic pollicetur Imperator, muralem fuisse coronam censet. Perperam; haec enim ei soli, qui primus murum subiit, erat donata. *Caesar* autem pluribus praemia, de quibus hic agitur, proponit. Vide *A. Gellium* Noct. Attic. 5, 6. DAVIS.

*Obviam contraveniretur*] Faernus et cum eo Ursinus e MS. delent *contra*, at Hotomanno placebat ejicere, *obviam.* Mihi non liquet, an e varia lectione nata sit quaedam vox: de qua corruptionis caussa consule Drakenb. ad Liv. 3, 44. Burm. ad

audito, se ex oppido ejecerant, incolumes ad [a] Ver-
6 cingetorigem pervenerunt. Quos ille, multa jam
373 nocte, silentio [b] ex fuga excepit (veritus, ne qua
in castris [c] ex eorum concursu et misericordia vulgi
seditio [d] oriretur) ut procul in via dispositis fami-
liaribus suis, principibusque civitatum, disparan-
dos, deducendosque ad suos curaret, quae [e] cui-
que civitati pars castrorum ab initio obvenerat.

XXIX. Po-

VARIAE LECTIONES.

a Per *n*. L. pr. b vulgo *sic ex f. excipit* Edd. qdd. c *conc. eorum* Ox. *ex cursu eorum* L. pr. d *oreretur* B. pr. V. pr. ut alibi. *miseria* MS. Steph. L. sec. et Hotom. male. *mia* Gott. et Ed. Inc. e *cui* L. tert. V. tert. Ed. Inc.

Suet. Aug. c. 2. *candidatus petitor*. Huc forsan etiam referenda 4, 25. *proximae primae naves*. Vide etiam B. Civ. 3, 13. Codd. mei aliorumque utrumque retinent. Simile fere Ovid. Met. 4, 80. *Oscula non pervenientia contra*. Similiter B. Afric. c. 45. *Contra Caesarem adversus armatusque consistam*. De tali pleonasmo vide cum alibi, tum ad B. Civ. 3, 61. *Vulgo universi*. Similia etiam vide apud Cl. Drakenb. ad Liv. 3, 41. *ultra vocem excessisset*.

*Ne omnino spes omnis fugae*] Sic MS. Reg. eleganter. Alii omittunt, *omnis*. CLARK. Neque ullus ex meis agnoscit τὸ *omnis*: quod temere intrusum nolim, licet contra B. Civ. 3, 53. occurrat, *nemo fuit omnino militum*. Sic temere *omnino* et *omnium* bis contra MSS. apud Cicer. intrudere conatur Doct. Thom. Bentlej. ad Fin. 1, 12.

*Continenti*] Male Faernus et Ursinus ex unico codice *Continuo* praetulere, licet iis adstipuletur Oxoniensis. Aliud adjectivum amavit noster. ut saepe jam vidimus. Et ita c. 4. *labore continenti omnia superare*; et ita B. Civ. 3, 63. *Continentia bella* 5, 11. *Continens flamma* 8, 15. *Continentes dies* B. Civ. 3, 84. Atque ita passim alii. Corrigendus e MS. Dict. Cret. 3, 26. *Continente flamma*, vulgo *continuante*, ex indicio Cl. Perizonii, qui eum locum hic adscripserat.

*Omni eo*] Deest *eo* in MSS. et Editt. Vett. Neque ad sententiam opus est, ut retineatur. CLARK. Ad sententiam quidem non requiritur, sed videndum, num Caesaris stylus et veneres pronomen addi non flagitent. Certe agnoscunt id MSS. Cuj. Leid. pr. Scal. Ox. et And. Contra c. 25. illi codices carent τῷ *ea* in, *omni ea parte*: ubi reliqui cum Edd. pp. admittunt. c. 57. *Illum omnem locum*. c. 75. MSS. plerique, *omnes hos*. c. 79. *Omnem eam planitiem*. 8, 46. *Omnem illam regionem*, uti MSS. plurimi habent. B. Civ. 3, 11. *Omnesque eas naves*. B. Alex. c. 9. *omni illa*

XXIX. Postero die concilio convocato, conso- 1
latus [a] cohortatusque est, *ne se admodum* [b] *animo*
*demitterent,* [c] *neve perturbarentur incommodo; non* 2
*virtute, neque* [d] *in acie vicisse Romanos, sed arti-*
*ficio quodam et scientia obpugnationis; cujus rei fue-*
*rint ipsi inperiti: errare, si qui in bello* [e] *omnis se-* 3
*cundos rerum* [f] *proventus exspectent: sibi numquam* 4
*placuisse, Avaricum defendi, cujus rei testes ipsos* 374
*haberet; sed factum inprudentia Biturigum, et ni-*

VARIAE LECTIONES.

a *hort.* Edd. B. V. M. *est* abest a Carr. b deest L. pr. sec. *dim.* MSS. 8. et Edd. pp. male. c MSS. plerique et Edd. pp. *ne.* fors. *neu,* ut saepe. d vulgo deest *in.* e Sic B. pr. V. pr. Ox. et alii. f vulgo *eventus.*

*regione,* item c. 26. et c. 42. et passim.

*Silentio, sic ex fuga excepit*] Ursinus primus ita refinxit locum, e suo codice interponens, *sic;* putavitque, nisi ita legatur, vix satis aptum sensum elici posse. Eum secutus est Scaliger, et certe particulam illam agnoscunt quoque And. Oxon. et Leid. pr. qui non habet, *ex fuga,* ut et quidam editi. Verum cum in MSS. reliquis omnibus, etiam Scalig. Petav. Cujac. qui alias solent cum nominatis Codd. consentire, non adsit *sic,* suspecta mihi est vehementer, licet sequatur *ut:* immo ea conjunctio caussa fuit, cur sciolus adderet *sic,* putans, sine eo sensum non constare, et Hotomannus contra pro *ut* vellet legere *et.* quod est quoque in MSS. Carr. Lovan. et 4. recentioribus cum Ed. Incerta, perperam. At vero elegantius tum alii, tum noster particulam *sic, tam, ita* etc. ante *ut* omittere solet. Multis id ostendimus jam 3, 14. *Has altitudo puppium superabat, ut* etc. ubi intruserant *tantum,* aliisque locis. Ceterum Leid. sec. dat, *recepit,* male. Recte Hotomannus explicuit, *excipere fuga,* per, intercipere in ipsa via. ut 6, 35. *Multos ex fuga dispersos excipiunt.* B. Civ. 1, 24. *Reducitur ad eum deprehensus ex itinere.* Sall. B. Catil. c. 34. *Ex itinere litteras mittit.* Et ita passim, *ex itinere obpugnare urbem,* et similia.

*Disparandos*] Rarior hujus verbi usus est apud aurei aevi scriptores pro, *sejungere, separare,* unde notandum, in MSS. Gottorp. et Vossiano tert. scribi, *dispertiendos,* a *dispertire,* sive *dispartire.* quo aliis in locis utitur auctor. in Lov. *disparandos deducendos ad s.* Verum ut hic, ita clare Plautus Rud. in Prol. vers. 6. *Is nos pergentis alium alia disparat.* Conjecit etiam Cl. Perizonius, hoc verbum restituendum Val. Max. 2, 7, 11. *manus a corporibus suis districtae, inque cruentato solo dispersae.* ut legere malim.

*Neque in acie*] Sic MSS. Reg.

*mia obsequentia reliquorum, uti hoc incommodum*
5 [a] *acciperetur: id tamen* [b] *se celeriter majoribus com-*
6 *modis* [c] *sanaturum. nam quae ab* [d] *reliquis Gallis civitates* [e] *dissentirent, has sua diligentia adjuncturum; atque unum consilium totius Galliae effecturum; cujus* [f] *consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere: idque se prope jam effectum habere.*
7 *Interea aequum esse, ab iis communis salutis caussa*

VARIAE LECTIONES.

a *recip.* Carr. et 3 mei cum Edd. pp. b deest L. pr. Oxon. *sceleriter* B. pr. c *senat.* B. pr. V. pr. a m. pr. d *ceteris* Edd. R. M. V. *Galliae* Egm. e *desent.* B. pr. f Sic L. pr. And. Ox. Scal. Urs. Br. V. tert. et Edd. R. M. V. aliaeque. V. Glaud. et ad 1, 16.

Eliens. et Vossii. Editi (*neque acie*), minus bene. CLARK. Recte Clarkius addidit praepositionem *in.* quam agnoscunt cum Ed. Inc. et MSS. Urs. Hotom. Brant. mei Codices omnes, excepto recentissimo Dorvilliano, ex Caesaris genio, quem secutus est Hirtius B. Alex. c. 56. *Pompejum in acie victum.* c. 74. *in acie conflixisse, et vicisse.* Praepositionem hic alii quoque addiderunt. Valer. Max. 1, 5, 6. *Pompejus in acie Pharsalica victus.* 3, 2, 4. *ducem Fidenatium in acie congressus interemisset.* atque ita MSS. innumeri Sallust. Jug. 54, 5. *Statuit, non proeliis, neque in acie, sed alio more bellum gerundum.* Sic quoque infra c. 64. MSS. plerique, *in acie dimicaturum.* ut et B. Afric. c. 80. *In acie dimicassent.* B. Afric. c. 42. *In acie pugnare.* Hinc nil mutandum censeo apud Quinctilian. Declamat. 12, 21. *in acie confligere.*

*Secundos rerum eventus*] MSS. *Carrar.* et *Norvic.* cum editt. *Rom. Beroald.* exhibent, *secundos rerum proventus,* quae quidem lectio mihi videtur recipienda. Sic B. G. 2, 38. *superioris temporis proventum* pro successu posuit, nec aliter *rebus feliciter provenientibus* dixit *Justinus* 7, 6. Ita et *Appulejus* Metam. l. 9. p. 204. et l. 10. p. 210. ed. *Pricaean.* adeo ut vulgatam lectionem e Glossemate ortum habuisse nullus dubitem. DAVIS. Ratio est, quod *provenire* non nunquam valet *accidere,* sive bonus, sive malus sit eventus. *Suetonius* Aug. c. 94. *Unique omnino magno Alexandro apud easdem aras sacrificanti simile provenisset ostentum.* Vulgo legitur, *unique* olim *omnino:* sed cum MS. Memmianus det, *unique omni magno,* vocem *olim* delendam censui. Idem in Vespas. c. 5. *Quicquid agitaret volveretque animo, quamlibet magnum id esset,* (sic cum *Salmasio* legerim) proventurum *pollicerentur. Vulcatius Gallicanus* in Avidio Cassio c. 3. *Ne quid fatale* proveniret. *Vopiscus* in Aureliano c. 18. *Paventibus cunctis, ne eadem, quae sub Gallieno fuerant, provenirent.* Videsis et c. 21. IDEM. *Cur. sec.* Proventus) Sic MSS. et E-

*inpetrari, ut castra munire instituerent, quo facilius repentinos hostium* [a] *inpetus* [b] *sustinere possent.*

XXX. Fuit haec oratio non ingrata Gallis; 1
[c] maxime, quod ipse animo non defecerat, tanto
accepto incommodo, neque [d] se in occultum abdi-
derat, et conspectum [e] multitudinis fugerat: plus- 2
que animo [f] providere et praesentire [g] existimaba-
tur, quod, re integra, primo incendendum Ava-

VARIAE LECTIONES.

a *inpetum* Carr. male. b Sic Cuj. Pet. Sc. L. pr. And. Ox. reliqui MSS. et Edd. pp. *sustinerent.* c *et maxime* MSS. plur. et Edd. Vett. d MSS. fere carent *se.* Duk. *in o. se.* e vulgo *neque c.* f *praev.* Dorv. g *videbatur* Lov. Dorv. Edd. R. M. V.

dit. Rom. Quam lectionem, exemplis allatis, erudite tuetur *Davisius.* Alii habent, *eventus.* CLARK. Hisce accedant MSS. etiam mei omnes, praeter Cuj. et Leid. pr. Item Edd. Mediol. et Incerta. Omnino recte. Ita emendavi quoque e MSS. Appulejum l. 10. p. 230. Ed. Pr. *Medicinae proventus adpareat:* vulgo, *probatus eventus.* Vide in Obs. Misc. Vol. 3. t. 2. Nec secus rescripsi e Codicibus infra c. 70. *pugnae proventum exspectabant.* Valer. Max. 3, 2, 5. Ext. *Excellentissimos virtutis proventus miserabilis lapsus sequitur.* ubi itidem Cod. Harl. *eventus m. casus s.* 5, 10, 2. *In maximo proventu felicitatis nostrae.* ubi vide soceri notas. 8, 1, 3. *secundarum rerum proventu abuti.*

*Et conspectum*] Sic MSS. et Editt. Vett. Recentiores (neque *conspectum.*) CLARK. Lege, *et conspectum*, quod jubent *Buslid. Norv.* et *Beroald.* DAVIS. *Cur. sec.* Mei quoque omnes ad unum usque et Edd. pp. ac Vasc. R. St. aliaeque, *et*, ἀπὸ κοινοῦ repetendum *non*, ut fit saepissime: nec enim opus, cum Egmundano scribi, *non fug.*

*Homines insueti laboris*] MS. *Norvic. laboribus*, quod probum est; sed altera loquendi ratio *Caesari* magis usitata. Sic B. G. 5, 6. *Insuetus navigandi;* ac B. C. 1, 44. *Insuetos hujus generis pugnae.* Vide et B. C. 3, 49. Non autem necesse est, ut verba hoc modo transponamus, *sic sunt animo consternati, ut homines insueti laboris* etc. quod tamen, adversantibus libris, *P. Ciacconio* faciendum videbatur. DAVIS. *Insueti* laborum) Sic MS. Reg. MS. Eliens. (*insueti* laboribus.) Vulgg. (*insueti* laboris.) CLARK. *Laboris* retinent nostri constanter. Alibi *insolens* ita utitur auctor, ut B. Civ. 2, 36. ubi vide Dav.

*Patienda*] Quia alibi noster dicit, *facere, quae imperarentur*, Cl. Ciaccon. hoc etiam loco substituere conatur, *facienda; ποιητέα* certe vertit Graecus. Nihilominus frustra. Nam MSS. Andin. Cujac. Oxon. Leid. pr. et Scalig. cum Edd. Ven. 1517. Basil. Aldi, Vasc. Str. Steph. Gryphii et aliis optime exhibent, *patienda et perferenda*, id est, omnia onera subeunda. Quin et ita exstat in

3 ricum, [a] poſt deſerendum cenſuerat. Itaque ut reliquorum Imperatorum res adverſae auctoritatem minuunt, sic hujus [b] ex contrario dignitas, incom-
4 modo accepto, in dies augebatur. Simul in spem veniebant, ejus adfirmatione, de reliquis adjungendis civitatibus: primumque eo tempore Galli caſtra munire inſtituerunt; et sic sunt animo conſternati, homines inſueti laboris, ut omnia, quae imperarentur, sibi patienda [c] et perferenda exiſtimarent.

1 XXXI. Nec minus, quam eſt pollicitus, Ver-
375 cingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret, atque earum principes donis pollicita-
2 tionibusque [d] adliciebat. Huic rei idoneos homines [e] deligebat: quorum quisque aut oratione subdola,
3 aut amicitia facillime capi poſſet. Qui, Avarico

VARIAE LECTIONES.

a *postea* L. pr. *consuluerat* pro *cens.* Lov. b *e cont.* L. pr. c *et perf.* vulgo deſunt. d *adlicebat* B. pr. e *dilig.* V. pr. et 4. alii recentes cum Ed. Inc.

Urſinianis, ut ex ejus nota patet, dum scribit, se non dubitare, quin *et perferenda* sint Grammatici alicujus gloſſema, nec reperiri in vet. libro Faërni. Ergo quidem in suis. Synonyma sexcenties a noſtro jungi, monendum fuit 2, 20. et saepe. paullo ante *providere et praesentire*. 4, 22. *navibus coactis contractisque*. paſſim, *parere et imperata facere*. Praeterea *patior* et *perfero*, sive *patior* et *fero*, *perpetior* et *perfero*, Cicero et Terentius crebro copulant, ut vel e Lexicis videre eſt. Quis nescit illud Horatii? *Rure meo possum quidvis perferre patique*. Hinc etiam B. Civ. 3, 15. *patienter atque aequo animo ferre*. Aliquoties *patienter ferre* etiam dicit auctor, ut 7, 77. B. C. 1, 85. Temere ergo Faërno reliquisque MSS. crediderunt editores, quos non secutus *et perferenda* auctori reſtitui.

*Earum principes donis* etc.] MSS. Eas (*bonis* corrupte pro *donis*) etc. Atque fieri sane poteſt, ut (*earum principes*) interpretamentum sit τȣ̃ (*eas.*) CLARK. Uti exhibent vulgo, hoc confirmatur a MSS. Cuj. Scal. And. Oxon. et Leid. pr. cum Urſin. Reliqui cum Edd. primis, *eas bonis pollicitationibus*. quod ultimum certe ineptum eſſe, vel ex Brantii nota patet. *Earum principes* etiam Metaphraſtes habet: τȣ̃ς τȣ́των ἄρχοντας δωρεαῖς τε καὶ ὑποσχέσεσι ἀνακτώμενος.

expugnato, [a] refugerant, armandos vestiendosque curat; simul, ut [b] deminutae copiae redintegrarentur, imperat certum [c] numerum militum civitatibus;
quem, et quam ante diem [d] in castra adduci velit; 4
sagittariosque omnes, quorum erat [e] permagnus in Gallia numerus, conquiri, et ad se mitti, jubet. His rebus celeriter id, quod Avarici deperierat, expletur.
Interim [f] Teutomatus, Olloviconis [g] filius, 5
rex Nitiobrigum, cujus pater [h] ab senatu nostro amicus erat adpellatus, cum magno equitum suorum numero, [i] et quos ex Aquitania conduxerat, ad eum pervenit.

XXXII. Caesar Avarici complures dies com- 1
moratus, summamque [k] ibi copiam frumenti, et re- 376
liqui commeatus nactus, exercitum ex labore atque

VARIAE LECTIONES.

a *eff.* L. pr. *conf.* L. sec. b Sic C. A. Sc. L. pr. Ox. Pet. reliqui et Edd. qdd. *dim.* c *mil. num.* G. V. tert. Ed. Inc. d *et c.* B. pr. e *magnus* B. pr. *permaximus* L. tert. Ed. Inc. ordo e L. pr. al. *num. in G.* paullo ante *quoniam* V. C. Urs. mox *id* exsulat a Dorv. Edd. R. M. V. f Sic sine adspiratione MSS. et Edd. Vett. *Taut.* V. pr. *Teutomotus* B. pr. L. pr. Scal. Cuj. *Theotomotus* Celsus. *Τευτόμαvος* hic et c. 46. Gr. dein *Allov.* L. pr. Sc. Cuj. *Sollov.* Egm. g deest L. tert. et *Nitiobrogum* MSS. plerique, ut c. 46. h *a s.* MSS. 5. et Edd. qdd. i copula abest ab Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. Non habet haec 5. verba *et q. ex A. c.* Metaphrastes. k deest Carr. Duk.

Quare, si quid esset mutandum, mallem, *eas principesque.* vel, *eas, uti et principes.* At, ut dixi, nil muta. c. 64. *Horum principibus pecunias, civitati imperium pollicetur.*

*Aut oratione subdola, aut amicitia facillime capi posset*] MS. *Norv.* et editt. *Rom. Ven. Beroald.* penultimam vocem omittunt; sed eam Graecus in suo Codice invenit, et retinendam censeo. In vulgg. erat, *et oratione subdola, aut amicitia,* in aliis corruptius, *et ratione;* nos autem ex Codicibus memoratis *Caesarem* emendavimus. DAVIS.

*Quorum quisque aut oratione subdola, aut amicitia, facillime capi posset*) Hoc est, *quorum aut oratione subdola, aut amicitia, facillime* quisque *capi posset.* Recens editi, Scaligeri errorem (typographicum, ut opinor,) optima fide secuti, habent,

2 inopia [a] refecit. Jam prope hieme confectâ, quum
ipſo anni tempore ad gerendum bellum vocaretur,
et ad hoſtem proficisci [b] conſtituiſſet; sive eum ex
paludibus silvisque elicere, sive obsidione premere
poſſet; legati ad eum principes Aeduorum [c] veniunt,
oratum, *ut maxime necessario tempore [d] civitati*
3 [e] *subveniat: summo esse [f] in periculo rem; quod,*
*quum singuli magistratus antiquitus creari, atque*
*regiam potestatem [g] annum obtinère consuessent, duo*
*magistratum gerant; et se uterque eorum legibus*
4 *creatum esse dicat. Horum esse alterum [h] Convi-*
*ctolitanem, florentem et inlustrem [i] adolescentem;*
*alterum [k] Cotum, antiquissima familia natum, at-*

VARIAE LECTIONES.

a *reficit* B. pr. Ox. Dorv. b *inst.* B. pr. *constituit* Dorv. c *venerunt* L. pr. d *civitatibus* And. Ox. e *subveniret* L. pr. f deeſt L. sec. g *annuam* And. L. pr. h *Convictolitavem* MSS. *Convictolitavim* L. pr. Pet. et infra. i *adul.* B. pr. V. pr. Egm. k *Cottum* L. pr. et infra.

(ET *oratione subdola:*) sensu prorſus nullo. In MSS. plerisque deeſt, *capi.* Tumque senſus erit, (*Quorum quisque, aut oratione subdola, aut amicitia*, plurimum *posset.*) Sed praeſtat prior Lectio. CLARK. *Aut or.* MSS. mei omnes et Edd. ante Scalig. Dein *capi* abeſt a Carrar. et novem ex meis, quorum tamen vetuſtiſſimus eſt Voſſ. primus. Fraudi fuit librariis vox *quisque*, quam cum *quorum* conſtruxerunt. Aliam enim eſſe conſtructionem, bene poſt Brantium docuit Clarkius. Cauſſam hanc omiſſionis me vere subodoratum eſſe, patet ex Bongars. primo et Lovan. qui dant, *capere.* Melius certe, quam si totum verbum omittatur.

*Avarici*] Bongars. pr. Voſſ. prim. Lovan. Egmund. et septem recentiores cum Edd. prim. aliisque, *Avarico.* Quod meretur addendi, licet non ſtatim in textum intrudi velim, praeſertim contradicentibus aliis optimae quoque notae codicibus, et loco c. 47. Poſterioris certe aevi Latinitas fuit; uti olim jam monui ad J. Obseq. c. 114. *Asculo per ludos Romani trucidati.* Juſtin. 2, 13. *Pontem Abydo fecerat.* Adde Arntzen. ad Aurel. Vict. Epit. c. 37. *Sirmio in turri ferrata occiditur.* Variant etiam MSS. B. C. 1, 12. Imo MSS. et Edd. 1, 33. *Corfinio captum dimiserat*, uno alteroque excepto. Item 3, 5. *hiemare Dyrrhachio, Apolloniaque.* c. 105. *Epheso pecunias ex fano Dianae tolli;* at c. 34. eſt, *Ephesi.* Sed ibi poteſt motus de loco intelligi. B. Afr. c. 34. *Lilybaeo*

*que ipsum hominem summae potentiae, et magnae cognationis, cujus frater Valetiacus* [a] *proximo anno eumdem magistratum gesserit: civitatem* [b] *omnem* 5
*esse in armis, divisum senatum, divisum populum in suas cujusque eorum clientelas: quod si diutius* 6
*alatur controversia,* [c] *fore, uti pars cum parte civi-* 377
*tatis confligat: id ne accidat, positum in ejus diligentia atque auctoritate.*

XXXIII. Caesar, etsi [d] a bello atque hoste dis- 1
cedere, detrimentosum esse existimabat: tamen non ignorans, quanta ex dissensionibus incommoda oriri consuessent; ne tanta, et tam [e] conjuncta populo Romano civitas, quam ipse semper aluisset, omni-

VARIAE LECTIONES.

a *Vedeliacus* vulgo. b *esse omn.* B. pr. V. pr. Ox. abest *esse* a G. V. tert. Ed. Inc. c *futurum* Ox. d *a* exsulat a L. pr. Ox. Lov. Dorv. contra Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *a b. atque ab h.* non male. V. ad 5, 34. e *convicta* Ox.

*inponit legiones.* Sic et MSS. Nep. in Chabr. c. 2. et alibi. Adi A. van Staveren ad Epam. 10, 3.

*Reliqui comm.*] Deest *reliqui* in Carrar. ut saepe *frumentum et commeatus* jungitur. adi ad 3, 7. sed 8, 7. *frumentatione et reliquo commeatu prohibere Romanos.*

*Vedeliacus*] V. c. *Valetiacus* habet. in Graeco etiam est, *Βαλητιακός*. MS. noster, *Valetiatus.* VOSS. *Valetiacus* rescripsi auctoribus MSS. Petav. Scalig. Lovan. Cujac. Egmund. et tribus aliis, Eddque Rom. Med. Ven. Vasc. Str. Steph. et pluribus. *Valetiatus*, vel *Valeciatus*, Bong. pr. Voss. pr. Leid. pr. et tres recentiores. *Valiciatus* Ortel. *Veleciacus* Leid. tert. *Velaciacus* Ed. Inc. *Valetincus* Carr.

*Populum in suas cujusque eorum clientelas*] Ita primus, quod sciam, edidit Scaliger, cui adstipulari videntur membranae Andinae et Oxonienses. nam nihil variationis ex iis adnotatum in excerptis reperio. Verum reliqui MSS. et Edd. exhibent, *populum: suas cujusque eorum clientelas*, id est, suos cuique favere clientes. atque ita legit Metaphrastes: διήρηται μὲν ὁ δῆμος. διήρηται δὲ καὶ ἡ γερουσία. διήρηνται δὲ καὶ πᾶσαι, ὡς εἰπεῖν, αἱ οἰκίαι. Hotomanno placebat, *suas cuique c. esse cl.* Sed nisi vetus lectio sana est, verosimilis est Scaligeri correctio, quia facile *in* propter praec. *populum* excidere potuit.

*Pars cum parte civitatis*] Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Editi, *pars cum civitatis parte*, ordine

busque [a] rebus ornaſſet, ad vim, atque [b] ad arma [c] descenderet; atque ea pars, quae minus sibi confideret, auxilia a Vercingetorige arceſſeret, huic
2 rei [d] praevertendum exiſtimavit: et, quod, legibus Aeduorum, his, qui summum magiſtratum obtinerent, [e] excedere ex finibus non liceret, ne quid de jure aut de legibus [f] eorum deminuiſſe videretur, ipſe in Aeduos proficisci ſtatuit, senatumque omnem, et quos inter controversia eſſet, ad se Dece-
3 tiam evocavit. Quum prope omnis civitas eo [g] conveniſſet, doceretúrque, paucis clam [h] convocatis, alio loco, alio tempore, atque oportuerit, fratrem [i] a fratre renunciatum; quum leges, duo ex una

VARIAE LECTIONES.

a *iisque r.* suprasc. in L. pr. b MSS. plerisque et Edd. pp. deeſt *ad.* sed vide ad §. seq. c Sic Cuj. Urs. Pet. L. pr. Scal. Oxon. And. reliqui perperam cum Edd. pp. *discederet.* V. ad c. 78. iidem MSS. et Edd. qui exhibent *disced.* carent τῷ *sibi* cum Pet. et Carr. d *praeveniendum* L. sec. e *finibus excedere* Lov. D. Dorv. Edd. R. M. V. f deeſt vulgo *de* et *eorum* a Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *dimin.* MSS. 4. recentes et Edd. pp. g *convenisse doceretur perpaucis* B. pr. h Sic MSS. tantum non o. nisi quod L. pr. tert. Ed. Inc. *evocatis.* Ita etiam Edd. Vasc. Str. Steph. aliae. vulgo *vocatis.* i *et fratrem* Lov. V. sec. Reg. *ex fr.* Egm. dein vulgo *duos.*

verborum longe minus concinno. CLARK. Ut diſpoſuit verba Clarkius, edunt MSS. plerique.

*Detrimentosum*] MS. Reg. *detrimento suo.* CLARK. *Suo* pro varia lect. eſt quoque in Duker. *detr. summum* eſt in Voſſ. sec. suſpecta habetur vox a quibusdam viris doctis: quia eſt ἅπαξ λεγόμενον. Sed et plura singularia habet Caeſar. Alioquin facile eſſet reponere, *detrimento sibi,* vel, *summae rei e.* At sanum mihi videtur vulgatum. ἐπικίνδυνον ἡγούμενος Metaphr.

*De jure aut legibus*] MSS. Reg. et Eliens. *de jure, aut de legibus.* CLARK. Convenienter Caeſaris ſtylo iterant quoque Bong. prim. Voſſiani omnes, Egmund. et tres alii cum Edd. Inc. et R. Stephani praepositionem *de.* Id hoc ipſo capite vidimus. Adde ad 2, 10. 4, 34. Infra c. 37. *de suo jure et de suis legibus.* et saepius alibi.

*Decetiam ad se evoc.*] Sic egregie hunc locum emendavit Urſinus e suo codice, et recepit Scaliger: cum antea et in MSS.

familia, vivo utroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in [a] senatu esse prohiberent; Cotum [b] imperium deponere coëgit; Convictolita- 4
nem, qui per sacerdotes, more civitatis, intermis- 378
sis magistratibus, esset creatus, potestatem obtinere jussit.

XXXIV. Hoc decreto interposito, [c] cohortatus 1
Aeduos, ut controversiarum ac dissensionum obliviscerentur, atque, omnibus omissis [d] his rebus, huic bello servirent, [e] eaque, quae meruissent, praemia [f] ab se, devicta Gallia, exspectarent, equitatumque omnem, [g] et peditum milia x sibi celeriter mitterent, quae in praesidiis rei frumentariae caussa

VARIAE LECTIONES.

a *senatum* V. sec. b vulgo *magistratum*. Edd. et MSS. qdd. etiam inepte *totam*. c *hort.* Lov. *hortatur* Dorv. Edd. R. M. V. d vulgo abest *his*. e MSS. plerique et Ed. Inc. *ea, quae m.* non male. *atque* L. pr. f absunt a G. L. tert. V. tert. Ed. Inc. g *ac* G. Ed. Inc.

plerisque legeretur, *etiam ad se*, vel *ad se etiam*, aut simpliciter, *ad se*. *Decetiam* inveni quoque in optimis MSS. Bongars. primo, Leid. pr. Petav. Cujac. Scaliger. Andino et Oxoniensi. Sed in omnibus illis eo ordine, quo nunc exhibui. In Cujac. et Petav. marginibus additur *Decetia*, quae aliis *Decisa*. Ortelius quoque in quibusdam reperisse Codicibus se testatur, ac Ciacconius in duobus et in Stephanico Hotomannus. De ea vide etiam Wesseling. ad Anton. Itin. p. 366.

*Duos ex una familia*] MS. *Norv.* habet, *duo ex una familia*, ἀρχαικῶς, quemadmodum ex Cod. *Andin.* legendum existimavit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* 35, 21. DAVIS. *Duo* restitui, consentientibus Bongars. pr. Oxon. Vossiano pr. et tertio. Vide etiam ad Frontin. 1, 4, 10. et supra 5, 38. restituendum etiam Censorin. c. 24. *duo lectores* auctore MS. Colon. teste Stewech. ad Appulej. l. 6. p. 346. *Ambo* in MSS. pro *ambos* infra B. Civ. 1, 48.

*Magistratum*] Leidenses, Vossiani, Bongars. Petav. Cujac. Oxon. Lovan. Egmund. Duker. Gottorp. Stephan. et Edd. Inc. Vascos. Stradae, Stephani et Gryphii poster. *imperium*. Cujus glossam, *magistratum*, perperam in textum receperunt Editores primi, et plerique deinceps ac recentiores. Codices ego sequor.

*Intermissis magistratibus*] His verbis denotari existimant *Fr. Ho-*

2 disponeret; exercitum in duas partes divisit: IV legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit: VI ipse in Arvernos, ad oppidum Gergoviam secundum flumen Elaver, duxit. Equitatus
3 partem illi adtribuit, partem sibi reliquit. Qua re
[a] cognita, Vercingetorix, omnibus interruptis ejus fluminis pontibus, ab altera Elaveris parte iter facere coepit.

VARIAE LECTIONES.

a *c. a Vercingetorige* And. Ox. L. pr.

*tomannus* et *Joan. Goduinus*, magistratum in eadem familia non fuisse continuatum; sed talis sententia ex iis vocibus deduci non potest. Legendum crediderim, *intromissis magistratibus*; inferioribus videlicet, quibus omnibus praeerat Vergobretus. Favet Graecus, qui habet, *παρόντων τῶν ἀρχόντων*. DAVIS. Cum doctissimo *Davisio* existimo legendum, (intromissis *magistratibus.*) Graecus, *παρόντων τῶν ἀρχόντον*. MS. Vossii (sec.) habet, *inter magistratus*. Nisi forte illud, *intermissis magistratibus*, ita accipi queat, ut dicatur scilicet, *quo tempore vacaret magistratus*. CLARK. *Intermissis* pro *admissis* num sumi posset, videndum, ut intelligat, *interfuisse* ei rei magistratus. *Intermixtis* mallet Cl. Bos. Anim. ad Caes. p. 23. Omisit haec verba Celsus.

*Dissensionum*] Faernus e suo Codice malebat, *dissensionis*. Et sane multi MSS. et Edd. Veteres ei suffragantur. At vero Cuj. Petav. Scalig. And. Oxon. Leid. prim. cum aliis vulgatum propugnant, uti et perpetuus Julii stylus, qui pluralem amat. cap. praec. *ex dissensionibus*.

*Omissis omnibus rebus*] MSS. plerique, (*omnibus* his *rebus.*) Graecus, *πάντα ἄλλα*, *omnibus* aliis *rebus*. CLARK. Beroaldo et Faerno obsecutus est Scaliger, qui ante ipsum ejecerunt *τὸ his*. MSS. omnes et Edd. exhibent, *omnibus omissis his rebus*. Quod non potui non reponere. *Omnibus his rebus* vocat discordias et dissensionem, more suo addens *res*, ubi alii omittere solent. V. ad 4, 17. et hic Brantium. Nisi velis cum aliis et R. Stephano distinguere, *omnibus omissis*, *his rebus h. b. servire*. quasi dicere voluisset, *hoc agite*; aut potius rescribere, *suis rebus*. ut in Auct. de B. Hisp. *Omnibus suis rebus relictis*. Liv. 3, 46. *Omissis rebus aliis*. Cum alibi *rebus* soleat omittere.

*Ab altera Elaveris parte*] Graecus Interpres, MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* legunt, *ab altera fluminis parte*, adeo ut lectio recepta ex Glossemate nata videatur. DAVIS. *Parte fluminis*) Sic MSS. et Editt. Vett. Graecus item, *ποταμοῦ*. Quod habet Scaliger et recentiores, *ab altera* Elaveris *parte*;) id equidem, cum *Davisio*, glossema esse crediderim. CLARK.

XXXV. Quum uterque utrique esset [a] exercitus 1
in conspectu, fereque e regione castris castra po- 379
neret; dispositis exploratoribus, necubi effecto
ponte Romani copias transducerent; erat in magnis
[b] Caesari difficultatibus res, ne majorem aestatis
partem flumine inpediretur; quod non fere ante
autumnum Elaver vado transiri [c] solet. Itaque, ne 2

VARIAE LECTIONES.

a *exercitum conspectus* L. pr. *exercitui* Vasc. Str. Ed. Gr. post. b MSS. et Edd. add. *Caesaris diff.* vel *diff. Caesaris. Caesari* dedit Ursinus bene cum Sc L. pr. Ox. And. et aliis. Sed male *res* ejecit e MS. tum malim *Caesar. Caesar diff. rei* V. sec. c vulgo *soleat.*

Ita agit Clarkius, quasi *Elaveris* hic loci Scaligeri foret inventum. At vero Edd. Ven. Ber. Vasc. Aldi, Str. Steph. Gryph. et Plantini ita jam exhibuerunt: immo MSS. Cujac. And. Oxon. Scal. et Leid. pr. hanc confirmant lectionem. quamvis fatear, mihi verosimilius videri, esse e Glossa natum. Utrumque admitterem, nisi jam praecederet, *ejus fluminis*, et *flumen Elaver*. Saepissime et fere semper solet auctor nomini addere *flumen*. Fors fuerit: *omnibus interruptis pontibus, ab altera ejus fluminis parte.* vel, *o. int. fluminis pontibus, ab altera ejus p.* cui alii adscripserint pro Glossa, *fluminis*, alii, *Elaveris.*

*Uterque utrique esset exercitus in conspectu*] MSS. plurimi, *uterque* utrimque exisset. etc. Sed vera est vulgata Lectio. Quam et Graecus secutus est, ἀλλήλοις καταφανῶν ὄντων. CLARK. Pro vulgata stant Cuj. Leid. pr. Scal. Oxon. et And. Reliqui cum Edd. primis, *utrimque exisset.* Unde conjicio, olim fuisse a Caesare scriptum, *utrique extitissent*, i. e. subito adparuissent. Quod verbum hac in re adhibere solent auctores. Vide J. F. Gronov. ad Livium 25, 21. *Qui signo dato simul omnes latebris existerent*; et Burm. ad Ovid. Metam. 2, 264. Adde notata ad B. Afric. c. 7. *Latent inter convalles, et subito exsistunt:* ubi MSS. nonnulli et Edd. Voss. etiam, *exeunt.* Infra c. 51. in MSto Leid. *Legiones infestis contra hostem signis extiterunt.* B. Civ. 3, 105. *Palma integra ex pavimento exstitisse ostendebatur.*

*Castris castra poneret*] Rectius videtur fore, si scribamus cum Lipsio, *obponeret.* vide ad B. Alex. c. 10. nisi mavis, *castrorum:* quod certe exstat in Edd. Rom. Ven. Mediol. aliisque. Sed praeterea aliud quid latet. Nam in Leid. pr. est, *ponerent.* Non male, sive legas, *uterque utrique extitissent*, sive illic retineas singularem. Hac enim numeri mutatione nihil est frequentius. Vide praeter alia ad 4, 2. *Gallia delectatur et inpenso parant pretio.* Immo in Bong. pr. Vossianis, Petav. Egmund. Lovan. Carrar. Brant. et quinque aliis, atque Edd. primis exhibetur, *ponebant.*

id accideret, silvestri loco [a] castris positis, e regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix rescindendos curaverat, [b] postero die cum II legio-
3 nibus in occulto restitit; reliquas copias cum omnibus inpedimentis, ut consueverat, misit, [c] captis (quartis) quibusque cohortibus, uti numerus le-
4 gionum constare videretur. His, quam longissime possent, [d] progredi jussis, quum jam ex [e] diei tem-

VARIAE LECTIONES.

a Omisso *castris* habent *sitis* MSS. 9. et Ed. Inc. *situs* Egm. *situm* L. sec. *positis* inter versus L. pr. Neutrum agnoscit Metaph. Forsan rectius. Ego certe non desidero ista *castris positis*. b *postridie* Cuj. L. pr. Ox. Edd. Vasc. Aldi, Str. Steph. Gr. c vulgo *demptis*. d Sic Cuj. And. Sc. L. pr. Ox. reliqui MSS. *egr.* e deest Ox. L. pr. male. V. ad c. 16.

Vere e sententia Bruti, si tollas *que* post *fere:* quae particula abest quoque a Lovan. et Brantii Cod. pro ea in Ed. Ven. est *peraeque*. Verum sequentia tum non cohaerebunt, nisi post *traducerent* ponas τελειον σιγμα. Atqui et hoc non necesse erat. *Quum extitisset et ponebant* ferri potest per variationem Modi, de qua egi jam saepius. Vide ad 5, 1. *legatos mittunt, qui doceant etc. seseque demonstrant.* At tamen omnibus rite perpensis, nec *ponerent*, nec *ponebant*, veram esse lectionem puto. Sed vel *poneret*, quod idcirco retinui, vel potius *ponebat*, quod diserte exstat in Ed. Veneta: nam cohaerere haec debent cum praecedentibus et ad Vercingetorigem referri, qui disposuit exploratores, unde bene ejus nomen addit Metaphrastes. Ita ergo hunc locum legere malim: *coepit. Quum uterque utrique extitissent exercitus in conspectu, fereque e regione castrorum castra ponebat;* etc. Videtur auctor per numeri modique variationem significare voluisse, ad Vercingetorigem se respicere, cujus nomen temere in textum recepit Beroaldus. *Uterque* plurali jungi, tiro nullus nescit.

*Quod non fere ante autumnum Elaver vado transiri soleat*] Aestate igitur major erat Elaver, quod non aliunde factum, quam ex nivibus, quae eo anni tempore in montibus liquefiunt, ac dein in flumina deferuntur. Sic noster infra c. 55. narrat, *Ligerim ex nivibus crevisse, ut omnino vado transiri non posse videatur.* Similem ob causam Rhodanus et lacus Lemannus aestate semper augentur, ut observavit *Joan. Clericus* Phys. 2, 7, 31. DAVIS. Non spernenda temere est Lectio Leid. primi, *non nisi fere ante Autumnum.* Non solet Elaver vado transiri, *nisi fere ante autumnum:* hinc majorem aestatis partem, non totam aestatem, inpediretur flumine. Ceterum *solet* edidi auctoribus MSS. omnibus, uno alteroque recentissimo excepto; quod et jam comparet

pore conjecturam [a] caperet, in castra perventum; iisdem [b] sublicis, quarum pars inferior integra [c] remanebat, pontem reficere coepit. Celeriter effecto opere, legionibusque transductis, et loco castris idoneo [d] delecto, reliquas copias revocavit. Vercingetorix, re cognita, ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit.

### VARIAE LECTIONES.

a Sic C. A. Sc. L. pr. Ox. Ceteri *ceperat*. B. pr. *ceperit*. b *sub locis qua* L. pr. qui etiam non agnoscit *in castra*, et *proventum* dat. c *permaneret* Egm. d *electo* G. V. tert. Ed. Inc.

in Edd. Ven. 1517. Vasc. Str. Steph. Gryph.

*Cum duabus legionibus in occulto restitit*] Non plenis duabus legionibus: xv tantum cohortes erant, quod ipse Caesar docet: nam sex illi legiones erant; ex his quartam quamque cohortem desumsit, qui numerus efficit xv cohortes. In Fulvii et nostro codice est, *captis quibusdam cohortibus*. male. Etiam Fulvius nugatur, cum emendat, *demptis quaternis e quibus cohortibus*. Dein subdit: *Quaternis autem cohortibus detractis ex quatuor legionibus efficiebantur* xvi *cohortes, quae speciem duarum pene legionum praebere suis poterant; ut scilicet numerus* vi *legionum constare videretur, et Vercingetorix Caesarem in occulto restitisse non suspicaretur.* Idem et Ciacconius sensit. Mihi omnino displicet. Caussam errori dedit, quod Fulvius et Ciacconius, ordinem verborum Caesaris secuti, putaverunt, primo Caesarem cum duabus legionibus restitisse: postea ex quaque legione quatuor cohortes detraxisse, ut iv legiones sex legionum speciem praeberent. Sed ego aliter accipio. Caesar cum vi legionibus in Arvernos profectus est, et cum Elaverim non nisi astu transire posset, ipse cum duabus legionibus restitit. Dein ut ostendat, qua ratione illas duas legiones detrahere de exercitu potuerit, ut nihilominus vi legionum species maneret, ait, se quartam quamque cohortem sumsisse. Jam LX cohortes ubi numerantur, necessario quarta pars est xv. Fulvius *demtas* cohortes putat una cum reliquis legionibus profectas; Caesar per *demtas cohortes* intelligit duas illas legiones, vel, proprie loquendo, unam et dimidiam, quam apud se retinuit. Ego miror, vocem *quartis* Scaligero quoque adeo suspectam esse potuisse, ut eam *παρενθέσει* in sua editione includeret. VOSSIUS.

*Demptis quartis quibusque*] MSS. et Edd. Vett. *demptis quibusdam*. Graecus item, *τινὰς σπείρας κατασχών*. *His*, reliquis videlicet copiis. CLARK. *Quartis* servant MSS. Andin. et Oxon. et Leid. sec. et Vascosani margo. Sed *demptis* non agnoscunt And. et Oxon. et pro *quibusque* (quod est in solo Andino, si excerptis est credendum) habet Oxon. *qui-*

1 XXXVI. Caesar ex eo loco [a] quintis castris Gergoviam pervenit; equestrique [b] proelio eo die levi facto, perspecto urbis situ, quae posita in altissimo monte [c] omnis aditus difficiles habebat, de expugnatione desperavit: de obsessione non prius agen-
381 dum [d] constituit, quam rem frumentariam expedis-
2 set. At Vercingetorix, castris prope oppidum in monte positis, mediocribus circum se intervallis, separatim singularum [e] civitatium copias conlocaverat; atque omnibus ejus jugi collibus occupatis,

VARIAE LECTIONES.

a *quinis* L. sec. b *eod. pr.* MSS. multi. c Sic Ox. Egm. V. sec. d *inst.* L. pr. e Ita hic et §. 3. V. pr. B. pr. Lov. Egm. non *civitatum*. V. ad 4, 3.

*dem*. Reliqui omnes nec *quartis* habent, et *quibusdam* legunt. *Demptis* etiam modo reperi in Leid. tert. Duk. et Dorvill. Ceteri, quotquot numerare possum, *captis quibusdam*, vel *q. captis*. Unde adparet, saltem *captis*, sive delectis, reponendum pro *demtis*. de reliquis videant acutiores: mihi non satisfacio. an, *sectis quibusdam cohortibus*, vel simile quid, ut reliquarum IV legionum cohortes ita secaverit et diviserit, ut viderentur esse sexaginta, sive sex legiones, quamvis duas eis detraxisset? vel an Vossio adsentiendum, et legendum, *detractis quartis q. c.* Certe ita MSStis propius adhaerebimus. Blasius Vigenerus, quem laudat Brantius, mavult, *demptis tertiis quibusque cohortibus*.

*Transductis*] Excidit hoc vocabulum ex plerisque MSS. Graecus autem habet, διεβίβασεν. CLARK. Non habent Bong. Vossiani, Petav. Egm. Gott. Leid. sec. tert. Dorvill. Ceteri plerumque, *trad.* Praefero, quod est in Carrar. *transmissis*. Adi ad 5, 2.

*De expugnatione desperavit: de obsessione*] Haec si sana sunt, expugnatio *per vim* et *ex itinere* intelligi debet; quare ἀνὰ κράτος addidit Metaphrastes. Et sane tale quid excidisse videtur, aut *pugnando*, ut dicebant, cum oppidum per vim capiebatur. Vide Cort. ad Sallust. B. Catil. 7, 7. Aliquid latere, docent etiam manu exarati codices. nam illa, *desperavit: de obsessione*, non comparent in Bong. Vossianis, Egmund. Lovan. et quinque aliis, neque in Edd. primis. Pro *expugn.* vero in Andino, Oxon. Leid. primo habetur, *obpugnatione*. Quasi simpliciter olim fuisset lectum, *de obpugnatione non prius agendum* etc. sed vulgatum aliquo modo defendit c. 69. *Ut, nisi obsidione, expugnari non posse videretur*.

*Prope oppidum*] Codices nonnulli, *pro oppido*. Quae lectio ferri quoque potest. CLARK. *Pro*

qua despici poterat, horribilem speciem praebe-
bat; principesque earum civitatium, quos sibi ad 3
consilium capiendum delegerat, prima luce [a] quo-
tidie ad se [b] jubebat convenire; seu quid commu-
nicandum, seu quid administrandum videretur: ne- 4
que ullum fere diem intermittebat, quin, equestri
proelio, interjectis sagittariis, quid in [c] quoque
esset animi ac virtutis suorum, periclitaretur. Erat 5
e regione oppidi collis sub ipsis radicibus montis
egregie munitus, atque ex omni parte circumcisus:

VARIAE LECTIONES.

a Hoc ordine MSS. *quotidie* deest Cuj. L. pr. Ox. b Sic L. pr. Ox. non *conv. j. venire* MSS. 4. et Ed. Inc. c *quoquo*, ut saepe alibi, Lov. Duk. Dorv. et Edd. R. M. V. sed v. ad 1, 39.

*oppido* cum Edd. Bas. Ven. 1517. Vasc. Ald. Str. Steph. Gryph. habet Oxon. ut *pro castris* c. 65. 68. 70. 8, 14. B. Afr. c. 40. *pro aedibus*, et alia. Sic *pro angustiis* restituimus Frontino 2, 4, 4. sed nulla est caussa, cur a vulgatis recedamus. Nisi et deleamus, *in monte:* quae sane non comparent in Bong. Vossianis, Cujac. Petav. Lovan. Egmund. et quinque aliis; neque in Edd. principibus, et e seqq. satis possunt intelligi. Ut *prope oppidum in monte* sit Glossa τῶν *pro oppido*: ἐν ὄρει addit Metaphrastes.

*Periclitaretur*] Nisi inponunt excerpta, habent ita Cujac. Scalig. Oxon. And. Duker. et Dorv. cum Edd. Rom. Mediol. Ven. Quare omnino retinendum judico ex 2, 8. *Quotidie tamen equestribus proeliis, quid hostis virtute posset, et quid nostri auderent, periclitabatur.* ubi MSS. plerique habent, *sollicitationibus exquirebat.* unde quid ibi legendum conjecerim, vide, si tanti est. B. Civ. 3, 10. *fortunam periclitari. virtutem* B. Alex. c. 43. Adde B. Afric. c. 28. *frugem*, ac Hirt. B. Alex. c. 16. Appul. l. 6. p. 116. Immo plane ut hic, idem Hirtius B. Alex. c. 13. *periclitari remigio, quid quaeque efficere posset.* Hic vero in MSS. reliquis est, *perspiceretur.* nisi quod in Carr. et Voss. sec. cum Stephanico sit, *perspiceret.* In Leid. tert. Ortelii, et Ed. Inc. *perficeretur.* Estne rescribendum, *perspecularetur?* Hirt. de B. Afric. c. 31. *Quum de vallo perspecularetur.* At illic *prosp.* legendum esse e MSS. videbimus.

*Aquae magna parte, et pabulatione*] Pro usitata Caesaris loquendi ratione crediderim legendum, (*AQUA* magnam partem (*vel* magna parte) *et pabulatione.*) Sed sine Codicum auctoritate nihil muto. CLARK.

*Prohibituri hostes videbantur*] MS. Reg. (prohiberi *hostes videbantur;*) hoc est, videbatur fore, ut prohiberentur. Atque

6 (quem si tenerent nostri, [a] et aquae magna parte, et pabulatione libera prohibituri hostes videbantur)
382 sed is locus praesidio [b] ab iis non nimis firmo te-
7 nebatur. Tamen silentio noctis Caesar ex castris egressus, prius quam subsidio [c] ex oppido veniri posset, [d] dejecto praesidio, [e] potitus loco, duas ibi legiones conlocavit; fossamque duplicem duodenum pedum a majoribus castris ad minora perduxit:

## VARIAE LECTIONES.

a Deest Pet. male. b desunt *ab iis* Duk. c vulgo *subsidium venire*. *ex* deest L. pr. Egm. d *dejectus* V. pr. sec. L. sec. e *p. est* G. V. tert. Ed. Inc.

hanc ut veram esse Lectionem existimem, faciunt similes istae locutiones, supra l. 4. c. 21. l. 5. §. 43. l. 6. §. 9. et infra l. 8. c. 52. IDEM. Non male, si MSS. vetustiores addicerent. Praesens pro futuro poni, vel verbum *posse* omitti, aliquoties supra jam diximus.

*Praesidio ab iis non nimis firmo*] Recte jam olim Ursinus monuit, inducendum τὸ *non*. Canterus Var. Lect. 2, 28. *non minus firmo* legebat. Quod damno. Celsi tamen exscriptor, *Is collis*, inquit, *quod caeteris omnibus difficilior atque praeruptior, negligentius servabatur.* Quin et Graecus *ὀλιγώρως φρουρούμενον* vocat. Itaque dubium, quomodo legi praestet. si hoc retineamus, offendit me vox *tamen*. et nihilominus, ut verum fateamur, Caesar ait, captum a se collem, priusquam subsidio venire oppidani possent, quod omnino videtur praesidii paucitatem innuere. VOSS. *Fulv. Ursinus* et *Pet. Ciacconius*, deleta particula negativa, legunt, *praesidio ab iis nimis firmo*: eodem sensu *Gulielmus Canterus* Nov. Lect. 2, 28. reponit, *non minus firmo*; et sane sic exhibet MS. *Norvic.* sed nec hanc nec illam conjecturam admitto; si enim mons ille firmissimo praesidio tenetur, quomodo fieri potuit, ut *Caesar* eum occuparet, *priusquam subsidium ex oppido venire posset*? Sana omnino hic est lectio vulgata; at in seqq. reponi debet, *Tum silentio noctis*, ut est in ed. *Steph.* DAVIS.

*Tum silentio* etc.] Ursinus et Ciacconius legunt, (*praesidio ab iis* nimis *firmo*:) MSS. Reg. Eliens. et Vossii habent, (*praesidio ab iis* non minus *firmo*:) iidemque Codices, (Tamen *silentio etc.*) Graecus vertit. *ὀλιγώρως φρουρούμενον*. Utra sit verior Lectio, non satis constat. Illud solummodo notandum, quod edidit Scaliger et recentiores, (*non nimis firmo*, et, *Tamen silentio etc.*) nullo modo cohaerere posse. Aut igitur hoc modo legenda est tota sententia: *Erat — collis — egregie munitus —; quem si tenerent nostri, et aquae magna parte* (aqua magnam par-

xit: ut tuto [a] ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.

XXXVII. [b] Dum haec ad Gergoviam [c] geruntur, [d] Convictolitanis Aeduus, cui magistratum adjudicatum a Caesare demonstravimus, sollicitatus ab Arvernis pecunia, cum quibusdam adolescentibus conloquitur: quorum erat princeps [e] Litavicus, atque ejus fratres, amplissima familia nati adolescentes. Cum iis praemium communicat, hortatur- 1 2

VARIAE LECTIONES.

a *ad repentinum h. incursum* Carr. Br. Lov. D. Dorv. G. V. tert. et Edd. pp. Ber. b *dum ergo* G. V. tert. Ed. Inc. c *aguntur* L. pr. d *Convictolitavis* B. pr. V. pr. Pet. Egm. Lov. G. Dorv. Ed. Inc. *Convictolitajus* L. pr. Scal. e MSS. hic et infra *Litavius*, *Lictaviccus*, *Lictavictus*, *Litaviccus*, *Litavictus* etc. V. Lips. Poliorc. 1, 2. Paullo ante *eorum* Ox. *adul.* B. pr. V. pr. Ox. et semper.

tem,) *et pabulatione libera prohibituri hostes videbantur: sed is locus* (egregie munitus,) *praesidio ab iis* NON NIMIS *firmo tenebatur.* TUM *silentio noctis, Caesar etc.* Aut isto demum modo: *Erat — collis — egregie munitus —; quem si tenerent nostri, et aquae magna parte et pabulatione libera prohibituri hostes videbantur. Sed is locus* (a nostris appetendus) *praesidio ab iis NIMIS firmo* (vel, non minus firmo) *tenebatur.* TAMEN (videlicet non obstante firmo isto praesidio) *silentio noctis, Caesar* etc. Eligat Lector eruditus. CLARK. *Tum* edidit Clarkius: verum omnes MSS. retinent *tamen.* Hotomannus conjiciebat, *non nimis firmo tamen tenebatur. Silentio.* quod non temere spernendum. In Leid. primo est, *non minus.* In Voss. sec. *nominis;* in Bong. pr. a m. sec. *non minimis.* qui duo quid sibi velint, nescio. Ed. Incerta simpliciter, *non firmo.* Gottorp. *non minis firmo.* Quasi voluisset innuere, munitioni *minas* sive pinnas eminentes defuisse. de quibus vide Cerdam ad Virgil. Aen. 4, 88. *minaeque Murorum ingentes,* et alios. cui lectioni favent Voss. sec. et Bong. Non tamen ausim id admittere propter rationes prolatas a viro doctiss. in Misc. Obs. Vol. 4. T. 3. p. 435. Praeterea qui tum dici potuit *egregie munitus locus?* Hotomanni conjectura maxime adridet: nisi *tamen* modo referas ad *egregie munitus.* ut fecit et Celsus, subdens, *sed virtuti nil difficile, nil praeruptum. Non nimis* est parum. Nepos Alcib. c. 7. *Haec Alcibiadi laetitia* non nimis *fuit diuturna:* ubi alii etiam *minus* habent. Vide Bosii indicem.

*Subsidium — venire*] MSS. *subsidio — veniri.* Quod et elegantius. CLARK. Hoc recipere

que, [a] *ut se liberos*, [b] *et imperio natos, memine-*
3 *rint: unam esse Aeduorum civitatem, quae certissi-*
383 *mam Galliae victoriam distineat: ejus auctoritate reliquas contineri; qua transducta, locum consi-*
4 *stendi Romanis in Gallia non fore: esse nonnullo se Caesaris beneficio adfectum, sic tamen,* [c] *ut justis-*
5 *simam apud eum caussam obtinuerit; sed plus com-*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo additur *eos.* rectius Aic. *ut se et lib.* b *et imp.* desunt Edd. pp. et *in imp.* Lov. Br. Man. quem vide. c deest G. V. tert. Ed. Inc.

non dubitavi confirmatum MSS. meis omnibus, et Hotomanni ac Edd. primis. Vide ad 4, 29. *hiemari.* 7, 28. *si contra veniretur.* c. 36. *subsidio veniri.* c. 70. *veniri ad se.* B. Civ. 1, 67. *ad angustias veniri.* c. 84. *Venitur in eum locum.*

*Adjudicatum*] Cujac. Andin. Oxon. Scalig. et Leid. prim. *adsignatum.* Quod verbum saepe apud Ciceronem, Tacitum, Suetonium, Valer. Maximum, aliosque reperias. unde suspicor, veriorem hanc esse lectionem, et vulgatam esse Glossam. *Imperium adsignare* Tacit. Hist. 5, 30. *principatum* Val. Max. 3, 2, 1. Vell. 2, 38. *Nullis adsignanda gloria est.*

*Cum iis praemium communicat*] In v. c. erat *primum*, placuit tamen Scaligero et aliis reponere *praemium*, quae vox in quibusdam codicibus reperiebatur. Ego illud *praemium* prorsus hoc loco alienum esse contendo. Ne Graecus quidem agnoscit, qui habet, *ἐκείνοις πρώτοις τὴν ἑαυτȣ γνώμην ἀνακοινωσάμενος.* Non praetermittenda Anonymi verba, qui ait: *Ille siquidem beneficio obstrictum Caesaris* (lego, *Caesari se*) *fassus, quod sibi justissima tamen favisset in caussa, omissa mentione pecuniae, quam, ut Romanis fidem frangeret, ab Arvernis acceperat, cum nulla sit perfidia turpior, quam cui avaritia caussam dedit, foedoque proposito velum caussae honestioris obtendens, et plus se libertati patriaeque asserens debere, quam Caesari, nonnullis adolescentibus nobilibus ac superbis facile persuasit, ut Romanae amicitiae vinculum leve discuterent, seque non solum libertati natos, sed imperio meminissent.* Nec videntur accepisse praemium adolescentes, illa enim verba, quae infra leguntur, *et ratione etc.* omnino depravata esse arbitror. VOSS. Ita *J. Scaliger* ex Codd. antiquis, quibus accedit MS. *Norvic.* auctoritas. In aliis est *primum*; et haec quidem scriptura *Vossio* placuit, mihi non item; *Caesar* enim adolescentes praemio fuisse deductos postea confirmat. DAVIS. In nonnullis Codicibus, (primum *communicat*). Utraque lectio ferri potest. Id solummodo notandum, si infra (ubi iterum variant Codices) legatur, *praemio deductis*, tum et hic legen-

*muni libertati tribuere. Cur enim potius Aedui de*
*suo jure, et de legibus ad Caesarem disceptatorem,* 6
*quam Romani ad Aeduos, veniant?* Celeriter ado- 384
lescentibus, et oratione magistratus, et praemio deductis, quum se vel principes ejus consilii [a] fore profiterentur, ratio [b] perficiendi quaerebatur; quod civitatem temere ad suscipiendum bellum adduci

VARIAE LECTIONES.

a *Forte* B. pr. *profitentur* L. pr. b *profic.* Dorv.

dum, *praemium communicat;* sin ibi legatur, *praemii spe ductis,* (quomodo Graecus vertit, *Χρημάτων ἐλπίδι*) tum hic legendum, *primum communicat,* (ut habet idem interpres, *ἐκείνοις πρώτοις ἀνακοινωσάμενος.*) Eligat iterum lector Eruditus. CLARK. Non ausim ego, movere *praemium,* quod MSS. longe plurimi cum Ursini codice servant, uti et Ed. Incerta et Beroaldi. *Primum* tamen est in Cujac. Petav. Lovan. Leid. pr. sec. et Duker. per *praemii communicationem* Caesar intelligit partem pecuniae, qua ipse ab Arvernis sollicitatus et corruptus erat, illis datam. Sic 6, 19. *pecunias communicare.* Dein delevi *eos,* quod saepissime post *hortari* omittit auctor, jubentibus MSS. Bong. Vossianis, Lovan. Egm. et 5 aliis atque Edd. pp.

*Victoriam distineat*] Mirum in MSS. quibusdam hic est decompositum, *dedistineat,* ut in Bong. pr. Voss. pr. et Egmund. Tres alii solemni variatione, *destineat.* Alii rursus cum Edd. pp. *detineat.* id est, moretur, retardet. Sed cave, quid mutes. Elegantissime *civitas distinere victoriam* dicitur, quae ejus perpetuum tenorem interrumpit, et objice suo non patitur eam esse continuam et solidam, ut apud Ovid. *freta distinet Isthmos.* Eodem sensu Cicero in Philipp. 12, 12. *per me pacem distineri.* id est, me pacis moram esse, qua interrumpatur. Liv. 2, 15. *Ne quid pacem distineat.* ubi plura. Vide etiam supra ad 2, 5. et hic Glarean.

*Reliquas*] Oxon. et Leid. pr. *reliquos.* Quod satis defendi non solum potest ex notatis ad 3, 9. *Reliquae civitates cognito Caesaris adventu certiores facti,* sed omnino verum arbitror. 8, 11. *Lingorum reliquarumque civitatum, quorum m. numerum evocaverat.* Adde Doct. van Staveren ad Nepot. Timoth. c. 2. *Laconicen, eorum.*

*Ad Caesarem disceptatorem*] Ita in quibusdam MSS. legi, testatur *Pet. Ciacconius,* quod mecum probat *J. F. Gronovius.* In aliis, *disceptaturi,* quod Librarii *disceptationem* partium esse putarent, non judicis. Sed hoc falsum est, ut ostendit vir doctissimus ad Livii 38, 35. DAVIS. Sic MSS. Reg. et Vossii. Al. *disceptaturi.* CLARK. Non dubitandum est de veritate lectionis, *disceptatorem;* quam praeter Urs. et aliorum MSS. habent Bong.

7 posse non confidebant. Placuit, [a] uti [b] Litavicus decem illis milibus, quae Caesari ad bellum [c] mitterentur, praeficeretur, atque ea ducenda curaret, fratresque ejus ad Caesarem praecurrerent: reliqua, qua ratione agi placeat, [d] constituunt.

1 XXXVIII. Litavicus, accepto exercitu, quum milia [e] passuum circiter [f] xxx ab Gergovia abesset,
2 convocatis subito militibus, lacrimans: *Quo proficiscimur*, inquit, *milites? Omnis* [g] *noster equitatus, omnis nobilitas interiit; principes civitatis* [h] *Eporedorix et Viridomarus, insimulati proditionis ab Ro-*

VARIAE LECTIONES.

a Sic Ox. b *Convictolitajus* Sc. *Lictavitajus cum* L. pr. c *mitterent* Edd. R. M. V. d *instituit* L. pr. e *passus* L. pr. f XL Cuj. L. pr. Sed v. Met. et Cels. g deest Pet. h *Eporidor*. Sc. et vulgo *Virdum*.

pr. And. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Oxon. Scalig. Petav. Egm. et Edd. Vasc. et Str. *disceptatorum* Cuj. *disceptaturum* Leid. tert. corrupte e, *disceptatorem*. *disceptatum* R. Steph. sed clare Livius 1, 50. *disceptatorem ait se sumtum inter patrem et filium*. Adde Manut. ad Cicer. l. 4. ad Fam. Ep. 4. et alios.

*Et ratione magistratus, et praemio deductis*] Omnino depravata esse arbitror. Restituo: *et oratione magistratus, et praemii spe ductis*. *Oratione* in v. c. legitur. *praemii spe ductis* haud dubie in suo reperit Graecus, quando vertit: *τῇτε τοῦ ἄρχοντος δημηγορίᾳ, καὶ χρημάτων ἐλπίδι*. Nam illud *deductis* mihi omnino displicet. Faërnus legebat *adductis*: judicent eruditiores. VOSS. Sic et in MS. *Norv*. ac edit. *Rom. Ven. Beroald. Steph*. DAVIS. *Oratione*) Sic MSS. Reg. Eliens. et Vossii. Graecus item, *δημηγορίᾳ*. Scaliger et recentiores perperam, *ratione*. CLARK. *Ratione* jam est in Ed. Plantin. et uno alteroque MS. recentissimo. Ingeniosa autem est Vossii conjectura, *praemii spe ductis*. quamvis vel sic malim *adductis*, ut 4, 6. *Qua spe adducti*. at male Ciacconius contra MStos reponere tentat 8, 5. *calamitate ceterorum adducti*, pro *ducti*. *Deduci* necessitatem magis notat, quam persuasionem. Confer 6, 10. Verum MSS. et Edd. omnes constanter vulgatum servant. Licet vero *spe* legas, non tamen opus, mutare supra *praemium* in *primum*: nam potuit cum iis communicare praemium, licet id numerata pecunia non repraesentaverit, sed tantum promiserit. Vossii conjecturam in textum admisit Cellarius.

*Nobilitas omnis*] Codex Ciacconii et MS. Reg. habent (*nobilitas* nostra *omnis*). Graecus

*manis, indicta* [a] *caussa, interfecti sunt. Haec ab* 3
[b] *iis cognoscite, qui* [c] *ex ipsa caede fugerunt. nam ego, fratribus atque omnibus* [d] *meis propinquis interfectis, dolore prohibeor, quae gesta sunt, pronunciare.* Producuntur [e] ii, quos ille [f] edocuerat, 4
quae dici vellet: atque eadem, quae Litavicus pronunciaverat, multitudini exponunt: *omnes equites* 5
*Aeduorum interfectos, quod conlocuti cum Arvernis* 385
*dicerentur; ipsos se inter multitudinem militum occultasse, atque ex media caede* [g] *profugisse.* Con- 6
clamant Aedui, et Litavicum, ut sibi consulat, ob-

VARIAE LECTIONES.

a *Re* Br. Lov. Aic. G. V. tert. L. tert. Dorv. Edd. pp. b MSS. fere omnes et Edd. pp. *ipsis.* an *istis?* c *ab* L. sec. d Sic MSS. e suprasc. B. pr. *duo.* f *doc.* L. pr. dein vulgo *multos.* g *fugisse* MSS. plerique et Edd. qdd. *perfug.* L. pr. *conf.* L. tert.

item, *πάντες δ' οἱ τῆς ΗΜΕΤΕ'ΡΑΣ πόλεως εὐγενεῖς.* CLARK. Etiam Celsus, *Omnis noster equitatus.* Atque ediderunt *nostra* Vascos. Str. Steph. et Gryph. post. At nostrorum nullus eam vocem repetit, sed tantum non omnes scribunt hoc ordine, *Om. n. equit. omnis nobilitas.* Quod cur mutarint alii, non video, nisi fuerit visum elegantius. At solet aliter Caesar, qui repetitam vocem primo loco plerumque ponit. Vide modo B. Civ. 1, 53. 56. *Magnum numerum Sagittariorum, magnum Albicorum inponunt.* c. 54. *prohiberi aqua, prohiberi ingressu.* 2, 5. *ut omnis juventus, omnesque superioris aetatis.* c. 13. *nullum ex muro, nullum a nostris* etc. uti et c. 19. et 3, 3. et sic passim.

*Virdumarus*] Donec clarius pateat, quae certa in hoc voce Orthographia sit tenenda, reposui *Viridomarus* hic et in seqq. auctoritate MSS. omnium meorum et Brantii, et Edd. primarum ac Vasc. Steph. aliorum. Beroaldus vel quisquis alius Venetiis primum cusit, *Virdumarus*, quod Aldus, Gryph. Plant. et Scaliger sunt secuti. *Virdomarus* hic Petav. sed infra cum reliquis, *Viridom. Viridimarus* corrupte Gott. et Voss. tert. Consule omnino Vinetum et alios ad Florum 2, 4. et Comm. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 45. In quorum Codd. constanter, *Viridom.*

*Multos equites*] Sic reposuit Scaliger, cum ante eum vulgo legeretur, *omnes:* quod sane invenitur proque in Cujac. Petav. And. Oxon. et Scal. pro Var. lect. uti et Metaphraste. ut respiciat ad praecedentia, *Omnis noster equitatus interiit.* Quare ea lectio videtur verior, licet *multos* plurimi Codd. et Edd. primae exhibeant. Nam et Celsus ait, eos de conficta historia nil mutavisse.

7 secrant. *Quasi vero*, inquit [a] ille, *consilii sit res,*
*ac non necesse sit nobis, Gergoviam contendere, et*
8 *cum Arvernis nosmet conjungere. An dubitamus,*
*quin, nefario facinore admisso, Romani* [b] *jam ad*
*nos interficiendos* [c] *concurrant? Proinde, si quid*
[d] *est in nobis animi, persequamur eorum mortem,*
*qui indignissime* [e] *interierunt; atque hos latrones in-*
9 *terficiamus.* Ostendit cives Romanos, qui ejus prae-
sidii fiducia una erant. [f] Continuo magnum nume-
rum [g] frumenti, commeatusque diripit; ipsos cru-
deliter excruciatos [h] interficit: nuncios tota civitate
10 Aeduorum dimittit: eodem mendacio, de caede
equitum, et principum, permovet: hortatur, [i] ut
simili ratione, atque ipse fecerit, suas injurias per-
sequantur.

1 XXXIX. Eporedorix Aeduus, summo loco na-

VARIAE LECTIONES.

a Deest V. pr. D. Mox *concedere* MS. Reg. b *una* Lov. D. Dorv. Carr. Edd. pp. c *conveniant* Ox. And. d Hoc ordine A. Ox. L. pr. non *in n. a. est. pros.* V. sec. et statim. e *interierint* Edd. R. M. V. non male. f Sic Cuj. Pet. Ox. L. pr. And. Sc. Reliqui cum Edd. pp. carent hac voce. g deest L. pr. h *intercepit* L. pr. *interfecit* Edd. R. M. i abest a Pet. V. ad 4, 16.

praeterea, si *multi* modo interfecti forent, poterant hi producti cum reliquis aufugisse, et sese inter militum multitudinem occultare non necesse habuissent.

*Eodem mendacio permovet*] Edd. Ven. 1517. Ald. Gryph. Plant. *In eodem m. permanet.* Minus bene, quamquam *permanet* invenerim in Oxon. et forsan in aliis restat. *Permovet* certe ex meis habent soli Petav. Gott. et Leid. tert. Reliqui, *permonet*, sollemni variatione τῦ *n* et *u*. *In eod.* exaratur in And. Leid. pr. Scal. et Cujac. de cujus praepositionis pleonasmo vide ad 3, 13.

*Suas injurias persequantur*] Sibi illatas. *Injurias* enim *dicimus tam illorum, qui patiuntur, quam qui faciunt*, ut notavit *A. Gellius* Noct. Attic. 9, 12. DAVIS. Vide ad 1, 30. *Helvetiorum injurias populi Romani.*

*Perduxerat*] Miror hic loci MStorum omnium consensum: cum aliis in locis semper fere varientur, et sine dubio multo ele-

tus adolescens, et summae domi potentiae, et una Viridomarus, pari aetate et gratia, sed genere dispari, quem Caesar [a] sibi ab Divitiaco [b] transditum ex humili [c] loco ad summam dignitatem perduxerat, [d] in equitum numero convenerant, nominatim ab eo evocati. His erat inter [e] se de principatu con- 2
tentio: et in illa [f] magistratuum controversia alter pro [g] Convictolitane, alter pro [h] Coto summis opibus pugnaverant. Ex iis Eporedorix, cognito Li- 3
tavici consilio, media [i] fere nocte rem ad Caesarem defert; orat, *ne patiatur, civitatem pravis ado-*
*lescentium consiliis ab amicitia populi Romani defi-* 386
*cere: quod futurum* [k] *provideat,* [l] *si se tot hominum milia cum hostibus conjunxerint, quorum salutem neque propinqui* [m] *neglegere, neque civitas* [n] *levi momento aestimare posset.*

VARIAE LECTIONES.

a Deest Lov. D. Dorv. Edd. R. M. V. *ab D. sibi* MSS. plerique et Edd. qdd. b Exsulat a Br. Lov. c abest a L. pr. d *et in eq. n. locaverat* Margo Vasc. et Str. *convenerant* abest a Ber. Edd. e Carent *se* G. et V. tert. quasi fuerit *hos inter.* f *magistratus* L. pr. Edd. R. M. V. g *Convictolitavi* B. pr. *ve* MSS. 4. *vio* Pet. *no* V. pr. et 3 alii. *jo* L. pr. Scal. et infra. h *Cotto* L. pr. B. pr. et vulgo *pugnaverat.* i deest L. pr. k *prohibeat* Ox. *provideret* Scal. l *ne* MSS. 10. m Sic B. pr. V. pr. n *leni* L. pr. dein *possit* Edd. qdd. et *existim.* V. sec.

gantius hic legeretur, *produxerat:* ut luce clarius probat Cel. Burm. ad Sueton. Claud. c. 4. *Per eosdem gradus producendus.* [Passim quidem dicitur, *produci ad honores*, de quo vide ad Sueton. Claud. c. 4. et Graev. ad Cic. de Amicit. c. 20. Sed tamen et *perducere ad dignitatem*, et similia. Nepos Phoc. c. 1. *Agellus, qui me ad hanc dignitatem perduxit.* Sic MSS. omnes. Quare nunc nihil muto in Caes. B. G. 7, 39. *ad summam dignitatem perduxerat.* Vellej. 2, 79. *Militem remigemque ad summam perduxit scientiam.* cap. 96. *Novitatem suam in hoc perduxerat, ut et Neronis esset socer.* cap. 109. *Imperium in eminens perduxit fastigium.* Seneca Epist. 20. *Perduceris aut ad summum.* Vide et Epist. 44. Silius Ital. 13, 771. *Ad decus et summas laudum perduxerit arces.* Contra 15, 100. *Me cinctus lauro*

1 XL. Magna adfectus sollicitudine hoc nuncio Caesar, [a] quod semper Aeduorum civitati praecipue indulserat, nulla interposita dubitatione, legiones expeditas IV, equitatumque omnem ex castris
2 educit: nec [b] fuit spatium tali tempore ad contrahenda castra; quod [c] res posita in celeritate vide-
3 batur. [d] C. Fabium legatum cum legionibus II castris praesidio [e] relinquit. Fratres Litavici, quum comprehendi jussisset, paullo ante reperit ad hostes
4 [f] profugisse. Adhortatus milites, *ne* [g] *necessario tempore itineris labore permoveantur*, cupidissimis omnibus, [h] progressus milia passuum XXV, agmen Aeduorum conspicatus, inmisso equitatu, [i] iter eorum moratur, atque inpedit: interdicitque omni-
5 bus, ne quemquam interficiant. [k] Eporedorigem, et Viridomarum, quos illi interfectos [l] existimabant, inter equites versari, suosque adpellare,

VARIAE LECTIONES.

a *qui* Cuj. Ox. L. pr. b *fuerit* Sc. c vulgo *res in c. p. esse.* d MSS. et Edd. multi carent *C.* e *reliquit* L. pr. et tres alii. f Sic C. A. O. L. pr. Sc. Reliqui cum Edd. pp. *fugisse.* g *nocturno* D. suprascr. *necessario.* h *praegr.* Carr. i *inter eos* G. V. tert. Ed. Inc. k *Eporid.* B. pr. V. pr. Lov. Egm. et 4 alii. l *existum.* B. pr. V. pr. E.

*producit ad astra triumphus.* Quare in hisce standum est ab optimorum MSS. parte. OUDENDORP. ad Appulej. Metam. Lib. XI. p. 782.]

*Pugnaverat*] Bongars. prim. Lovan. Egmund. Voss. prim. et quinque recentiores, cum Edd. primis, *pugnaverant*. Rectius multo et elegantius: cum verbum pertineat ad utrumque. 8,54. *Una a Caesare, altera a Pompejo mitterentur.* quod male mutavit Clarkius. B. Afric. c. 67. *Alter Adrumetum, alter Thapsum obsiderent.* Consule Celeb. Burm. ad Vellej. Paterc. 1, 16. *alter ab altero videri nequiverint.* Par ratio est, atque in *alius*. de quo supra.

*In celeritate posita esse*] Primo voces transposui MStorum omnium auctoritate. Dein iisdem jubentibus, meis, et Ursini, Brantii aliisque, et Ed. Inc. delevi *τὸ esse*. quod sine ulla necessitate inculcant Editiones.

[a] jubet. Iis cognitis, et Litavici fraude perspecta, 6
Aedui manus tendere, [b] deditionem significare, et,
projectis armis, mortem deprecari [c] incipiunt. Li- 7
tavicus cum suis clientibus, *quibus*, [d] *more Gallorum, nefas est, etiam in extrema fortuna deserere patronos*, Gergoviam profugit.

XLI. Caesar nunciis ad civitatem Aeduorum 1
missis, qui suo beneficio conservatos docerent, quos jure belli interficere potuisset, tribusque horis noctis exercitui ad quietem datis, castra ad Gergoviam [e] movit. Medio fere itinere, equites [f] ab Fa- 2
bio missi, quanto res in periculo fuerit, exponunt: 387
summis copiis castra obpugnata demonstrant: quum crebro integri defessis succederent, nostrosque adsiduo labore defatigarent; quibus, propter magnitudinem castrorum, perpetuo esset [g] eisdem in vallo
permanendum: multitudine sagittarum, atque om- 3

VARIAE LECTIONES.

a *jussit* G. V. tert. Ed. Inc. b Sic MSS. elegantius. Editi *et ded.* CLARK. Ita etiam B. pr. V. pr. Pet. Egm. Lov. et 8 alii cum Edd. pp. Vasc. Str. Steph. Gr. vulgo *et d. de ditione* V. pr. c *ceperunt* L. pr. *deprecare* Egm. *Litavicus* hic retinent MSS. meliores. d Hoc ordine MSS. cum Edd. quibusdam, non *nef. m. G.* e *movet* L. pr. f Sic And. Oxon. non *a.* g Sic Ox. L. pr. et alii. plerique *isdem. eodem* Egm. *iisdem eodem* Edd. R. V. M. Vasc. Str. Steph. Gr.

*Ne quemquam*] MS. Oxoniensis, *ne quis quem interficiat.* Bene, ex Cl. Wassii judicio, cui subscribo. Jam enim in plerisque MSS. legi vidimus 5, 58. *Neu quis quem prius vulneret.*

*Eporedorigem*] Sic supra hujusce viri nomen extulit. Editt. tamen nuperae hic loci *Emporedorigem* exhibent, sed nos ex fide vett. Codicum veram lectionem reduximus. Illa, quae obtinuit, errore Typographico primum admissa, posteriores omnes editt. ut fit, invaserat. DAVIS.

*Quanto res in periculo esset*] Sic ex MS. Regio restitui. Quod in Editis est., (*fuerit*,) minus hic convenit. Non enim id nunciant equites, quanto res in periculo *fuerit*, sed quanto in periculo tum temporis *esset*. CLARK. Eo

nis generis telorum multos vulneratos: ad haec sus-
4 tinenda magno usui [a] fuisse tormenta: Fabium discessu eorum duabus relictis portis, obstruere ceteras, pluteosque vallo [b] addere, et se in posterum diem [c] similem ad casum parare. His rebus cognitis, Caesar, summo studio militum, ante ortum solis in [d] castra pervenit.

1 XLII. Dum haec ad Gergoviam geruntur, Aedui, [e] primis nunciis [f] ab Litavico acceptis, nul-
2 lum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt. Impellit alios avaritia, alios iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata, ut le-
3 vem auditionem [g] habeant pro re comperta. Bona

VARIAE LECTIONES.

a Deest Lov. Dorv. b *velle* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. c Sic Cuj. And. Ox. Scal. L. pr. et Edd. pp. Reliqui *similemque casum adparare.* Fors. *sim. ad c. adp.* d *castris* G. e *trinis* Cuj. Scal. Ox. *tribus* L. pr. sed Gr. etiam *πρώτης ἀγγελίας.* f Sic MSS. non *a.* g vulgo *habeat.*

tempore *fuerit*, quando hic equites dimissi a Fabio proficiscebantur. Videtur tamen *esset* legi quoque in Oxon. nam nihil enotavit Cl. Wasse, licet collationem ad Clarkii Ed. instituerit.

*Iisdem in vallo permanendum*] Cum integri nimirum nulli essent, qui defessis succederent. Quod non intellexerunt, qui reposuerunt, (eodem *in vallo;*) ut recte annotavit Hotomannus. CLARK.

*Omnis generis*] Urs. And. Oxon. Scal. Leid. pr. *omni genere.* Rectius: nisi malis, *omne genus.* Ut *id genus* per ellipsin, et similia. Vide quae notavi ad Appulej. l. 11. p. 244. *Alio genere facium lumine.*

*Magno usui fuisse tormenta*] Inepta sunt, quae de *tomentis* adfert Hotomannus, quomodo hic legendum putabat. Optime Graecus intellexit, qui habet: *καὶ τὰς μὲν μηχανὰς πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἄπειργειν ὁρμὴν μέγα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ συμβαλέσθαι.* VOSSIUS.

*Pluteosque vallo addere*] Nimirum, ne transcenderent hostes: terram autem subito adeo aggerere nequibat. Plutei autem hic non accipiendi pro machina illa, qua tecti milites opus administrant: sed simpliciter sunt asseres, atque ita eam vocem acceptam veteribus, autor Festus est: *Plutei crates corio crudo intentae, quae solebant opponi militibus opus facientibus, et*

civium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in
[a] servitutem abſtrahunt. Adjuvat rem [b] proclina- 4
tam Convictolitanis, [c] plebemque ad furorem [d] in-
pellit, ut, facinore admiſſo, ad sanitatem [e] pudeat
reverti. M. Ariſtium, tribunum militum, iter ad
legionem facientem, data fide, ex oppido Cabillono
educunt. Idem facere cogunt eos, qui negotiandi
cauſſa ibi conſtiterant. Hos continuo [f] in itinere 5
adorti, [g] omnibus inpedimentis exuunt; repugnan- 388
tes [h] diem noctemque obsident: multis utrimque 6
interfectis, majorem multitudinem [i] ad arma con-
citant.

XLIII. Interim, nuncio adlato, omnes eorum 1
milites in [k] poteſtate Caeſaris teneri, concurrunt ad

VARIAE LECTIONES.

a *servitutes* V. sec. b *inclinatam* Cuj. Scal. L. pr. c *plebem ad favorem* L. pr. d *in bellum* G. V. tert. L. tert. Hinc Ed. Inc. *in bellum incitat.* e Sic L. pr. Ox. et alii. non *rev. p.* et *f. d.* f MSS. plurimi carent *in* perperam. V. ad 3, 24. g *omnibusque* G. V. tert. h *dies* Edd. R. M. V. *die nocteque* L. sec. i Sic Cuj. Ox. L. pr. Sc. And. Edd. Bas. Vasc. etc. Reliqui MSS. et Edd. pp. *armatorum.* k *potestatem* Dorv.

*appellabantur militares. Nunc etiam tabulae, quibus quid praesepitur, eodem nomine dicuntur.* VOSSIUS.

— *Est innata, ut levem auditionem habeat pro re comperta*] In MSS. scriptum eſt, *habent.* Unde diſtinguendum exiſtimo, (— *est innata: ut levem auditionem habent pro re comperta.*) Sic Graecus, ἐμφύεται: πᾶσι ΓΑΡ etc. CLARK. *Habent* exaratur in Voſſ. pr. tert. Egm. Gott. et Ed. Inc. Verum rectius hoc loco reliqui MSS. mei et Edd. Vett. usque ad Ed. Plant. praebent, *habeant,* subintellecto *ita, adeo,* vel simili: ut saepiſſime. Pari modo 4, 5. *Est hoc Gallicae consuetudinis, ut viatores consistere cogant* etc.

*Cabillono*] MSS. ad unum omnes, quod sciam, (praeter And. et Oxon.) et Edd. Vett. hic dant, *Cavillono.* Sed c. 90. plerique *Cabilloni* retinent. Καβιλαύνῳ Metaphr. *Cabillone* Celſus. corrupte. Auctores Graeci, Strabo, Ptolem. Καβύλλινον, vel Καβιλλῦνον, rectius. placet mihi magis *v*, ut *Cevenna* pro *Cebenna, Gergovia* pro *Gergobia.* Eadem confuſio in Antonini Itiner. ubi vide Cl. Weſſeling. p. 360. 363.

2 Aristium: nihil [a] publico factum consilio demonstrant: quaestionem de bonis [b] direptis decernunt: Litavici [c] fratrumque bona publicant: legatos ad Caesarem, sui purgandi gratia, mittunt: haec fa-
3 ciunt, recuperandorum suorum caussa: sed contaminati [d] facinore, et capti compendio ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat, [e] et timore poenae [f] exterriti, consilia clam de bello inire incipiunt, [g] civitatesque reliquas legationibus
4 sollicitant. Quae tametsi Caesar intellegebat, tamen, quam mitissime potest, legatos adpellat: *nihil se, propter* [h] *inscientiam levitatemque vulgi, gravius de civitate judicare, neque de sua in Aeduos*
5 [i] *benevolentia deminuere.* Ipse majorem [k] Galliae motum exspectans, ne ab omnibus [l] civitatibus cir-

VARIAE LECTIONES.

a *in p.* Scal. b *dereptis* Oxon. *erept.* V. sec. c *fr. ejus* L. pr. d *fac. et c.* desunt Dorv. e Sic C. A. Ox. L. pr. Sc. Reliqui carent *et* cum Edd. pp. f *extriti* V. pr. g *que* abest ab Carr. Eg. D. V. sec. *civ. derelinquendas* Pet. h *inscitiam et lev.* L. pr. male. V. ad 3, 19. i MSS. plerique *beniv. dim.* et Edd. pp. k *deinde* G. Egm. l exsulat ab And. Ox.

*Tametsi*] Muretus legit, *tamen etsi*, recte, si e MSStis. sed nostri nihil mutant, et ceteri interpretes de varietate nihil monent. V. ad 5, 35. *Tamen etsi ab duce* etc.

*Ac rursus omnem exercitum contraheret*] Locus *Fr. Hotomanno* subobscurus videtur, quia *Caesar* exercitum antea non contraxerat, et de contrahendis tantum castris est locutus. Non aliam ob caussam hic desudavit vir eruditus, quam quod phrasin *Caesaris* non intellexerit. Vult noster, se consilia iniisse, ut omnes copias in unum colligeret. Hoc sensit Graecus, qui recte vertit, *ἐβουλεύετο πᾶσαν ὁμοῦ τὴν στρατιὰν συναλίζειν.* *Caesar* enim *exercitum in duas partes diviserat*: IV *legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dederat*; VI *ipse duxit*, ut monuit hujusce libri c. 34. Has partes iterum conjungere, et, ut loqui amat *Justinus*, adunare, operam dabat. Pari modo locutus est *Frontinus* Strateg. 1, 1, 6. nec dubitari potest, quin haec sit loci sententia. DAVIS.

*Sed silvestre et angustum, qua esset aditus*] MS. *Brant.* et editt. *Rom. Ven. Beroald. Sed hunc*

cumsiſteretur, conſilia inibat, quemadmodum [a] ab Gergovia diſcederet, ac [b] rurſus omnem exercitum contraheret; ne profectio, nata [c] ab timore defectionis, similis fugae videretur.

XLIV. Haec cogitanti accidere viſa eſt facultas 1
bene [d] gerendae rei. Nam quum minora in caſtra,
[e] operis perſpiciendi cauſſa, veniſſet, animadvertit
collem, qui ab hoſtibus tenebatur, nudatum homi-
nibus, qui superioribus diebus vix [f] prae multitu-
dine cerni poterat. Admiratus, quaerit ex [g] perſu- 2
gis cauſſam, quorum magnus ad eum quotidie nu-
merus confluebat. Conſtabat inter omnes, quod 3
jam ipſe Caeſar per exploratores cognoverat, dor- 389
sum eſſe ejus jugi prope aequum, sed silveſtre, et
anguſtum, qua eſſet aditus ad alteram [h] oppidi par-

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. *ad Gergoviam* Egm. *a* vulgo, quod abeſt ab Ox. D. b *rursum* L. pr. sec. c Sic MSS. 10. meliores, non *a*. Ceterum non male Oxon. *similisque ſugae*. d Sic L. pr. Ox. And. plerique etiam *in min.* e *opera perſic.* V. sec. *perſic.* pro Var. l. Duk. in quo *ven. ca.* f *prae m.* deſunt Lov. g *proſugis* MSS. 3. h Sic Cuj. Ox. L. pr. Al. *p. o. v. h. i. l.*

*silvestrem et angustum*, quae quidem lectio Grammaticae repugnat. MS. *Norvic.* verae scriptionis veſtigia retinet, in eo enim eſt, *sed hoc silvestre et angustum*; omnino scribe: *sed hac* (parte) *silvestre et angustum.* DAVIS. *Sed* hac *silvestre et angustum, qua esset aditus*) Ita ingenioſe reſtituit Davisius ex MS. Eliensi; qui habet, (*sed* hoc *silvestre etc.*) Scaliger, quem secuti sunt recentiores, edidit, (*sed silvestre et angustum*:) quae lectio non ex Codicibus, sed ex ingenio eſt. In MSS. fere eſt, (*sed* hunc *silvestrem et angustum, qua esset aditus*:) quod manifeſto corruptum eſt, cum (*hunc silvestrem etc.*) referri non poſſit ad (*dorsum*) quod praeceſſit. MS. Reg. habet, (*sed* hunc *silvestrem et angustum*, qui *esset aditus.*) Quae quidem Lectio ferri poſſet, *sed hunc* (aditum *scilicet*) *silvestrem etc.* Simplicior tamen eſt Davisii emendatio. CLARK. *Hunc silvestrem* eſt etiam in Bong. Voſſianis, Leidensibus, Petav. Lovan. Egmund. Duk. Dorvil. Gott. Carr. et Brant. *Sed silvestrem* Cuj. Andin. Oxon. Scal. cum Edd. Basil. Ven. Ald. Gryph. Plant. qui sine dubio *aditum* intellexerunt. An *hinc* poſſet legi?

4 tem: huic loco vehementer illos timere, nec jam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amisissent, [a] quin paene circumvallati, atque omni exitu et pabulatione interclusi viderentur: ad hunc muniendum [b] locum omnes a Vercingetorige [c] evocatos.

1 XLV. Hac re cognita, Caesar mittit [d] complures equitum turmas [e] eo de media nocte; iis imperat,

VARIAE LECTIONES.

a *non dubitari* L. pr. Cuj. et Pet. ad oram cum MS. Urs. addunt. b MSS. plerique et Edd. pp. carent contra genium Caesaris. c *advoc.* Dorv. d *quampl.* D. V. sec. V. alibi. *quamplurimas* L. sec. e Sic Cuj. And. Sc. L. pr. Ox. nisi quod Cuj. L. pr. et Ox. habeant *eodem m.* Reliqui cum Edd. pp. inepte *eisdem m. n. imperat.* L. pr. *imp. iis.* Forsan delendum *iis.*

*Pervagarentur*] Praepositionem servant soli Cuj. Scal. And. Oxon. Leid. pr. in quo est *pervagentur*, cum Ed. R. Stephani et Clarkii. Non male; sed non opus tamen: praesertim cum futurum tempus complectatur. Vide ad 1,8. et infra c. 49. In ceteris MSS. et Edd. primis, *vagarentur*, ut statim.

*Magnum numerum impedimentorum mulorumque ex castris produci, eque iis stramenta detrahi*] Ita recte legitur. In v. o. erat, *neque in stramenta*, pro quo Scaliger reposuit, *eque iis.* Mallem, cum Ciacconio emendasset, *atque iis.* Nam *a* facile in *n*, *t* in *e* mutatur. Ego sane nusquam legi, *detrahere ex aliquo*, sed saepe, *detrahere alicui.* Non tamen Ciacconio adsentior, qui postea pro *impedimentorum* legendum putabat, *jumentorum.* Constat, impedimentorum nomine etiam mulos, et id genus animalia, contineri. Unde Frontinus, *Petrejus*, inquit, *in magna aquarum et pabuli inopia impedimenta interfecit.* Sic et Graecis ἀποσκευη pro *jumenta.* Glossae: ἀποσκευή, σκευοφόρα, *sarcinae*, *jumenta clitellaria.* Prudenter tamen hoc loco Graecus σκευοφόρα vertit, ut ostenderet, non sarcinas, sed, quae illas gestabant, animantes designari. VOSS. Codex *Ursini*, *neque iis*, unde *Jos. Scaliger* edidit, *eque iis*; *Pet.* autem *Ciacconius* legendum conjecit, *atque iis*, cum quo facit *Dionys. Vossius.* Neutra placet emendatio. Melius multo et propius ad vestigia Codicis manu exarati repono, *deque iis.* Sic locutus est *Cicero* de Orat. 1, 9. *De hujus*, inquit, *genere*, *aut arte*, *aut gloria detraham.* *Corn. Nepos* Timol. c. 5. *De rebus gestis ejus detrahere coepisset.* In hisce quidem locis tralaticius est significatus, sed qui proprii regimen satis ostendat. Sin minus, audi *Ciceronem* pro Caelio c. 14. *Non virgo illa vestalis Claudia, quae patrem complexa triumphantem, ab inimico trib. plebis de curru detrahi passa non est.* Et

ut paullo tumultuosius omnibus [a] in locis pervagarentur. Prima luce magnum numerum inpedimen- 2
torum ex castris mulorumque produci, eque iis 390
[b] stramenta detrahi, mulionesque cum [c] cassidibus, equitum specie [d] ac simulatione, collibus circumvehi jubet. His paucos addit equites, qui [e] latius 3
ostentationis caussa [f] vagarentur: longo circuitu easdem [g] omnes jubet petere regiones. Haec procul 4

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. Cuj. Sc. L. pr. Dorv. Ceteri cum Edd. pp. carent τῷ *in.* non male, id est, *per omnia loca.* b *ferramenta* MS. Urs. c *quass.* V. pr. d *adsim.* B. pr. e *cautius* pro var. lect. Scal. f *vagentur* L. pr. g deest G.

Offic. 3, 6. *Suum cuique incommodum ferendum est potius, quam* de alterius commodis detrahendum. Sic et iterum loquitur eodem capite. DAVIS. Sic passim loquitur magnus ille scriptor; sic et alii. Adi sis Tibullum Eleg. 1, 6, 30. IDEM. *Cur. sec.* Ursiniano Codici suffragantur Cujac. Scalig. Leidens. prim. et ora Petaviani: unde adparet horum Codicum praestantia prae reliquis, qui constanter cum Metaphraste carent τοῖς *mulorumque produci eque iis stramenta,* et Edd. Ursino prioribus. Ii autem habent, *stramenta,* (non *ferramenta,* ut MS. Ursin.) quo modo ex emendatione Ciacconii vulgo legitur; qui emendationem fulsit loco Appuleji l. 7. p. 146. Ed. Pric. *disturbato gestamine, nonnumquam etiam ipsis stramentis abjectis.* Adde l. 8. p. 174. *Cunctis stramentis me renudatum,* et Glossas. Vide et Gruteri Suspiciones. Metuo tamen ego, ne vox sit corrupta; et pro ea *strata,* quod jam Hotomannus conjecit, esse substituendum: uti amabant aurei aevi scriptores clitellas mulorum et id genus vocare. Vide ad Front. 2, 4, 6. *jumentorum instratorum centunculis.* (ubi etiam, item ad §. 1. et 1, 8, 9. vide de hoc strategemate plura.) Seneca Epist. 47. *Equum emturus non ipsum inspicit, sed stratum ejus et frenos:* ubi itidem in MSto, per Is. Vossium collato, cujus excerpta penes me sunt, exstat, *stramentum.* quod non leviter opinionem meam confirmat, praesertim, cum *stramenta* aliud quid significent. Ill. quidem Heinsius in Lucano 6, 536. legebat, *Feralis stramenta tori,* pro *stratis;* sed contra MSS. omnes, qui bene retinent, *fragmenta,* quae a Magis ad incantationem aeque adhibebantur, ac *navium infelicium durantia damna,* sive jacturae aut fragmenta; quomodo ex MSS. legendum existimo in Appuleji lib. 3. Met. p. 54. Ceterum ut *stramenta* pro *strata,* ita *impedimenta* in MSS. saepe pro *inpedita;* ut alibi docuimus. Porro *neque* exstat in iisdem libris: unde verosimillime *deque* conjecit Davisius: quamvis frequentius Dativo jungatur; neque ineptum est Ciacconii, *atque,* quod Cellarius cum aliis recepit; *iisque* Hotomannus. nam ut *ne-*

ex oppido videbantur; ut erat [a] a Gergovia despectus in castra: neque tanto spatio, certi quid esset,
5 explorari poterat. Legionem unam eodem jugo mittit, et [b] paullo progressam inferiore [c] constituit loco,
6 silvisque occultat. Augetur Gallis suspicio, atque
391 omnes illo [d] ad munitionem copiae transducuntur.
7 Vacua castra hostium Caesar [e] conspicatus, tectis insi-

## VARIAE LECTIONES.

a *procul* L. sec. b vulgo *paullum.* c Sic MSS. non *l. const.* d vulgo *munitionum.* e *conspicatur tectisque* L. sec.

*que* retinere non possim, facit locus Livii, a viris doctis jam adductus, 7, 14. *Mulis strata detrahi jussit, binisque tantum centunculis relictis* etc. *Deque* admisit Clarkius. Terent. Heaut. 4, 1, 37. *de digito annulum detraho.* Amari a Caesare praepositionis geminationem, singulis fere paginis liquet. Nihilominus *detrahere ex aliquo* cave cum Vossio neges Latinum esse. Sueton. in Vitellio c. 7. *Ex aure unionem detractum.* Val. Maximus, cum alibi, tum 3, 5, 1. *E manu ejus annulum detraxerunt.* 5, 4, 6. *e curru violenta manu detrahi.* 7, 6, 2. *Eque* (plane, ut reposuit Scaliger) *scutis detractas pelles.* Immo multis vere defendit MStam lectionem Cel. Burmann. ad Suet. Dom. c. 10. *detractum e spectaculis.* Porro *inpedimenta* sumi pro *jumentis*, docuit Hotom. hic et ad c. 14. Praeterea multa loca ab aliis et me congesta vide ad Frontin. 2, 1, 5. *Interfectis inpedimentis.*

*Mulionesque cum cassidibus*] Polyaenus Strateg. 8, 23. VOSSIUS.

*Legionem unam mittit — s. occultat*] Hoc Strategema memorat *Polyaenus* 8, 23, 10. ita tamen, ut ea adsperserit, quorum nec vola nec vestigium apud *Caesarem.* Sic non solum milites fortissimos silvis occultatos narrat, sed et ex jussu Imperatoris ἔχειν ἀκόντια βραχέα, καὶ ξιφίδια σύμμετρα, ὅπως τὰς χαμαιπετεῖς ὕλας μὴ περιέχοιεν. ἀλλὰ μηδὲ αὐτὺς ὀρθὺς βαδίζειν, εἰς γόνυ δὲ ὀκλάσαντας, ἠρέμα διαδύεσθαι. DAVIS.

*Paullum* ] Veterrimi, Bong. pr. Leid. prim. et Egmund. *paullo.* Quod mutarunt illi, qui crediderunt, *paullo* non dici, nisi adjuncto comparativo. Sed aliter cum optimis scriptoribus saepe Caesar, ut in *post paullo*, et *post paullum.* Vide et VV. LL. c. 50. 51. 60. 79. Cort. ad Sall. Jug. 106, 3. *paullo infra, paullo supra* alibi. passim autem in Leid. primo *paullo* exaratum est pro *paullum*, et *paullulum.* Ita *multum* et *multo*, *nimium* et *nimio.* etc. Adde cl. Burmann. ad Ovid. ex Pont. 3, 4, 47. *Post tanto.*

*Omnes illo munitionum copiae transducuntur* ] Graecus ita accepit, ac si diceret Caesar:

insignibus suorum, occultatisque signis militaribus, raros milites, ne ex oppido animadverterentur, ex majoribus castris in minora transducit: a legatis- 8
que, quos singulis legionibus praefecerat, quid fieri b vellet, ostendit: in primis monet, ut contineant milites, ne studio pugnandi, aut spe praedae lon-
gius progrediantur: quid iniquitas loci habeat in- 9
commodi, proponit: hoc una celeritate posse c vi-

VARIAE LECTIONES.

a *legatis* D. b *velit* B. pr. V. pr. Carr. et 4 alii. c *mutari* MSS. 11 et Edd. pp.

omnium munitionum, quae extra urbem erant, praesidia ad illum locum traducuntur. Non male: sed verba corrupta sunt. Emendo ex veteri codice, *omnes illo ad munitionem copiae transducuntur*. Nam ait Caesar, vehementer Gallos alteri colli timuisse, ideoque omnes copias illo ad munitionem transductas: sive ad muniendum alium illum locum, de quo antea dixit: *ad hunc muniendum locum omnes a Vercingetorige evocatos*. VOSS. Codex Vossii, *ad munitionem*. Quae lectio quoque non mala est. CLARK. Immo melior, et confirmata MSS. Cujac. Scalig. And. Oxon. et Leid. primo, et c. 48. *Qui ad alteram partem oppidi, ut supra demonstravimus, munitionis caussa, convenerant*.

*Tectis insignibus — signis m.*] Vide notata ad B. G. 1, 22. et 2, 21. DAVIS.

*Ne ex opp. animadvert.*] Bong. Vossiani, Lovan. Egmund. et sex alii cum MSS. Brantii et Edd. primis, *qui ex op. an.* contra auctoris mentem. In Leid. pr. est *ad verterentur*. An dedit auctor, *quî ex oppido non adverterentur*, id est, quo, ut? sic in MS. c. 73. *Adverti* autem pro conspici, cognosci, alibi quoque occurrit. Vide ad 8, 16. *partes adverterent equorum*. Ursinus in codice suo invenit, *animadverteretur*. quod probat, eique quodammodo adstipulatur Metaphr. *μὴ τὸ πραττόμενον δύναιντο οἱ τῆς πόλεως κατιδεῖν*.

*Atque initio adscensus*] *Escensus* est in Cod. *Andino*; et eam vocem hic loci reponendam censuit *Joan. Frid. Gronovius* ad *Livii* 2, 28. DAVIS. Adi ad c. 27. *Adscensum* retinent omnes cap. 72. 85. 8, 14. Sequentia hic adscripsit Cl. Perizonius: Dictys Cretensis l. 3. p. 76. *Tumque primi nostrorum atque hostium escensis curribus bellum ineunt*. Ita in MS. legitur pro vulgato, *ascensu*. et p. 88. *Deinde ubi escendit, ipse Autom.* etc. p. 140. init. l. 6. et p. 147. et 150.

*Circuitus*] Ursinus videtur e suo codice maluisse, *circuitu*. cui accedit Oxon. pro *circuitui*. de quo alibi. Malim ego vulgatum retinere. *Quidquid circuitus accesserat huic*, scil. rectae regioni, ad molliendum clivum, et ita Metaphr.

10 tari: occasionis esse rem, non proelii. His rebus
expositis, signum dat, et [a] ab dextera parte alio
adscensu eodem tempore [b] Aeduos mittit.

1 XLVI. [c] Oppidi murus ab planitie, atque initio adscensus, [d] recta regione, si nullus [e] amfra-
2 ctus intercederet, [f] MCC passus aberat: quidquid
huic circuitus ad molliendum clivum accesserat, id
3 [g] spatium itineris augebat. At medio fere colle in
[h] longitudinem, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis VI pedum murum, [i] qui nostrorum in-

VARIAE LECTIONES.

a *a d.* MSS. et Edd. add. *dextra* B. pr. Ox. Voss. o. b Sic Cuj. And. Ox. L. pr. Scal. reliqui cum Edd. pp. *ad Aed.* perperam. Confer c. 50. c *ad op.* Pet. B. pr. *muros* Pet. B. pr. V. pr. tert. Egm. L. tert. *muris* L. pr. *mons* L. sec. *a pl.* multi. *at pl.* B. pr. *ibi a p.* Pet. Quasi fuerit, *Aeduos mittit ad op. muros. Ab pl.* Sc. *murus* vel *oppidum.* Nil temere muto. d *a r.* L. pr. e Sic B. pr. V. pr. L. pr. Lov. et alii. f *CC p. aberant* Ox. *M* abest quoque a Pet. g *spatio i. augebatur* And. Ox. L. pr. Urs. male. *moliendum* etiam MSS. plerique. h vulgo *longitudine.* i *quo tardarent* L. pr. Ox. non male. *nostrum* MSS. II.

*In longitudine*] Defendi hoc posse vidimus ad 2, 5. *in altitudine.* Verum Cujac. Oxon. Scal. Leid. pr. Dorvill. et Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. *longitudinem.* Quod praetuli, uti alibi frequenter, et cap. 69. *in longitudinem patebat.*

*Praeduxerant*] Sic primus, quod sciam, edidit Scaliger, cum ante legeretur, *produxerant*, pro quo Hotomannus conjecit, *perduxerant.* atque ita 1, 8. *Murum in altitudinem pedum XVI fossamque perducit.* et infra c. 72. *Duas fossas perduxit.* uti illis locis bene. Sed hic recte *praed.* et in Silio restituit Scaliger, quod confirmant MSS. Bong. Vossiani, Petav. Lovan. Egmund. Oxon. And. Leid. pr. tert. et Gott. cum Ed. Inc. Passim hoc olim fuisse corruptum, vidimus et ad Lucan. 4, 43. *Munitumque latus laevo praeducere gyro.* uti et in Vegetio 3, 8. *Opere tumultuario fossa praeducitur.* Vide ad Front. 1, 5, 8. Eadem confusio occurret infra c. 69. *Maceriam VI in altitudinem pedum praeduxerant.* et B. Civ. 1, 27. *fossas transversas praeducit.* Adde Lips. de Mil. Rom. l. 5. D. 5. Gronov. ad Plin. 33, 4. *lineas itineri praeducunt.*

*Densissimis castris*] Aut vehementer fallor, aut nota numeralis hic excidit; persuasum enim habeo, rescribi debere, III *densissimis castris;* nam *Caesar* postea narrat, suos *trinis castris potitos esse;* et *Jul. Celsus* p. 141. *tria ibi hostium castra munitiones insedisse* memorat, quae

petum tardaret, praeduxerant Galli; atque, [a] in-
feriore omni spatio vacuo relicto, superiorem par- 392
tem collis usque ad murum oppidi densissimis ca-
stris compleverant. Milites, [b] dato signo, celeriter 4
ad [c] munitionem perveniunt, eamque transgressi,
trinis castris potiuntur. ac tanta fuit in castris ca- 5
piendis celeritas, ut Teutomatus, rex Nitiobrigum,
subito in tabernaculo oppressus, ut meridie con-
quieverat, [d] superiore corporis parte [e] nudata, vul-
nerato equo, vix se ex manibus praedantium mili-
tum eriperet.

VARIAE LECTIONES.

a *inferiorem*, omissis *o. sp. v. rel. sup.* B. pr. b Sic MSS. non *s.*, *d.* et *cap. c.* c *munitiones* Dorv. *praev.* Pet. dein *eandemque* Carr. D. d *superioris* L. sec. paullo ante *ubi* Pet. male. e *nuda* Urs. L. pr. Scal. *e. m.* L. pr. sec.

*corripuisse* Caesarianos infra testatur: atque hoc vult *Polyaenus* Strateg. 8, 23, 10. cum docet, eos *κρατῆσαι τοῦ λόφου*, posita enim in eo castra occupaverant. DAVIS. Conjicit Davisius scribendum, *tribus densissimis castris*; propter id, quod sequitur, *trinis castris*. Graecus habet, *πολλοῖς στρατοπέδοις*. Et forte trina castra, tam exiguo in spatio posita, poterant, sine nota numerali, recte *densissima castra* appellari. CLARK.

*Eamque transgressi trinis castris potiuntur*] Quae sunt haec tria castra? nihil supra de iis Caesar. Sed in Anonymo Celsi exscriptore invenio, ubi hunc collem describit, talia verba: *Erat autem natura et manu hominum aggestis perplexum iter saxis, et super duplicem difficultatem tria ibi hostium castra munitiones insederant.* VOSSIUS.

*Teutomatus*] Si idem hic est rex, de quo habuimus c. 31. ut est verosimile, mire hoc loco corrupti sunt Codd. Metaphrastes quidem eodem modo *Τευτόματον* vocat, sed Celsus *Votimarum*. MSS. vero, Bong. pr. *Votomatus*; *Vitom.* Cujac. *Vicomapatus* Petav. alii, *Notomatus*, vel *Votomapatus*, *Vocomapatus*, *Vatomapatus*, *Notomapatus* cum Ed. Inc. Edd. pp. *Fontomatus*. Sed Leid. pr. et Scalig. servant vulgatum, qui priori loco cum Celso et aliis veterrimis *Teutomotus* exhibent.

*Superioris corporis parte nudata*] Thorace deposito, quod pectoris munimentum erat, ut interpretatur *Hotomannus*. Nonnulla scripsit hoc de loco *Pet. Victorius* Var. Lect. 36, 4. sed quae omnino sunt praeter rem. DAVIS.

*Legionisque decimae, quacum erat concionatus*] Ita constanter

1 XLVII. Consecutus id, quod animo proposuerat, Caesar receptui [a] cani jussit: legionisque decimae, quacum erat concionatus, signa constitere.
2 at reliquarum milites legionum, non [b] exaudito tu-
393 bae sono, quod satis magna [c] valles intercedebat, tamen ab tribunis militum, legatisque, ut erat a
3 Caesare praeceptum, retinebantur. Sed elati spe celeris victoriae, et hostium fuga, [d] superiorumque temporum secundis proeliis, nihil adeo arduum sibi

VARIAE LECTIONES.

a *canere* L. pr. b *audito* L. pr. c *vallis* vulgo. *ab* scripsi e B. pr. V. pr. Egm. et aliis. *e* Edd. Elz. d Sic C. A. Sc. L. pr. Ox. Urs. Reliqui cum Edd. pp. *et superiorum t. s. p. nihil* (*nil* V. sec.) *a. a. sibi esse existimaverunt.* Puto scr. *existimarunt*: dein plurimi *finem prius.*

omnes codd. Etiam Graecus habet, ἐδημηγόρευκεν. Gryphius primus edidit, *qua tum erat comitatus.* Hanc quoque lectionem probat Justus Lipsius. Illud certum est, nequaquam solitos dicere probos autores, *cum aliquo concionari*, sed *apud aliquem.* Addunt, non concionandi, sed pugnae hic rem fuisse. Sed potuit paucis Caesar ante proelium x legionem adhortatus fuisse. In Stephani codice erat, *concero-natus*, unde Hotomannus reponit, *commoratus.* Noster codex habet: *legionique decimae, qua cum erat concionatus, signa constituit.* Ego illud, *qua tum erat comitatus*, quia in Carrariensi codice repertum est, admitto, donec commodior se offerat scriptura. In Anonymo Celsi exscriptore invenio, *Substitit legio, quae propinquior erat, altera vero remotior, etc.* VOSS. Codices nonnulli, *qua tum erat comitatus.* Quam Lectionem amplectantur quidam Viri Docti, quia Caesar alibi non *cum militibus*, sed *apud milites*, *concionari* semper dicat. CLARK. Ut vulgo exhibent, exstat in Ursin. Cujac. Andin. Leid. pr. et Scalig. Reliqui MSS. et Edd. primae, *legionique etc. constituit.* nisi quod *legioni* habeat Lovan. *decimae* non agnoscant Gott. Voss. tert. Leid. tert. et Ed. Inc. et *constiterunt* sit in Oxoniensi et Leid. primo. Ceterum erravit Brantius et cum eo alii, qui putarunt, in Carr. libro exstare, *qua tum e. comitatus*; nam Brutus id e sola Gryphii editione protulit, et in Carrar. esse, uti dixi in ceteris, adnotavit. Cum Lipsio in Elect. 2, 7. consentit quoque Brutus. Posses conjicere, *Qua cum maxime erat concomitatus.* quod compositum in participio adhibuit quoque Plautus. *Quum maxime* optime huic loco convenit. Vide ad Frontin. 2, 9, 6. 4, 5, 2. Rhenan. et Acidal. ad Tacit. Hist. 1, 29. 84. Suspicor tamen, *concionari quacum*, dictum esse, ut *orare cum aliquo*, de quo vide ad B. Civ. 1, 22. *Cum eo de salute sua orat.* et ut Appulej. ait l. 3. Met. p. 57. *Multum cum lu-*

existimabant, quod non virtute consequi possent: neque prius finem sequendi fecerunt, quam muro oppidi portisque [a] adpropinquarent. Tum vero ex 4
omnibus urbis partibus orto clamore, qui longius aberant, repentino tumultu perterriti, quum [b] hostem intra portas esse [c] existimarent, sese ex oppido ejecerunt. Matresfamiliae de muro [d] vestem argen- 5
tumque jactabant; [e] et pectoris fine prominentes, passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi par- 394

VARIAE LECTIONES.

a *adpropinquarunt* vulgo. b Sic MSS. plerique et Edd. pp. non *hostes*. c *existum*. B. pr. V. pr. *se* L. pr. *dejec*. Egm. ac vulgo *matresfamilias*. d *vestes* L. pr. male. *V. aurum arg*. Duk. Sed aliter Metaph. et Cels. e *pectore nudo* vulgo.

*cerna secreto collocuta*. Immo Sallust. B. Jug. c. 10. *dicitur hujuscemodi verba cum Jugurtha habuisse*, i. e. ad Jugurtham. Terent. Hec. 3, 3, 2. *habere orationem mecum*. pro, ad me. Ovid. Met. 6, 205. *Talibus est dictis gemina cum prole locuta*. i. e. eam precata est, ut Seneca Ep. 10. *Sic loquere cum Deo, tamquam homines audiant*. Sic passim, *agere cum populo*, id est, concionem habere ad populum.

*At rel.*] Attentius perpendenti apparebit, istud (*at*) minus apto hic loco esse positum, (signa *constitere*. At — *retinebantur*) Quare ex MS. Reg. scribendum existimo, *Ac*. Quamquam et illud (*at*), si referatur ad (*non exaudito tubae sono*), ferri quoque posse videtur. CLARK. *Ac* confirmant Bong. pr. Voss. pr. Petav. Egm. et quatuor alii cum Ed. Incerta. Malim tamen *at*. *Reliquarum legionum* (quo ordine MSS. plerique haec ponunt) milites distinguit a decima legione. Gr. οἱ δὲ δὴ τῶν λοιπῶν ταγμάτων στρατιῶται. et Celsus, *vero*.

*Magna vallis intercedebat*] Ursin. Leidens. pr. Oxon. *magnae valles intercedebant*. Vossian. pr. *magna valles intercedebant*, subscripto puncto sub *n*. nempe dedit Caesar, *magna valles intercedebat*, uti egregie servarunt Bongars. prim. et Egmundan. *Valles* dictum et *Vallis*, ut *aedis* et *aedes*, *canis* et *canes*, *puppes* et *puppis*, *vulpes* et *vulpis*, aliaque. Vide omnino Servium et Pierium ad Virgil. Aen. 11, 522. *Est curvo amfractu valles, adcommoda fraudi*. Adde Var. LL. 6, 34. *valles abdita*. B. Alex. c. 73. *intercisa valles*. Cel. Burm. ad Phaedr. Fab. 1, 7. Drak. ad Liv. 4, 25. C. 69. in MSS. quibusdam, *colles cingebat*. 8, 8. in nonnullis, *hostes prodiret*, nisi id factum potius per omissionem lineolae solitae.

*Portisque appropinquarunt*] MS. Reg. *Appropinquarent*. Quod idem est. CLARK. Imperfectum praetuli, auctoritate Petav. Leid. pr. et Oxon. aliorumque. *adpropinquaverunt* Voss. pr. sec. Duk.

cerent; neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus
6 quidem atque infantibus abstinerent: nonnullae, de [a] muris per manus [b] demissae, sese militibus trans-
7 debant. L. Fabius, centurio legionis VIII, quem inter suos eo die dixisse constabat, excitari se Avaricensibus praemiis, neque commissurum, [c] ut prius quisquam murum adscenderet, tres suos [d] nactus manipulares, atque ab iis sublevatus, murum adscendit: [e] eos ipse rursus singulos exceptans, in murum [f] extulit.

1 XLVIII. Interim [g] ii, qui ad alteram partem oppidi, ut supra demonstravimus, munitionis caussa, convenerant, primo exaudito clamore, [h] inde etiam crebris nunciis incitati, oppidum [i] ab Romanis teneri, praemissis equitibus, magno [k] concursu

VARIAE LECTIONES.

a *Muro* Cuj. L. pr. Ox. Sc. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. b *dimissae* MSS. 8. et *tradebant* plerique. c *ne* V. sec. D. d *nactos* Dorv. e *ac* Cuj. *hos* MSS. plerique. *exspectans* MSS. 4. Ed. Inc. f *intulit* L. tert. Ed. Inc. g deest D. h *deinde* L. pr. i MSS. plerique *a*. *ab* *R*. desunt G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. k *conversu* B. pr. *cursu* L. pr. Urs. *cum* c. Vir Doctus.

Verissimum fors fuit, *adpropinquarint*.

*Matresfamilias de muro*] MS. *Norv.* et ed. *Rom. Beroald.* hic exhibent, *matres familiae.* Sic et infra c. 48. ubi in vulgg. legitur, *matres familias — suas obtestari*, in iisdem Codd. est, *matres familiae;* et sane alibi hoc modo locutus est *noster*, ut observavit *Vossius* ad hujusce libri c. 26. DAVIS. Accedunt MSS. mei, quod sciam, omnes, si forsan Oxoniensem excipias, et Edd. primae, ut et R. Steph. Vide ad 1, 50.

*Pectore nudo*] Optime Andin. et Oxoniensis, *pectoris fine:* doctius, quam a librariis proficisci potuit; quare in textum sine scrupulo admisi. Auctor B. Afric. c. 85. *Umbilici fine.* Sallust. Hist. l. 3. *Inguinum fine.* Appulej. Flor. N. 15. *Scapularum finibus.* Hygin. Astron. 4, 12. *Navis Argo fine totius veli.* Consule insuper Celeberr. Heinsium et Burmann. ad Ovid. Met. 10, 536. et Comment. Virorum doctorum, inprimis A. Gronov. ad Justin. 30, 4. *Orientis fine.* denique Gesner. ad Caton. c. 28. *operito terra radicibus fini.*

*Ne mulieribus* etc. *abstinerent*] Boug. Vossiani, Petav. Eg.

eo contenderunt. Eorum ut quisque primus vene- 2
rat, sub muro consiſtebat, suorumque pugnantium
numerum augebat. Quorum quum magna multitudo 3
conveniſſet, [a] matresfamiliae, quae paullo ante
Romanis de muro manus tendebant, suos obteſtari,
et, more Gallico, [b] paſſum capillum [c] oſtentare,
liberosque in conſpectum proferre [d] coeperunt.
Erat Romanis [e] nec loco, nec numero aequa con- 4
tentio: simul et curſu, et spatio pugnae [f] defati-
gati non facile [g] recentes atque integros [h] sustine-
bant.

XLIX. Caeſar, quum iniquo loco pugnari, ho- 1
ſtiumque augeri copias [i] videret, praemetuens suis,
ad T. Sextium legatum, quem minoribus caſtris 395
praeſidio reliquerat, mittit, ut cohortes [k] ex caſtris

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. Voſſ. Leid. Pet. Egm. Scal. G. D. Dorv. et Edd. pp. aliaeque, non *as*. V. cap. praec. b *sparsum* Cuj. L. pr. *parsum* L. sec. sed v. ad 1, 51. c *obtestare* Dorv. d *coepere* L. pr. e *neque n. neque l.* Dorv. Edd. R. M. V. *nec n. n. l.* Lov. *conventio* V. sec. f *fatig.* B. pr. Ox. g *recentesque i.* G. *r. neque i.* V. tert. h *cont.* L. tert. Ed. Inc. i *vidisset* Lov. Br. Dorv. Edd. pp. *cop. aug.* Urs. L. pr. k deſunt *ex c.* Cuj. Ox. L. pr.

mund. Lovan. et sex recentiores cum Edd. primis exhibent, *ne a mulieribus etc. abstinerent.* Utrumque cum Latinum sit, pro Juliano genio praepoſitionis geminationem praeferrem, nisi etiam 1, 22. diceret, *proelioque abstinebat.*

*L. Fabius centurio*] Anonymus Celsi exscriptor p. 142. *L. Sabinum* vocat, nescio, unde hauſerit, omnes enim MSS. vulgatam lectionem exhibent. VOSS. *Sabinus* eſt in Duker. et cap. 50. in Bong. pr. *Labius* Bong. pr. Voſſ. pr. sec. *L.* abeſt a Gott. Dorv. et 3. aliis ac Edd. pp.

*Romanis de muro*] Duae poſtremae voces exulant a MS. *Norvic.* nec eas in suo Codice reperit Graecus; habet enim solummodo: πρότερον τὰς χεῖρας τοῖς Ῥωμαίοις ὀρέγεσθαι. Retinendas tamen cenſeo, cum alii omnes repraeſentent, et appareat ex c. 47. eas feminas de muro Romanos obteſtatas eſſe. DAVIS. Retinent eas, quoque MSS. mei praeter Oxon. Gott. Voſſ. tert. Leid. tert. et Ed. Inc.

*In conspectu*] Sic MS. Reg. Al. *in conspectum*. Vide supra ad l. 4. §. 9. CLARK. Suffragatur

celeriter educeret, et sub infimo colle [a] ab dextro latere hostium constitueret: ut, si nostros [b] loco depulsos vidisset, quo minus libere hostes insequerentur, terreret.
2 Ipse [c] paullum ex eo loco cum legione pregressus, ubi constiterat, eventum pugnae exspectabat.

1 L. Quum acerrime comminus [d] pugnaretur;

VARIAE LECTIONES.

a *a dextero* MSS. et Edd. qdd. et passim. *latere* exsulat a B. pr. b Sic MSS. non *dep. l. disp.* L. pr. *puls.* Ox. c *paullulum* Sc. L. sec. *paulatim ab* L. pr. d deest B. pr. V. 3. L. tert. Eg. G. Ed. Inc.

Oxon. unde tamen temere nil mutari velim. Nam reliqui retinent Accusativum. Adi ad 4, 12.

*Praemetuens suis*] Eleganti hoc vocabulo utitur *Lucretius* 3, 1032. ubi inquit: — *At mens sibi conscia facti, Praemetuens, adhibet stimulos, torretque flagellis. Phaedro* etiam Fab. 1, 16. dicitur, *Illa praemetuens dolum.* Graecus transtulit, *Περὶ τοῖς ἑαυτῦ δεδιὼς*, adeo ut praepositionem abundare sit arbitratus, quod in ejusmodi compositis interdum accidit. DAVIS. Plura vide in Comment. ad Phaedr.

*Mittit*] Lege, *misit*, uti quidem legitur in MSStis Petav. Gottorp. Voss. Egmond. ac Norvic. DAVIS. *Cur. sec.* Vulgatum defendi potest. Vide ad c. 45. Verum etiam Bong. pr. Vossiani, Leidenses, et Edd. Inc. ac R. Steph. dant, *misit.* Vel sic tamen nihil temere muto, cum *mittit* retineant MSS. alii.

*Dextris humeris exertis*] Graecus, *ἄνοπλοι τὺς ὤμυς.* Lipsius in Electis expungit vocem, *humeris.* Idem tamen notis ad 1. Annal. Taciti legit, *dextris nudis exertis.* Apud Silium l. 8. legimus de Cethego: *Ipse humero exertus gentili more parentum Difficili gaudebat equo.* Sed hoc non eo pacati signum; et, si recte Silii mentem adsequor, Cethegus humero exerto proelium capessebat, ne arma bracchio gladium aut tela vibranti impedimento essent. Statius l. 4. Thebaid. *Exerti ingentes humeros.* Sed et hic de pugnaturis sermo. Quin potius dicere liceat, humeros exertos proelii indicium fuisse, qui postea velabantur. Unde Stat. 1. Achilleid. *Sic ubi virgineis Hecate lassata pharetris, Ad partem fratremque redit, comes haeret eunti Mater, et ipsa humeros, exertaque brachia velat.* Ubi post venationem humeri velantur, quia tunc non amplius opus exerto humero vel brachio. Apud Xenophontem l. 8. de expedit. Cyri legas, Persas adspectante se Rege Candye dextram exeruisse, *διειρκότες*, inquit, *τὰς Χεῖρας διὰ τῶν κανδύων, ὥσπερ καὶ νῦν ἔτι διείρυσι, ὅταν ὁρᾷ βασιλεύς.* Fortassis hoc illis subjectionis signum fuit, et manum exerebant, quo pectori admoverent, qui venerantibus mos, aut, ut ostende-

hoſtes loco, et numero, noſtri virtute confiderent; subito sunt Aedui visi, ab latere noſtris aperto; quos Caeſar ab [a] dextra parte alio adſcensu, [b] manus diſtinendae cauſſa, miſerat. Hi similitudine ar- 2
morum vehementer noſtros [c] perterruerunt: ac, [d] tametsi dextris humeris exſertis animadvertebantur, quod insigne pacatis eſſe [e] conſuerat, tamen 396

VARIAE LECTIONES.

a *latere dextro* Lov. b deeſt L. pr. Sc. *distinendi* L. pr. Scal. *dest.* L. sec. Dorv. *det.* V. sec. *distrahendae* D. Carr. *destinandae* Ed. Inc. V. ad 2, 5. c *prot.* L. tert. d *tamenetsi* Muret. juvat V. sec. *tamensi.* V. ad 5, 34. e vulgo *consueverat.*

rent, se ad nutum ejus paratos arma capere. Itaque fruſtra Lipsius quaerit, quomodo humeri exeri poſſint. Quod vero Caeſar ait, pacatis id insigne fuiſſe; poſſis dicere, populos pacatos Romanis, quando eorum in exercitu depugnabant, solere dextris humeris exertis depugnare. Certe id Gallis usitatum fuiſſe, nullus ambigo. nam ut Livius lib. 22. ait, ubi exercitum Annibalis deſcribit: *Galli super umbilicum nudi erant.* Itaque quod Aedui dextris humeris exertis erant, id propter proelium factum: sed simul inde agnoscebant Romani, pacatos eſſe seu socios. Caeſar infra 2. de bello Civili ait, *humerum apertum gladio appetit*, quod idem eſt, quod exertum. De Heduis jam me explico: exertos gerebant humeros ante pugnam, quod non alio spectat, quam ut Romani admonerentur, suos eſſe socios. VOSS. *Humeros exertos* vocavit *noster* eos, qui veſtibus sunt nudati, quemadmodum *Appulejus* Metam. l. 2. p. 35. ed. *Pric.* *exertos* nuncupavit *oculos*, quos palpebrae non tegunt. Graecus, *ἄνοπλοι τοὺς ὤμους*, adeo ut vocem primam aut neglexerit, aut in suo Codice non invenerit. Mediam vero pro Gloſſemate habet *Just. Lipsius* Elect. 2, 7. et nescire se profitetur, quomodo exeri poſſint humeri. Eo modo, quo bellaturi suos exerebant. *Statius* Thebaid. 1, 413. *Exertare humeros, nudamque lacessere pugnam.* Multa hujusmodi collegit vir doctiſſimus, *Janus Broukhusius*, ad *Propertii* El. 1, 20, 44. Sed hoc non quaeſiverat Electorum scriptor, si *exertos* idem denotare, ac nudatos, in mentem revocaſſet. Fruſtra etiam eſt, cum ad *Taciti* Hiſt. 1, 55. reponat, *dextris nudis exertis*, praeterquam enim, quod hoc deditionis et subjectionis eſt indicium, quid opus eſt, ut vulgatam lectionem sollicitemus? Nam humeris exertis docebantur Romani, suos eſſe socios, qui adſcendebant, quia in Gallia pacatorum hoc erat insigne. Utramque conjecturam abſurdam eſſe, monſtravit *Octavius Ferrarius* de re veſt. 1, 9. DAVIS. Nec melior eſt hariolatio *Joan. Meursii*, qui Exerc. Crit. Part. 2. l. 1. c. 14. legit, *dextris* numeri *exertis*; ut *numeri* sint cohortes. At vox in eo senſu tum temporis non adhibebatur; quamvis sequioris ae-

id ipſum sui fallendi cauſſa milites ab hoſtibus fa-
3 ctum exiſtimabant. Eodem tempore L. Fabius cen-
turio, quique una murum adſcenderant, [a] circum-
4 venti atque interfecti, de muro praecipitantur. M.
Petrejus, ejusdem legionis centurio, quum portas
[b] excidere conatus eſſet, [c] a multitudine obpreſſus,
897 ac sibi deſperans, multis [d] jam vulneribus acceptis,
manipularibus suis, qui illum secuti erant, *Quo-
niam,* inquit, *me una vobiscum servare non possum,
vestrae quidem certe* [e] *vitae prospiciam, quos cu-*

VARIAE LECTIONES.

a *circumventionibus* G. V. tert. Ed. Inc. b vulgo *exscindere.* c deeſt praep. L. pr. d abeſt Ox. D. G. V. tert. Ed. Inc. e vulgo *saluti.*

vi scriptoribus fuit usitata. Vide sis Interpretes ad *Taciti* Hiſt. 1, 6. *Hermas* Paſt. l. 3. Sim. 9. c. 2. *Decenter succinctae* exertis *brachiis dextris*, hoc eſt, porrectis, extensis. Sic ex MSStis reponendum. Vulgo, *externis brachiis dextris*. Idem c. 9. *Incinctae, et* exertis humeris, *capillisque solutis;* ubi *exerti humeri* sunt nudati. Pariter apud *Josephum* Iscanum B. T. 2, 608. Venus dicitur, *Nuda humeros,* EXERTA *sinus*. *Tertullianus* de Pallio c. 3. *Cato Juridicinae suae in tempore* humerum *exertus*. Adeo ut in hujusmodi locutionibus duplex sit illius vocis poteſtas. Si plura de hoc Caeſaris loco videre geſtis, adi V. C. *Jos. Wassium* ad *Sallustii* Catil. c. 44. pag. 144. IDEM. *Cur. sec. Exsertis* ergo hic nil, nisi, nudatis, expeditis et liberis veſte, notat. Ovid. Met. 2, 270. *Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu Exserere ausus erat.* 9, 57. *Vix tamen exserui sudore fluentia multo Brachia.* ubi nil mutandum. Virgilio Aen. 1, 492. *Exserta mamma, latus* 11, 649. etc. Atque ita alii. Immo et de aliis, pro demonſtrare, vide in notis Scheff. ad Phaedr. F. 12. de *exserere humeros* conſule ad Front. 2, 1, 2.

*Insigne pacatis*] Sic, ut videtur, exhibent MSS. Cujac. Ursin. And. Scal. Oxon. ex quibus nihil varietatis adnotatum eſt; sed reliqui mei omnes cum Carr. et Edd. primis dant, *pacatum*. quasi pro, *pacatorum;* φιλων σημειον Gr. dein *consuerat* rurſus edidi, auctoritate MStorum tantum non omnium, certe vetuſtiſſorum plurium. Vide ad 1, 43.

*Fabius*] Celſo rurſus, *Sabinus*, ut viſum et ad c. 47. Immo Bongars. prim. cum Dukeriano ei hic adſenſum praebent.

*De muro praecipitabantur*] In MSS. Reg. Eliens. et Voſſii et Edit. Romana deeſt praepositio. CLARK. Exſulat quoque praepositio a meis et Edd. primis, si excipias Cujac. Scal. And. Oxon. et Leid. prim. qui bene servant;

*piditate gloriae adductus in periculum* [a] *deduxi. Vos,* 5
*data facultate, vobis consulite.* Simul in medios [b] hoſtis inrupit; [c] duobusque interfectis, reliquos a porta [d] paullum submovit. [e] Conantibus auxiliari 6
suis, *Frustra*, inquit, *meae vitae subvenire conamimi, quem jam sanguis viresque deficiunt. Proinde* [f] *hinc abite, dum est facultas, vosque ad legionem recipite.* Ita pugnans poſt [g] paullulum concidit, ac suis saluti fuit.

LI. Noſtri, quum undique premerentur, [h] XLVI 1

VARIAE LECTIONES.

a *add.* L. sec. b Sic V. pr. sec. E. *S. irr. in m. h.* Edd. qdd. *erup.* L. pr. *pror.* L. tert. V. tert. Ed. Inc. sed v. ad 5, 44. *irrumpit* Carr. c *duobus* D. Dorv. Edd. R. M. V. *D. quoque* V. sec. d *paululum* L. pr. sec. Scal. D. *paulo* Egm. e *conantibusque* Edd. R. M. V. f Sic Cuj. And. Ox. Dorv. et Gr. *ἔνϑεν.* Reliqui et Ed. R. Steph. carent *hinc.* g Sic Ox. Carr. D. L. pr. sec. V. sec. Scal. non *paulum.* Ox. etiam *inest fac.* h *VI et XL.* L. pr.

quamquam et B. Civ. 2, 11. *praecipitataque muro* occurrat. Posset quoque, *e muro.* Nam et *muro, e muro, de muro* bene Latina sunt. Cum iisdem et Dorv. ac Edd. primis retinui praeſens, pro quo inperfectum maluit Clarkius, adſtipulantibus ei ceteris MSStis et Edd. quibusdam.

*M. Petrejus*] Hanc lectionem retinet Graecus; at in vet. Cod. noſtro (et MSS. *Brant. Norvic.* nec non impreſſis *Rom. Ven. Beroald.*) eſt *Petronius*, et sic quoque Anonymus *Celsi* exscriptor habet p. 143. ed. Londin. VOSS. *Petrejus* servant Cujac. And. et Oxon. Reliqui cum MSS. Hotom. et Edd. pp. *Petronius*, nisi quod in Leidenſi pr. sit, *praetor.* In Egm. *et Petronius.*

*Portas exscindere*] Bong. pr. Leidenſes, Voſſiani, Oxon. Petav. Egmund. Dorvill. Gottorp. cum Buslid. et Ed. Inc. *excidere.* Quod mutari nequaquam debuerat. Al. *excindere.* Vide Cl. Duker. ad Flor. 2, 2, 36. *de excidendis hostium moenibus.* Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 31. *Radicem excidi jussit. Excisis arboribus* B. Civ. 2, 15. Atque ita MSS. jubentibus, quorum duo a me etiam visi sunt, apud Statium reſcribendum Theb. 10, 911. *Soceri thalamos* (vel *turres*) *excidere Cadmi.* Vulgo, *exscindere.* Eadem variatio in libris 4, 753. 8, 515. et paſſim in *exscindere* et *excidere urbem.* Vide Drakenb. ad Liv. 5, 15, 8. Lactant. 5, 3. *Veritatem penitus excidere.* At Bon. Cod. *excindere.* Sed vulgatum malo. Horat. Serm. 1, 3, 76. *excidi penitus vitium irae.* Appulej. l. 5. p. 104. *ferro caput excideres.*

*Ac sibi*] Iidem Codices habent *sui.* CLARK. *Sui* Bong. Voſſiani,

centurionibus amiſſis, dejecti sunt loco. sed intolerantius Gallos inſequentes legio x [a] tardavit, quae [b] pro subsidio paullo aequiore loco conſtiterat.
2 Hanc rurſus XIII legionis cohortes exceperunt; quae ex caſtris minoribus eductae, cum T. Sextio [c] legato
3 locum ceperant superiorem. Legiones, ubi primum planitiem adtigerunt, infeſtis contra [d] hoſtes signis
4 [e] conſtiterunt. Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones [f] reduxit. [g] Eo die milites [h] sunt [i] paullo minus DCC [k] desiderati.

1 LII. [l] Poſtero die Caeſar, concione advocata, *temeritatem, cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi* [m] *judicavissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur, neque, signo reci-*

VARIAE LECTIONES.

a *tardat* D. a m. pr. b *pro* L. pr. inter verſus. *praesidio* Carr. D. Dorv. Edd. pp. c abeſt Dorv. Edd. R. M. V. ordo e L. pr. Ox. vulgo *c. l.* d *hostem* Ox. benc. e *extit.* L. pr. Recte. V. ad c. 35. *constiterant* Lov. et 3 alii cum Ed. Inc. f *recepit reduxit* L. pr. g *eodem* V. sec. h *sunt* in L. pr. Ox. ponitur poſt *DCC.* fors. deleatur. i *paullum* B. pr. V. pr. Lov. et 3. alii. k *perditi* V. sec. l *postera* L. sec. m *judicassent* L. pr. *ipsi* male abeſt ab Ed. Gryph.

Pet. Egm. Lov. et 5. recentiores cum Carr. et Edd. primis. Sed, ut vulgo, ita paſſim Cicero et alii. 3, 12. *fortunis desperare.* At vi participialis nominis Genitivus satis se defendere poſſet. nam non solum *desperare aliquam rem*, sed et *aliquem*, occurrit. V. ad Front. 4, 5, 6.

*Quidem certe saluti*] MSS. Reg. et Voſſii, *quidem vitae.* MS. Eliens. *quidem certe vitae.* CLARK. Reſcripsi *vitae*, jubentibus MSS. quotquot sunt vetuſtiores: *saluti* inveni in solis Duk. Dorv. et Leid. sec. nisi *vitae saluti* jungere velis.

*Intolerantius Gallos insequentes*] Cupidius: et apta vox huic rei eſt. eſt enim ejus, qui nescit ipſe cupidinem suam siſtere. Sic *immoderate laetari* in Severo dixit Spartianus: *Septimium Severum immoderatissime, cum moreretur, laetatum.* VOSSIUS.

*Eo die milites sunt paullo minus* DCC *desiderati*] Hanc cladem memorat *Suetonius* in Jul. c. 25. *Per tot successus*, inquit, *ter, nec amplius, adversum casum expertus; in Britannia classe vi tempestatis prope absumta; et* in Gallia ad Gergoviam legione fuſa etc. Vide *Jul. Celsum* p. 144. DAVIS.

*piendi dato, constitissent, neque* [a] *ab tribunis mili-*
*tum legatisque retineri potuissent; exposito, quid* 2
*iniquitas loci posset, quid ipse ad Avaricum* [b] *sen-* 398
*sisset,* [c] *quum, sine duce, et* [d] *sine equitatu depre-*
*hensis hostibus, exploratam victoriam* [e] *dimisisset,*
*ne parvum modo detrimentum in contentione propter*
*iniquitatem loci* [f] *accideret; quanto opere eorum* 3
*animi* [g] *magnitudinem admiraretur,* [h] *quos non ca-*
*strorum munitiones, non altitudo montis, non* [i] *mu-*
*rus oppidi tardare potuisset: tanto opere licentiam*
[k] *adrogantiamque reprehendere, quod plus se, quam*
*imperatorem, de victoria atque exitu rerum sentire*
*existimarent: nec minus se* [l] *in milite modestiam,* 4
[m] *et continentiam, quam virtutem,* [n] *atque animi*
*magnitudinem, desiderare.*

## VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. V. pr. sec. Egm. Ox. non *a*. b *senserit* Carr. V. sec. *sensit* D. c *quid* L. pr. d abest Carr. D. male. e *dem.* Edd. R. M. V. perperam. f vulgo *acciperet, quantopere.* g *magnitudine* G. V. sec. tert. h Sic C. Urs. And. Ox. Sc. L. pr. reliqui cum Edd. pp. *quod.* i *muros* V. pr. *muri potuissent* Egm. k *que* deest Dorv. Lov. *et adr.* L. pr. *appreh.* G. V. tert. l Sic Urs. Cuj. And. Sc. Ox. L. pr. reliqui cum Edd. pp. *ab* vel *a.* m *et cont.* desunt And. Cuj. Ox. L. pr. agnoscit Metaphr. n exsulat a L. pr.

*Exposito, quid iniquitas loci posset*] Vulgg. *exposuit;* sed nos secuti sumus lectionem Codicis *Andini*, quam probavit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* 1, 41. Eleganter enim participia hoc modo absolute ponuntur. *Curtius* 4, 13, 37. *Adservari transfuga jusso,* expositoque, *quod nunciatum erat.* Idem 5, 12, 7. *Darius Artabazum acciri jubet,* expositisque, *quae Patron detulerat.* Si pluribus opus est exemplis, adeas *G. J. Vossium* de Construct. c. 49. p. 179. et 60. p. 230. IDEM. Andinis membranis accedunt Leidens. prim. et Oxoniensis. Ad Livii locum vide laudatos a Cel. Duk. et Drakenb. et N. Heins. ad Vellej. 1, 7. et Comment. ad Aur. Vict. Orig. Gentis Rom. c. 13. *per colloquium inquisito, qui essent.* B. Civ. 1, 30. *simul Eunonem mitti audierunt, nondum profecto* etc. Adde ad 1, 39. *Audito, Pompejum* etc. ut quidam conjiciunt, ut et 2, 10. nec non Colvium ad Appuleji Met. l. 1. *comperto.* et ita p. 5. *probe curato* MSS. et Edd. Vett. Merito in textum quoque recepit Clarkius. Gr. διδάσκων.

1 LIII. Hac habita concione, et ad extremam orationem confirmatis militibus, *ne ob hanc caussam animo permoverentur*, [a] *neu, quod iniquitas loci adtulisset*, [b] *id virtuti hostium tribuerent:* eadem de profectione cogitans, quae ante ſenſerat, legiones [c] ex caſtris eduxit: aciemque idoneo loco conſtituit.
2 [d] Quum Vercingetorix nihilo magis in aequum lo-
399 cum descenderet, levi facto equeſtri proelio, atque [e] eo secundo, in [f] caſtra exercitum reduxit.
3 Quum hoc idem poſtero die feciſſet, satis ad Gallicam oſtentationem minuendam, militumque animos confirmandos factum exiſtimans, in Aeduos [g] caſtra

VARIAE LECTIONES.

a *neu id* Lov. b *id* deeſt Pet. Lov. G. Egm. Dorv. Edd. R. V. M. non male. *id hosti trib.* And. Ox. *adtr.* L. sec. c *e c.* MSS. qdd. *ex castra* B. pr. d *Tum* Lov. V. tert. e Sic C. A. O. Sc. L. pr. reliqui cum Edd. pp. carent *eo*. f *castris* V. sec. g *mov. c.* MSS. plerique.

*Acciperet*] Bong. Voſſiani, Leidenſes, Scalig. Petav. Lovan. Egmund. Duk. Carr. Gott. cum Edd. multis vetuſtiſſimis et R. Stephani, *accideret*. Quod verum eſſe, nullus dubito. Alibi *incommodum accidit*, ut 8, 24. B. Civ. 1, 48. et similia. licet et *accipere detrimentum* noſter cum aliis dicat aliquoties.

*Quantopere*] Bong. pr. Vossian. pr. Egmund. Duker. Gottorp. Voſſ. sec. Leid. tert. et Ed. Inc. *quanto opere*, et ſtatim *tanto opere* iidem, uti et Oxon. Leid. et Voſſ. sec. Verc. Adi notata ad 1, 13. *suae magno opere virtuti tribueret*.

*Non minus*] Sic MS. Reg. Al. *Nec minus*. CLARK. *Nec* mei retinent omnes, sed in Ursiniano et Vaticano etiam reſtat *non*.

*Ad extremum confirmatis*] Sic MS. Reg. Vulgg. (*ad extremum oratione confirmatis.*) MSS. Eliens. et Voſſii, (*ad extremam orationem confirmatis.*) CLARK. Vulgatum confirmant MSS. Cujac. Urs. And. Oxon. Leid. pr. Scal. Carrar. Duk. Dorv. In eo tamen ulcus latere puto. Regii Codicis lectionem confirmat Lovan. *Hac habita oratione conf. m.* Aicard. correxit, *et extrema or.* Verum Bong. pr. Voſſ. pr. Petav. Egmund. et quinque recentiores cum Ed. Inc. *ad extremam orationem*. Quod cur non admittamus, nullam video caussam, pro, ad orationis finem. Gr. τελευτῶν.

*Nihilo magis*] Sic quidem edidit Vascos. Strada et R. Stephan. cum Urs. et Scalig. ac reliquis, probante Hotomanno, licet te-

movit. Ne tum quidem [a] inſecutis hoſtibus, III die 4
ad [b] flumen Elaver [c] pontem refecit, atque exerci-
tum transduxit.

LIV. Ibi a Viridomaro atque [d] Eporedorige 1
Aeduis adpellatus, [e] discit, cum omni equitatu Li-
tavicum [f] ad sollicitandos Aeduos profectum: opus
eſſe [g] et ipſos praecedere ad confirmandam civita-
tem. Etsi multis jam rebus perfidiam [h] Aeduorum 2
perſpectam habebat, atque [i] horum disceſſu adma-
turari defectionem [k] civitatis exiſtimabat; tamen eos
retinendos [l] non cenſuit; ne aut inferre injuriam
videretur, aut [m] dare timoris aliquam [n] suſpicio-

VARIAE LECTIONES.

a *insecutus ab h.* Pet. *ne* deeſt L. pr. Sc. b abeſt Egm. G. *Laber* B. pr. Pet. *Elaber* V. sec. *Claver* MSS. quidam. c Sic Urs. e suis, et ita C, And. Sc. Ox. L. pr. nisi quod Ox. *effecit*, et Scal. ac L. pr. *fecit*. reliqui cum Edd. Vett. *pontes* (v. c. 35. 56.) *reficit*, *atque e. traducit*. *efficit* etiam V. sec. *eoque*, pro *atque*, B. pr. V. pr. et 4 alii cum Ed. Inc. *exercitumque* L. pr. d *Eporidor.* MSS. multi hic et infra. *Operid.* V. pr. sec. e *didicit* Carr. D. f *Bibracte ad* Pet. V. c. 55. g Sic C. A. O. Sc. L. pr. reliqui cum Edd. pp. et aliis carent τῷ *et*. *ipsum* G. V. tert. Ed. Inc. h vulgo *Aed. Caesar*. i *eorum* L. pr. k *civitati* Ed. R. Steph. l Sic MSS. non *ret. e.* dein *constituit* Carr. et 10 mei cum Edd. pp. m *daret* Urs. Ber. *daret aliq. t.* L. pr. n *suspicationem* Urs. F. pro *suspect.* V. ad 6, 7.

ſtetur, in MSS. suis omnibus scribi, *nihilominus*. Conſentit vulgatis Metaphraſtes: ἐπειδὴ δὲ ὀι πολέμιοι ὀυκ ἀντεξῄεσαν. Verum Bong. Voſſiani, Leidenſes, And. Oxon. Egmund. Lovan. Duker. Dorv. Gott. et reliqui, ut puto, cum Edd. primis, item Aldi, Gryphii, Plantini exhibent, *nihilominus*. et Celſus, *ipse etiam in plana descendit*. Plus tamen in τὸ *magis* inclino, si idoneis confirmetur Codicibus. Eadem confusio in his vocibus 5, 1.

*Praecedere*] Bongars. pr. Leid. pr. Voſſian. pr. Scalig. Egmund. Duker. et 6 alii cum Edd. Ber. Vasc. Str. Steph. Gryph. poſt. *antecedere*. Recte. C. 12. *equitatus, qui agmen antecesserat*. c. 35. *Vercingetorix magnis itineribus antecessit*. B. Civ. 2, 24. *Ipse cum equitatu antecedit ad exploranda castra*. *Praegredi* 3, 78. ut legendum e Lovan. et *antecedere* rurſus c. 79.

*Caesar persp.*] In nonnullis proprium nomen ponitur ante *etsi*. In aliis, *Caesar perſ. Aed.* Sed abeſt a Bong. pr. Voſſ. pr.

3 nem. Discedentibus his, breviter sua in Aeduos merita [a] exponit; *quos, et quam humiles accepisset*, [b] *compulsos* [c] *in oppida, multatos agris, omnibus ereptis copiis, inposito stipendio, obsidibus summa* [d] *cum contumelia extortis, et quam in fortunam, quamque in amplitudinem deduxisset; ut non solum in pristinum statum redissent, sed omnium temporum* [e] *dignitatem et gratiam antecessisse viderentur*. His datis mandatis, eos ab se [f] dimittit.

1 LV. [g] Noviodunum erat oppidum Aeduorum,
2 ad ripas Ligeris obportuno loco positum. Huc Caesar omnes obsides Galliae, frumentum, pecuniam publi-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Lov. Dorv. Edd. R. M. V. non *exposuit*. b *et comp.* MSS. plurimi et Edd. pp. c *inopia* Egm. d deest G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. male. V. ad 5, 57. e *gratiam dignitatemque* Pet. f Sic Carr. L. pr. Ox. D. vulgo *dimisit*. g *Noviodonum* D. V. pr. sec. Edd. pp.

Petav. Lovan. Egmund. et plurimis aliis, ac Inc. Editione. Recte. V. ad 2, 17. Dein *maturari* est in Oxon. in Leid. pr. et Scalig. *maturandi*. In Petav. *ad naturalem*. Fuitne, *discessum maturandi*, scilicet *caussa?* Vide ad 4, 1. Certe latere quid videtur.

*Retinendos*] Notandum, in Oxon. et Andino scribi, *pertinendos*. quod notaret, *pertinaciter eos retinendos*. Hinc certe derivatur *pertinax*; nec temere spernendum videtur.

*Omnibus ereptis copiis*] Alii habent, *omnibus ereptis sociis*, quae quidem lectio non est aspernanda. Apparet enim ex B. G. 6, 12. Sequanos *magnam partem clientium ab Aeduis ad se transduxisse*. Nec quisquam dicat, alios esse clientes, alios socios, nam Metaphrastes B. G. 1, 31. *clientes* interpretatur συμμάχυς, et fidem superat, multas civitates Aeduis se in servitutem ἑκουσίως dicasse. DAVIS. *Sociis* e suis libris praefert etiam Hotom. ut Bas. Ven. 1517. Vascos. Ald. Strad. Gryph. et Plantin. ediderunt. Sed mei omnes cum Edd. primis *copiis* servant, praeter Oxoniensem et Cujac. Sed sub *copiis* facile *clientes*, non minus ac totas eorum vires, queas subintelligere.

*Et quam* etc.] Copulam addidi, auctoritate MStorum omni-

publicam, suorum atque exercitus inpedimentorum
magnam partem contulerat: huc magnum numerum 3
equorum, hujus belli cauſſa in Italia atque Hiſpa-
nia [a] coëmtum, miſerat. Eo quum Eporedorix Vi- 4
ridomarusque [b] veniſſent, et de ſtatu civitatis cogno-
viſſent, Litavicum Bibracte ab Aeduis [c] receptum,
quod eſt oppidum apud eos maximae auctoritatis,
[d] Convictolitanem magiſtratum, magnamque partem
senatus ad eum conveniſſe, legatos ad Vercingeto-
rigem de pace et amicitia [e] concilianda publice
miſſos; non [f] praetermittendum tantum commo-
dum exiſtimaverunt. Itaque, interſectis [g] Novio- 5
duni cuſtodibus, quique eo negotiandi, aut itine-
ris cauſſa, convenerant, pecuniam atque equos

VARIAE LECTIONES.

a Sic B. pr. L. pr. Pet. Urs. sec. *coëmtus* Eg. V. pr. *coëmtos* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. vulgo *coëmptorum*. dein *miserant* G. b *venisset* C. Ed. Gryph. c *acc*. D. d rurſus MSS. *C. tabim*, *C. tavim*, *C. tavem*. e inter verſus L. pr. f *praetereundum* L. sec. poſt h. verbum addit *instans* Ox. g *Noviodunii*s V. pr. sec. L. sec.

um, Editionumque ante Scal. Dein in MS. Urſini scribitur, *et in eam fortunam amplitudinemque deduxisset*. Rectius, si id admittamus, habent Andin. Oxon. Leid. pr. Scal. *et in eam f. amplitudinemque duxisse*, scilicet *exposuit*. Verum utramque lectionem suſpectam habeo, legoque, *et in eam f. eamque in ampl. deduxisse*. Nec obſtat modi mutatio. Ea fuit corrumpendi loci cauſſa. Adi ad 2, 10. *Constituerunt reverti, et convenirent*. Dein auctor non amat tantum, praepositiones, sed et adjectiva nominibus juncta repetere. Vide ad 6, 11. *In omnibus civitatibus, atque in omnibus pagis*.

*Bibracte* ] Bong. pr. Petav. Voſſ. pr. Egmund. et septem alii cum Ed. Inc. *Bibracti*, quo ab Accuſativo diſtinguatur. Sed *a Bibracte* tamen retinent MSS. omnes 1, 23. et c. 90. infra, *Bibracte hiemare*, praeter Dorvill. 8, 1. *ab oppido Bibracte*, ubi nulla eſt varietas.

*Aut itineris* ] Has voces non exhibent MSS. *Pinelli* et *Norvic*. quibuscum faciunt edd. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Gryph.* nec in suo Codice legit Graecus, habet enim solummodo: *πάντας πρὸς τȣ́τοις ἐν τῇ πόλει ὄντας ἐμπόρȣς Ῥωμαίȣς*. DAVIS. Deeſt in multis Codicibus, quos citat Daviſius. Item in MSS. Reg. et Voſsii. CLARK. *Aut itineris* agnoscunt MS. Ciaccon. item Cujac. And. Oxon. Scal. Leid. pr. Item

6 inter se partiti sunt; obsides [a] civitatum Bibracte
7 ad magistratum deducendos curaverunt; oppidum,
quod [b] ab se teneri non posse [c] judicabant, ne cui
8 esset usui Romanis, incenderunt; [d] frumenti quod
401 subito potuerunt, navibus [e] avexerunt; reliquum
9 flumine, atque incendio [f] corruperunt; ipsi ex finitimis [g] regionibus copias cogere, praesidia, custodiasque ad ripas Ligeris disponere, equitatumque omnibus locis, injiciendi timoris caussa, ostentare

VARIAE LECTIONES.

a *civitatis* suprasc. B. pr. b *a se* MSS. plerique et Edd. qdd. c *putabant* L. pr. a m. pr. d *frumentum* Pet. Lov. Dorv. male. V. ad 1, 51. e *adv.* L. pr. Ox. Dorv. *addux.* L. sec. f *corrupuerunt* V. pr. g *civitatibus* L. pr, dein *copias quaerere, cogere praes.* Edd. R. M. IV.

Edd. Ven. 1517. Ald. Gryphii Ed. 1536. et Plantin. ante Scalig. Reliquae fere cum Celso et MSS. tum aliorum tum meis, quod sciam, his verbis carent. Conjicit Cl. Wasse, ortam hanc omissionem, quod scriptum fuerit, *iteris:* idque non intellectum ejecisse librarios. Certe sic *itere* inveni in Bong. pr. 2, 29. ubi vide.

*Cui*] Petav. Voss. pr. Lovan. Egm. Carr. et quinque alii cum Edd. Inc. Flor. *quo:* sine dubio corrupte pro *quoi. quod* Leid. sec. de *quoi* confer et 2, 30. alibi *quoivis* pro *cuivis* in MSS.

*Injiciendi timoris*] Locutio bona et nota, et a nostro aliquoties adhibita. Monendum tamen, in Dukeriano exarari, *inmittendi.* quasi jam inmitteret equitatum ipsum, vel telum in eos: quibus in rebus *inmittere* proprium esse, sciunt docti, et alibi monendum habuimus.

*Si aut re frumentaria Romanos excludere, aut adductos inopia ex Provincia expellere possent*] Provinciam hic noli intelligere τὴν ἐπαρχίαν, seu Narbonensem, sed ditionem, in qua tum Caesar erat. Unde infra c. 64. ait: *His constitutis rebus, Aeduis, Segusianisque, qui sunt finitimi ei Provinciae,* X *millia peditum imperat.* Sed recte hoc loco vet. cod. non habet vocem *ei*; ita ut multum verear, ne in eodem codice et hic locus rectius legatur. Verba sunt: *Si re frumentaria Romanos, aut adductos inopia ex Provincia excludere possent.* Duo dicit hostes agitasse, Romanos excludere frumento; vel, quando illo carerent, reditu in provinciam. Quam scripturam ut meliorem credam, facit, quod infra c. 59. Caesar ait: *jam Caesar a Gergovia discessisse audiebatur, jam de Aeduorum defectione, et secundo Galliae motu rumores afferebantur, Gallique in colloquiis, interclusum itinere et Ligere Caesarem, inopia frumenti coactum, in Provinciam contendisse confirmabant.* Itaque hoc prohibere vo-

coeperunt; si [a] ab re frumentaria Romanos excludere, aut adductos inopia ex Provincia [b] excludere possent. Quam ad spem multum eos adjuvabat, quod Liger ex nivibus creverat, ut omnino vado [c] non posse transiri videretur.

LVI. Quibus rebus cognitis Caesar maturandum 1
sibi censuit, [d] si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut prius, quam essent majores [e] eo coactae 402
copiae, dimicaret. nam, ut commutato consilio 2

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *aut re.* b vulgo *expellere.* c Sic MSS. non *tr. n. p.* pro *ut* male *et* Edd. R. M. V. Gryph. V. ad 3, 14. d *nec esse* L. pr. e deest L. pr. vulgo *cop. c.* contra MSS. post *dimicarent* V. sec. *dimicaretur* Duk. non male.

lebant: alterum autem locum optime in veteri codice scribi, *qui sunt finitimi Provinciae*, vel illud ostendat, quod ait, jussum illum militem, Allobrogibus bellum inferre. Et paullo post subjicit Caesar, *quo facilius subsidium Provinciae ferri posset.* Nimirum adversus eosdem milites. Denique nihil clarius loco Caesaris, quo ait: *Caesar, quod hostes equitatu superiores esse intelligebat, et, interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia atque Italia sublevari poterat.* En, hic dicit Caesar, jam perfectum illud, quod supra ajebat hostes in animo habuisse. Itaque audacter hunc locum hoc pacto mecum scribito: *Si aut re frumentaria Romanos, aut adductos inopia, ex Provincia, excludere possent.* VOSS. Cum Aedui non id sibi propositi habuisse videantur, ut Romanos *e Provincia expellerent*, sed ex *sua* ipsorum solummodo *civitate;* illumque in finem eos vel commeatibus *e Provincia* subvehendis prohiberent, vel reditu denique *in Provinciam* intercluderent: non negligenda videtur Lectio, quam in Codice vetusto reperit Dionys. Vossius, viz. *si aut re frumentaria Romanos, aut adductos inopia ex Provincia excludere possent.* Nisi forte et vulgata Lectio ita accipi possit, ut dicantur Aedui Romanos non *ex Provincia* expellere, sed *adductos inopia* rerum *ex Provincia* subvehendarum, ex sua (*Aeduorum* scilicet) civitate *expellere* posse se sperare. Utrovis tamen modo, paullo durior videtur, quam Caesaris solet esse locutio. Et fortean aliquid interciderit. CLARK. Locus est corruptus, et medicinam tentavit *Vossius;* sed, ut mihi videtur, parum commodam reperit. Aeduis, sicut arbitror, consilium fuit, Romanos a Ligeris transitu prohibere, quo eos re frumentaria excluderent, adeoque in provinciam regredi cogerent. Infra c. 59. *Galli in colloquiis, interclusum itinere et Ligere Caesarem, inopia frumenti coactum*, in Provinciam contendisse *confirmabant.* Hinc clare vides, quid optarint barbari. *Norv. Bongars.* pr. *Petav.*

iter in Provinciam converteret, (ut nemo non tum [a] quidem necessario faciundum existimabat,) quum infamia atque indignitas rei, et obpositus mons Cevenna, viarumque difficultas inpediebat; tum maxime, quod [b] Agendico, Labieno, atque iis legio-
3 nibus, quas una miserat, vehementer timebat. Itaque, [c] admodum magnis, diurnis atque nocturnis, itineribus confectis, contra omnium opinionem ad
4 [d] Ligerim pervenit; vadoque per equites invento, pro rei necessitate, obportuno; ut brachia modo, atque humeri ad [e] sustinenda arma liberi ab aqua

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *id ne t.* et *faciendum.* b vulgo *adjungi* et *cupiebat.* c *demum* D. V. sec. *d. nocturnisque* Br. D. Ed. Inc. d *Ligerem* B. pr. *venit* autem MSS. longe plurimi et Edd. qdd. dein *re n.* Scal. e *sustentanda* L. pr.

*Gottorp. Voss.* et *Egmond.* habent, *si* ab *re frumentaria.* Locum itaque sic refingo, *si* ab *re frumentaria Romanos excludere, et adductos inopia* in provinciam repellere *possent.* Levis est mutatio; sed ex ea sensus exsurgit rei congruus. Vide *Celsum* p. 147. DAVIS. *Cur. sec. Si ab re* MSS. fere omnes et Edd. Vett. vel *a.* Oxon. And. Cuj. *ut ab re.* quom. Edd. quaedam, ut Aldi, Gryphii, Plant. In Leid. pr. tantum est, *si re fr.* A Scaligero est ex Ursini Codice, *si aut re.* Dein praepositio *ex* non comparet in Cujac. Leid. pr. Scalig. Oxon. And. Pro *expellere* Duker. a m. pr. *pellere. Excludere* Cujac. Leid. pr. Scalig. et Oxon. fors. et Andin. Quod non dubito veram esse lectionem. Nicasius Hellebodius ejicere voluit, *ex Provincia*, vel legere, *in Provinciam*, uti et Hotomannus ac Lipsius. Sed MSStos, optimos sane, sequor. Fraudi fuit librariis repetitio verbi *excludere.* Sed illa non est infrequens nostro. Vide omnino ad 1, 44. *si iterum experiri velint, iterum paratum sese decertare. Si pace uti velint.* Distinxisse videtur tamen Caesar inter *excludere a re frumentaria*, et *excludere provincia*, vel *ex provincia.* nisi ex illo *ex* facere malis, *etiam.* Certe pro *aut inopia* in Dorvill. est, *atque in.* Praepositionem *a* restituimus etiam 5, 23. *Ne anni tempore a navigatione excluderetur.* B. Hispan. c. 5. *ut eum ab oppido commeatuque excluderet.*

*Id ne tum quidem necessario faciendum existimabat*] V. c. *Id ne metu quidem necessario.* Graecus, τὸ μὴ ποιεῖν ἀναγκαῖον ἡγήσατο εἶναι. Vulgatam lectionem praefero, et ait Caesar, putasse id nequaquam necessarium esse. VOSS. MSS. habent, (*ne metu quidem.*) Graecus, voce transposita, videtur legisse, (ne-

esse possent, disposito equitatu, qui vim fluminis
[a] refringeret, atque hostibus primo adspectu [b] per-
turbatis, incolumem exercitum transduxit: frumen- 5
tumque in agris, et [c] pecoris copiam nactus, repleto 408
iis rebus exercitu, iter in [d] Senonas facere instituit.

LVII. Dum haec apud Caesarem geruntur, La- 1
bienus eo subplemento, quod nuper ex Italia vene-
rat, relicto [e] Agendici, ut esset inpedimentis prae-
sidio, cum IV legionibus Lutetiam proficiscitur.
([f] id est oppidum Parisiorum, positum in insula 2
fluminis [g] Sequanae) cujus adventu ab hostibus co-

VARIAE LECTIONES.

a *restring.* L. pr. V. sec. b *turb.* Carr. Dorv. Edd. R. M. V. c Sic MSS. d Sic L. pr. Sc. *f. cepit.* L. tert. e *Agedinci* MSS. plerique. *Agedici* V. sec. *Agedini* D. *Agedingi* V. tert. *Agedincum in civitate sed inp.* Egm. desunt *ut e. i. pr.* in Edd. R. M. V. f *quod* L. pr. Sc. Ed. R. Steph. rectius, quam quod statim MSS. praeter Cuj. And. Sc. L. pr. Ox. habent cum Ed. Ven. *quod positum est.* g *Sequani* Egm.

*cessario id ne tum quidem faciendum existimabat:*) τὸ μὴ ποιεῖν, ἀναγκαῖον ἡγήσατο. εἶναι. CLARK. *Ursini* liber, *ut nemo tunc quidem. Norvic.* autem, *Bongars.* pr. *Petav. Gottorp. Voss.* et *Egm.* dant, *ut ne metu quidem.* Reliqui codices, *id ne metu quidem.* Caesar scripsit, *id* minime *tum quidem necessario faciendum existimabat.* DAVIS. *Cur. sec.* Non videntur interpretes et librarii Caesaris mentem et constructionem perspexisse praeter Ciacconium. Non enim jungenda, *nam existimabat* etc. sed *nam cum infamia et Cevenna* etc. *inpediebat, ut converteret iter.* Si aliter construas, non cohaerent. quod vidit etiam R. Stephanus, quare addidit, *quum quod infamia*, sed contra MSStos. Illa verba, *id ne tum* etc. *existimabat*, in parenthesi sunt ponenda: unde statim adparet, quid scripserit Caesar. Vossianus primus etiam et Lovan. cum tribus aliis dant, *ut ne metu quidem.* Reliqui omnes, *id ne metu quidem*, praeter Oxoniensem, qui Ursiniano et Ciacconii libro consentit, *ut nemo tunc quidem.* Hinc rectius Ciaccon. conjecit scribendum, *ut non nemo*, quomodo B. Afr. c. 3. vel potius, *nemo non.* Excidit *non* propter sequens *tum. Ut nemo non* audenter in textu reposui. Quamvis et legi posset: *ut*, vel *id*, *metu quidem n. f. existimabant.* Sed alia correctio verisimilior est. Sic corruptus est Appulejus l. 1. Metam. p. 13. *per somnium jugulari visus sum mihi. Nam et jugulum dolui.* Nam e MSS. et Edd. Vett. scribendum, *visus sum. Nihil non et j. dolui.* id

gnito, magnae ex finitimis civitatibus copiae conve-
3 nerunt. Summa imperii transditur Camulogeno Au-
lerco; qui prope [a] confectus aetate, tamen pro-
pter singularem scientiam rei militaris ad eum est
4 honorem evocatus. Is, quum animum advertisset,
perpetuam esse paludem, quae influeret in Sequa-
nam, atque illum omnem locum [b] magnopere inpe-
diret, hic consedit; nostrosque transitu prohibere
[c] instituit.

VARIAE LECTIONES.

a *conf. erat* L. pr. mox vulgo *animadvert.* b Gryph. margo *magno inped. opere.* non male. V. supra. sed MSS. vulgatum retinent. *lacum* L. sec. c *const.* Vasc.

est, valde. Conjecerat etiam Ciacconius, *quod*, vel *quoniam*, *illi eum n. f. existimabant*. Sed bene conjecturam eam deseruit. dein etiam rescripsi *faciundum*, auctoritate Bong. pr. Voss. pr. Lovan. Petav. Egm. et multorum aliorum ac Edd primarum, Vascos. Steph. et plurium. Vide ad 2, 6.

*Mons Cevenna*] Per *v*, non *b*, MSS. fere omnes. *Cevennae* Voss. pr. Petav. Egm. Lovan. et septem alii cum Edd. primis. Non male. *flumen Ligeris* MSS. quidam 3, 9. ubi vide plura. Hesiod. vers. 2. *Θεογ.* Ἑλικῶνος ὄρος.

*Adjungi Labieno, atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer cupiebat*] Nec alii codd. male, in quibus est: *quod abjuncto Labieno, a. i. l. q. u. m. v. timebat.* Graecus: περὶ ἀπόντι τῷ Λαβιηνῷ, καὶ τοῖς σὺν ἐκείνῳ τάγμασι ἰσχυρῶς δεδιώς. Sane nullum adhuc codicem vidi, in quo esset, *cupiebat*, et ignoro, unde illa irrepserit. VOSS. Editt. *Rom. Beroald. Quod abjuncto Labieno* etc. *vehementer timebat*, nec aliter MS. *Brant.* et edit. *Ven.* nisi quod in iis Librarii vitio sit *adjuncto.* Sane haec lectio non est prorsus repudianda: magis tamen arridet vulgatae sensus, quod copias suas adunare in animo habuerit *Caesar*, ut patet ex c. 43. In omnibus tamen Codd. est, *vehementer timebat*, unde scribendum crediderim, *vehementer avebat*, quae minima est mutatio, ut, qui MSS. inspexerunt, facile concedent. *Pet. Ciacconius* reponit: *quod Agendico, Labieno, atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer timebat.* Sed audacissimas adhibere conjecturas, illi perquam nimis est familiare. DAVIS. Codices MSS. habent, *abjuncto* (*Al.* corrupte, *adjuncto*) *Labieno — TIMEBAT.* Quomodo et Graecus in suo codice reperit. Davisius legendum conjicit, *adjungi Labieno — avebat.* Quae est minima mutatio ab eo, quod habent MSS. *timebat.* Sed voce ea alibi non usus est Caesar. CLARK. *Quod* adjungi *Labieno — vehementer* cupiebat) Huic lectioni sane litem non moverem,

LVIII. Labienus primo vineas agere, cratibus 1
atque aggere paludem explere, atque iter munire 404
conabatur. Poſtquam id difficilius [a] confieri anim- 2
advertit, silentio e caſtris tertia vigilia egreſſus, eodem, quo [b] venerat, itinere Melodunum pervenit.
Id eſt oppidum [c] Senonum in inſula Sequanae po- 3
situm, ut paullo ante [d] Lutetiam diximus. [e] De- 4

VARIAE LECTIONES.

a *Fieri* Carr. Br. et mei 8 cum Edd. pp. male. V. Brant. et nos ad c. 11. *iter confieret. animadverteret* MSS. 2. b *perven.* MSS. 2. Edd. R. M. V. c deeſt L. pr. et Metaph. ut et Dorv. et Edd. R. M. V. d Ita And. Oxon. Edd. Aldi, Ven. 1517. Gryph. Plant. Scal. etc. Reliqui et Edd. Vett. *de Lutetia.* e *deprensis* B. pr. V. pr. Egm. G. V. tert. Ed. Inc. *depressis* Ox.

si praeſtarent eam Codices. At ii dant, *quod adjuncto Labieno — vehementer* timebat. Cum MSStis facit Metaphraſtes Graecus. Reſcribendum puto, *quod abjuncto Labieno — vehementer* timebat. DAVIS. *Cur. sec.* MSS. ad unum omnes conſtanter, *timebat.* Eſt, qui conjecit, *adpetebat*, vel *trepidabat*, id eſt, feſtinabat. In Oxon. enim eſt, *timabat.* Sed ipſe ille vir doctus has conjecturas abjecit. Pro *adjungi* in MSS. meis decem ac primis Edd. eſt, *adjuncto. Abjuncto* Leid. pr. Cujac. Scalig. Ed. R. Steph. et marg. Vasc. quod admiſiſſem, ut ſenſus ſaltem conſtaret, ni perſuaſum eſſet, nusquam alibi ita locutum Caeſarem. Pro ea vero voce exſtat in Duker. et Ed. Flor. ac Ber. *Tito.* at in Gottorp. *ad Labienum.* In Voſſiano tert. *a Labieno*; in Dorvill. *advicto L.* Immo in Leidensi tertio et Ed. Inc. *Agedincum Labieno:* unde tam alienus hic sum a Davisii sententia, ut omnino cum Ciacconio putem illud oppidum eſſe reponendum, sive *Agendico*, seu *Agedico* malis. Pro *Agedico* exararunt *Agedinco.* vide l. 5. in f. et 7, 10. 57. Hinc facilis lapſus in *adjuncto*: quo subſtituto, neceſſario *timebat* debuerunt mutare vel librarii, vel quisquis editorum id primus (Vascoſanum credo) fecerit, in *cupiebat*, et *adjuncto* in *adjungi*. *Timebat Agendico* et *Labieno*, quia is ibi erat, ut patet cap. sequenti, et ex praecedentibus. Concoquere non potuerunt librarii, *Agendico Labieno*, non cogitantes, omiſſam eſſe copulam. Poſſet etiam scribi *Agendici*, vel *Agedici*. Sed prius praefero, et in textum confidenter *Agendico* excudi curavi.

*Camulogenus*] Miror Anonymi verba p. 149. *Praeposito omnibus Camulogeno quodam, cognomine Aurelio*, *alibi Aurelium invenio*. Lege; *alibi Aulercum invenio*. VOSSIUS.

*Animadvertisset*] Andin. et Oxon. *Animum advert.* Recte. Vide ad 1, 24. *Postquam id animum advertit.*

*Melodunum pervenit*] Sic reposui, fidem secutus Codicum MSS. et antiquitus cuſorum; ita et *Celsus* p. 148. *Nocturno*, inquit,

prehensis navibus circiter L, celeriterque conjunctis, atque eo militibus inpositis, et rei novitate perterritis oppidanis, quorum magna pars [a] ad bellum erat evocata, sine contentione oppido potitur.
5 [b] Refecto ponte, quem superioribus diebus hostes
[c] rescinderant, exercitum transducit, et secundo flu-
6 mine [d] ad Lutetiam iter facere coepit. Hostes, re
cognita ab iis, qui [e] a Meloduno profugerant, Lu-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Pet. Ox. L. pr. non *er. ad b.* b *refacto* B. pr. c *desc.* D. *rescind.* Ox. L. pr. et 3 alii. d deest Edd. R. V. M. Vide ad 1, 7. e abest praep. a B. pr. V. pr. L. pr. aliisque et R. Steph. sed v. c. 60. et ad 6, 3. et *fugerant* MSS. plerique et Edd. pp.

*inde silentio digressus, Melodunum venit.* Metaphrastes hic *Νοβιόδυνον* exhibet: sed infra recte *Μελόδυνον* legitur, adeo ut *Νοβιόδυνον* omni procul dubio ex Librarii imperitia sit ortum. *Jos. Scaliger*, quem secuti sunt recentiores, hic et alibi *Metiosedum* perperam receperat. Vide not. ad c. 61. DAVIS. *Melodunum*) Ita optime restituit *Davisius* ex MSS. et Editt. vett. *Scaliger* et recentiores pessime ediderant, (*Metiosedum:*) cum jam infra dicat Caesar, secundo flumine iter fieri *Meloduno Lutetiam*, secundo item flumine *Lutetia Metiosedum*. CLARK. Vide Valesii notitiam Galliae. MSS. *Mellodunum*, *Meledunum*, *Miladunum* etc. Non tamen sine Codicum ope mutavit hic Scaliger et bis in seqq. Nam hoc loco *Metiosedum* est in Oxon. et *Melodunum sedum* in Leid. pr. Mox pro *Meloduno* habent aliqui *Melodone*, et *Medodone:* sed *Metiosedo* Oxon. Leid. pr. Scalig. Cujac. et Petav. denique C. seq. *a Metiosedo deduxerant* habent Andin. Oxon. Scal. Leid. pr. Cujac. Bong. pr. et ad Marg. Petav.

*Insula Sequanae*] Statim, *in ripis Sequanae*. Hic vero variant MSS. Nam *Sequana* legitur in Cujac. Petav. Scalig. Vossianis, Leid. sec. Gottorp. Duker. Dorvill. et Edd. primis. Ut sit adjectivum pro *Sequanica*. Sic certe apud Lucan. 1, 425. *Gens Sequana.* In Leid. tert. exaratur, *in Insula silva Sequana*. In Lovan. *I. in. silva Sequanae.* in Bong. pr. *I. in. silvae Sequanae.* In Voss. pr. *in ins.* — *Seq.* An latet *fluvii?* quod vix credo tamen. Sed *in ins. fluminis Sequanae* habet Egmund. ut c. praeced. An de *palude* hic quoque mentionem fecit? ut statim, *protecti a palude.*

*Atque eo militibus impositis*] *Fulv. Ursinus* in suo Codice reperit, *invectis*, unde *trajectis* rescribendum existimavit: sed Librarius repraesentare debuit *injectis*, quemadmodum legitur in MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* DAVIS. Davisius recte vidit legendum, *injectis*, ex MS. Eliensi et Editt. Vett. Quomodo et in MSS. Reg. et Vossii scriptum est. Dein *Refectoque* MS.

tetiam incendi, pontesque ejus oppidi rescindi jubent: ipsi profecti a [a] palude, in ripis Sequanae, e regione Lutetiae, contra Labieni castra considunt. 405

LIX. Jam Caesar [b] a Gergovia discessisse audiebatur: jam de Aeduorum defectione, [c] et secundo Galliae motu rumores adferebantur, Gallique in conloquiis, interclusum itinere et [d] Ligeri 1

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo sine praep. *ex r.* MSS. 3. b deest L. pr. Pet. V. supra. *Gergobia* MSS. multi. c deest Pet. L. pr. d Sic V. pr. Egm. et 6 alii cum Edd. pp. non *Ligere.*

Reg. Al. *Refecto.* CLARK. Adscripsit suo libro Vossius, *L. injectis, ut in nostro est. Inpositis* quidem servant Cuj. Scalig. Leid. pr. And. et Oxon. sed reliqui tam aliorum, quam mei et Edd. Vett. dant, *injectis.* Leid. tert. *inejectis. Injectis* si adhibuit auctor, ad celeritatem indicandam fecerit. Exemplum tamen hujus locutionis quaero. Nescio, an non praestaret *invectis.* Ceterum *refectoque* cum Clarkio jam ediderunt Vasc. Str. Steph. Gr. post. Sed meorum nullus habet *que.*

*Transducit*] Lege, *traduxit,* ut habet Egmond. DAVIS. *Cur. sec.* Male. licet sequatur *coepit.* Nihil frequentius hac temporum variatione, saepe monuimus. Vide ad 1, 8. et B. Alex. c. 77.

*Incendi et rescindi jubent*] Petav. et Leidens. prim. *incendunt et r. jubent.* Quod verius et elegantius puto. Metaphr. *ἐνέπρησαν καὶ διέλυσαν.* ac Celsus. vide ad 5, 11. *fabros deligit, et alios arcessiri jubet.* Ceterum *ejus* abest ab Oxon. qui mox habet, *contra Labienum cons.* quomodo etiam variant libri c. 62. *Contra castra Labieni erant relicti.*

*Ipsi profecti palude*] MS. noster, *perspecta palude.* Graecus, *τῆς λίμνης ἐξελθόντες.* Ciacconius legebat, *protecti palude,* quod non displicet. VOSS. Placet omnino Ciacconii emendatio, *protecti palude,* sive potius, *a palude.* quam praepositionem addunt Cujac. Petav. Scal. Leid. pr. Edd. Vascon. Strad. Steph. Gryph. posterior. Atque hinc ortum puto, quod in reliquis MSS. praeter And. et Oxon. ut et Edd. primis scribatur, *prospecta p.* in duobus, *persp.* Mutare non ausus sum tamen *profecti;* sed praepositionem addidi. Dein maluit Ciacconius, *ac ripis.* quia in Codice suo invenit, *ad ripas.* uti sane habent tum aliorum, tum mei MSS. Bong. Vossiani, Lovan. et 5. alii cum Edd. pp. Leid. prim. *in ripa.* At nulla hic mutatione opus est. *In ripis* idem est, quod *ad ripas,* uti saepissime *in undis,* pro *ad undas.*

*Secundo G. motu*] Non numero et ordine, sed eventu et

Caesarem, inopia frumenti [a] coactum, in Provin-
2 ciam contendisse, [b] confirmabant. Bellovaci [c] autem, defectione Aeduorum cognita, qui ante erant per se infideles, manus cogere, atque aperte bel-
3 lum parare coeperunt. [d] Tum Labienus, tanta rerum [e] commutatione, longe aliud [f] sibi capiendum
4 consilium, atque antea senserat, intellegebat. Neque jam, ut aliquid adquireret, [g] proelioque hostes lacesseret, sed ut incolumem exercitum [h] Agendi-
5 cum reduceret, cogitabat. namque altera ex parte Bellovaci, quae civitas in Gallia [i] maximam habet opinionem virtutis, [k] instabant: [l] alteram Camulogenus parato atque [m] instructo exercitu tenebat: [n] tum legiones a praesidio atque inpedimentis in-
6 terclusas maximum flumen [o] distinebat. Tantis su-

VARIAE LECTIONES.

a *cognita* D. a m. pr. b *firm.* D. c deest Ox. Scal. L. pr. d *cum* MSS. 10. e *commutione* suprasc. *o.* B. pr. f deest G. L. tert. Ed. Inc. et Clark. g *proelio quo* V. pr. *p. quam* L. sec. h *Agedincum* MSS. *Egedincum* G. Dorv. et Edd. pp. *Egedrugum* D. *et integrum lacesseret* Egm. i *magnam* L. pr. k *instabat* MSS. 8. et Edd. pp. l *altera* Pet. m *instituto* D. n *cum* MSS. 8. *et* L. sec. o *destinabat* L. pr. Scal. L. tert. Ed. Inc. *dest.* MSS. 3.

successu: nam multo plures Galliae motus fuerant et rebelliones. *Hotom.* Ita certe cepit Metaphrastes, qui habet, *οἵ τε Γάλλοι νικᾷν ἐλέγοντο.* DAVIS. Passim *secundum proelium* apud nostrum.

*Qui ante*] Voss. pr. a m. pr. Egm. Lovan. et quatuor alii, *quia ante.* unde recte Ill. Heinsius conjecit, *qui jam ante.* quomodo saepe alibi Caesar scribit cum ceteris auctoribus.

*Per se infideles*] Eodem sensu ultimam vocem adhibet *Cicero* ad Fam. l. 15. Epist. 4. *Ex alienissimis*, inquit, *sociis amicissimos*, *ex infidelissimis firmissimos redderem.* Sic et *Hirtius* Bell. Alex. c. 43. DAVIS.

*Concilio*] Immo vero *consilio*, militari scilicet Romanorum; uti exaratur in Bong. pr. Voss. pr. Egmund. Lovan. et 5 aliis cum Edd. Rom. Mediol. et Veneta. Adi ad 3, 3. *Consilio celeriter convocato.* et 5, 28. *Ad consilium dein deferunt*, aliaque loca.

bito difficultatibus objectis, ab animi virtute auxilium petendum videbat.

LX. [a] Itaque sub vesperum [b] consilio convo- 1
cato, cohortatus, ut ea, quae imperasset, diligenter [c] industrieque administrarent, naves, quas [d] a Meloduno deduxerat, singulas [e] equitibus Romanis adtribuit; et, prima confecta vigilia, IV milia pas- 406
suum secundo flumine [f] silentio progredi, [g] ibique se exspectari, jubet: V cohortes, quas minime firmas 2
ad dimicandum esse existimabat, castris praesidio [h] relinquit: V ejusdem legionis reliquas [i] de media 3
nocte cum omnibus inpedimentis [k] adverso flumine magno tumultu proficisci imperat. Conquirit etiam 4
lintres: has magno [l] sonitu remorum incitatas, in eamdem partem mittit. Ipse [m] post paullo, silentio

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Pet. L. pr. Sc. And. Ox. Reliqui et Edd. pp. carent τῷ *itaque.* b vulgo *concilio.* c *industrioseque* Pet. d deest praep. B. pr. L. pr. Sc. Edd. qdd. V. c. 58. ut et de *Melodune* vel *Metiosedo.* e exsulat a L. pr. f Sic MSS. non *pr. sil.* g *ibi se* B. pr. *exportari* V. sec. h *reliquit* L. pr. Lov. et 3 alii cum Edd. R. M. V. i exsulat praep. a G. V. tert. Ed. Inc. k *averso* L. pr. sec. l *rem. son.* Lov. bene. m *paullo post* L. pr. *post paulum* Lov. et 3 alii cum Edd. pp. male. V. ad c. 45. *primo paulum* G. *primum paulum* L. tert.

*Secundo flumine*] *Secundum flumen* hic vocat eam partem, in quam aqua defertur. Sic *Virgilius* Georg. 3, 447. — *Missusque secundo defluit amne*, hoc est, *cum aqua*, ut recte *Servius*. Huic opponitur *adversum flumen*. Noster tamen c. 58. *secundo flumine ad Lutetiam iter facere* dixit Labienum, qui ad ripam fluvii juxta ejus decursum profectus est, unde MS. *Norvic.* ex Glossemate illic repraesentat, *secundum flumen*. Non ita multo post *adversum flumen* adhibet, ut rem prorsus contrariam denotet. DAVIS.

*Exspectare*] Ita scribendum existimo, tum quod Caesar ita loqui soleat; tum, uti cum praecedente (*progredi*) aptius cohaereat. Vulgg. *exspectari*. CLARK. Ego contra MSS. nihil innovo. Adi ad B. Civ. 1, 32. *omnia permisceri mallent, quam imperia dimittere.* Praesertim, cum soleat verbum *jubeo* jungi cum Infin. Activo et Passivo simul. Vide cum alibi, tum ad 2, 5. in fine.

egressus cum III legionibus, eum locum [a] petit,
quo naves adpelli jusserat.

1 LXI. Eo quum esset ventum, exploratores ho-
stium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopi-
nantes, quod magna subito [b] erat coorta tempestas,
2 ab nostris obprimuntur: exercitus equitatusque,
[c] equitibus Romanis administrantibus, quos ei ne-
3 gotio praefecerat, celeriter transmittitur. Uno fere
tempore sub [d] lucem hostibus nunciatur, in castris
407 Romanorum praeter consuetudinem tumultuari, et

VARIAE LECTIONES.

a *petiit* L. pr. *qua* B. pr. b MSS. 10. carent τῷ *erat*. Sed retinent optimi. c deest L. tert. d *luce* L. pr. V. ad 2, 2.

*Exploratores hostium, ut* etc. *erant d.*] In plerisque MSS. deest *ut*. MS. Reg. habet, *exploratoresque hostium o. f. p.* essent *d.* Quae Lectio ut ferri possit, tamen longe praestat vulgata. CLARK. *Ut* agnoscunt optimi meorum, ut Bong. pr. Petav. Cujac. Scal. And. Oxon. et Leid. pr. Eamque locutionem ab auctore amatam esse, vide ad 5, 43.

*Exercitus equitatusque*] In aliis, *equitatus, peditatusque*. Huic varietati ortum dedit imperitia Librariorum, qui nescii fuerunt, *exercitus* nomine *pedites* denotari, quod apud veteres in proeliis primarius fuerit peditum usus. Hinc et pedites κατ' ἐξοχὴν *milites* vocabantur. *Caesar* B. G. 5, 10. *Tripartito milites equitesque in expeditionem misit*, ad quem locum vide notata. *Vellejus Paterculus* 2, 15. *Duplici numero se militum equitumque fungi. Sulpicius Severus* Hist. Sacr. 2, 23. *Eupator cum centum millibus, et equitum viginti millibus suis subsidio venit.* Absque exscriptorum esset incuria, dixerat, *cum centum millibus militum*. Similitudo vocum in causa fuit, cur earum altera omitteretur, quod in veterum monumentis non raro accidit, ut exemplis docui ad B. G. 1, 15. Alii aliam emendandi viam iniere; sed mihi mea placet ratio. DAVIS. Male Vascos. Strada et R. Stephanus ediderunt, *equitatus peditatusque*, quod inveni in solo recentissimo Codice Leid. sec. Vide omnino ad 5, 10. ac 8, 36. et de peditibus Silius 13, 308. *Stabant innixi pilis exercitus omnis. equitatum* a *copiis* distinguit c. 68. *exercitu disposito equitatum educi jubet.* Hinc B. Civ. 2, 39. *homines equitesque.* ubi vide plura. passim *legiones equitesque*, et *milites equitesque*. Immo 3, 38. *Exercitum equitatumque collocavit.*

*Praeter consuetudinem tumultuari*] Ultima vox *passivam* significationem obtinet; nec enim raro accidit, ut verba, quae vocantur *deponentia*, *passive* sumantur. Sic apud *Appulejum*

magnum ire agmen [a] adverſo flumine, sonitumque remorum in eadem parte [b] exaudiri, et paullo infra milites navibus transportari. Quibus rebus au- 4
ditis, [c] quod exiſtimabant, tribus locis transire legiones, atque omnes [d] perturbatos defectione Aeduorum fugam parare, suas quoque copias in tris
partes diſtribuerunt. nam [e] et praesidio [f] e regione 5
caſtrorum relicto, et parva manu [g] Metiosedum versus miſſa, [h] quae tantum [i] progrederetur, quantum naves [k] proceſſiſſent, reliquas [l] copias contra Labienum duxerunt.

VARIAE LECTIONES.

a *Averso* L. pr. b *audiri* L. pr. And. Ox. V. ad 2, 24. c deeſt Pet. d *perturbatas* Carr. Lov. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. poſt. sed v. ad 3, 9. e Sic Cuj. And. Ox. Scal. Reliqui cum Edd. pp. aliisque et Clarkii carent *τῷ et*. Sed aliter solet Caesar. f deeſt praep. MSS. 8. et Ed. Inc. *regioni* Lov. g Sic ex meis Pet. L. pr. B. pr. Scal. And. Ox. Cuj. alii *Etlosedum*, *Eliosedum* et *Glosedum*. Al. *Josedum*. corrupte. h *qua* MSS. 3. Ed. Inc. i *progrediatur* B. pr. V. pr. Pet. Egm. Lov. Carr. et 4 alii. quod non displicet. *progrediebatur* MSS. 3. Ed. Inc. k *praec*. G. Ed. Inc. l deeſt Ox.

Metam. l. 4. p. 71. *Magnanimi ducis vigore* venerato. Vide et l. 11. p. 239. Infinita sunt hujusmodi, et mihi fit veriſimile, omnia *deponentia* primitivo usu fuiſſe vere *passiva*, qua de re adeundus *Jac. Perizonius* ad *Sanctii* Minerv. 3, 2. p. 318. seqq. Hinc *tumultuare* olim dicebant, ut exemplis docuit *G. J. Vossius* Anal. 3, 7. qui c. 6. *deponentium passive* acceptorum silvulam congeſſit. DAVIS. *Tumultuari* paſſive vel inperſonaliter optimis scriptoribus in uſu eſſe, jam lexica docent. Vellej. 2, 79, 5. *Dum inter ducem et supplicem tumultuatur.*

*In eadem parte*] MSS. et Voſſ. *in eamdem partem*. CLARK. *In eamdem partem* inveni in solo Oxon. et Edd. Rom. Mediol. Ven. Vascos. Stradae et Gryph. poſter. non male: sed non sollicitanda temere eſt vulgata lectio.

*Metiosedum versus*] Erravit *Joan. Brantius*, qui hoc oppidum cum Meloduno confudit; graviſſime vero hallucinatus eſt *Jos. Scaliger*, qui non solum in eadem fuit sententia, sed et auſu temerario *Metiosedum* ter subſtituit, ubi omnes Codd. *Melodunum* recte exhibebant; quippe Melodunum erat supra *Lutetiam* in Senonibus poſitum; Metioſedum autem IV. millia passuum infra *Lutetiam*, ut, praeeunte *Had. Valesio*, monuit *Chr. Cellarius* Geogr. Ant. 2, 2. pag. 133. seqq. DAVIS.

*Acies cernebatur*] In Gottorp.

1 LXII. Prima luce et nostri omnes erant transpor-
2 tati, et hostium acies cernebatur. Labienus, milites [a] cohortatus, *ut suae pristinae virtutis, et* [b] *tot secundissimorum proeliorum memoriam retinerent: atque ipsum Caesarem, cujus ductu saepenumero hostes superassent, praesentem adesse existimarent,*
3 dat signum proelii. Primo concursu, [c] ab dextro
408 cornu, ubi VII legio constiterat, [d] hostes pelluntur,
4 atque in fugam conjiciuntur: ab sinistro, quem locum [e] XII legio tenebat, quum primi ordines hostium transfixi [f] pilis concidissent; tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugae
5 quisquam. Ipse dux hostium Camulogenus suis ad-
6 erat, [g] atque eos cohortabatur. [h] At, incerto etiam nunc exitu victoriae, quum [i] VII legionis Tri-

## VARIAE LECTIONES.

a *cohortatur* L. pr. b Sic Cuj. Pet. A. O. L. pr. Sc. Reliqui cum Edd. pp. carent *tot. seculis summorum p.* Pet. vulgo *tenerent.* c *a dextero* MSS. et Edd. qdd. d Haec tria verba desunt B. pr. And. Ox. In Pet. ponuntur ante *ab d.* e Sic B. pr. Cuj. Pet. And. Oxon. *V.* Duk. Reliqui *X*[illegible] vel *quinta decima* cum Metaphr. et Edd. pp. Vasc. Steph. aliisque. f Sic Cuj. Pet. And. Ox. Scal. Reliqui cum iisdem Edd. *telis.* *βέλεσι* Metaphr. g *eosque* L. pr. *hortabatur* L. pr. Ox. *cohortatus* MSS. 8. h deest MSS. plerisque et Edd. pp. Vasc. Steph. aliisque. *nunc etiam* iidem Codd. *nunc* abest a Pet. i MSS. iidem *a VII legione*, et Ed. Inc. inepte. *essent nunciata* Duk. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *denunc.* Ed. Inc.

Voss. tert. Dorvill. et Edd. primis reperio, *cernebantur.* Eodem modo, ut *exercitus* saepe collective sumitur cum aliis vocibus. Vide Cl. Drak. ad Livium 3, 27. et in citato Silii loco. Non tamen hic admitto. Rectius B. C. 1, 82. *duas partes acies occupabant*, scilicet utraeque, Caesaris et hostium; et c. 83. *aciesque continentur.* ac passim Livius.

*Memoriam tenerent*] Codd. Ursin. Brant. Bong. pr. Vossiani, Leidenses, Scalig. And. Oxon. Lovaniensis, Egmund. Duker. Gottorp. et Edd. Inc. Steph. aliaeque exhibent, *memoriam retinerent*, vel inverso ordine; quorum auctoritatem non potui non sequi. Videtur etiam efficacius esse, quam simplex. Consule Cel. Graevium ad Justin. 14, 1. *labantium animos retinuit.*

*Praesentem adesse.*] Sic MSS.

bunis esset nunciatum, quae in sinistro cornu gererentur, [a] post tergum hostium legionem ostenderunt; signaque intulerunt. [b] Ne eo quidem tem- 7
pore quisquam loco cessit, sed circumventi omnes, [c] interfectique sunt. Eamdem fortunam tulit Ca- 8
mulogenus. At ii, qui praesidio contra castra Labieni erant relicti, quum [d] proelium commissum audissent, subsidio suis ierunt, collemque ceperunt, neque nostrorum militum victorum inpetum sustinere potuerunt. Sic, cum suis fugientibus per- 9
mixti, quos non silvae montesque texerunt, ab equitatu sunt interfecti. Hoc negotio confecto La- 10
bienus revertitur [e] Agendicum; ubi inpedimenta totius exercitus relicta erant. Inde, cum omnibus copiis, ad Caesarem [f] pervenit.

VARIAE LECTIONES.

a *primo* G. V. tert. b *nec* Pet. Lov. L. sec. Dorv. Edd. R. M. V. *quisquam* exsulat a Pet. c *que* deest L. pr. sec. Dorv. Edd. R. M. V. d Ed. Dav. *et pr. vidissent* Pet. L. sec. in quo etiam *venerant* pro *erant*. *Comm. esse* L. pr. e *Agedincum* rursus MSS. plerique. *Ad Egendin* Dorv. *Adgedincum* L. pr. Lov. *ad gennium* L. sec. *ad Egenticum* Edd. pp. f *venit* Ox.

Scaliger aliique nonnulli hanc vocem omiserunt. CLARK. Abest *praesentem* jam ab Ed. Ven. 1517. item Ald. Manut. Gryph. et Plant. et sane non comparet quoque in MSS. Andin. Oxon. et forsan aliis. 6, 8. *Eum adesse et haec coram cernere, existimate*. Sed videtur tamen hoc loco excidisse librariorum culpa. Adi Hotomannum. *praes. esse* Duker.

*Contra castra Labieni*] Codices nonnulli, *contra Labienum*. Sed praestat vulgata lectio. CLARK. Vulgatis adsentiunt MS. Hotom. item Cuj. Leid. pr. Scal. And. et Oxon. Ceteri tam aliorum quam mei et Edd. primae, *contra Labienum*; uti et variatur c. 58. Sed bene vulgatum tuetur Hotom. e c. praeced. *praesidio e regione castrorum relicto*. Videntur librarii non percepisse sensum vocis *contra*, pro *ex adverso*. Vide ad 8, 41.

*Nostrorum militum victorum*] Sic cum Faerno, Ursino, Hotomanno e MS. rescripsit Scaliger. et suffragantur, quod sciam, And. et Oxon. Reliqui tam aliorum, quam mei, et Edd. priores, *victorumque*. quod non temere hoc loco damnem. Quin

1 LXIII. Defectione Aeduorum cognita, bellum
a augetur: b legationes in omnes partes circummit-
2 tuntur: quantum gratia, auctoritate, pecunia va-
3 lent, ad sollicitandas civitates, nituntur. Nacti ob-
409 sides, quos Caesar apud eos c deposuerat, horum
4 subplicio d dubitantes territant. Petunt a Vercin-
getorige Aedui, e ad se veniat, rationesque belli
5 f gerendi communicet. Re inpetrata, contendunt,
ut ipsis summa imperii transdatur; g et re in con-
troversiam deducta, totius Galliae concilium Bibra-
6 cte indicitur. Eodem conveniunt undique frequen-
tes. h Multitudinis suffragiis res permittitur: ad
unum

VARIAE LECTIONES.

a *augebatur* L. pr. Br. b *legiones* MSS. 6. Ed. R. Inc. c *disp.* L. pr. d deest MSS. 3. Ed. Inc. e vulgo *ut ad se.* f *gerandi* L. pr. sec. Dorv. pro *gerundi.* g deest *et* L. pr. Ox. *rem deduci* MSS. 10. Ed. Inc. *Eodem* abest Urs. Cuj. Ox. *conv. eodem* L. pr. h Sic bene Faern. et Urs. e MS. cui Hotom. et Scal. et seqq. paruerunt; et suffragantur And. et Ox. reliqui MSS. cum Edd. *freq. multitudines. suffragii* Ed. Inc. *perimitur* L. tert.

etiam eleganter exhibetur in Vossiano tertio, *Nostrorum vultum, victorumque inpetum.* Quod si etiam in antiquiore Codice reperiatur, placeret maxime, licet sciam, saepissime *nostros milites* dicere Caesarem. V. ad 5, 45. Crebro acrem Romani militis vultum et oculorum aciem ab hostibus ferri non potuisse, in historiis obvium esse sciunt omnes. *aspectum tantae multitudinis sustinere* c. 76.

*Inde*] Metaphr. ἐντεῦθέν τε. Sed Bong. pr. Vossiani, Lovan. Egmund. Gottorp. Leid. tert. et Ed. Inc. scribunt, *in diem.* Lego, *Indidem.* Consule notata ad Front. 2, 4, 5. *Indidem ostentare se pugnantibus.* ubi vulgo similiter peccabatur. Nep. Epam. c. 5. *Indidem Thebis.* plura vide in Bosii Indice. Appul. Met. l. 1. p. 14. *Aliquid indidem sumo.* l. 3. p. 57. *Indidem egesta pinguedine.* et *inpartire indidem,* et passim. l. 2. init. *aves indidem plumatas.* ubi male Pric. *ibidem.* V. Flor. Adde B. Civ. 3, 2. *Indidem ad Pompejum contendit.* vulgo *ideo;* sed MSS. *eidem.*

*Nacti obsides — horum supplicio dubitantes territant*] Incredibile videtur *Fr. Hotomanno,* Aeduos in obsides Gallos, ad eorum civitates terrendas, saeviisse. Diserte tamen hoc testatur et *Jul. Celsus* p. 150. *Novioduni,*

unum omnes Vercingetorigem probant Imperatorem. Ab hoc concilio Remi, Lingones, Treviri 7
afuerunt: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur: Treviri, quod aberant longius, et [a] ab Germanis premebantur: quae fuit caussa, quare [b] toto abessent bello, [c] et neutris auxilia mitterent.
Magno dolore Aedui [d] ferunt, se dejectos princi- 8
patu; queruntur fortunae commutationem; et Caesaris [e] in se indulgentiam requirunt: neque tamen, suscepto bello, suum consilium [f] ab reliquis separare audent. Inviti summae [g] spei adolescentes, 9
Eporedorix et Viridomarus, Vercingetorigi parent.

VARIAE LECTIONES.

a *a G.* MSS. et Edd. qdd. b *tanto* Carr. Lov. D. Dorv. Edd. R. M, V. c *ac* Ox. *neutri* L. pr. *auxilium* V. sec. d *fuerunt* Pet. Lov. Egm. D. Dorv. V. sec. *fuerint* Ed. Inc. *ferri* L. sec. *sed ej.* V. pr. a m. pr. V. sec. tert. G. *sese* D. *se ejectos* Ox. Ed. Inc. e Sic L. pr. Ox. non *ind. in se.* f *aliis* G. V. tert. L. tert. *ab hiis* Ed. Inc. g *rei* Lov.

inquit, *inventi erant omnium fere obsides populorum, quos ibidem Caesar sub Aeduorum fide reliquerat — Horum ergo suppliciis haesitantes terrebant.* Inhumane quidem; nec tamen hic quidquam est, quod Barbaris non conveniat. DAVIS.

*Ut ad se veniat*] Ejeci *ut* auctoritate MStorum Petav. Lovan. Gottorp. Voss. tert. Dorv. et Edd. Vetustissimarum. Vide ad 4, 16.

*Afuerunt*] Ita edidi, secutus orthographiam Bongars. pr. Andin. Voss. pr. et Egmund. Vide ad 1, 36. *afuturum. Aufugerunt* Voss. sec.

*Requirunt*] Hoc est, *desiderant, amissam sentiunt, Vercingetorigem Caesari dissimilem experiuntur.* CLARK. Sic recte cum Hotomanno exponit Clarkius. Cicero pro Mil. cap. 1. *Veterem consuetudinem fori et pristinum morem judiciorum requirunt.* Flor. 1, 16. *Ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur:* ubi vide Cl. Duker. et nos ad Lucan. 6, 154. *Interque cadavera quaeri.* Hirt. B. Afric. c. 10. *Omnibus insciis et requirentibus imperatoris consilium.*

*Denique*] Suspecta est vox Hotomanno, qui malit, *diemque e. r. constituit. huc.* Mox idem legendum arbitratur *milium*, ut sane est in Voss. sec. et aliquoties loquitur Caesar. Sed vide ad 1, 49. Est Epexegesis.

*Peditatu*] Ante hanc vocem addunt membranae Andinae et

1 LXIV. [a] Ille imperat reliquis civitatibus obsides. Denique ei rei conſtituit diem: huc omnes equites, [b] xv milia numero, celeriter convenire ju-
2 bet. Peditatu, quem [c] ante habuerit, se fore contentum, dicit; neque fortunam tentaturum, [d] aut
410 in acie dimicaturum; sed [e] quoniam abundet equitatu, perfacile eſſe [f] factu, frumentationibus pa-
3 bulationibusque Romanos prohibere: aequo [g] modo animo sua ipsi frumenta conrumpant, aedificiaque incendant; [h] qua rei familiaris jactura, perpetuum

VARIAE LECTIONES.

a *Ipse* MSS. plerique et Edd. pp. b *viginti m.* Edd. R. M. V. c *antea habuerat* MSS. plerique et Edd. pp. d vulgo *neque acie.* e *quando* G. f *factum* L. pr. Scal. Dorv. V. ad 4, 30. dein *que* abeſt MSS. 3. g deeſt Ox. V. sec. h *quo ab* L. pr. *quo a* Scal.

Oxonienses haec: *Diemque bello constituit, equites ex sua pecunia ut singulos denarios accipiant, constituit: hos omnes celeriter jubet convenire.* At de pecunia nec Celſus nec Metaphraſtes habent quidquam.

*Neque acie*] MSS. et Editt. Vett. (aut in *acie.*) Quae et verior videtur lectio. Vide supra ad §. 27. CLARK. *Aut* habent MSS. mei omnes praeter Oxon. et Edd. primae cum Vasc. Str. Steph. et aliis. Recte. nam *fortunam tentare* et *acie dimicare* idem eſt. Conſule notata ad 3, 14. *Neque satis Bruto, vel Tribunis militum etc.* Dein *in acie* dant Bong. prim. Petav. Voſſ. pr. Egm. Lovan. et sex alii cum Edd. primis. Adi ad c. 29. *Neque in acie vincere.*

*Libertatemque se consequi videant*] *Se* neſciunt *Petav. Lovan. Gottorp. Voss. Egmondan.* Forſan reponendum, *libertatemque consequi* valeant. DAVIS. *Cur. sec.* Infeliciter sollicitavit hunc locum Davisius: nam licet cum Edd. pp. etiam Bongars. Voſsiani, Leid. sec. tert. Duk. Dorvill. et Carrar. non agnoscant *se*, quod facile poſſet subintelligi, ut patet ex iis, quae scripſi ad 2, 31. vel sic tamen *videant*, (pro quo Carr. Lovan. Duk. et Voſſ. sec. dant *videantur*) non eſt mutandum. *Consequi* ponitur pro *consequuturos*, ut saepe. Vide ad 2, 32. *Re nunciata ad suos, quae imperarentur, facere dixerunt:* ubi itidem vulgo erat *se.* Hic tamen cum Cujac. And. Oxon. Leid. pr. et Scalig. malim *τὸ se* retinere, ne *libertas* videatur *consequi:* quomodo non solet loqui Caeſar: licet bene Latinum eſſe non negem.

*Provinciae*] Codd. nonnulli (ei *provinciae.*) Minus recte. CLARK. Delendum *ei* jam monuerunt Ciacconius, Hotomannus, et D. Voſſius ad c. 55. Neque habent *ei* Voſſii Codex; nec Scalig. Duker. et Ed. R. Stepha-

imperium, libertatemque se consequi videant. His 4
constitutis rebus, Aeduis, Segusianisque, qui sunt
finitimi Provinciae, x milia peditum imperat: huc 5
addit equites [a] DCCC. His [b] praeficit fratrem Epo-
redorigis, bellumque [c] inferre Allobrogibus, jubet.
Altera ex parte [d] Gabalos, proximosque pagos Ar- 6
vernorum in Helvios, item [e] Rutenos, Cadurcos-
que ad fines Volcarum Arecomicorum depopulan-
dos mittit. Nihilo minus clandestinis nunciis lega- 7
tionibusque Allobrogas [f] sollicitat, quorum mentes

VARIAE LECTIONES.

a *DCCCC* Scal. L. pr. b *praefecit* Carr. V. tert. c Sic Cuj. Pet. L. pr. Sc. Oxon. And. Scil. *fratrem Ep.* non *his*, *jubet*. Reliqui cum Edd. pp. *inferri*. d MSS. plerique et Edd. pp. per *ll*. e *in R.* L. pr. non male, de quo alibi. *item* abest a MSS. 3. *Rutenosque* Al. f *sollicitant* L. pr. mox *ab s.* MSS. plerique et meliores, non *a*.

ni. *ejus* Voss. sec. et Edd. Rom. Ven. ac Mediol. *Sebusiani* Vascos. et aliis, *Secusiani* Stephano. Sed vide ad 1, 10. et Ciacconium.

*Volcarum Arecomicorum* ] MS. *Norvic.* habet, *ac Rhemorum*; absurde prorsus, cum Rhemi a locis, de quibus agitur, longissime sint dissiti. Hanc tamen lectionem repraesentat nupera editio Amstelodamensis. In impressis *Rom. Ven. Beroald.* est *Aremicorumque*, quae sane scriptura Graecum interpretem fefellit: vertit enim, Ἀρεμικῶν τε καὶ τῶν Βόλκων. Recte quidem fecerat, si verbulo notasset, qui populi fuerint *Aremici*. Certissime legendum, *Volcarum Arecomicorum*, ut observavit *Pet. Ciacconius*, quem secutus est *Jos. Scaliger*. vide not. ad hujusce libri c. 7. DAVIS. *Volgarum* MSS. fere omnes. *Belgarum* Voss. tert. *Ac Remorum*, *ac Remicorum* inepte etiam multi, vel *Aremicorum*, ut Bong. pr. Voss. pr. aliique; *Aremenicorum* Leid. pr. *Aremicarum* Scal. *que* addit Leid. sec. perperam. At cui bono, has librariorum mendas enumerare? *Volcarum*, sive *Volgarum Arecomicorum*, esse scribendum, jam etiam docuerunt Glareanus, Casaub. et Brantius.

*Hic nihilominus* ] Dele vocem *hic*, quae abest a MS. nostro, et recte. VOSS. Vulgg. *hic nihilominus*. unde conjecit *Pet. Ciacconius* legendum, *ac nihilominus*. Nos autem ex fide MSS. *Voss.* et *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* primam vocem, consentiente *D. Vossio*, induximus. Nemo sane non videt, eam plane fuisse supervacuam. DAVIS. *Nihilominus*) Ita recte restituit *Davisius* ex MSS. Eliens. et Vossii, et Vett. Editt. Quibuscum consentit MS. Reg. *Scali-*

8 nondum ab superiore bello resedisse sperabat. Ho-
411 rum principibus pecunias, civitati autem imperium totius [a] provinciae pollicetur.

1 LXV. Ad hos omnes casus provisa erant praesidia cohortium duarum et viginti, quae ex ipsa [b] coacta provincia ab L. Caesare legato ad omnes
2 partes obponebantur. Helvii sua sponte cum [c] finitimis proelio [d] congressi pelluntur, et C. Valerio [e] Donotauro, Caburi filio, principe civitatis, compluribusque aliis interfectis, intra oppida [f] muros-
3 que compelluntur. Allobroges, crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis, magna cum cura, et di-
4 ligentia, suos tuentur. Caesar, quod hostes equitatu superiores esse intellegebat, et, interclusis omnibus itineribus, nulla [g] re ex Provincia atque Ita-

VARIAE LECTIONES.

a *Civitatis* L. pr. b deest MSS. 16 et Edd. pp. male. Praeferrem tamen *coactae*. dein *Helvetii* MSS. 9. prave. *Elui*, ut supra, Ciaccon. c *suis f.* L. tert. Ed. Inc. d *congressus* V. pr. *pelluntur* abest a Lov. e *Domnot.* vel *Donnot.* MSS. quidam et Edd. pp. al. *duum viro* Cuj. *Cabuli* L. pr. *Caburri* Al. f Sic Cuj. Sc. And. Ox. Reliqui cum Edd. pp. *ac* vel *et muros*. *murosque* deest Metaph. et L. pr. a m. pr. *ἐν διὰ δυοῖν* pro *oppidorum muros*. g *in re* L. pr.

*ger* aliique ediderunt, (Hic *nihilominus*.) Quae vox et prorsus supervacua est, atque etiam sententiam turbat. CLARK. *Hic* jam addiderunt Ven. 1517. Ald. Manut. Gryph. Plantin. Sed in nullo inveni codice. Dein *Allobrogas* scripsi fide Bongars. pr. Voss. pr. Petav. Egm. Lovan. et 6. aliorum, Edd. Ber. Vasc. Steph. et plurium.

*A superiore bello*] De eo vide not. ad B. G. 1, 6. DAVIS.

*Resedisse*] Leid. prim. Gottorp. Buslid. et duo alii cum Edit. Inc. *redisse*. Bene, si additum esset, *ad sanitatem*. ut 1, 42. Nunc id non placet. Majorem meretur adtentionem, quod exaratur in Vossiano primo, *residisse*. Est enim Metaphora ab exstincta flamma desumta. Eadem variatio cum alibi, tum in Lucano 9, 75. *Jam flamma residit:* quod jam malo. Vide et Markl. ad Statii Silv. l. 5. Epic. 3. ubi etiam MS. Dorvillii mei: *Rogus ille Deorum Siderat*. Seneca Agam. 261. *Iramque flammis jam residentem incitas*. Plin. H. N. 2, 11. *favor et mise-*

lia [a] sublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit [b] ad eas civitates, quas superioribus annis [c] pacaverat; equitesque ab his arcessit; et levis armaturae pedites, qui inter eos procliari [d] consueverant. Eorum adventu, quod minus ido- 5
neis equis utebantur, a tribunis militum, reliquisque, sed et equitibus Romanis, atque evocatis, equos [e] sumit, Germanisque distribuit.

LXVI. [f] Interea, dum haec geruntur, hostium 1
copiae ex Arvernis, equitesque, qui toti Galliae erant imperati, conveniunt. Magno [g] horum coacto 2
numero, quum Caesar [h] in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quo facilius subsidium 412
Provinciae [i] ferri posset, circiter milia passuum [k] x ab Romanis, trinis castris Vercingetorix consedit;

VARIAE LECTIONES.

a *subveniri* D. b *in* L. pr. a m. pr. v. c. 33. c *plac.* L. sec. d *consuerant*, ut alibi saepe, B. pr. V. pr. Egm. et 5 alii cum Edd. pp. e *assumit* L. pr. f *interim* D. g *eorum* Pet. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. h *in S.* desunt Cuj. And. Ox. L. pr. Metaphr. vertit, *εἰς τὴν ἐπαρχίαν διὰ τῆς τῶν Σεκανῶν χώρας ἐπορεύετο.* i *ferre* L. pr. Ox. *fieri* D. L. sec. k *IX* V. tert.

*ricordia acres primos inpetus habent, paullatim consilio et ratione velut exstincta considunt.* Eadem varietas apud Livium 2, 29. *Quum irae resedissent:* ubi consule Cl. Drakenb. *subsidit aqua* Hirt. B. Alex. c. 6. uti et Virgilio, Ovidio, aliisque.

*Sed et*] Desunt hae voces in plerisque Codicibus. CLARK. Excusos si intellexit Clarkius, verum dicit, nam in manu exaratis codicibus tantum non omnibus exstat. In Leid. sec. deest *sed.* in Voss. sec. *sederet eq.* in Oxoniensi omnia, *sed et equitibus* *Romanis,* non comparent. Scaliger cum Ursino ex MSto Cod. uti et Carr. primus post Ed. Incertam recepit in textum; at non agnoscit quoque Metaphrastes: *τῶν τε μυριάρχων καὶ τῶν λοιπῶν ἱππέων Ῥωμαίων ἵππους.* Sed et ille non habet *evocatis.* Suspectus tamen est locus, et puto excidisse *praefectis*, vel simile.

*Toti Galliae*] Cujac. Oxon. Leidens. prim. *tota Gallia.* id est, per totam Galliam. Vide ad 5, 55. *damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad se adlicere.* Nisi varietas haec orta sit ex antiquo Dativo *totae.* Vide ad

3 [a] **convocatisque ad concilium praefectis equitum,**
4 *venisse tempus victoriae*, **demonstrat:** *fugere in Provinciam Romanos, Galliaque excedere: id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse: ad reliqui temporis pacem atque otium, parum* [b] *profici. majoribus enim coactis copiis reversuros, neque finem* [c] *belli facturos. proinde agmine inpeditos* [d] *ado-*
5 *riantur. si pedites suis auxilium ferant, atque in eo morentur, iter confici non posse:* [e] *si (id quod magis futurum* [f] *confidat) relictis inpedimentis, suae saluti consulant, et* [g] *usu rerum necessariarum et*

## VARIAE LECTIONES.

a *convocatis* Ox. b *proficere* V. prim. a m. s. sed v. ad 4, 19. c Sic Pet. Cuj. And. Ox. L. pr. Edd. Ven. 1517. Ald. Man. Gryph. Plant. non *bellandi*. d *adorirentur* B. pr. L. pr. V. sec. *adorientur* V. pr. Egm. e Sic MSS. et Edd. Vett. non *sin*. ut supra saepius. V. 1, 13. et 8, 7. B. Civ. 1, 32. 2, 5. 3, 17. 78. f *confidebat* Ox. Duk. Dorv. cum Edd. Vett. praeter Ed. Inc. et R. Steph. *credat confidebat* L. pr. g *visu* G. V. tert. Ed. Inc. *necessarium* V. pr. Ed. Inc. *familiarium* V. tert.

Lucan. 2, 383. et B. Alex. c. 67. Sic supra *alterae*, *altero*, *nullo* etc. c. 89. *toto exercitu capita singula distribuit*. ubi MSS. fere omnes, *exercitui*. quod non opus. Potest enim esse Dativus, ut saepissime, si non semper, Caesar. V. ad 1, 16. vel explica, *per totum exercitum*.

*Ad concilium*] Hotomannus mavult, *consilium*; quia indicat modo conventum paucorum praefectorum. Suffragantur ei Lovan. et Leid. sec. et passim *convocare consilium* dicitur de militari conventu Romanorum, ut saepe vidimus. Inspice notarum indicem. Quia tamen agitur de barbaris, et talem conventum, quasi conspirantium coetum, considerant Romani, nil hoc loco mutare placet. Vide ad 4, 14. et Gronov. ad Livium 44, 2. et alios. c. 75. *Concilio principum indicto*.

*Proinde* etc.] And. et Oxon. membranae, *deinde jubet uti eos in agmine ador*. Unde legendum conjicio, *proinde in agmine inpeditos ador*. Vide ad 3, 24. *inpeditos in agmine adoriri*. Sic enim MSS.

*Si pedites suis auxilium ferant*] MSS. Reg. et Vossii habent corrupte (*si peditibus suis* etc.) Codices nonnulli (*si pedites rebus suis*.) Quam lectionem cum Hotomanno veram esse existimo. Sic enim et Graecus: *εἰ πεζοὶ τοῖς σφῶν σκευοφόροις βοηθῶσιν*. Quanquam et subintelligi posse videtur, *rebus*, vel *impedimentis*, vel (quod jam prae-

*dignitate* [a] *spoliatum iri. nam de equitibus hostium,* 6
[b] *quin nemo eorum progredi* [c] *modo extra agmen audeat,* [d] *ne ipsos quidem debere dubitare. id* [e] *quo* 7
*majore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum, et terrori hostibus futurum.* Conclamant equites, *sanctissimo jurejurando confirmari oportere, ne tecto* [f] *recipiatur, ne ad liberos, ne ad* 418
*parentes,* [g] *ne ad uxorem aditum habeat, qui non bis per* [h] *agmen hostium perequitarit.*

LXVII. Probata re, atque omnibus ad jusjurandum adactis, [i] postero die in tris partes [k] distri- 1

VARIAE LECTIONES.

a *spoliari* L. pr. b *quod* L. pr. c deest Ox. L. pr. d Sic Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. et aliorum. Mei reliqui et Edd. pp. *et i. q. non.* Nec male. Graece κ' ὐκ. e *quod* MSS. 12. male. *quod ni facient* Pet. f *recipiantur* MSS. 2. g Sic Pet. Cuj. Sc. L. sec. B. pr. a m. s. reliqui cum Ed. Inc. carent hic *ne. uxores* And. L. pr. *quis h. quin b.* L. sec. h vulgo *host. a. perequitasset.* i *postera* Lov. Dorv. k *diviso* And. Ox. V. 6, 43. Iidem *partes* pro *acies,* uti et *ab* cum B. pr. V. pr. Lov. et plerisque Codd. vulgo *a.*

cesserat) *agmine impeditis.* CLARK. *Rebus suis* inveni in Edd. Vascos. Stradae, R. Steph. et post. Gryph. sed in nullo MSto codice. And. et Oxon. *si pedites eis.* Dorvill. *si pedites suos.* At diserte Leid. pr. *si inpedimentis suis.* Fors fuit, *si pedites inpedimentis*, vel, *inpeditis suis,* scil. equitibus. Respondent enim his sequentia: *si relictis inpedimentis* etc. *nam de equitibus hostium* etc.

*Iter confici non posse*] Sic *Scaliger* et Recentiores. MSS. autem et Editt. Vett. (*iter* facere *non posse.*) Quod et cum eo, quod sequitur (*spoliatum iri,*) aptius cohaeret. (Eos *iter facere non posse: — Eos spoliatum iri.*) CLARK. *Confici* servant Ursin. Scalig. Cuj. Leid. pr. And. Oxon. Reliqui omnes, *facere.* Forsan et hic olim fuit, *confieri.* Adi, sis, hujus libri c. 11. *Quamprimum iter conficeret.*

*Terrori hostibus futurum*] Cujac. *T. h. non defuturum.* Andin. vero, Oxon. et Leid. prim. *terrorem hostium non defuturum.* Quod placet, modo si *terrori* retineamus. ut diserte exstat in Scaligerano. Liv. 3, 50, 10. *Nec illius dolori, nec suae libertati defuturos.* et alii passim. Supra 5, 33. *Nulla in re communi saluti deerat.* B. Civ. 1, 32. *se oneri non futurum*, in MSS. *defuturum.* ubi vide. 2, 39. *spei ejus studia non deerant.* c. 41. *Non deest negotio Curio.* 3, 79. *Ne occasioni deesset.* c. 93. *Huic rei non defuerunt.*

*Bis per hostium agmen per-*

buto equitatu, duae se acies ab duobus lateribus
ostendunt: una [a] a primo agmine iter inpedire coe-
2 pit. Qua re nunciata, Caesar suum [b] quoque equi-
tatum, tripartito [c] divisum, contra hostem ire ju-
bet. Pugnatur una [d] tunc omnibus in partibus.
3 [e] Consistit agmen. Inpedimenta inter legiones [f] re-
4 cipiuntur. Si qua in parte nostri laborare, aut gra-
vius premi videbantur, eo signa inferri [g] Caesar,
aciemque converti [h] jubebat: quae res [i] et hostes
[k] ad insequendum tardabat, et nostros [l] spe auxilii
5 confirmabat. Tandem Germani [m] ab dextro latere,
summum jugum nacti, hostes loco depellunt: fu-

VARIAE LECTIONES.

a Deest praep. MSS. multis et Edd. pp. *a prima* L. pr. b abest Ox. c *diversum* Lov. non male. V. ad 2, 22. Ordo dein in MSS. omnibus. vulgo *ire c. h.* d Sic Cuj. Urs. Ox. And. L. pr. *tum* Scal. et Ed. Gryph. vulgo deest *tunc.* e Sic iidem MSS. et Dorv. reliqui *constitit.* f *accip.* And. Ox. g deest Lov. h *videbat* Dorv. L. sec. i Sic MSS. o. et Edd. Vett. in Edd. Amst. Lugd. Dav. deest *et*, et scrib. *confirmat.* k *loco depelli* V. sec. l *spes* V. pr. m *ex* Lov. Dorv. *e* Edd. R. M. al. *a* vel *ac.* Mox *nanti* B. pr. *nancti* V. pr.

*equitasset*] Primo vox *bis* non comparet in Stephanico Cod. neque in Bongars. pr. Andino, vel Oxon. rectius tamen non negligendam putat Hotomannus, et τὸ δὶς agnoscit Metaphrastes: dein omnes MSS. scribunt, *agmen hostium*, non inverso ordine, ut vulgo edebatur. *ag. equitum* Oxon. e Glossa. Tandem *perequitaverit* idem: sed Andinae membranae, *perequitarit:* quam veram esse lectionem non dubitavi.

*Atque omnibus ad jusjurandum adactis*] Alii, *jurejurando adactis*, quae proba est locutio. Vide *Justinum* 8, 4. *Pet.* autem *Ciacconius*, deleta praepositione, legendum censet, *omnibus jusjurandum adactis*, et sic edidit *J. Scaliger*. Sane ita loqui solent boni auctores. *Seneca* Epist. 96. *Mandanturque jusjurandum adactis.* Noster B. Civ. 2, 18. *Provinciam omnem in sua et Pompeji verba jusjurandum adigebat.* Et B. C. 1, 76. *Ipse idem jusjurandum adigit Afranium*, ubi tamen editt. Vett. habent, *ad idem jusjurandum;* nec sane est, cur eam lectionem loco moveamus. *Sallustius* Catil. c. 22. *Cum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret.* Haec plena est loquendi ratio; altera enim non aliunde est orta, quam quod Latini interdum praepositionem ἐλλειπτικῶς omittebant, si jam es-

gientes usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum
pedestribus copiis consederat, persequuntur, [a] com-
pluresque interficiunt. Qua re animadversa, reli- 6
qui, ne [b] circumvenirentur, veriti, se fugae mandant. 414
Omnibus locis fit caedes. Tres nobilissimi Aedui 7
[c] capti ad Caesarem perducuntur; [d] Cotus, prae-
fectus equitum, qui controversiam cum [e] Convicto-
litane [f] proximis comitiis habuerat; [g] et Cavaril-
lus, qui post defectionem Litavici pedestribus co-
piis praefuerat; et Eporedorix, quo duce ante ad-
ventum Caesaris Aedui cum Sequanis [h] bello con-
tenderant.

VARIAE LECTIONES.

a *pluresque* L. pr. *complures i.* Carr. L. tert. V. tert. Ed. Inc. b Sic Cuj. And. Sc. Ox. L. pr. reliqui *circuirentur.* c deest G. V. tert. Ed. Inc. *produc.* V. sec. d Sic supra saepius. *Cotys* hic vel *Cotis* MSS. 7. *Cottus* rursus L. pr. e *Convictolitabi*, vel *avi*, vel *ajo*, MSS. rursus. f *proxumis* B. pr. V. pr. Egm. g abest L. sec. *Cattavillus* G. *Caccavillus* Ed. Inc. h exsulat a L. pr. vulgo *contenderunt.*

set in verbo composito; qua de re diximus ad B. G. 1, 12. DAVIS. Clarkius ex Reg. Eliens. et Voss. sec. edidit, *jurejurando*, cum Edd. primis. Sed *ad Jusj.* habent Cujac. Scal. Oxon. Andin. in Leid. pr. est, *ad jusj. actis:* quod confirmat Ciacconii conjecturam, qui videatur etiam ad B. Civ. 1, 76. In reliquis MSS. meis, Brantii etc. legitur, *jurejurando.* Quod sine dubio ab explicatione ortum, facitque, ut magis inclinem ad delendam praepositionem. Quae confusio etiam est in Ulpiani verbis in Dig. Confer Ursin. Wasseum, et Cortium ad Sallustii locum; et infra, ubi optimi Codd. non agnoscunt *τὸ ad.*

*Converti*] Leid. prim. *conferri.* Sed Bong. pr. Petav. Vossiani, Carrar. Egmund. Lovan. et quinque alii cum Edd. primis, *constitui:* cujus Glossae et *converti*, et *conferri*, hoc loco videntur. Confer omnino notas ad 2, 19. *Aciem ordinesque constituerant.*

*Spe auxilii*] Quia probe norant, si gravius premerentur, Caesarem iis opem laturum. Nihil vidit *Fr. Hotomannus*, qui ingenue fassus est, se non intelligere, quorsum hae voces pertineant, et idcirco nescio quid mutandum existimavit. DAVIS.

*Contenderunt*] Lege, *contenderant*, ut recte *Norvic.* Ita etiam legit Graecus, ac ita edidere *Beroaldus*, *Ursinus*, aliique. DAVIS. *Cur. sec.* In MSS. et Edd,

1 LXVIII. Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias suas, ut pro castris conlocaverat, reduxit, [a] protinusque Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere coepit; celeriterque inpedi-
2 menta [b] ex castris educi, et se subsequi jussit. Caesar, inpedimentis in [c] proximum collem deductis, duabusque legionibus praesidio relictis, [d] sequutus, quantum diei tempus est passum, circiter III milibus [e] hostium ex novissimo agmine interfectis, altero die ad Alesiam castra fecit. Perspecto urbis situ,

VARIAE LECTIONES.

a *protinus* Pulm. G. V. tert. L. tert. b deest praep. L. pr. *e* L. sec. *ex c.* exsuiant ab Ox. *seduci* Pet. dein *sequi* Dorv. Edd. R. M. V. c *proxumum* Eg. d *seq. hostem* B. pr. Cuj. L. pr. Petav. ad marg. et Metaph. putem nihilo minus esse Glossam. e *hostibus* Pet.

omnibus ante Vossianam, quo sine dubio librarii culpa inrepsit *ψ*, *contenderant* scriptum inveni. quod prima editione non videtur advertisse Davisius. Clarkius etiam *contenderant* recte edidit.

*Copias suas, ut pro*] Hotomannus ait, non se intelligere, quorsum particula *ut* pertineat, ac non potius *quas* pro *suas* legatur, nisi forte utrumque retinendum est. Certe *suas* non comparet in MSS. praeter Cujac. And. Oxon. Scal. Leid. pr. et pro ea voce scribitur *quas* in Duk. et Leid. sec. ac Dorvill. *ut* etiam non habet Duker. sed male. Dicit Caesar, Vercingetorigem pedestres copias ita reduxisse et eo ordine, quo eas collocaverat. Sic c. 46. *Ut meridie conquieverat.* c. 61. *ut erant dispositi.* Adde omnino contra Hotom. notata ad 5, 43. *Ut se sub ipso vallo constipaverant.*

*Alesiam*] Hoc oppidum *Vellejus Paterculus* 2, 47. vocat *Alexiam*, nec aliter antiquissimae *Caesaris* editt. sed scribendi ratio, quae nunc obtinet, procul dubio est vera, si *Diodoro* Siculo credas, qui narrat Bibl. l. 4. Herculem κτίσαι πόλιν ἐυμεγέθη, τὴν ὀνομαζομένην ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης Ἀλησίαν. DAVIS. *Alesiam* scribendum, docuerunt dudum G. Vossius ad Vellejum et hic Ursinus, uti et Casaubon. ad Strab. l. 4. p. 291. MSS. etiam vetustiores omnes praeter Egm. et Carrar. *Alesiam* hic et infra exarant. Male ergo apud Metaphr. et Celsum per *x*.

*Duabusque leg.*] MSS. *duabus legionibus.* Quae et verior lectio. Vide supra ad 2, 13. CLARK. Abest etiam copula a Bong. Leidd. Vossianis, Petav. Egm. Lovan. ceterisque et Edd. primis, quare deleri posset. *Deductis* autem intellige, ab loco superiore, aut abductis in tutum. Vide tamen ad 4, 22. et B. Civ. 2, 19. *Deductis in aciem cohortibus.*

[a] perterritisque hostibus, quod equitatu, qua ma-
xime parte exercitus confidebant, erant pulsi; ad- 416
hortatus ad [b] laborem milites, [c] Alesiam circumval-
lare instituit.

LXIX. *Ipsum erat oppidum in colle summo, ad-* 1
*modum edito loco, ut, nisi obsidione, expugnari*
[d] *posse non videretur.* [e] *cujus collis radices duo* 2
*duabus ex partibus* [f] *flumina subluebant.* *Ante* [g] *id* 3
*oppidum planities circiter* [h] *milia passuum* III *in lon-*
*gitudinem patebat: reliquis ex omnibus partibus col-* 4

VARIAE LECTIONES.

a *terr.* L. pr. *perterritis h.* G. V. tert. Ed. Inc. b *labores* V. sec. c deest *Ales.* B. pr. V. o. E. G. Lov. L. tert. et Ed. Inc. Contra MSS. o. et Ed. Inc. inculcant c. 69. *opp. Alesia* praeter And. et Ox. e Glossa. d Sic Cuj. L. pr. And. Ox. vulgo *n. p.* e *c. c. r. duo* desunt in And. Ox. *duo* abest a Pet. V. pr. a m. s. et Edd. R. M. V. f *flumine sublevabantur* Ed. Ven. *sublevabant* L. sec. tert. Lov. g Sic MSS. o. et Edd. ante Scal. praeter Urs. et forsan Ox. vulgo deest *id.* h *mille passus* G. V. tert. *passus* L. pr. sec. *trium* Pet.

*Circiter tribus millibus hostium*] Celsi exscriptor p. 152. *inter eundem* (leg. eundum) *decem millibus hostium obtruncatis.* VOSSIUS.

*Equitatu, qua maxime parte exercitus confidebant, erant pulsi*] Variant MSS. et Editt. Vett. Alii habent, *equitatus, qua maxime parte exercitus confidebant, erant pulsi.* Alii, *equitatus quo maxima p. ex. conf., erat pulsus.* Alii, *equitatu, quo maxima parte exercitus confidebat, erant pulsi.* Parvo sensus discrimine. Interpr. Graecus Lectionem vulgatam videtur secutus. CLARK. MSS. aliorum et mei cum Edd. prim. habent, *quo maxima parte ex. confidebat*: nisi quod Petav. Cujac. et Oxon. cum Andino et Scalig. recte retineant, *confidebant.* Leidens. prim. autem a manu prima exhibet tantum, *quo maxime confidebat.* at Cujac. Ursin. Stephan. *quo maxime confidebant.* Forsan legendum etiam videri posset: *quo maximam partem confidebant.* Solet auctor cum optimis quibusque *magnam partem* ita elliptice ponere. Vide, praeter alia, citata ad 5, 35. *qua* a Vascosano est, quem secuti sunt reliqui: sed non opus erat ea mutatione. Addit et alibi per adpositionem haec verba, ut B. Civ. 1, 46. *Submotis cohortibus, ac nonnulla parte in oppidum compulsis.* ut est in MSS. omnibus. Vide et ad c. 61. et B. Civ. 3, 41. *maxime* primum comparet in Ed. R. Stephani, quod Ursinus e suo, et Scaliger atque alii quoque amplexi sunt. *equitatus erat pulsus* est modo in uno alteroque re-

*les, mediocri interjecto spatio, pari altitudinis fa-*
5 *stigio oppidum* [a] *cingebant.* Sub [b] muro, quae pars collis ad orientem solem spectabat, [c] hunc omnem locúm copiae Gallorum compleverant; fossamque, et [d] maceriam VI in [e] altitudinem pedum [f] praeduxe-
6 rant. Ejus munitionis, quae ab Romanis institue-
7 batur, circuitus [g] XI milium passuum tenebat. Castra obportunis locis erant posita; ibique castella

VARIAE LECTIONES.

a *cingebat* Ox. L. sec. V. tert. V. ad c. 47. paullo ante *majore int. sp.* Carr. b *muroque pars* MSS. plerique, ut distinguas post *spectabat* plenius propter *τὸ hunc. solem* deest vulgo. c *huc* Egm. d *mater.* hic et cap. seq. MSS. II. *maceriem* Ed. Inc. e *altitudine* Ox. Dorv. f *prod.* And. Ox. L. pr. Carr. D. Edd. R. V. M. aliaeque multae. *perd.* Egm. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *praecluserant* L. sec. *praefixerant* V. sec. sed vide ad c. 46. dein *ejusque* Ox. D. g *X m.* Ox. L. pr. Scal.

centiore cum Edd. pp. Vasc. Str. Steph. et Gryph. post.

*Alesiam circumvallare instituit*] Oppidum id ab Hercule conditum, ex Diodoro discimus, qui l. 4. Bibl. ait: *Ἡρακλῆς καταλυτήσας εἰς τὴν Κελτικὴν, καὶ πᾶσαν ἐπελθὼν, κατέλυσε μὲν τὰς συνήθεις παρανομίας καὶ ξενοκτονίας, πολλῦ δὲ πλήθυς ἀνθρώπων ἐκ παντὸς ἑκυσίως συσρατεύοντος, ἔκτισε πόλιν εὐμεγέθη, τὴν ὀνομαζομένην ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν σρατείαν ἄλης Ἀλησίαν. πολλὺς δὲ καὶ τῶν ἐγχωρίων ἀλυέμιξεν εἰς τὴν πόλιν. ὧν ἐπικρατησάντων τῷ πλήθει, πάλυτας τὺς κατοικῦντας ἐκβαρβαρωθῆναι συνέβη. οἱ δὲ κηλτοὶ μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν ἐτίμων ταύτην τὴν πόλιν, ὡς ἁπάσης τῆς κελτικῆς ὖσαν καὶ μητρόπολιν. διέμεινε δ' αὕτη πάντα τὸν ἀφ' Ἡρακλέυς χρόνον ἐλευθέρα καὶ ἀπόρθητος, μέχρι τῦ καθ' ἡμᾶς χρόνυ. τὸ δὲ τελευταῖον ὑπὸ Γαΐυ Καίσαρος, τῦ διὰ τὸ μέγεθος τῶν πράξεων θεῦ προσαγορευθέντος, ἐκ βίας ἁλῦσα, συνηναγκάσθη μετὰ τῶν ἄλλων Κελτῶν ὑποταγῆναι Ῥωμαίοις.* VOSSIUS.

*Sub muro, quae pars collis ad Orientem spectabat*] MS. *Brant.* cum impressis nonnullis, *ad orientem spectabat solis*; at editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent, *ad orientem solem spectabat*; et ita reponendum videtur. sic enim loqui amat *Caesar.* Ita B. G. 1, 1. *Spectant in Septemtriones et Orientem solem.* Et 5, 13. *Hujus lateris alter angulus ad orientem Solem.* Miror *P. Ciacconii* audaciam, qui, nulla ductus litterarum habita ratione, legendum suspicatur, *sub muro, quae pars collium in circuitu vacabat.* Nihil aliud voluit *Caesar*, quam quod expressit Graecus. *Ὑπὸ δὲ*, inquit, *τὸ τεῖχος, τὸ τῦ ὄρυς μέρος πρὸς ἀνατολὴν κείμενον οἱ Γάλλοι τῇ σφῶν σρατιᾷ ἀνε-*

[a] xxiii facta; quibus in caſtellis interdiu ſtationes 416
[b] disponebantur, ne qua subito [c] eruptio fieret; haec eadem noctu excubitoribus, ac firmis praesidiis tenebantur.

LXX. Opere inſtituto, fit equeſtre [d] proelium 1
in ea planitie, quam, intermiſſam collibus, iii [e] milia paſſuum in longitudinem patere [f] supra demonſtravimus. Summa vi [g] ab utrisque contenditur. 2

VARIAE LECTIONES.

a *XXIV* Edd. R. M. V. Vasc. etc. *XXXIII* Lov. Br. b Sic Cuj. And. Ox. Sc. L. pr. reliqui cum Edd. pp. *poneb.* c vulgo *irruptio.* dein *detineb.* L. pr. d *bellum* Lov. V. ad 1, 1. e vulgo *millium.* f deeſt Carr. D. g *utrimque* Egm.

πληρῶσαν. DAVIS. *Ad orientem Solem*) Ita optime reſtituit *Davisius* ex quibusdam Editt. vett. Quomodo et in MSS. Reg. Eliens. et Voſſii scriptum eſt. Vulgg. omittunt, *Solem*. CLARK. *Solem* addunt mei quoque praeter Cuj. Andin. Oxon. et Leid. pr. agnoscunt quoque Mediol. Inc. Vascos. Str. et Stephanus. *Solis* MS. Brantii. Addi eam vocem, plenus Caeſaris ſtylus requirit.

*In quibus castellis*] Sic reſcripsi ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec aliter MS. *Norvic.* nisi quod in eo duae primae voces sint transpositae. Vulgg. ultimam omittunt, quam expunxerunt ii, quos fugit *Caesareus* loquendi modus. Sic B. G. 1, 6. *Erant omnino* itinera *duo*, *quibus* itineribus *domo exire possent.* Et paullo poſt: Diem *dicunt*, *qua* die *ad ripam Rhodani omnes conveniant.* Apud noſtrum et alios optimos auctores frequenter occurrit haec verborum geminatio. DAVIS. *In quibus* caſtellis) Hic quoque vocem (*castellis*) ab aliis omiſſam, recte, pro Caeſaris loquendi ratione, reſtituit *Davisius* ex Editt. Vett. et MS. Eliens. Quocum conſpirat et MS. Voſſii. CLARK. Ursinum, qui e suo Codice non repertam vocem *castellis* abundare putabat, secutus eſt Scaliger. Et certe non reperitur etiam in Cujac. Oxon. And. et Leid. pr. reliqui cum Edd. ceteris, *in quibus castellis*, vel potius, *quibus in* c. uti etiam Beroald. Vascos. Steph. et alii: quomodo edidi. Innumeris locis haec repetitio apud noſtrum occurrit. Collecta quaedam vide ad 2, 18. *Loci natura erat haec*, *quem locum nostri castris delegerant.* ubi etiam exſulabat vulgo. 8, 17. *eo loco*, *quem in locum missuros arbitraretur.*

*Irruptio*] Codices nonnulli, *eruptio*, Graecus, ἔξοδος. Neutrum male. *Eruptio* hoſtium circumvallatorum; *irruptio* in Romanorum munitiones. Melius tamen illud, *irruptio*, propter id, quod paucis poſt lineis sequitur, *ne qua subito* irruptio *ab hostium peditatu fiat.* CLARK. Idem judicat Hotomannus. Male tamen. Hic de *eruptione* ex oppido Caeſarem loqui, omnino exiſtimo, et confirmatur ea lectio MSS.

Laborantibus nostris Caesar Germanos submittit,
legionesque [a] pro castris constituit, ne qua subito
3 [b] inruptio ab hostium peditatu fiat. Praesidio le-
gionum addito, [c] nostris animus augetur: hostes
417 in fugam conjecti se [d] ipsi multitudine inpediunt;
atque angustioribus portis relictis coartantur.
4 [e] Tum Germani acrius usque ad munitiones se-
5 quuntur. Fit magna caedes: nonnulli, relictis
equis, fossam transire, et maceriam transcendere
[f] conantur. Paullum legiones Caesar, quas pro

VARIAE LECTIONES.

a Desunt Edd. R. M. V. *construit* V. sec. b V. ad c. praec. c *et n. a. a. et h. sunt* L. pr. Ox. bene, si removeas *sunt animis* V. pr. sec. *animi* Carr. D. Iidem et V. sec. *augentur*. d *ipsos* MSS. 2. e vulgo abest *tum*. dein *acriter* MSS. 4. et Ed. Inc. deest Edd. R. M. V. *ad muros pers.* And. Ox. L. pr. Cuj. *munitionem* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. f *conabantur* L. pr. Idem et Scal. *paullulum*.

Carr. et meis ad unum omnibus, (et Edd. Rom. Inc. Ven. Mediol.) praeter Andin. et Oxon. in quibus, *abruptio*. In seq. vero loco *inruptio* malim retinere, quia ibi intelligitur invasio in castra e medio campo, licet et illic *eruptio* dent Carr. Leid. pr. et tert. cum Edd. primis. De hac confusione adi ad 5, 44. *in eam partem inrumpit;* et ad Frontin. 3, 10, 1. c. 17, 4. Infra de B. Afric. c. 82. Hisp. c. 36. et saepissime alibi.

III *millium passuum in longitudinem*] Ultimam vocem cum penultima omittunt editt. *Rom. Ven. Beroald.* sed ratio sermonis Latini non sinit, ut exulent. *Fr. Hotomannus* mavult: III *millia passuum.* Sane ita est in MS. *Norvic.* nec aliter locutus est noster hujusce libri c. 69. et 79. At ob plurim. Codd. consensum vulgatam lectionem retineo. DAVIS.

In quibusdam Codicibus, III *millia passuum.* Quod perinde est. Aeque enim Latine dicitur, *patere III millia passuum*, et, *patere* (spatium) *III millium passuum*. CLARK.

*In longitudinem* ] Desunt haec verba in nonnullis Codicibus. Sed perperam. Omnino enim retineri debent: non quod (ut credidit *Davisius*) ratio Sermonis Latini non sinat, ut exulent; (nam aeque Latine dicitur, *patere* (spatium) *III millium passuum*, absolute, ac, *patere*, (spatium) *III millium passuum in longitudinem:* ) sed quod ad sententiam magis perspicuam necessaria sint. IDEM. *III milia* habent MSS. Carr. et mei tantum non omnes; nisi quod in uno et altero sit *mill.*; uti et Ed. Inc. *tribus millibus* edidit R. Stephanus. *In longitudinem* bene defendit Clarkius e perpetuo Cae-

vallo constituerat, promoveri jubet. Non minus, 6
[a] qui intra munitiones erant, Galli perturbantur:
veniri ad se [b] confestim existimantes, ad arma conclamant: nonnulli perterriti in oppidum inrumpunt.
Vercingetorix portas jubet claudi, ne [c] castra nu- 7
dentur. Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani sese recipiunt.

LXXI. Vercingetorix, priusquam munitiones 1
ab Romanis perficiantur, consilium capit, omnem
[d] ab se equitatum noctu [e] dimittere. Discedenti- 2

VARIAE LECTIONES.

a *int. m. G.* L. pr. *pert. G.* MSS. plerique: item *venire* cum Edd. pp. et Scal. vulgatum servat Cuj. Scal. V. ad 4, 29. b *confertim* Ox. c *claustra* Ox. And. dein *receperunt* Edd. R. M. V. d Sic B. pr. V. pr. Lov. Egm. aliique, non *a. sese* L. tert. Ed. Inc. e *dem.* MSS. 3. Ed. Inc. Mox *discend.* V. pr. *Conscend.* Egm.

saris stylo. Non agnoscunt eas voces quoque Leid. pr. et Ed. Mediol.

*Angustioribus portis relictis coarctantur* ] Expunge vocem *relictis*, quae irrepsit incuria librarii, qui librum descripturus ex uno versu in alterum hanc vocem transtulit, hoc pacto: *Angustioribus portis relictis coarctantur. Germani acrius usque ad munitiones sequuntur, fit magna caedes, nonnulli relictis equis, fossam transire.* etc. VOSS. Ita et censet Cellarius, me non adsentiente: quamquam et uncis hanc vocem Scaliger incluserat. Omnes MSS. agnoscunt. Videtur ea voce significare Caesar voluisse, tota castra non tantum, sed et majores portas, fossa et maceria obductas fuisse, ita ut hae angustiores ad redeundum fuerint relictae: quare cum hic se coartabant, quidam fossam et maceriam transilire conati sunt. *Relictum* dicitur Caesari et alibi id, quod superest. Vide ad 6, 19. Immo c. 41. *duabus relictis portis, obstruere ceteras.*

*Coartantur* ] Sic locum hunc exhibent Cujac. And. Oxon. Scalig. et Leid. pr. cum Edd Vascos. Ven. 1517. et seqq. et ad oram Petav. at MS. Brantii, Leid. sec. Lovan. Carr. Duk. Dorvill. Pulm. Schedae et Edd. primae, *coacervantur.* (quod placet Hotomanno, uti et *cum*) *Tum Germ.* Reliqui, in quibus Bongars. pr. Buslid. Petav. Egmond. Voss. prim. et Ed. Inc. *coacervati tum*, vel *cum G.* Quare *Tum* saltem addidi. *Coarctantur coacervati* retineri utrumque posset, quo simul eorum caedes acervatim denotetur. 2, 27. *coacervatis cadaveribus. coartatio militum* apud Hirtium de B. Alex. c. 74. Aut an scribendum, *Coartantur. Catervatim tum G.* etc? Dein *veniri ad se* egregie inlustrantur a Cel. Burmanno ad Phaedr. Fab. 21. *Aper fulmineis ad eum venit dentibus.*

bus mandat, *ut suam quisque* [a] *eorum civitatem adeat,* [b] *omnesque, qui per aetatem arma ferre possint, ad bellum cogant.*
3 [c] *Sua in illos merita proponit; obtestaturque, ut* [d] *suae salutis rationem habeant, neu se de communi libertate optime meritum hostibus in cruciatum dedant:* [e] *quod si indiligentiores fuerint, milia* [f] *hominum delecta* LXXX *una*
4 *secum interitura, demonstrat: ratione inita, fru-*
418 *mentum se exigue dierum* XXX *habere; sed paullo et-*
5 *iam longius* [g] *tolerare posse parcendo.* His datis mandatis, [h] qua erat noſtrum opus intermiſſum, secunda vigilia silentio [i] equitatum dimittit; frumen-

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt L. sec. V. sec. D. b *omnes q.* L. pr. Ox. dein *possent* MSS. 11. et Edd. pp. c haec 5. verba deſunt And. Ox. *obtestatur* in iisdem sine *que.* d *sui* Dorv. V. ad 1, 4. e vulgo *qui si. Indulg.* L. pr. f deeſt Edd. R. M. V. vulgo *LXXX d. secum.* g deeſt L. pr. *tolerari* MSS. 11. et Edd. pp. h *quam,* vel *quia,* vel *qua opus erat* MSS. plerique et Edd. pp. sine τῶ *nostrum.* i *exercitum eq.* L. pr. *mittit* B. pr. V. pr. Egm. Carr. et 3 alii. *emittit* Petav. Lov. et 4 alii cum Edd. pp.

*Consilium capit omnem a se equitatum noctu dimittere*] Dimittendi. *Cornelius Nepos* Hannib. c. 13. *Nunc tempus est hujus libri facere finem. Phaedrus* Fab. 3, 16, 13. *Potare est animus nectar: quod Pallas mihi Nuper donavit.* Similium συντάξεων exempla sat multa congeſſi ad hujusce libri c. 26. DAVIS. 8, 44. *Rebellare consilia inissent,* uti eſt in MSS. ibique vide plura.

*Qui si*] Hotomannus monet, in Cod. eſſe, *quod si,* neque ullam eſſe cauſſam, cur mutetur, addit. *Quod* ego inveni in Bong. pr. Voſſ. pr. Leid. pr. Petav. Lovan. Egmund. Carr. et 6 aliis ac primis Edd. Quare revocavi. et paulo ante e MSS. ordinem verborum inverti. vulgo, *in cr. host.* Mox quoque habent MSS. quod sciam, omnes, praeter Oxon. et Edd. primae, item Vascos. Steph. et aliae, *delecta LXXX una secum.* Ut repoſui. Frequens eſt quasi formula, *una mecum, tecum, secum.*

*Ratione inita, frumentum se exigue dierum* XXX *habere*] Sic exhibent Cuj. Bong. prim. Leid. prim. Scalig. And. Oxon. etc. nisi quod duo poſteriores dent, *frumentatione inita,* et *frumentum* in Bong. pr. cum ceteris MSS.

mentum omne ad se [a] referri jubet: capitis poenam 6
[b] iis, qui non paruerint, conſtituit: pecus, cujus 7
magna erat ab [c] Mandubiis compulſa copia, viritim diſtribuit: frumentum parce, et paullatim me- 8
tiri inſtituit: copias omnes, quas pro oppido conlocaverat, in oppidum [d] recipit. His rationibus au- 9
xilia Galliae exſpectare, et bellum adminiſtrare parat.

LXXII. Quibus rebus [e] ex perfugis et captivis 1
cognitis, Caeſar haec genera munitionis inſtituit. *Fossam pedum* [f] xx *directis lateribus duxit, ut ejus solum tantumdem pateret, quantum summa labra distabant: reliquas omnes munitiones ab ea fossa*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. 10. et Edd. pp. aliaeque. *conf.* Duk. vulgo *ferri.* b abeſt non male ab And. Ox. in quo *paruerit instituit.* c *Manduviis* MSS. multi, in quibus etiam *cop. ab M. comp.* d MSS. 11 *recepit* cum Edd. pp. uti et *par. adm. in oppido* L. sec. e Sic Ox. L. pr. And. non *cogn. ex perf.* etc. *profugis* L. pr. et 2. alii. f *XX latam* Edd. Vasc. Str. Gryph. *derectis* B. pr. V. pr. Vide ad 4, 17. 8, 9.

et Edd. primis ultimo ponatur loco. Plerique habent: *Rat. inita exigue dierum XXX frumentum*, sine τοῖς, *se habere:* in quibus et Petav. et Voſſ. pr. At Lov. Carr. Duk. Dorv. Gottorp. Voſſ. tert. Leid. tert. et Edd. vetuſtiſſimae: *r. inita exigit d. XXX* (*XXV* Duk.) *frumentum.* vel *exigunt.* Perperam omnino. Bene Graecus: ἐπιτήδεια ὀλίγα εἰς τριάκοντα ἡμέρας ἔχω. Pro *ratione* in Voſſ. sec. *statione.* Exiſtimo autem, locum hunc ita refingendum eſſe: *Frumenti ratione inita, exigue,* vel *exiguum, se dierum XXX habere.* Patet enim satis, alienum in locum inrepſiſſe *frumentum.* Sic saepe *pecuniae ratio, proelionum ratio.* et similia paſſim. *frumenti ratio* alibi, et in nonnullis 7, 75. ubi vide.

*His datis mandatis*] Andin. et Oxon. *His dictis.* An scripsit auctor: *His datis dictis,* vel ordine inverſo? *Dictum* enim Imperatoris idem, quod *mandatum.* Vide ad Frontin. 4, 1, 39. *Adversus dictum ejus.*

*Summa labra*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii et Editt. Vett. *summae fossae labra.* CLARK. Ita quoque Carrar. et MSS. mei omnes praeter Cujac. Oxon. et Andin. In Leid. pr. *summa fossae labra.* Miror vero, Clarkium non monuiſſe quoque, paullo supra

2 [a] *pedes* CD *reduxit: id hoc consilio, (quoniam tan-*
419 *tum esset necessario spatium complexus, nec facile totum corpus corona militum cingeretur;)* [b] *ne de inproviso, aut noctu* [c] *ad munitiones hostium multitudo advolaret, aut interdiu tela in nostros operi*
3 *destinatos conjicere possent. Hoc intermisso spatio,*

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. B. pr. V. pr. Pet. Pulm. Lov. Egm. et 7 alii cum Edd. pp. et Vasc. Str. Steph. Gr. post. non *pedibus. ded.* V. C. Urs.
b *neve* Edd. qdd. et Metaph. perperam. Paullo ante vulgo *opus.* et *Romana* MSS. 2. Vict. pro *corona. Romanae militiae* V. sec.
c *in m.* And. L. pr.

*ejus solum* in MSS. suis, uti est in iisdem meis et Edd. primis, scribi, *ejus fossae solum.* Immo in Petav. et Bong. pr. *ejus fossae,* sine τῷ *solum,* et in Lipsianis, *summae labra.* Vide Poliorc. l. 2. D. 1. Utroque loco *fossae* repetitionem fieri vult Victorius Var. Lect. 24, 17. Neutro agnoscit Metaphrastes. *fossae* tamen ut semel addamus, satis flagitat Caesariani styli perspicuitas: ni altius ulcus latere credamus, ac legendum conjiciamus: *ut ejus pressae solum t. p. quantum summae labra distabant,* vel *distarent,* uti est in MSS. meis et aliorum praeter Cujac. Scalig. Petav. And. et Oxon. et Edd. primis. Vult Caesar, fossam in imo fundo tam latam fuisse, quam in summis ripis. *Pressae,* i. e. effossae, certe facile abire potuit in *fossae.* Vide ad Front. 1, 5, 8. *Fossam transversam inter montes pressit.* Plin. Ep. 10, 69. *fossam ducere, et artius pressam mari aequare.* Hirtius quoque 8, 9. *fossam derectis lateribus deprimi.* De *fossae labris,* seu ripis, adi Scalig. ad Auson. Urb. 5, 9. *Moeniaque in valli fossam circumdata labro.* et Ill. Schel. Comm. ad Hygin. p. 119. Ita *labra* continuum summas extremitates vocat auctor 6, 28.

*Spatium*] Bong. pr. Voss. pr. Pet. Lovan. Egmund. et 7. alii cum Carr. et Ed. Inc. *spatio.* Oxon. et Leid. pr. *spatium nec. esset.*. Puto scribendum, *spatii,* uti et Brutus conjecit. *Nec* est ex emendatione Jannoctii, Lipsii loco indicato, Victorii, Bruti, Hotomanni, Brantii, consentientibus MSS. et Ed. Inc. praeter Petav. Cuj. Scal. Oxon. Leid. pr. et sec. ac Duk. in quibus cum Edd. ante Scalig. reliquis est *ne.* Male cepit Interpres Graecus. At bene Vossius loco Hirtii explicat. Ceterum pro *opus* in aliorum et meis MSS. si excipias Cujac. Leid. pr. Scal. Oxon. et Andinum, item Edd. primis, ut et Beroaldi, Vascos. est, *corpus,* probante eodem Victorio, et Jannoctio, sed refragante Hotomanno, quia *opus* sexcenties hac in re usurpare solet Caesar. Verum hoc non inpedit, quo minus hic *opus munitionum* conjunctum et contextum quasi *corpus* vocaverit: quod doctius est, quam ut e librariorum cerebro nasci potuerit. Ego sane tot numero praestantissimorum Codicum auctoritate motus in textum

*duas fossas*, [a] XV *pedes latas*, *eadem altitudine*, *perduxit*: *quarum interiorem campestribus*, *ac* [b] *demissis locis*, *aqua*, *ex flumine derivata*, *complevit*. [c] *Post eas aggerem*, [d] *ac vallum* XII *pedum exstru-* 4
*xit*. *Huic* [e] *loricam pinnasque adjecit*, *grandibus cervis* [f] *eminentibus ad commissuras pluteorum*, *at-*

## VARIAE LECTIONES.

a Abest B. pr. Scal. *pedum* Edd. R. M. V. b *dimissis* et *dirivata* MSS. plerique et Edd. qdd. *dirivativa* V. sec. c *postea* L. pr. d Sic MSS. non *et*. *vallem* L. pr. *XXII*. Pet. *XV*. V. pr. e *luricam* L. pr. ut alibi. *pennas* V. pr. Lov. D. Dorv. f *eminentibusque* Cuj. Oxon. et Edd. quaed. *superem*. *comm*. *pluteos atque aggeres* V. C. Samb. *acervis* Pet. Egm.

recepi, satis gnarus, *corpus* vocari posse omne id, quod explurimis membris in unum coaluit, unde *corpus* de Rep. exercitu, populo, libris conjunctis, et aliis rebus dici saepissime monitum est a viris Doctis. Consule Tennul. ad Front. 2, 2, 8. Graev. ad Cicer. lib. 5. Fam. 12. Salmas. Plin. Exerc. initio, et quos laudavi ad Lucan. 7, 406. et 10, 416. *Latium sic scindere corpus*. Quamquam fatear, *opus* aliquando in *corpus* fuisse corruptum. Consule Viros doctos ad Justin. Prol. *Rem magni animi et operis*; ubi ego quoque in MSS. aliquot inveni, *corporis*. *Corona militum* cum aliis ibidem bene defendit Victorius, quare nil moror Gifanium, in Observ. Ling. Lat. p. 53. e Vet. libro legentem, *corpus Romanum manu militum*: quod quis non videt ex inepta Glossa esse ortum? Hinc etiam in Pulm. Schedis, *corpus Romanorum corona*.

*Nec facile totum opus militum corona cingeretur*] Explicat Hirtius, cum 8, 11. ait, *nec locum munitionibus claudi nisi a majore exercitu posse*. Hinc *coronare* pro *cingere* Statius dixit 2. Thebaid. — *densaque nemus statione coronant*. VOSS. Huc pertinet locus Lucani 6, 88. *Agminaque interius muro breviore recepit*, *Densius ut parva disponeret arma corona*. ubi cave, ne contra MSS. recipias *gyro*, quod conjecit Markland. ad Stat. Silv. 5, 2, 121. et consule Schel. ad Hygin. Grom. p. 61.

*Duas fossas — quarum interiorem*] Fuere palam duae, non una, ut pravo acumine *Fr. Hotomannus* dixit, nam vult *duas* nominatas adspectu Sectionis, quae a flumine medio facta, atque ideo nec *interiorem* quidem legit, sed *inferiorem*. Quae haec mala libido innovandi est? Certe pro tutela, et reliqua dignitate operis, magis facit, fuisse duplices. *J. Lipsius* Poliorc. l. 2. Dial. 2. DAVIS.

*Huic loricam pinnasque adjecit*, *grandibus cervis eminentibus*] *Pinnas* et *cervos* distinguit: accurate, ut omnia in hoc autore. Nimirum *pinnae* directae stabant in supremo loricae, ut hodieque sepibus aliisque id genus ferreas pinnas imponi videmus adversum transcensiones.

*que [a] aggeris, qui adscensum hostium tardarent: et turres toto [b] opere circumdedit, quae pedes* LXXX *inter se distarent.*

1 LXXIII. Erat eodem tempore et materiari, et frumentari et tantas munitiones fieri neceſſe, [c] deminutis noſtris copiis, [d] quae longius ab caſtris progrediebantur

VARIAE LECTIONES.

a *aggeres* MSS. multi et Edd. pp. male. dein *ut* pro *qui* Cuj. L. pr. Ox. b Sic MSS. plerique cum Hotom. V. ad 5, 55. Dorv. et Edd. qdd. *operi. ex t. op.* L. pr. a m. pr. *toti operi* Lov. Edd. R. M. V. Vasc. Mox vulgo *uno t.* c *Dim.* MSS. et Edd. qdd. non male. d *quod* L. sec.

Infra pinnas cervi erant, videlicet inter commiſſuras aggeris et pluteorum. Ubi primum hoc nota, *pluteos* hic (uti et supra notavimus) nihil aliud eſſe, quam ipſam loricam ex aſſeribus conſtructam: nam pluteos dicit aggeri impoſitos, et idem ſtatim dixit de lorica. Inter hanc loricam et aggerem infixi erant cervi. Quo fine? etiam ut transcenſum tardarent, ut ipſe Caeſar ait. At cervi sunt, autore Servio, *furcae, quae figuntur ad casae sustentationem, quae dictae sunt cervi ad similitudinem cornuum cervinorum.* Hi igitur cervi, et proprie magis illud nomen ſtipites hi, quos Caeſar dicit, geſtare poterant, quam furcae, quae humo infiguntur, quia eodem modo, quo cervus cornua alicui obvertens caput demittit, ita et hi cervi procumbebant ea ratione, qua hodieque videmus caſtellis infigi pinnas. Nam pinnis, quomodo veteres figebant eas, in summo loricae erectis, hodie in bello haud utimur. VOSS. C. 41. *Pluteosque vallo addere.* Vide et Lipsium loco citato. Salluſt. l. 4. Hiſt. §. 11. *Pluteosqus rescindit, ac munitiones demolitur.* hoc infra c. 86. vocatur, *vallum ac loricam rescindere.* B. C. 1, 25. *a fronte et latere cratibus ac pluteis rates protegebat.*

*Uno tempore*] Sic quidem ediderunt Manutius, Plant. Scaliger et reliqui deinceps. Nec male, si e MSS. Sic enim c. 61. *Uno fere tempore sub lucem nunciatur!* etc. c.83. *Pugnatur uno tempore omnibus locis.* B. C. 1, 20. *Omnes uno consilio.* 3, 15. *atque uno etiam tempore accidit.* c.21. *Quum Casilinum venisset, unoque tempore* etc. Adde Hirt. B. Alex. c. 8. 17. B. Afric. c. 30. 34. et saepius. Adi Cl. Drak. ad Liv. 1, 51. Verum Edd. reliquae cum MSS. tum aliorum, quod sciam, tum meis exhibent, *eo:* unde Hotomanno valde placeret, *eodem,* si quis MS. adjuvaret. Hoc teſtari poſſum comparere in membranis primis Leidenſibus, Oxonienſibus, et Andinis. *dein* absorptum a *tem.* Reſcripsi itaque *eodem* cum Gronovio, donec pateat, *uno* eſſe in MSS. Alibi Caesar quoque *uno et eodem* utitur.

*Necesse*] Sic omnes noſtri; at Codex *Andin.* ultimam vocem omittit, quae, salva Latinitate, abeſſe poteſt. Sic *Seneca* Nat. Quaeſt. 6, 30. *Quibus ad caden-*

tur: [a] ac nonnumquam opera nostra Galli tentare, atque eruptionem ex oppido pluribus portis summa vi facere conabantur. Quare ad haec rursus opera 2
addendum Caesar [b] putavit, quo minore numero militum munitiones defendi possent. *Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum delibratis,* [c] *ac praeacutis cacuminibus,* 421

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. non *et*, et *fac. s. vi.* b *putat* Pet. *qui* Lov. V. ad c. 45. *quod* Egm. et *minori* MSS. 2. Edd. R. M. V. c vulgo *atque.*

*dum male stantibus, non erat impelli, sed agitari.* Pluribus optimi hujusce MS. lectionem tuetur *J. F. Gronovius* Observ. 4, 8. DAVIS. Andino Codici suffragatur Oxoniensis solito more: quare delevissem pene vocem *necesse*, nisi viderem, Cellarium repugnare, quia et Graecus *ἀναγκαῖον* addit. At is corruptis jam Codicibus usus est, ut sexcenties alibi. Plura hujus generis vide apud doctos, quos laudat socer ad Valer. Max. 1, 7, 2. *Non est inter patrem et filium comparationem fieri.* et Cl. Drakenburg. ad Silium 9, 451. *Quantumque vicissim Audere est.* Adde et summum Gronov. Observ. 3, 3. et Lips. Ant. Lect. 1, 5. Hinc forsan apud Valer. Max. 2, 1. init. *Opus est enim cognosci,* prima vox, pro qua *operae* e MS. dedit Pighius, ejicienda erit.

*Aut admodum*] Perperam Vascos. Strada, Steph. Manut. Gryph. Plantin. cum Hotomanno *haud* exhibent. Vel totos truncos quaerobat vel crassos ramos. In nullo Codice meo exstat, *haud.* Metaphrastes tamen invenisse debet in suo: *στελέχεων τὰς ἀσθενεστέρας κλάδους ἀποτεμών.* et sic fere *Non nimis firmum praesidium* supra. Vel sic tamen praefero cum plerisque viris doctis *aut.* Vide Lipsium loco cit.

*Abscisis*] Alii *abscissis;* sed antiquissimi MSS. tam *Caesaris,* quam aliorum auctorum, litteram sibilantem non geminant. Sic *Livius* 44, 5. *Qua rupes abscisae erant.* Vide et *Ger. Joan. Vossium* Anal. 3, 26. p. 97. DAVIS. Mei quoque MSS. omnes, *abcisis*, vel *abscisis*, praeter Gottorp. *accisis* alii, sed vide Lips. et ad 3, 14. *Quibus abscisis.* et crebro.

*Dolabratis*] Placet hoc Lipsio ibidem, pro dolabra aptatis et concisis; atque ita exstat in Edd. Rom. Mediol. Florentina, immo et in Ursiniano ac Leid. sec. *dolobratis* Duker. et Dorvill. et Ed. Ven. Verum tamen MSS. hi nimis sunt recentes, ut eorum auctoritatem opponere audeam ceteris MSS. quotquot vidi cum aliis, iisque vetustissimis, qui cum reliquis Edd. ante Scaligerum exhibent, *delibratis;* uti etiam restituisse se ait Gifanius e MSto, Ind. Lucr. V. *perpetuo. Delibratis*, i. e. cortice nudatis. quo sensu hoc verbum apud Columellam aliquoties occurrit. *dolabrare* quis dixerit, quaero. Id potius *dolare* vocasse veteres

*perpetuae fossae, quinos pedes altae,* [a] *ducebantur.*
3 *Huc illi stipites* [b] *demissi, et ab infimo revincti, ne*
4 *revelli possent, ab ramis eminebant. Quini* [c] *erant*

VARIAE LECTIONES.

a *Ducuntur* L. pr. b *dim.* MSS. plerique. c Sic Cuj. And. Ox. Sc. L. pr. reliqui cum Edd. pp. carent τῷ *erant.*

videntur. unde etiam Avieno Orbis Desc. vs. 1193. *tectis si quis dolat inpiger ornos, Vel salis in fluctus qui cymbam navita texit, Si terit hos saltus* etc. quomodo hunc locum esse legendum, alibi vidimus. ἀποξέσας hic dat Graecus, quod utrique verbo respondere potest. Ceterum pro secundo *atque*, quod minus concinne in vulgatis repetitur, rescripsi *ac*, fide MSS. sexdecim, in quibus Bong. pr. Leid. pr. Voss. pr. Lov. Petav. Egm. Scal. uti et Edd. Vascos. Str. Steph. et aliorum.

*Se ipsi acutissimis vallis induebant*] Sic infra: *se ipsi stimulis inopinantes induebant.* Ad verbum Graecus, ἑαυτὺς εἰς τὺς ὀξυτάτυς ἐκείνυς ςαυρὺς ἐνέδυον. et infra, ἑαυτὺς εἰς τὺς ςαυρὺς ἀπροσδόκητοι ἐνέδυον. Recte. phrasis Graeca est, et Xenophon sub finem lib. 1. Cyropaed. de lepore: ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. VOSS. Antiqua est et elegans loquendi ratio. Infra c. 82. *Se ipsi stimulis inopinantes induebant. Latinus Pacatus* Pan. 12. c. 34, 3. *Obviis sudibus induebantur. Virgilius* Aen. 10, 681. *An sese mucrone ob tantum dedecus amens Induat. Lucretius* 4, 815. *Ac nos in fraudem induimus.* — Ad eum locum plura *Dionys. Lambinus*, unde patet, aures *Honorato Joannio* non esse praebendas, cui placuit, *se ipsi acutissimis vallis inducebant.* Cum eo tamen facere videtur *Achilles Statius*, qui hujusce facinoris memoriam servavit in notis ad *Tibulli* 1, 6, 1. DAVIS. Vide notata a me ad Lucan. 2, 265. *Quis nolit in isto Ense mori:* et Davis. ad Cicer. de divin. 2, 17. *Cur vos induitis in eas captiones?*

*Hos Cippos appellabant*] Vet. cod. *cappos*, unde Lipsius faciebat, *scapos.* Sed noli audire eum. Cippi sunt columnae, quae imponi solent sepulchris. Glossae: *Cippus*, ςήλη, ἀνδριάς. Talibus insculpi solebant monumenta, et nomen sepulti, et quae alia huc pertinent. Unde Horatius Sermonum 1, 8. *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat.* Ubi cippus non tumulum, sed qualem dixi columnam notat. Hae juxta vias publicas poni solitae, eoque saepe obnoxiae jumentorum aut hominum injuriis. Lucilius apud Festum ait: *Porro homines nequam malus ut quartariu' cippos Collisere omnes.* Magnus Turnebus in Adversariis cippos interpretatur eminentias, et devia asperaque loca. Et interpretatur haec verba de imperitis mulionibus, qui mulos suos in cippos eminentes et inaequales, nec planam viam et aequatam sequuntur, ex eoque vel jumenta cespitare et cadere, vel everti vehicula ait, eoque dici illos, cippos collidere. Sed multum fallitur, nam cippos pro tali tumulo aut eminentia nullus scriptor dixit: praeterea versus illi corrupte ita leguntur, et recte jam pridem emendavit Scaliger: *Porto homines nequam, malus ut*

*ordines* [a] *conjuncti inter se, atque* [b] *inplicati; quo* 422
*qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant:* [c] *hos* [d] *Cippos adpellabant. Ante hos, obliquis or-*

VARIAE LECTIONES.

a *revincti* Edd. R. M. *vincti* Ed. Ven. *convincti* al. b *impliciti* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. Vasc. *compl.* L. pr. c *quos* Carr. d *adpellant* G. V. tert. L. tert. et Ed. Inc.

*quartarius*, *cippos Collisere homines*. Ait, se portare homines nequam et insolentes, qui cippos viae publicae appositos collisissent, haud aliter atque mali quartarii solent, dum jumenta sua non bene regunt. Igitur cippi tales columnae: sed et illae, quae in via solent poni ad scienda itineris spatia. *Lapides* Romani vocavere. Unde illud toties repetitum, *ad primum ab urbe lapidem*, h. e. cippum. Valerius Probus de notis. cipp. *Cippus*, *id est terminus*, *ut cippum, seu Lapidem*. Denique admonebantur talibus cippis viatores, qua transire liceret, privatumne an publicum iter esset, an currui, an equiti, an actui transitus deberetur. Talis Cippus est, qui Romae visitur, qua iter a Pantheo ad viam Flaminiam, qui haec inscripta habet:

ID. QVOD. INTRA. CIPPOS
AD. CAMPVM. VERSVS. SOLI
EST. A. CAES. AVGVST.
REDEMTVM
PRIVATO. PVBLICAVIT.

Item alter cippus Stimigliani in Sabinis:

PER. HANC
VIAM. FVNDO
C. MARCI. C. L.
PHILERONIS
ITER. ACTVS
DEBETVR.

In veteribus Glossis invenio: *Cippus*, *Ἐνεὸς λίθινος*, *Κορμὸς*, *ποδοκάκη*. Diu cogitabam, quid sibi vellet illud *ἐνεὸς λίθινος*; locus haud dubie depravatus. Martinius pro *ἐνεὸς* legebat *σύλος*, nimis audacter. Certe male distincta haec verba certum habeo. itaque interpunge: *Ἐνεὸς*, *λίθινος κορμὸς*, *ποδοκάκη*. *Ἐνεὸς cippus*, quemadmodum mutum hominem *statuam* appellamus, stupidum, *stipitem*. omnino id arbitror voluisse Glossographum, tametsi nusquam reperiam, ita veteres hac voce usos. Sed quemadmodum *Cippum* aliae Glossae *ἀνδριάντα* interpretantur, ita statua de homine muto. Jam *λίθινος κορμὸς*, illud vere cippus. Nam *κορμὸς truncum* notat, cui abscinduntur ramuli, qui inde pullulant. Quod recte congruit cum *cippis* Caesaris, qui ait, *truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum dolabratis, atque praeacutis cacuminibus, perpetuae fossae ducebantur*. Nisi forte Caesar respexit ad alteram notionem vocis *cippus*, nimirum *ποδοκάκην*: *quia*, inquit, *induebant se acutissimis vallis*. Certum, *Ποδοκάκην* quoque *cippum* notare, sive lignum bipatens, quo sontium pedes includuntur. Unde haud dubie hodieque vox *cippier* remansit, quae carceris custodem notat. Sed non arbitror tamen hoc Caesarem voluisse. VOSS. *Cappos* erat a manu emendatrice in Torrentii codice Lovaniensi. *Cipos* Pulm. Schedae, item Petav. et Egmund. *Κίππυς ἀπεκάλυν* Metaphr.

*Ante hos obliquis ordinibus*]

*dinibus* [a] *in quincuncem dispositis, scrobes* [b] *trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim angu-*
6 *stiore ad infimum fastigio. Huc* [c] *teretes stipites*
423 *feminis crassitudine, ab summo praeacuti et prae-*

## VARIAE LECTIONES.

a *acumine in quinc.* Edd. R. M. V. *in acumine quinc.* Ed. Ven. *in cacumine* Leid. sec. b Sic Cuj. And. Ox. L. pr. Scal. reliqui cum Edd. pp. non male etiam *tres pedes.* Petav. *tres in alt. trium pedum* non bene. *altitudine* B. pr. L. sec. V. ad 2, 5. c *terrestres* And.

Ita prima verba exhibent ex meis Cujac. Andin. Oxon. Scalig. et Leid. pr. cum Metaphr. *πρόσθεν δὲ τούτων τῶν τάξεων.* Verum MSS. reliqui exhibent, *quos,* nisi quod in Ortelii et Leid. sec. atque Edd. Rom. Ven. Mediol. Florent. sit, *quibus.* Unde putem quid vitii latere. *Ordines* certe non intelligendum de Scrobium ordinibus: hi enim octoni erant, ut mox ait, sed de ipsis ſtipitum ordinibus. Forſan, *quos ante;* nisi pro *dispositis* velles *disposuit,* sed tum sequentia non bene cohaerent. Dein *obliquos* habent Bong. prim. Petav. Oxonienſis, Voſſian. pr. sec. et Egm. ut ad *Cippos,* seu *stipites* ipſos, non eorum ordines, referas; et *obliqui* ſtipites eſſent *fastigati, proni, non derecti.* at vide quae notavi ad 4, 17. sublicae obliquae *agebantur. Obliqui ordines* sunt transversi, et in *quincuncem dispositi,* i. e. undequaque quini et angulis rectis. de qua locutione adi omnino interpretes ex Ciceronis lib. de senect. c. 17. Quinctil. Inſt. Orat. 8, 3. Columell. 3, 13. *ὀρθίοις πάντοτε στίχοις,* ait Metaphraſtes, non satis clare, qui itidem *obliquis* refert ad *scrobes.* Ait enim, *βόθρους πλαγίους ὤρυττε,* quasi *fodiebat* legerit. Perperam omnino. Ceterum *ab reliquis ord.* eſt in Duker. et Dorv.

*Paullatim angustiore ad summum fastigio*] Ita et Scaliger edidit. vv. cc. *ad infimum.* Ursinus mire nugatur ad hunc locum; nam ita scribit: *Sed fortasse legendum, ad imum, vel potius, in imum. Nam antiqui fimum scribebant pro imum. Et ex duabus dictionibus, in fimum, cum unam fecerit librarius, infimum, alius postea addidit particulam ad.* Profecto pudet nugarum, et siluiſſe mallem. Quasi non *infimum* et *imum* idem sint. Scire etiam velim, quo autore Ursinus dicat, veteres *fimum* pro *imum* scripsiſſe. Sed gaudeat ille conjectura sua. Magnus Lipsius putabat scribendum, *infimum.* Nam alioqui, inquit, quomodo commode, quod subjicit Caeſar, exculcari terra poterat? Potuit, et commode quidem. Nam etsi scrobes inferius latiores erant, quid prohibet, suprema tantum patuiſſe, ut commode pes inferi, et exculcari terra poſſet? Praeterea si arctius paullatim ad imum coibant, minus profundae fuiſſent. Atqui Caeſaris conſilium fuit, ut vel laederentur liliis milites, vel in scrobes deciderent, ex quibus minus commode extrahuntur pedes, quando suprema anguſtiora sunt. Ego contendo, illud *summum* probum eſſe, et tantundem valere, ac si diceret Caeſar, infima scrobis anguſtiora

*usti*, [a] *demittebantur; ita ut non amplius* [b] *digitis*
IV *ex terra eminerent: simul confirmandi et stabi-* 7
*liendi caussa singuli ab infimo solo pedes terra* [c] *exculcabantur: reliqua pars scrobis ad occultandas*

### VARIAE LECTIONES.

a *dim.* MSS. multi et Edd. qdd. b Sic MSS. non *IV dig.* Ox. *dig. III. contra em.* L. pr. Scal. fors. *extra emin.* c *occultab.* Edd. qdd. *occuleb.* L. sec.

fuisse. Et melius hic dixit Caesar, *ad summum*, quam, *ad infimum*. Nam *fastigii* vox proprie summum notat: sed hic summum dicitur de scrobe, ut altum mare et coelum vocatur. VOSS. *Ad infimum*) Sic plures libri, quos probat *Just. Lipsius* Poliorc. l. 2. Dial. 2. p. 518. Et merito quidem; hos enim cippos *ex similitudine florum lilia appellabant*, ut paullo post testatur *Caesar*; at liliis imum est angustius, summa vero magis patent. *Jos. Scaliger*, hoc, ut opinor, in animum non revocans, edidit, *ad summum*. Longe autem abest, ut *Vossio* accedam, qui *summum* idem ac *infimum* denotare contendit: nec enim valet *ima summis mutare*. DAVIS. *Ad infimum*) Sic MSS. plerique et Editt. Vett. Scaliger edidit (*ad summum*,) Graecus item, *εἰς ἄνω*. Utra Lectio verior, non convenit inter Viros eruditos: neque ex orationis serie quidquam certi elici potest; cum non satis liqueat, quo respectu dictum sit, ad similitudinem *Lilii* accedere istas scrobes. CLARK. *Ad summum* habent pleraeque Edd. jam ante Scaligerum, iisque suffragatur Codex Oxoniensis et Cujacii. Verum MSS. reliqui et Edd. primae cum R. Steph. exhibent, *ad infimum*. Mutasse videntur illi, qui *fastigium* crediderunt nihil notare, nisi summam *altitudinem*, cum et *profunditatem* significet. Quid clarius Virgilii loco, Georg. 2, 288. jam in Lexicis ubivis obvio: *Forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras?* Lucan. 4, 296. *puteusque cavati Montis ad inrigui premitur fastigia campi.* Similiter Appulejo dicitur, *profundo maris udo resedit vertice*, Met. l. 4. p. 85. Alia dedi insuper in Misc. Observ. Vol. 5. T. 1. p. 65. *Ad imum* conjicit etiam Ciacconius, nulli bono.

*Feminis*] Sic recte edunt viri docti. Male *Viminis* Leid. pr. *femoris* Cod. Latinii Viterbiensis, teste Ursino, et Leid. sec. *semis* Dorv. et *semissis* Edd. Rom. Med. Ven. Vide Gland. et Achill. Stat. ad Tibull. 1, 9, 26. quosque ibi laudat Broukhusius: atque ita saepissime Appulejus.

*Singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur*] Hoc est, inquit *Lipsius*, e tribus illis pedibus, quae erat scrobis altitudo, tertius ab imo terra aggesta et stipata exculcabatur. Caeterum, cum vox (*pedes*) hiulcam isto modo orationem faciat; nullus dubito, quin ex MS. Reg. et Edit. Rom. legendum sit (—*pedes TRES terra* etc.) Ut adeo dicat Caesar, *singulos* stipites, (quorum longitudinem *hic* non demonstraverat; erant autem paulo amplius senum pedum:) *ab infimo* (scrobis) *solo*, stabiliendi causa, *pedes TRES* fuisse *terra exculcatos*. Sic enim et

8 *insidias viminibus ac virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, [a] ternos inter se pedes distabant. Id ex similitudine floris Lilium adpella-*
9 *bant. Ante haec [b] taleae pedem longae, ferreis*
424 *[c] hamis [d] infixis, totae in terram [e] infodiebantur; mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur, quos [f] Stimulos nominabant.*

1 **LXXIV. His [g] rebus perfectis, regiones secu-**

VARIAE LECTIONES.

a *trinos* L. tert. Ed. Inc. male. b MSS. quidd. *taliae*. Egm. *et aliae*. V. ad 5, 12. dein *pedes* Lov. Edd. R. M. V. Vasc. *pedum* Duk. c deest Ox. *amis* Sc. d Sic Cuj. Sc. Ox. And. reliqui cum Edd. pp. *infixae*, male, si quid video. e *fod.* Edd. R. M. V. *effod.* L. pr. Scal. dein *que* abest a L. pr. sec. Scal. Lov. f *Timulos* B. pr. *famulos* Lov. sed v. Lips. l. cit. et c. 82. g deest Edd. R. M. V.

Graecus: *πρὸς τὸ γήπεδον ΤΡΕΙΣ πόδας ἐπεχώννυε.* Clark. *Pedes tres* exhibent quoque Scalig. Oxon. Leid. prim. et secundus, ac Petavianus cum Edd. Vascos. Strad. Steph. et Gryph. poster. Nihilominus pessime, si quid video. *Scrobes* illi tantum alti erant *tres pedes*, et *stipites* eminebant modo *IV digitis*: qui ergo potuerint esse *senum pedum*, vel *tres pedes* terra exculcari? Illud *tres* natum est e voce *terra*, quam ideo non habet Leidens. prim. et sec. In Petav. est, *terrae tres*. in Duker. *in terra*. in Scal. quoque et Leid. pr. est, *singuli et*. Puta, *pedes* esse nominativum. *Singuli pedes exculcabantur terra*, id est, in quaque scrobe unus pes vel spatium unius pedis inplebatur, et firmissime stipabatur terra, quo stabilis staret stipes, uti optime contra Hotomannum, delere volentem, *pedes terra*, explicuit fere Lipsius: quamquam, si abesset vox *pedes*, non desiderarem.

*Virgultis integebatur*] Metaph. *φρυγάνοις ἐκαλύπτετο.* Recte; atque ita MSS. Cujac. And. Scalig. Oxon. et Leid. prim. *tegebatur* quoque Bong. prim. et Petav. *frondibus, quas fossis superjecerat*, in simili re Frontin. 1, 5, 11. Infra c. 79. *fossam cratibus integunt*. B. Civ. 1, 25. *has terra atque aggere integebat*, ut est in MSS. c. 54. *corpus navium viminibus contextum coriis integebatur*. B. Civ. 2, 15. *crates luto integuntur*. *Stramenta* et *virgulta* junguntur 8, 15. Nihilominus *Vinculis* dant Bong. et Pet. immo reliqui MSS. omnes et Edd. Vett. *vinculis*, vel, *vinclis inpediebatur*. Forsan scripserat Caesar, *Virgulis*, id est, parvis *virgis*, sive *Virculis*, hinc *vinculis*. Nihil enim crebrius est commutatione τῦ *g* et *c*. Praesertim cum Vett. Romani *c* pro *g* adhibuerint, ut in *pucnando* et similibus innumeris vocabulis; quod jam tironibus notum. Appulej. l. 2. Metam. p. 22. Ed. Pric. *Muscis et herbis et foliis et virgulis et sicubi pampinis*. ubi Ed. Bas. pr. et MSS. Oxon. et

tus, [a] quam potuit, aequissimas pro loci natura, XIV [b] milia passuum complexus, [c] pares ejusdem generis munitiones, diversas ab his, contra exteriorem hostem [d] perfecit, ut, ne magna quidem multitudine, si ita [e] accidat, ejus discessu, munitionum praesidia circumfundi possent: [f] neu cum periculo ex castris egredi cogantur, dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes convectum jubet.

VARIAE LECTIONES.

a Absunt Lov. b *pedes compl.* L. pr. c *pari* B. pr. V. pr. Pet. Lov. Egm. et 6 alii cum Ed. Inc. forsan pro *paris* accus. *munitione* V. sec. d *praef.* Ed. Elz. e *acciderit* Carr. V. sec. *accideret* Lov. G. V. tert. Duk. Dorv. Edd. pp. aliaeque. *accidisset* Pet. *per ej. discessum* Duk. V. sec. f MSS. fere o. et Edd. pp. *aut.* Male junxerunt praecedentibus. vulgo *cogerentur.* dein *omn. hab.* Ox. L. pr. Urs.

Dorvillii mei, *Virgultis.* Non spernenda interim temere videtur quoque lectio Cod. Carrar. *Junculis*, quod et in Pulmanni Schedis invenio, dimin. a *Juncis.* de quo videndum. Quum autem *vinculis* erat repositum, convenientius crediderunt librarii, *inpediebatur*: quod male praeferebat Sambucus. Rectius tum legeres, *virgultis inaequabatur*; ut B. Civ. 1, 27. *Haec levibus cratibus terraque inaequat.* Ceterum iidem, quos nominavi, Codices *ducti* ostendunt. Reliqui cum Edd. primis, *vincti*, vel, *juncti*, ex superiore loco: *quini erant ordines conjuncti inter se*; sed quomodo tum *distabant* scrobium ordines? quare omnino vulgata praeplacet.

*Ex similitudine floris Lilium appellabant*] Acute, sed quod non facile quisquam intelligat. Fovea ipsa paullatim ad imum angustior, cujus medio insertum lignum paullum exstabat, ut e lilii medio exstant quoque. Videmus hic magnam similitudinem, ut non potuerit commodius nomen imponi. VOSSIUS.





*Cogerentur*] Postulare videtur temporum ratio, ut, ex MSS. Eliens. et Vossii, aut hic scribamus, *cogantur*; aut jam infra pro *jubet* reponamus *jussit.* CLARK. *Cogerentur* in nullo est MSto Codice, sed omnes, quod sciam, exhibent, *cogatur*, praeter Leid. sec. in quo, *cogantur.* Quia vero in MSS. etiam est, *aut*, scribendum conjicio, *At ne cum p. ex castris eg. cogantur*, vel, *cogatur*, ut ad ipsum referatur Caesarem. Sed prius malo.

*Frumentandi rationem*] Sic cum Ursino et Faërno ex eorum MSS. reposuit Scaliger, cum vulgo legeretur, *frumenti rationem.* Quomodo Cuj. et Petaviani excerpta fallunt, habere vi-

1 LXXV. Dum haec [a] ad Alesiam geruntur, Galli, concilio principum indicto, non [b] omnes, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetorix, convocandos statuunt, sed certum numerum cuique [c] civitati imperandum; ne, [d] tanta multitudine con-
425 fusa, nec [e] moderari, nec discernere suos, nec fru-
2 mentandi rationem habere possent. Imperant Ae-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Scal. Ox. And. Reliquis et Edd. pp. *apud*. b Sic Cuj. Pet. Sc. Ox. And. Carr. D. a m. pr. reliqui cum Edd. pp. *omnes hos*. c Sic Cuj. Sc. Ox. And. L. pr. *ex civitate* MSS. ceteri et Edd. pp. *ex civitatibus* Duk. a m. pr. d *tantam multitutinem confusam* Pet. e *emoderari* Voss. pr. sec. Egm. ut apud Ovid.

dentur; omnino bene. *Frumentandi* confirmatur tamen MSS. And. et Oxon. Reliqui cum Edd. primis, item Vascos. Steph. aliisque, *frumentationem* habent, facile corruptela ex, *frumenti rat*. Vide ad c. 71. Immo 8, 34. *frumenti rationem habendam*.

*Ambivaretis*] Ita Scaliger edidit. in v. c. est, *Ambularetis*. alius habet, *Ambinaretis*, quod corruptum ex *Ambivaretis* non dubito. Alii legunt, *Ambuaretis*, eosque prope Pyrenaeos montes collocant. Sane magis id ex Caesaris mente videtur, qui hoc loco populos minus dissitos plerumque conjungit. Certe ego non arbitror Caesarem *Ambivaretis* scripsisse, quia illi in extremo Galliae, hic gentes Aeduis propinquiores pleraeque memorantur. Fulvius legebat, *Ambarri*, quod nescio an probare ausim, quia puto, sub verbis illis, *eorumque clientibus*, comprehendi Ambarros. Nam Segusianos et Aulercos caeterasque nationes, quae hic recensentur, fuisse in clientela Aeduorum, nullus veterum, quod sciam, prodidit. Et male, reor, Graecus transfert: τοῖς Ἐδυεῦσι, καὶ τοῖς ἐκείνων συμμάχοις, τοῖς τε Σεκυσιανοῖς, etc. VOSS. MSS. mei omnes, quod sciam, constanter, *Ambluaretis*, cum Edd. primis. Vet. Cod. quem Vossius nominat, est Scalig. *Ambivaritis* in schedis Pulm. *Ambarris* etiam Glarean. et Ciaccon. *Amberris* Al.

*Aulercis Brannovicibus, Brannoviis*] Non alibi facta est *Aulercorum Brannovicum* mentio. Omnes Codd. interpungunt: *Aulercis, Brannovicibus, Brannoviis*; etiam Graecus, τοῖς Αὐλέρκοις, τοῖς τε Βραννοούιξι, καὶ τοῖς Βραννοούοις, adeo ut, si illos sequamur, tres sint populi. Sed in re tam obscura nihil potest ῥητῶς adfirmari; verum tamen libris adhaerere, multo satius, ne nova corruptione *Caesarem* maculemus; quam etiam ob caussam nolim cum *Jos. Scaligero* et *P. Ciacconio* ultimam vocem expungere. Fateor equidem, *Brannovios* alibi non memorari, sed nec *Brannovices*; hoc tamen non impedit, quominus tales revera fuerint populi. DAVIS. *Blannovicibus* Bong. pr. dein *Blannoviis*, vel *Blamnoviis*, MSS. 10. melio-

duis, [a] atque eorum clientibus, Segusianis, Ambivaretis, Aulercis Brannovicibus, Brannoviis millia xxxv; parem numerum Arvernis, adjunctis [b] Eleutheris Cadurcis, Gabalis, Velaunis, qui sub imperio Arvernorum esse [c] consuerunt; [d] Senoni- 3
bus, Sequanis, Biturigibus, Santonis, Rutenis, 426
Carnutibus [e] duodena millia; Bellovacis x; totidem

VARIAE LECTIONES.

a *et* L. pr. b *Eleutetis* MSS. plerique. *Helvetetis et* L. pr. Male *Heleuteris*, *Cadurcis* Edd. qdd. *clonocis Cadurcis* Ed. Inc. Mox *Gaballis* MSS. quid. et Edd. ut alibi. c vulgo *consueverunt*. d *seq. sen.* MSS. plerique. *Senonis* Dorv. Mox vulgo *Xantonibus*. e Sic MSS. plerique, non *XII.* quod male defendit Davis. *XXII* Ald.

res et Urs. *Blantionis* Gott. Voss. tert. Leid. tert. et Ed. Inc.

*Millia* xxxv] Ut partes hae cum toto (infra, c. 76.) consentiant, ex *H. Glareano*, (cujus Annotationes ad hunc locum dignissimae sunt inspectu;) quae sequuntur, notanda sunt. (Maxima enim difficultas ex eo oritur, quinam numeri in hoc computo scribendi sint distributivi.) Legendum est hic, *triginta quinque*, non, *tricena quina*. *XII millia*) Legendum (non *duodecim*, sed) *duodena* millia: ut ex *sex populis* sint *septuaginta duo* millia. *Octona*) Ut scilicet ex *quatuor* populis sint *triginta duo* millia. *Eleutheris Suessionibus*) Interpungendum et legendum ex MSS. (in quibus corrupte *Helvetiis* scriptum est,) — *Helviis*: *Suessionibus*, etc. Ut *Helvii* scilicet sint, quatuor praecedentium postremus; *Suessiones*, septem sequentium populorum primus. Quomodo et Graecus recte distinxit. *Quina*) Ut scilicet ex *septem* populis, (quorum primus, uti dictum est, numerandi sunt *Suessiones*;) sint *triginta quinque* millia. *Totidem*) Scilicet *quinque millia*. *IV millia*) *Quatuor* millia. *Terna*) Ex *tribus* scilicet populis, *novem millia*. *XXX*) Legendum ex MSS. quibusdam, *bina*. Graecus item, δισχιλίυς. Ex *duabus* scilicet exiguis civitatibus, *quatuor* millia. Porro, numerum istum (*XXX*) refert Graecus Interpres ad sequentes civitates *Armoricas*, τριάκοντα (inquit) ὅσας. *Sena*) Legendum, *sex*. Ex universis civitatibus *Armoricis*, parvis, sed numero tam multis, non *sena* scilicet *millia*, (quae ingens esset futura multitudo,) sed *sex*. Ex quibus omnibus denique deductis *octo* millibus, quoniam *Bellovaci* pro *decem* miserunt *duo* solummodo, restat summa hominum CCXLIX millium. Quorum erant *octo* millia, equitum; peditum, ut infra ait Caesar, *circiter* CCXL millia. CLARK.

*Velaunis, qui sub imperio Arvernorum esse consueverunt*] vv. cc. constanter *Velaviis* habent. Et sic Strabo Geogr. l. 4. Οὐελλάϊοι δὲ μετὰ τύτυς, οἱ προσωρίζοντο ποτὲ Ἀρυερνοῖς, νῦν δὲ τάττονται καθ᾽ ἑαυτύς. Scaliger

Lemovicibus; octona Pictonibus, et [a] Turonis, et Parisiis, et Helviis. Suessonibus, Ambianis, Mediomatricis, [b] Petrocoriis, Nerviis, Morinis, Nitiobrigibus quina [c] milia; Aulercis Cenomanis tot-
427 idem; Atrebatibus IV; [d] Bellocassis, [e] Lexoviis,
4 Aulercis Eburonibus [f] terna; Rauracis, et Bojis

VARIAE LECTIONES.

a *Turonibus* Cuj. Sc. L. pr. sec. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. Mox vulgo *Eleutheris Suession.* b *Petragoriis* L. pr. et *Nitiobrogibus* plerique Codd. c deest Cuj. Sc. d vulgo *IV millia.* e *Lixoviis* MSS. multi et *Lexobiis.* dein *et Aul. Eb.* MSS. plerique et Edd. pp. f *trina*, *tria* nonnulli MSS. et Edd.

tamen maluit, *Velauni*; credo, quia sic in Ptolemaeo legitur. Et esse codices Caesaris, in quibus ita legatur, non dubito. Certe Graecus habet, Βελαυνίοις. Plinius 4, 19. gentem eam *Vellates* vocat. VOSS. *Vellauniis* Scalig. Cujac. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. *Vallaniis* Gott. *Vellanis* Ed. Inc. *Vellaviis*, vel *Vellavis*, ceteri et Edd. primae, nisi quod nil notatum inveni ex Oxon. et Andino. *Velavis* Casaubonus in MS. Cod. invenit. Vide ad Strab. d. loc. p. 290. Ed. Amst. *Consuerunt* dedi de more, MSS. tantum non omnium auctoritate, pro *consueverunt*. Petav. *noscebantur*.

*Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Xantonibus, Ruthenis, Carnutibus* XII *millia*] *Hadr. Valesius* not. Gall. p. 513. non solum legit, XXII *millia*, sed et putat, singulas has gentes, ut erant frequentes ac validae, hunc numerum contulisse, nec ob aliam causam a *Caesare* simul esse commemoratas. Dein, ut ejus conjecturae summa conveniat, c. 76. reponit, CCCLVIII *millia*. Ei sane non assentior; cum enim eundem loquendi modum de omnibus adhibeat *Caesar*, non est, cur singulae harum civitatum XXII millia contulisse videantur, dum reliquae numerum imperatum conjunctim effecerint. Nec obstat, quod hae gentes in primis essent firmae; pro viribus enim civitatum milites non erant imperati: nam si hanc rationem sequerentur principes, vix est ut arbitremur, eos ex Rauracis et Bojis XXX millia, tota vero Armorica VI tantum, fuisse coacturos. DAVIS.

*Xantonibus*] Sic inepte satis edunt vulgo, cum debeat scribi per *S*. Praeterea MSS. Ciaccon. Bong. Vossiani, Leidenses, Scalig. Petav. Egmund. Gottorp. Lovan. Dorvill. cum Ed. Incerta dant, *Santonis*, et ita alibi Caesar. Vide ad 1, 11. *In Santonos Helvetii pervenirent*. Quare id reposui.

*Eleutheris Suessionibus*] Nescio, cujus audacia hic *Eleutheri* supra memorati irrepserint. Stephanus ita impressit, sed quo autore? Multo minus scio, quid sint *Eleutheri Suessiones*. Nusquam sane ita appellatos Suessiones invenio. Veteres codd. habent, *Helviciis*, multo melius. Non quod hanc probam lectionem putem, sed altera minus

xxx; universis civitatibus, quae Oceanum [a] adtingunt, quaeque [b] eorum consuetudine Armoricae adpellantur, (quo sunt in numero [c] Curiosolites, Rhedones, [d] Ambibari, Caletes, Osismii, Lemovices, Veneti, Unelli,) VI. Ex his Bellovaci suum numerum non contulerunt; quod se suo nomine,

### VARIAE LECTIONES.

a *contingunt* Pet. b *earum* D. c *Corios.* MSS. plerique. d *Ambibarii* plurimi Codd. et Edd. *Ambarii* L. pr. Scal. Non agnoscit eos Ed. Clarkii. *Ambarri* 1, 11. *Ambialites* mavult Glareanus et Vasc. M. dein vulgo *Cadetes* et *sena.*

corruptam. Lego confidenter, *Helviis:* nam et supra, quo loco Helviorum mentio a Caesare facta, corrupte in veteri codice erat, *Helviciis.* Tu itaque hoc modo distingue haec verba: *Octona Pictonibus, et Turonis, et Parisiis, et Helviis. Suessionibus, Ambianis,* etc. VOSS. Reposui, *Helviis. Suessionibus.* MSS. omnes, *Helvetiis*, vel *Elvetiis* (ut supra saepius *Helvii*, unde alii volunt, *Elui*, corrupte in MSS. vocantur) *Senonibus*, et ita Edd. primae. Sed cum *Senonas* supra habuerimus, recte Vascosanus *Suessionibus*, edidit; propius ad MSS. *Suessonibus* ut alibi nostro et aliis. V. tamen etiam ad 8, 6. *Heleutheris* e Codice Stephanico et aliis (ipse R. Steph. *Helvetiis* edidit) conjecit Hotomannus: unde *Eleutheris* adripuit Scaliger, quomodo multi Galli populi cognominantur, id est, *liberi, inmunes.* Tales non fuere *Suessones.* Quid plura? *Helviis* clare comparet in Pulmanni schedis. *bissena milia* Leid. sec. et nonnulli ab Hotomanno visi. *bisdena* Samb. MS.

IV *millia; Bellocassis*] In MSS. omnibus, si forsan Oxon. excipias, non comparet vox, *millia,* uti nec in Edd. Vett. quare eam delevi, utpote satis intellectam e superioribus. Vide et 1, 29. dein MSS. multi *Belliocassis*, vel *Bajocassis. Veliocassis* Vascos. et Str. margo. *Velocasses* 2, 4. Oros. 6, 11. quomodo hic etiam reponit Ciacconius, ut puto, bene. *Vellocasses* 8, 7. ubi MSS. plerique *Velliocasses* quoque. Dicti ergo forent, *Vellocasses* et *Vellocassi*, ut *Santones* et *Santoni*, *Caletes Caleti*, aliique multi, de quibus alibi. Perperam etiam vulgo distinguuntur, *Aulerci, Eburones:* cum idem sit populus: ut docuit jam Ciacconius, qui *Eburonicibus* mavult e 3, 17. sed ibi rectius vulgo et MSS. *Aulerci Eburovices.* atque ita hoc loco legendum esse, jam docuit Valesius in Notitia Galliae p. 66. Adi etiam Harduini Comm. ad Plin. 4, 18. Scripti tamen mordicus *Eburonibus* retinent. Abest autem *Aulercis* a Cuj. et Leid. pr. In Sambuci Cod. pro eo legitur *duo.* Vide notam sequentem.

*Bojis* XXX] *Bina* exhibent Vascos. Strad. et Ed. Gryph. posterior: immo R. Stephanus cum Interprete Graeco facit, edens, *bina: XXX universis civ.* Quo modo malim ego quoque, si MSti Codices addicerent, cum Hoto-

atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos [a] dicerent, neque cujusquam imperio obtemperaturos: rogati tamen [b] ab Commio, pro ejus hospitio [c] bina milia miserunt.

1 LXXVI. Hujus opera Commii, ita ut [d] antea
428 demonstravimus, fideli atque utili, superioribus annis erat usus in Britannia Caesar: quibus ille pro meri-

VARIAE LECTIONES.

a *esse* d. L. pr. *dicebant* Carr. et 10 mei cum Edd. pp. b Sic rursus MSS. meliores, non *a Comio*. c ita bene Hotom. e MS. *una*; uti et in B. pr. Petav. in MSS. decem *XXI* vel *XXI una*. in Edd. R. M. V. *viginti duo* inepte. vulgo *IIm*. vel *duo m*. d deest L. pr. *ante* Edd. pp. aliaeque. dein vulgo *pro quibus mer.*

manno. *Bojorum* enim civitas erat *exigua atque infirma*, ut ait autor c. 17. scilicet post communem Helvetiorum cladem; quippe ante eam contulerant ad bellum capita *Rauraci XXIII*, *Boji XXXII*, ut scribit Caesar 1, 29. Huc facit, quod supra pro *Aulercis* in quibusdam Codicibus exaretur *duo*: quod videtur locum alienum occupasse. Quos MStos nominet Clarkius, qui *bina* habeant, nescio: ut tamen numerus conveniat, *bina* etiam, ut dixi, malo.

*Cadetes*] Supra 2, 4. et apud Hirtium 8, 7. *Caleti* vocantur in MSS. uti et apud Orosium 6, 11. ac Plinium. vide loco indicato l. 2. et hic quoque Ciaccon. Recte igitur hoc loco *Caletes* MS. Ortel. *Caletos* Voss. tert. *Caleti* ergo et *Caletes* dicti, non, *Cadetes*. *Caletae* Glandorpio. In Vascos. Marg. *Nannetes*. De *Osismiis*, qui varie in MSS. corrumpuntur, vide ad 3, 9.

*Lemovices*] Hanc vocem delent *Pet. Ciacconius* et *Jos. Scaliger*, quia *Caesar* Lemovicum supra meminerit. Nihilominus, cum omnes MSS. et Graecus interpres retineant, inducendam non censuerim: ut enim tres erant Aulerci, ita duo poterant esse Lemovices, quorum hi in Armorica fuere siti, alii non item. DAVIS. Ex Valesii notitia Galliae, quem omnino consule p. 269. De *Armoricis* vide etiam 5, 53. *Duablintes*, vel *Diablintres*, reponunt alii ex 3, 9.

*Veneti*, *Unelli*] Primus ita, quod sciam, edidit Scaliger: cum antea legerentur tantum, *Unelli*: sed Ursinus ait, scribendum, *Venelli*, pro quo V. C. habet *Veneti*. Hinc sine dubio *Venetos* addidit Scaliger, vel potius e suo Codice, in quo est, *Veneti Lemovices Unelli*. Reliquis Codd. absunt. *Et Unelli* Edd. Rom. Med. Ven. 2, 34. *Ad Venetos*, *Unellos*, *Osismios*, *Curiosolitas* etc. Vide et ad 3, 7. Notissima autem *Unellorum* gens, quos cur mutare voluerit Ursinus, nescio. Ceterum *sex*, sive *VI*, ut placebat Clarkio, reposui, auctoritate Leid.

meritis civitatem ejus inmunem esse jusserat; jura
[a] legesque reddiderat; [b] atque ipsi Morinos adtri-
buerat. Tanta tamen universae Galliae [c] consensio 2
fuit libertatis vindicandae, et pristinae belli laudis
[d] recuperandae, ut neque beneficiis neque amici-
tiae memoria moverentur; [e] omnesque et animo,
et opibus in id bellum incumberent; coactis equi-
tum VIII milibus, et peditum circiter CCXL. Haec 3

VARIAE LECTIONES.

a *leges r.* Carr. D. b *quae ipse Morinis* Pet. Egm. B. pr. sed *ipsis* Egm. *quae* etiam V. pr. sec. *Morinis* V. sec. *ipsique M.* Lov. et 6. alii cum Edd. pp. *Morinorum* G. dein MSS. plurimi *tamen t.* et Edd. pp. V. ad 5, 35. c abest, ut et *belli* L. pr. d *rec. causa* L. pr. inter versus. e *omnes et* Ox. *animus* L. sec. *in op.* G. V. tert. dein *in hoc bello* Egm. *huic bello* Pet.

sec. Lovan. Duk. et Dorv. A reliquis MSS. et Edd. primis exsulat numerus, qui excidit per voces, *Unelli Ex.* *Sena* Aldi, Gryph. et seqq. fere.

*Contulerunt*] MSS. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. *compleverunt.* MS. Reg. *impleverunt.* CLARK. Soli Cujac. Scal. Oxon. et Andin. habent, *contulerunt.* ἔπεμψαν Gr. reliqui MSS. mei omnes, ut et aliorum, cum Edd. pp. *compleverunt.* uti saepe in rationibus summarum adhibetur hoc verbum. Vulgatum tamen hoc loco praeplacet. Non enim antea jam numerus aliquis eorum, qui inperabantur, aderat, ut B. Civ. 1, 25. *legiones ex novis dilectibus confecerat, atque in itinere compleverat.* et *explere* 3, 4.

*Ita ut*] *Ita* deest in MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Rom. CLARK. Abest ab MSS. omnibus praeter Cujac. Scalig. Leid. pr. Oxon. et Andinum, item ab Edd. primis et Vascos. Steph. aliisque. Sed vide tamen ad 2, 19. *Ita ut intra silvas aciem constituerat.* Ubi male Davisius ejecit τὸ *ita.*

*Pro quibus meritis*] Iidem Codices habent, (*quibus* ille *pro meritis.*) CLARK. Id multo suavius sane est. quare auctoritate omnium Codicum, praeter quos modo nominavi, et Edd. primarum, suffragante etiam Cl. Wasseo, id reposui.

*Coactis equitum* VIII *millibus, et peditum* CCXL] Sic *Jul. Celsus* p. 154. sic et omnes Codd. nisi quod antiquitus impressi habeant, *coactis equitum* VII *millibus;* at totus Gallorum numerus, si et eorum rationem habeas, qui cum Vercingetorige erant ad Alesiam, CCXXXII millia conficit, adeo ut vel ultra numerum imperatum miserint nonnullae civitates, vel in notas numerales irrepserit vitium. DAVIS. *VII* etiam Dorv. *VI* Duker. *XIII* Oxon. Dein *peditum CCL* Leid. pr. Scalig. et Oxon. cum Orosio 6, 11. *CCLX*

in Aeduorum finibus recensebantur; numerusque inibatur: praefecti constituebantur: Commio Atrebati, Viridomaro, et Eporedorigi Aeduis, [a] Vergasillauno Arverno, consobrino Vercingetorigis,
4 summa imperii transditur. His [b] delecti ex civitatibus [c] adtribuuntur, quorum consilio bellum ad-
5 ministraretur. Omnes alacres, et [d] fiduciae pleni
6 ad Alesiam proficiscuntur. [e] Neque erat omnium quisquam, qui adspectum [f] modo tantae multitudinis [g] sustineri posse arbitraretur, praesertim ancipiti proelio; quum ex oppido eruptione pugnaretur, [h] foris tantae copiae equitatus peditatusque cernerentur.

1 LXXVII. At ii, qui Alesiae [i] obsidebantur, praeterita die, qua suorum auxilia exspectaverant, consumto omni frumento, inscii, quid in Aeduis

VARIAE LECTIONES.

a *Vercasianeuno*, *Vercassiauno* et similiter MSS. multi et Edd. Vett. et Celsus. Sed Gr. *Βεργασιλαύνῳ*, et sic Cuj. L. pr. Scal. Ox. And. c. 83. 85. 88. MSS. fere o. et Edd. pp. *Vercasivellaunus*, et L. pr. *Cassivellaunus*. At in nummo etiam *Vergas*. b *dil.* B. pr. a m. pr. c *traduntur* L. pr. Ed. Inc. *trib.* Ed. Elz. d *fiducia* Ox. L. pr. tert. Sc. Ed. Inc. et Gryph. pr. e *nec* MSS. et Edd. qdd. f deest L. pr. g *sustinere* Ox. Lov. V. pr. Egm. et 4. alii cum Ed. Inc. male. *qui* enim ad Gallos pertinet. h delevi copulam fide MSS. o. praeter unum et alterum recentissimum, cum R. Steph. i *obsed.* V. pr. dein *aux. s.* MSS. plurimi et *suar. fort.*

Samb. Cod. *CCXLI* legit perperam Hotomannus. Tum enim abundat *circiter*. Recte vero Davisius in curis secundis voluit, suam notam deleri, quia scilicet didicerat, e Glareani, quem consule, et Clarkii computatione numerum bene convenire.

*Constituebantur: Comio* etc.] Ita etiam Graecus et Celsus. Verum Andin. Leid. pr. Cujac. et Scalig. haec ita concipiunt: *pr. constituebantur Commius Atrebas, Viridomarus et Eporedorix Aedui. Vergasilauno* etc. At perperam. Confer c. 79. et c. 83. *Vergasilaunum, unum ex IV ducibus*.

*Praesertim ancipiti proelio*] *Anceps proelium* hic denotat pugnam a tergo et a fronte instantem. Noster B. C. 3, 72. *Non illi*

gereretur, [a] concilio coacto, de exitu fortunarum suarum consultabant. [b] Apud quos variis di- 2
ctis sententiis, [c] quarum pars deditionem, pars, 429
dum vires subpeterent, eruptionem [d] censebant, non praetereunda videtur oratio Critognati, propter ejus singularem ac nefariam crudelitatem. Hic 3
summo in Arvernis [e] ortus loco, et magnae habitus auctoritatis, *Nihil*, inquit, *de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem deditionis nomine adpellant; neque hos habendos civium loco, neque ad* [f] *concilium adhibendos censeo. Cum* 4
*iis mihi res sit, qui eruptionem probant: quorum in consilio, omnium* [g] *vestrum consensu, pristinae residere virtutis memoria videtur. Animi est ista* 5
*mollitia, non* [h] *virtus, inopiam paullisper ferre non posse. Qui se ultro morti obferant, facilius* [i] *repe-*

VARIAE LECTIONES.

a *concilii* V. pr. sec. *consilio* B. pr. D. Vasc. sine *coacto* a m. pr. *coactu* a m. sec. *coacti* V. pr. a m. sec. b vulgo *ac v.* c *quorum* Ox. D. inter versus ponitur haec vox in L. pr. d MSS. 11. et et Edd. Vasc. Steph. aliaeque *censebat*. Sed adi 2, 23. Iidem MSS. et Edd. pp. *or. Cr. vid.* item *et nef.* e vulgo *natus*. f *cons.* MSS. 5. et Edd. pleraeque male. g *nostrum* D. V. sec. Edd. R. M. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *nostrorum* Ed. Ven. [illegible] Vasc. Str. Steph. et Gryph. post. Edd. deest *consensu*. h *virtutis* L. pr. *paull. in.* MSS. plerique. i *reperiantur* Lov. V. pr. et 7 recentiores cum Edd. pp.

— *ancipitem terrorem intra extraque munitiones — causae fuisse cogitabant.* Curtius 3, 7, 9. *Ubi circumiri, ubi ancipiti acie premi possent.* Vide et *Corn. Nepotem* Datam. 7, 3. DAVIS.

*Ac variis dictis sent.*] Leid. sec. *et*, sed Andin. Oxon. Cujac. Leid. prim. et Vossian. tert. *Apud quos variis d. sent.* quod recipere non dubitavi. *dicere sententiam, caussam, apud senatores, judices* etc. creberrimo in usu est.

*Natus loco*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *ortus*. CLARK. *Ortus* exaratur quoque in Bongars. pr. Vossianis, Andino, Oxon. Petav. Leid. pr. Lovan. Egmund. Gottorp. Carrar. Steph. et Duker. *cetus* Leid. tert. et Ed. Inc. corrupte pro *ortus*, quod MStorum consensus restituere me jussit. Id plus notat, quam *natus*. Celsus, in quo male *Tritogn.* editur,

6 *riuntur, quam qui dolorem patienter ferant.* [a] *Atque ego hanc sententiam probarem; nam apud me* [b] *tantum dignitas potest; si nullam, praeterquam*
7 *vitae nostrae, jacturam* [c] *fieri viderem: sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam*
8 *ad nostrum* [d] *auxilium concitavimus. Quid, homi-*
430 *num milibus* [e] LXXX *uno loco interfectis,* [f] *propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis, si paene in ipsis cadaveribus proelio decertare*

VARIAE LECTIONES.

a *atqui* Samb. Dorv. Edd. R. V. M. *at quin* V. sec. b vulgo *multum*. c deest L. pr. d *concil.* Ox. *consil.* B. pr. e *LXXXX* B. pr. V. sec. *nonaginta* Egm. f *quid pr.* L. pr. Scal. *nostris* carent Edd. Amst. Lugd. et Dav. contra MSS. et Edd.

*origo illi Arverna, clarum genus.* Passim *ortus ea familia, claris patribus, loco summo, obscuro, humili.* Quod e MSS. restituendum Nep. Datam. c. 2. *Thyus, dynastes Paphl. antiquo genere, ortus a Pylaemene.* vulgo, *natus.*

*Neque ad concilium*] Sic restituimus. In vulgatis erat, *consilium*. Male: concionem enim significat, et recte Graecus utrobique habet ἐκκλησίαν. DAVIS.

*Mollities*] Sic quidem exaratur in Carr. Duker. Dorv. Leid. sec. forsan et in Cujac. ac Scal. ut apud Terent. Eun. 2, 1, 16. Supra c. 20. *propter animi mollitiem.* ubi Edd. quaedam, *mollitiam.* Hic vero *molestia* exstat in MSS. octo et Bong. a m. pr. qui a manu emendatrice jam habet, *mollitia.* Et ita in vetustissimis remanet libris, Andino, Petav. Oxoniensi ac Leid. primo, et Edd. Rom. Mediol. Ven. Confer Cl. Duker. ad Flor. 4, 2, 24. *pro mollitie nominis.* ubi etiam tres Vossiani dant, *mollitia.* Cic. de finib. 1, 10. *Officia deserunt mollitia animi.* Sic et *planitia* B. Civ. 1, 43.

*Nam apud me multum*] Iidem MSS. et Edd. Vett. (Tantum *apud me dignitas.*) Graecus item, τοσοῦτον. CLARK. Maxima MStorum turba *Tantum* exhibent sine *nam.* Cum vulgatis faciunt And. et Oxon. Sed Cujac. Scalig. et Leid. prim. *nam a. me tantum d. potest.* Sine dubio vere. Ex hac enim lectione alii *nam* ejecerunt, alii *multum*, pro *tantum*, finxerunt. Gr. τοσοῦτον γάρ. 5, 54. *Tantum apud barbaros valuit.* Ita quoque *Tam* ponitur. V. ad B. Civ. 1, 47. Nec enim hic, credo, usu venire potest locutio ista, *tantum non*, id est, fere, propemodum. de qua adi Clar. Drak. ad Liv. 4, 2. et Indicem Flori, ac soceri notas ad Valer. Maxim. 1, 8, 10. *Tantum non ore ipsius Apollinis.* et 3, 2, 4. Ext.

*Concitavimus*] Petavianus Cod. *concivimus.* Proprie sane

[a] *cogentur? Nolite hos vestro auxilio exspoliare,* 9
*qui vestrae salutis caussa suum periculum* [b] *negle-*
*xerint, nec stultitia ac temeritate vestra, aut inbe-*
*cillitate animi omnem Galliam prosternere,* [c] *et per-*
*petuae servituti addicere. An, quod ad diem non* 10
[d] *venerunt, de eorum fide constantiaque dubitatis?*
*Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitio-*
*nibus animine caussa quotidie exerceri putatis? Si* 11
*illorum nunciis confirmari non potestis, omni* [e] *ad-*

VARIAE LECTIONES.

a *cogerentur* Carr. D. Aic. *cogantur* Pet. dein vulgo *spoliare.* b *neglexerunt* MSS. et Edd. qdd. c MSS. et Edd. qdd. *ac.* dein *subjicere* Edd. pp. et MSS. praeter Cuj. Scal. L. pr. Ox. And. d *venerint* Edd. qdd. vulgares. e *auditu* L. tert. V. sec. dein *praeserpto* B. pr. *praerepto* L. pr. Scal. *praecepto* L. tert. Ed Inc. male. V. B. Civ. 1, 27.

hac in re et eleganter. quod saepe abiit in *concitare.* Confer notata ad Frontin. 1, 11, 3. et infra ad 8, 21.

*Hominum*] Bong. pr. Voss. pr. Petav. Leid. pr. Egmund. Lovan. et quatuor alii cum Ed. Inc. *In hominum.* Ut ponatur pro, erga, propter, circa eos mortuos ita animatum, et ob caedem inflammatum esse. Certe non putem esse de nihilo istud *in.* Adi omnino ad 1, 6. *Bono animo in populo Romano esse.* Non opus tamen est τῷ *in.* Cic. pro L. Man. c. 5. *Vos, tot civium R. milibus etc. necatis, quo tandem animo esse debetis?*

*Consanguineisque*] MSS. et Editi plerique, *consanguineisque* nostris. Quae vera lectio est. Forte errore Typographico ex Editione Davisiana excidit vox, *nostris.* CLARK.

*Spoliare*] Auctoritate Bong. pr. Vossianorum, Leidensium, Scalig. Egm. Lovan. Carr. Duk. Gott. Dorv. et Edd. primarum reposui, *exspoliare*, id est, penitus spoliare. Consule Cel. Heinsium ad Ovid. Metam. 13, 562. *Exspoliatque genas oculis*] et, qui eum jam laudavit, Cl. Burm. ad Phaedr. 2, 2. *exspoliari viros.* Infra 8, 50. et Appulej. l. 2. p. 26. *caput capillo exspoliaveris.* Sic enim MSS. aliquot, non *spoliaveris.* Ceterum efficacius aliter Cujac. Oxon. et Leid. prim. *hoc vestro* (*nostro* Oxon. Voss. tert.) *aux. sp. eos.* et forsan *hoc* in *hos,* et dein *eos sp.* in *ex sp.* fuerit depravatum.

*Nec stultitia ac temeritate vestra — omnem Galliam prosternere*] Gemina est negatio pro una. *Terentius* Andr. 2, 2. vs. ult. *Neque tu haud dicas tibi non praedictum;* more Graecorum, apud quos duae particulae negativae vehementius negant. *Minucius Felix* Octav. p. 88. *Hujusmodi propudia nobis non licet nec audire.* Plura congessit Cl. *Janus*

*itu praesepto, iis* [a] *utimini testibus, adpropinquare*
431 *eorum adventum; cujus rei timore* [b] *exterriti, diem,*
12 *noctemque in opere* [c] *versantur. Quid ergo mei consilii est? Facere, quod nostri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui aetate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt, neque se hostibus transdi-*
13 *derunt. Cujus rei* [d] *si exemplum non haberemus, tamen libertatis caussa institui et posteris prodi, pul-*

VARIAE LECTIONES.

a *utamini* Carr. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *utemini* V. sec. b *pert. die nocteque* L. sec. c *versentur* Pet. d Sic MSS. non *ex. si.*

*Broukhusius* ad *Propertii* 2, 15, 5. DAVIS. De duplici hac negatione consule notas ad 5, 24. *Neque nulla omnino navis.* Hoc tamen loco commode subintelligi potest, *velitis.* uti saepe in altero membro per ellipsin contrariae significationis verbum omittitur. Vide, ut innumeros omittam, Cel. Perizon. ad Sanct. Min. 4, 8, 5. Burm. ad Phaedr. Fab. 74. et ad Vellej. 2, 128. Monendum id quoque habui ad Frontin. 2, 5, 31.

*Romanos — animine c.*] MSS. plerique et Edd. Vett. *Romanorum animos — sine causa.* sed vera est vulgata lectio, quam et Graecus bene expressit: ῇ τέρψεως σφῶν ἕνεκα etc.? CLARK. Sic etiam aliorum MSS. plerique et mei, praeter Cuj. And. et Oxon. qui servant egregie vulgatum. *animi c.* Vascos. Bong. etiam et Leidenses carent τῷ *in.* Fors scripsit Caesar, *Romanorum manus — animine caussa.* sic sane c. 84. *Romanorum manus distinentur.*

*Cujus rei*] MS. Reg. habet (*testibus* — qui hujus *rei* etc.) Quae lectio nihilominus elegans est, et a Graeco interprete videtur recepta: τοῖς γὰρ Ῥωμαίοις μάρτυσι χρῆσθε, ὅτι etc. CLARK. At interpres non interponit, ut Caesar, *adpropinquare eorum adventum:* unde lectio, *qui hujus,* omnino dubia esset, ad *quos* foret referendum, licet fatear, satis e sensu constare. Sed *cujus rei* servant MSS. mei omnes praeter Lovan. et Cod. Sambuci, Edd. Vascos. Stradae, Steph. et Gryph. post. Regio Codici suffragantes. Elegantius quid suggerit Leid. primus, qui caret τῷ *timore. Cujus rei exterriti,* sc. caussa, ergo. Male *rei* loco τοῦ *timore* omisit Carrariensis. Adi, quae collegimus ad 4, 1. et 5, 8. *Quas sui quisque commodi fecerat.*

*Quid ergo mei consilii est?*] Edd. Basil. Vasc. Str. Gryph. Ursin. Steph. Manut. distinguunt ita: *Quid ergo? Mei.* Atque ita diserte exstat in Bongars. pr.

*cherrimum* [a] *judicarem. Nam quid* [b] *illi simile bello fuit? Depopulata Gallia,* [c] *Cimbri, magna-* 14
*que inlata calamitate, finibus quidem nostris aliquando* [d] *excesserunt, atque alias terras* [e] *petierunt: jura, leges, agros,* [f] *libertatem nobis reliquerunt.*
*Romani vero quid petunt aliud, aut quid volunt,* 15
*nisi invidia adducti, quos fama nobiles, potentesque* [g] *bello cognoverunt, horum in agris civitatibusque considere, atque his aeternam injungere servitutem? neque enim* [h] *umquam alia* [i] *conditione bella gesse-*

VARIAE LECTIONES.

a *judicaremus* Pet. b Sic MSS. omnes et Edd. Vett. pleraeque, non *huic*. c Hoc ordine MSS. et Edd. Vett. V. ad 5, 49. vulgo *m. i. c. Cimbri. magna* Edd. R. V. M. *Cimbrici magna ill.* Ed. Ven. vulgo abest etiam *quidem*. d *recess.* B. pr. Ox. non male. e *petiverunt* Ox. L. pr. sec. Sc. Ed. R. Steph. f deest L. pr. *derelig.* Pet. g exsulat a Lov. V. sec. Dorv. Edd. R. V. M. h Sic Cuj. Scal. L. pr. Ox. And. *illi* Pet. Reliqui et Edd. pp. *u. ulla.* Sed Metaph. ἄλλως ὑπόποτε. i *occasione* MSS. 3. Ed. Inc.

Leid. pr. Voss. pr. Pulm. et aliis. Contra Beroald. cum Edd. primis distinguit demum post *facere?* Sed bene Ciacconius cum aliis, ut Aldo, Plant. Scalig. etc. defendit aliam interpunctionem loco Bruti l. 11. ad Cicer. Ep. 1. *Quid ergo est, inquis, tui consilii? Dandus est locus.* Immo judico, elegantius fore, si *est* hinc ejiceretur. Certe non comparet in Oxoniensi: *Quid ergo mei consilii?* In Leid. pr. *est cons.* quae sedis mutatio a Criticis semper habetur signum alicujus interpolationis.

*Depopulata Gallia*] Verbum hoc, quod *deponens* censetur, *passivam* significationem hic obtinet. Sic B. G. 1, 11. *Sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere.* *Horatius* Od. 3, 5, 24. *Arva Marte coli populata nostro.* Nec hoc mirum videatur, cum et *activa* terminatio in usu remánserit. Auctor de Bell. Hisp. c. 42. *Agros vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit.* Vide et *Virgilium* Aen. 1, 531. DAVIS. Adde Davis. ad Auct. de Bello Hisp. uti et vide ad Lucan. 2, 445. *Arva premi, quam si ferro populentur et igni.* Virgil. Aen. 4, 402. *Ingentem formicae farris acervum Cum populant.* Apud Lactant. de ira Dei c. 7. vulgo, *comportant,* sed MS. Bonon. vetustissimus, *compopulant.* idem c. 16. *terra depopulabitur.*

*Finibus nostris*] Bong. pr. Leidenses, Vossiani, Petav. Scalig. Lovan. Egmund. Gott. Duker. Dorvill. et Edd. primae, item Vasc. Steph. aliaeque multae interponunt, *finibus* quidem *nostris.* Vere omnino. Notat enim *profecto, saltem,* et quasi *ta-*

16 *runt. Quod si ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis; respicite finitimam Galliam, quae in provinciam redacta, jure, et legibus* [a] *commutatis, securibus subjecta, perpetua premitur servitute.*

1 LXXVIII. Sententiis dictis, constituunt, [b] ut,
43 2 qui [c] valitudine, aut aetate inutiles sunt bello, oppido excedant, atque omnia prius experiantur,
2 quam ad Critognati sententiam descendant: illo tamen potius utendum consilio, si res cogat, atque

VARIAE LECTIONES.

a *communitatis* Cuj. Ed. Gryph. pr. *commutatibus* Dorv. *feris sec.* MSS. Ciacc. Samb. Edd. Vasc. Str. b *ut hi* vel *ii* MSS. 10. et Edd. pp. aliaeque. uti alibi. sic et cap. 80. in f. 85. c Sic MSS. fere o. et Edd. pp. non per *e*.

*men.* ὅμως Graec. Vide omnino Cl. Perizon. ad Sanct. Min. 3, 14, 26. et 29. et Manut. ad Cicer. l. 1. Ep. Fam. 9. Idem l. 2. ad Fam. 1. *quem quidem ad te perventurum putabam.* Terent. Adelp. 3, 2, 39. *Mihi quidem non placet.* et ita saepe.

*Experiantur*] Bong. pr. Voss. pr. Lovan. Egmund. et duo alii cum Cod. Sambuci, *expediantur:* atque ita fere *Aditus expedire* c. 86. saepe, *expedire rem frumentariam. expedire naves* B. Civ. 1, 56. 2, 4. *pecunias.* V. Clar. Burm. ad Suet. Calig. c. 41. ubi eadem varietas. Cave tamen, cum Sambuco mutes. Librariorum lapsus est: quomodo saepe confunduntur *inperiti* et *inpediti.* 3, 5. *extremum auxilium experirentur.* Terent. Eun. 4, 7, 19. *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.* Sallust. B. Catil. c. 26. *Constituit, extrema omnia experiri:* ubi vide Cortium, et supra ad 3, 3.

*Ad Cr. sententiam descendant*] Claro sensu. Prius omnia experiri voluerunt, quam ad extremum illud voluerunt decurrere, quod suadebat Critognatus, cujus consilio tamen uterentur tunc, si necessitas urgeret, potius quam se dederent. Atque ita Graecus cepit. Sambuco tamen sanior videtur lectio MSti, *a Cr. sententia discedant.* quod non video quomodo cum sequentibus possit convenire. In solo tamen Oxoniensi Cod. inveni, *ad Cr. sententiam;* nisi quod nihil video quoque enotatum e Carrariensi, quasi ille, *ad sententiam descendant,* exhibeat. In reliquis ad unum omnibus et Edd. primis exstat, *ab Cr. sententia discedant.* quod verbum quoque praebet Oxon. At Andin. *discedatur.* Videamus ergo, quo modo Caesar loquitur. B. G. 5, 29. *ad ejusmodi consilium descendisse.* 6, 16. *ad innocentium subplicia descendunt.* 7, 33. *ad vim atque ad arma descenderet.* Sic ibi MSS. integriores. Plerique vero, *discederet.* B. Civ. 1, 9. *ad omnia se descendere paratum.* c. 81. *Quo necessario descensuros existimabat.* 3, 9. *ad extremum auxilium descenderunt.* et ita Liv. aliique passim.

auxilia morentur, quam [a] aut deditionis aut pacis
subeundam conditionem. Mandubii, qui eos op- 3
pido [b] receperant, cum liberis atque uxoribus exire
coguntur. Hi, quum ad munitiones [c] Romanorum 4
accessissent, flentes, omnibus precibus [d] orabant,
ut se, in servitutem [e] receptos, cibo juvarent.
[f] At Caesar, dispositis in vallo custodiis, recipi 5
prohibebat.

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo deest *aut*. b *suscep.* G. V. tert. Ed. Inc. c deest And. Ox. d Sic Cuj. Scal. L. pr. Ox. And. Reliqui *orant*, et Edd. pp. e *recepto* G. V. tert. Ed. Inc. f Sic MSS. o. et Edd. non *hos. Tunc* V. C. Hotom. cui id placet.

V. Comment. ad Epit. l. 5. Praestat itaque *descendant*, vel *descendatur*. MStorum lectioni favet tamen locus B. Civ. 1, 5. *Ad illud extremum atque ultimum SC. quo numquam ante discessum est.* Verum et illic Vir doctus, Fr. Theod. Kohlius, Com. Crit. Pentad. 2. loco 39. reponere mavult, *descensum est*, me non invito. Non enim ibi agitur de discessione, quae fiebat pedibus in hanc vel illam sententiam. Passim autem *descendere* abiit in *discedere*. Vide quae laudavi ad Lucan. 1, 335. *Regno Ille tuus saltem doceat descendere Sulla.* uti e MSS. restitui, et nunc in *decedere* mutandum non censeo, quamvis posset sumi, ut apud nostrum 1, 44. *Quod nisi decedat, aut exercitum deducat.* Sed vide Cl. Burm. ad Nemes. Ecl. 2, 89. *e silvis descendere:* ubi eadem, ut ubique, confusio.

*Illo tamen potius utendum consilio*] Idem Sambucus e Codice mallet interponi, *i. t. tempore.* Et profecto illud *tempore* exstat in Carrar. et MSS. meis omnibus praeter Cujac. Scalig. Andin. et Oxon. et Edd. primis. Nihilo minus superflua videtur, quamquam capi *tempore* possis pro, *opportune*, *in tempore, tempori*, ut diserte est in Lovan. Non enim jungendum, *illo tempore*, sed, *illo consilio utendum tempore.* Vide Donat. ad Terent. And. 4, 5, 19. et N. Heins. ad Ovid. Epist. 4. Heroid. 109. *Tempore abest.* Leid. pr. *tempore p. utendo.* Dein *quam aut dedit.* reposui MSS. et Edd. Vett. auctoribus. Vulgo *aut* male exsulabat.

*Dispositis in vallo custodiis*] Alii, *custodibus*: quam lectionem intulere Librarii; nescierunt enim, *abstractum* pro *concreto* apud optimos auctores inveniri. *Corn. Nepos* Epam. 6, 4. *Coram frequentissimo* legationum *conventu. Valer. Maximus* 1, 1, 9. *Non dubitaverunt sacris* imperia *servire. Eumenius* Pan. 4. c. 8, 5. *Cum* conjugiis *et liberis caeteroque examine* necessitudinum — *ad loca olim deserta transirent.* Hinc *Julii Firmici* vulgata lectio defendi potest; ait enim p. 23. de error. Prof. Rel. *Sicque tum ipsa* dispensatio (Ceres) *quod attulerat frumenta* —

1 LXXIX. Interea Commius, [a] et reliqui duces,
433 quibus summa imperii permissa erat, cum omnibus copiis ad Alesiam [b] perveniunt, et colle exteriore occupato, non [c] longius D passibus ab nostris mu-
2 nitionibus [d] considunt. [e] Postero die equitatu ex castris educto, omnem eam planitiem, quam in longitudinem [f] III milia passuum patere, demonstravimus, complent; pedestresque copias, [g] paullum ab eo loco abditas, in locis superioribus constituunt.
3 Erat ex oppido Alesia despectus in campum. [h] Concurritur, his auxiliis visis; fit gratulatio inter eos, atque [i] omnium animi ad laetitiam excitantur.
4 [k] Itaque, productis copiis, ante oppidum consi-

VARIAE LECTIONES.

a *Reliquique* MSS. plurimi et Edd. pp. b *conv.* Ox. c Sic Cuj. Scal. L. pr. And. Ox. Reliqui et Edd. pp. *longe. longius quam* Scal. *ab* scripsi ex plerisque optimis MSS. pro *a*. d *considerent* L. sec. e *Postera* MSS. 3. f *IV*. B. pr. Pet. Lov. Egm. Ox. et alii 9 cum Samb. et Edd. pp. sed vide c. 69. 70. g *paullo* B. pr. Duk. *paullulum* L. pr. Sc. h Sic Cuj. Scal. Ox. And. Reliqui cum Ed. Inc. *concurrunt*. Male. V. c. 4. 84. *c. omnes* Pet. Paullo ante *conspectus* Carr. D. i *omnes* V. sec. k *atque* B. pr.

*sepulta in eo loco est*, *pariter et consecrata*. Vir summus, *J. F. Gronovius*, Observ. Eccles. c. 9. reponit, *dispensatrix*, vel *dispensata*, vel *dispensato frumento*. Sed locus recte se habet, nec medica manu est opus, ut ex exemplis allatis constat, quibus adde *Thomae Munckeri* collectanea ad *Hygini* Fab. 120. DAVIS. *Custodiis* bene retinent e meis Cujac. Scal. And. Oxon. et Lovan. Reliqui MSS. et Edd. pp. *custodibus*. Alterum elegantius, licet satis frequens etiam. Supra c. 55. *praesidia custodiasque disponere*. B. C. 2,5. *cum liberis atque uxoribus, publicisque custodiis*. *In statione custodiae sunt* Frontino 2, 2. in f. et passim nostro aliisque.

*Non longius D passibus*] MSS. *Ciaccon.* et *Norvic.* cum edit. *Rom. Ven. Beroald.* habent, *mille passibus*, quam etiam lectionem in suo Codice invenit Graecus interpres; vertit enim: ὐ πλειον ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ἢ ΟΚΤΩ ΣΤΑΔΙΑ, quae mille passus conficiunt. DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. pleraeque habent, (*M.*) CLARK. Ex meis soli Andin. et Oxon. habent *D*. Ceteri omnes, uti et MSS. Sambuci et aliorum, dant, *mille*, cum Edd. primis, item Vascos. Str. Steph. et Gryph. poster.

dunt; et [a] proximam fossam cratibus [b] integunt, atque aggere explent; seque ad eruptionem, atque omnes casus comparant.

LXXX. Caesar, omni exercitu ad utramque 1
partem [c] munitionum disposito, ut, [d] si usus veniat, suum quisque locum teneat, [e] et noverit; equitatum ex castris educi, et proelium committi jubet.
Erat ex omnibus castris, quae summum undique ju- 2
gum tenebant, despectus: atque omnium militum 434
intenti animi pugnae [f] proventum exspectabant.
Galli inter equites, raros sagittarios, expeditosque 3
levis armaturae interjecerant, qui suis [g] cedentibus auxilio succurrerent, et nostrorum equitum inpetus

VARIAE LECTIONES.

a *proximam* B. pr. V. pr. *cum cr.* Pet. b *integrant* Lov. V. sec. Carr. Ed. Vasc. sed v. c. 73. *aggerem* Lov. *complent* L. sec. c *munitionis* L. pr. Edd. R. M. V. d *suis subveniat* L. pr. e male Samb. e suo Cod. *moveri eq. et ex.* uti et L. sec. εἰδείη Gr. f vulgo *eventum*. g *cad.* L. pr. Scal. dein vulgo *impetum*.

*Abditas*] Non vertit hoc verbum interpres. In MSS. autem septem scribitur, *additas*, solita confusione. In Petav. vero, *adductas*. unde posset legi, *abductas*, i. e. remotas ab eo loco. Verum non opus id est. *Abditas ab eo loco* notat, sejunctas, abstractas. Male enim vulgo post *loco* ponebatur distinctio; et frustra conjiciebat Vir Doctus ad sui libri marginem, *editas*. Sine dubio, quod credidit, *abditus* nil notare, nisi occultum. Sed alia docuit nos Gronov. de Pec. Vet. 4, 8. Tibull. 2, 1, 89. *Hinc procul abde faces.* Vide etiam ad 6, 5.

*Omnium militum intenti animi pugnae eventum exspectabant*] In aliis, *omnes milites intenti pugnae eventum exspectabant*, ac sic legit Metaphrastes. MSS. autem *Carrar.* et *Norvic.* pro *eventu* exhibent *proventum*, quae sane vox (licet ejus usus hoc in sensu sit rarior) idem valet, ac *eventus*: qua de causa vulgatam lectionem Glossematis suspectam habeo. *Virgilius* Aen. 12, 427. *Non haec humanis opibus, non arte magistra Proveniunt.* — Plura collegimus not. ad hujusce libri c. 29. DAVIS. MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *omnes milites intenti.* CLARK. Sic etiam mei plerique et Edd. primae. sed, uti vulgo editur, exstat in Cujac. Scalig. Leid. pr. And. et Oxon. ac Carrar. in quo male, *intentati*. Edd. Vasc. Stradae, R. Steph. Gryph. post. *o. milites intenti animis*. Vide ad Liv.

sustinerent. Ab his [a] complures de inproviso vul-
4 nerati, proelio excedebant. Quum suos pugna superiores esse Galli confiderent, et nostros [b] multitudine premi viderent; ex omnibus partibus, et ii, qui munitionibus continebantur; et ii, qui ad auxilium convenerant, clamore et ululatu suorum ani-
5 mos confirmabant. Quod in conspectu [c] omnium res gerebatur, neque [d] recte, ac turpiter [e] factum celari poterat; utrosque et laudis cupiditas, et ti-
6 mor ignominiae [f] ad virtutem [g] excitabant. Quum a meridie prope [h] ad Solis occasum dubia victoria pugnaretur, Germani una in parte [i] confertis turmis in [k] hostes inpetum fecerunt, eosque [l] propu-
7 lerunt. Quibus in fugam conjectis, sagittarii cir-

VARIAE LECTIONES.

a *Quam plures* Petav. Vide alibi et ad Front. 2, 12, 3. b Sic MSS. non *pr. m.* c deest Pet. d *recti* V. pr. tert. G. *tegi* Egm. D. *ac* est e B. pr. V. pr. L. pr. Lov. Egm. et aliis et Edd. pp. vulgo *aut.* e *actum* Lov. *quidquid* Egm. deest MSS. 9. et Edd. pp. uti et *poterat* in MSS. 7. f absunt a L. pr. g Sic MSS. plerique et Edd. Vett. non *excitabat. incitabat* V. sec. h *usque ad* L. pr. i *confectis* L. pr. Sc. k *hostem* L. pr. Scal. Ox. l *pepul.* Lovan. Dorv. Edd. R. M. V.

1, 25. *In spectaculum animo intenduntur.* et Cl. Burm. ad Suet. Jul. c. 65. Ceterum *proventum* legendum auctoritate MStorum meorum tredecim, in quibus Bong. pr. Andin. Oxon. Leid. pr. Lovan. Vossian. pr. Egmund. ut et Carrar. nec non Ed. Inc. Consule notas ad 7, 29. *Secundos rerum proventus exspectent.*

*Impetum*] Bong. prim. Leid. pr. Oxon. Voss. prim. Petav. Lovan. Egm. Scalig. et quinque alii cum Edd. Ber. Vascos. Str. Steph. et Gryph. post. *inpetus.* Recte; quare reposui. Vide collecta exempla ad 1, 26. *Nostrorum inpetus sustinere non possent.*

*Pugna superiores*] Egregiae illae membranae Andinae et Leidens. pr. praebent, *pugnae.* Quod non temere rejicio. Innumera adjectiva habent saepe Genitivum sibi junctum pro Ablativo. *Acer belli* Vell. 1, 3. Vide Barth. ad Claudian. 1. Rufin. 171. et Cerdam ad Virgil. 4. Georg. 491. *Animi victus.* Heinsium ad ejusdem B. Gildon. 281. *Animi anceps; dubius animi* Hirt. B. Alex. c. 56. ubi vide plura. G. Vossium ad Vellej. 1, 5. *Disciplinae clarissimus.* Drakenburg. ad Sili-

cumventi, [a] interfectique sunt. Item ex reliquis 8 partibus nostri, cedentes [b] usque [c] ad castra insecuti, sui [d] conligendi facultatem non dederunt. At 9 ii, qui [e] ab Alesia processerant, moesti, prope victoria desperata, se in oppidum receperunt.

LXXXI. Uno die intermisso, Galli, atque hoc 1 spatio, magno cratium, scalarum, [f] harpagonum numero effecto, media nocte silentio [g] ex castris egressi, ad campestres munitiones accedunt. Subito 2 clamore sublato; qua significatione, qui in oppido [h] obsidebantur, de suo adventu cognoscere possent, [i] crates projicere, fundis, sagittis, lapidibus 435 nostros de vallo [k] deturbare, reliquaque, quae ad obpugnationem [l] pertinent, administrare. Eodem 3

VARIAE LECTIONES.

a Abest *que* L. pr. sec. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. b exsulat a L. pr. Cuj. c Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui *in c. conseq.* L. pr. Ox. d *colligendo* G. V. tert. e *ab* deest Ox. G. V. tert. Ed. Inc. male. *Alesiae* Ox. f *arpag.* MSS. fere o. g deest L. pr. *e* al. h *obsistebant* Lov. *in* deest Ox. i *cratis* Ox. k *d. ceperunt* L. pr. punctis subpositis. l deest Dorv.

um 11, 26. *veteresque doloris.* Markland. ad Stat. Silv. 5, 3, 109. *Famaeque obscura jaceres:* uti est quoque in MSto amici, a me viso. denique Clar. Dukerum, et quos laudat, ad Flor. 3, 17. *Aegrum rerum temere motarum.* Adde notata ad Lucan. 2, 213. *Et strage cruenta Interruptus aquae fluxit prior amnis in aequor:* ubi et legi posse *aquas,* docent Avieni loca a me producta in Misc. Observ. Vol. 5. p. 69. Sed praefero tamen MStorum lectionem.

*De vallo deturbare*] Sic quidem exaratur in And. Oxon. Cujac. et Scalig. at *perturbare*, ut c. 86. *exturribus deturbant*, male habent Leid. pr. Petav. Lovan. et sex alii cum Edd. primis. *Proturbare* vero MSS. Ursini, Brantii, Bongars. pr. Vossian. pr. Egmund. et Leid. sec. cum Ed. Beroaldi, atque ita Lipsius sui libri orae adlevit legendum. Quod mihi tamen non placet. B. Civ. 3, 21. *eum de tribunali deturbavit,* ut est in MSS. optimis. nam et eadem ibi confusio. c. 67. *Pompejanos ex vallo deturbavit.* B. Afric. c. 39. *praesidiumque inde deturbarent.* Liv. 3, 22. *Volscos vallo deturbat.* Vide Nonium hoc verbo. Vorst. quoque ad Just. 3, 4. citat, *perturbare*. *Proturbare* videtur magis locum habere, cum quis in terram pronus dejicitur; *perturbare* vero, ubi adest con-

tempore, clamore exaudito, dat [a] tuba signum suis
4 Vercingetorix, atque ex oppido educit. Noſtri, ut
superioribus diebus [b] suus cuique locus erat defini-
tus, ad [c] munitiones accedunt; fundis, librilibus,
sudibusque, quas in opere dispoſuerant, [d] ac glan-
5 dibus Gallos perterrent. Proſpectu tenebris ademto,
436 multa utrimque vulnera accipiuntur, complura tor-
6 mentis tela conjiciuntur. At M. Antonius, et C.

VARIAE LECTIONES.

a *tubae* Pet. b Sic Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. Egm. *ut* Norv. B. pr. V. pr. Pet. et 6 alii. Ed. Inc. *sicut* MS. Reg. *unic.* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. Fl. *cujusque* Scal. c *munitionem* D. V. sec. d deeſt MSS. 9. et Edd. pp. leguntque *Gallos gl. grandibus* Ed. V. M.

fusio. Vide ad 2, 19. *His facile pulsis ac proturbatis.*

*Administrare*] Sic alibi quoque cum ceteris Hiſtoricis et Poëtis loquitur Caeſar. Rarius tamen. at bis B. Gall. 1, 16. *Caesar frumentum flagitare*, et, *diem ex die ducere Aedui.* et B. Civ. 2, 20. *Hoc magis properare Varro.* 3, 12. *Illi vero negare.* c. 17. Hirt. B. Afr. c. 1. 6. 7. 10. et pluries. Saepius *coeperunt*, vel *parant*, addit. Sic c. 70. *Bellum parat administrare.* et creberrime: quare non omnino auderem hic librariis adſcribere intruſam vocem, *parant*; quam inſerunt MSS. tantum non omnes, et Edd. primae: nec non Vasc. Str. Steph. Gryph. poſt. nisi viderem tamen fluctuaſſe librarium Leid. pr. Codicis, qui supra inſeruit, *ceperunt*, et hic, *pararent*, et in Oxoniensi scribi, *pariter*. In Buslid. *parent.* Judicium penes lectorem eſto. Certe non poteſt referri ad praecedentia. Non enim parant Romanos deturbare, sed deturbant. Quod magno opere auget suſpicionem interpolationis. Vertit Graecus: καταβάλλειν ἤρξαντο, τάτε etc. λοιπὰ παρεσκεύαζον. An latet aliud quid? ut, *perite*, *promte*, vel simile.

*Suus cuique locus erat definitus*] Codicis *Andini* lectionem recepimus. *Noster* B. C. 3, 82. *Jamque inter se palam de praemiis ac sacerdotiis contendebant, in annosque consulatum* definiebant. *Justinus* 14, 1, 9. *Iis, qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent, magna praemia* definiebantur. Vulgo erat, *attributus*. Sed ea lectio ex interpretatione irrepſerat, ut animadvertit *J. F. Gronovius*, quem vide ad *Livii* 35, 7. DAVIS. More solito Andinis membranis suffragantur Oxonienſes, et eae quidem solae. Valer. Max. 4, 7. Ext. 1. *Adpropinquante deinde definita die*, vel *finita*, quod eſt in MSS. multis. Vide et supra ad 6, 25. *Non enim aliter finiri potest.*

*Fundis, librilibus*] Nonnulli, *libralibus*, quae lectio firmari poterit ex *Vegetio*; is enim 2, 23. *libralia saxa* memorat. Sed

[a] Trebonius, legati, quibus [b] eae partes ad defendendum [c] obvenerant, qua ex parte [d] noſtros premi intellexerant, iis auxilio ex ulterioribus caſtellis [e] deductos submittebant.

LXXXII. Dum longius [f] ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: poſtea quam propius succeſſerunt, aut se [g] ipsi ſtimulis inopinantes induebant; aut in scrobes delapsi trans-

VARIAE LECTIONES.

a *Atreb.* Sc. b deeſt D. *eas* L. pr. c *venerant* B. pr. *obvenerat* Pet. d Sic MSS. non *pr. n.* e *deducto* Pet. *sed.* G. V. tert. f *ad munitionem* MSS. 9. Ed. Inc. *a* Duk. Edd. qdd. g Carr. et 10. meis abeſt *ipsi*.

receptam tuetur *Festus*, nam ait: *Librilia appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta*; unde diſtinguendum videtur, *fundis, librilibus*, quemadmodum etiam cenſuit *Just. Lipsius* Poliorc. l. 4. Dial. 3. Sane sic exhibent MS. *Brant.* et Graecus interpres, qui vertit, σφενδόναις, μεγάλοις τε λίθοις. DAVIS. In nullo codice *a* scribitur. Sed mei omnes cum MSS. Ciacc. et Edd. primis tuentur, *librilibus*; excepto, quod exſulet a Cujac. Vide et Pareum in Lex. Crit. p. 677.

*Perterrent*] In Cod. Urs. Bongars. pr. Voſſianis, Egmund. Gottorp. Lovan. Dorvill. et Pulm. legas, *proterrent*. Bene, si conſtaret, eos receſſiſſe hoc terrore. Ea enim vis eſt verbi *proterrere*. de quo egimus ad 5, 58. Jam vero contra e seqq. patet, eos non modo tenuiſſe locum, sed et magis adpropinquaſſe, et sub lucem demum se ad suos recepiſſe.

*Delapsi*] MSS. et Edd. Vett. *delati*. CLARK. καταπεσόντες Graec. Quare nihil rurſus innovo, praeſertim cum haec lectio confirmetur MSS. Andin. Oxon. Cujac. Scalig. et Leid. pr. In reliquis exaratur, *delati*; quod suas habet veneres. Notat enim inproviso eo progreſſos ac delapſos. Curtius 5, 4, 18. *Velut in foveas delati hauriebantur*. Quae voces alibi quoque permutantur. Apud Lucan. 3, 67. *conlapsus in ignes Plurimus ad terram per fulmina decidat aether*, in aliis MSS. rectius, *conlatus*, ut ibi diximus. quo omnino facit Tibulli locus 4, 1, 22. *contextis passim fluat ignibus aether. Conlatae aquae* Curtio 7, 2, 3.

*A Vercingetorige praeparata erant*] Vide et c. 84. Mirum, quod in Bong. pr. Leidenſibus, Voſſ. pr. et tert. Egmund. Lov. Gott. Duk. et Dorv. et Ed. Inc. ac Ven. scribatur, *praeparaverant*. An *a Vercingetorige* notat, *a parte ejus, ubi is erat?* uti *ab labris* 6, 18. *ab ramis* 7, 73. *a porta* 2, 24. ubi plura. *ab limite* Frontin. 1, 5, 10. Et, quod propius accedit, 5, 54. ut eſt in MSS. quibusdam, *a populo Romano imperia*.

fodiebantur; aut ex vallo, [a] ac turribus transjecti
2 pilis [b] muralibus [c] interibant. Multis undique vulneribus acceptis, nulla munitione [d] perrupta, quum lux [e] adpeteret; veriti, ne ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circumvenirentur, se
3 ad suos receperunt. [f] At interiores, dum ea, quae a Vercingetorige ad eruptionem praeparata erant,
4 [g] proferunt, priores fossas explent; diutius in iis rebus administrandis [h] morati, prius [i] suos discessisse cognoverunt, quam [k] munitionibus adpropinquarent. Ita re infecta in oppidum [l] reverterunt.
1 LXXXIII. Bis magno cum detrimento repulsi Galli

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. vetustiores. al. *et* vel *aut*. b *in vallibus* L. pr. V. 5, 40. c *interiebant* B. pr. V. pr. Pet. Lov. Egm. et duo alii. Vide ad 2, 8. d *praerupta* MSS. 2. *perpetua* Edd. Amst. Lugd. e *adpareret* Carr. L. pr. sec. Duk. Dorv. et alii cum Edd. Vett. plerisque male. 6, 35. et saepe alii. f *ac* D. V. sec. g *profecerunt* L. sec. h *occupati* L. pr. i *illos* Pet. *abscessisse* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. k *munitiones* V. pr. a m. pr. V. ad 4, 10. l *revertuntur* L. pr.

ac Lucan. 1, 58. *obstent a Caesare nubes*. Valer. Max. 4, 3. in f. *a sole mihi non obstes*. Vide et Miscell. Observ. A. 1733. Mense Septemb. etc. p. 256. Adde Hirt. B. Afric. c. 28. *Turmae equitum ab utrisque ducibus* etc. Nec enim puto, quemquam crediturum potius, excidisse, *imperata* praeparaverant.

*Priores fossas explent*] Postulare videtur sententia, ut legamus, (et *priores etc.*) Non enim haec istiusmodi est Constructio, quae possit eleganter esse ἀσύνδετος. CLARK. Mihi secus videtur. sequitur, *consulunt*, *adhibent*. et ita sexcenties auctor.

*Ab his cognoscunt*] Ita soli Cujac. And. Oxon. Scal. et Leid. pr. Reliqui MSS. cum Edd. primis habent, *ex his*, uti noster cum aliis non raro. ut c. 72. *rebus cognitis ex perfugis*. Cave tamen quid mutes. 5, 45. *Ab his de periculo legionis cognoscitur*. B. Civ. 3, 2. *Ab iis Caesar haec dicta cognovit*. Eadem variatio in Hirt. B. Afric. c. 62.

*Erat a S.*] Lovan. et Dorvill. *ex his in S.* Forte, *exsistit a S.* Sed vulgatum non temere sollicito.

*Opere circumplecti non potuerant*, *nostri necessario* etc.]

Galli quid agant, consulunt; locorum peritos adhi-
bent: ab his superiorum castrorum situs, munitio- 437
nesque cognoscunt. Erat a [a] Septemtrionibus col- 2
lis, quem, [b] propter [c] magnitudinem circuitus,
opere [d] circumplecti non potuerant nostri, necessa-
rioque paene iniquo loco, et [e] leniter declivi, ca-
stra [f] fecerant. Haec C. Antistius Reginus, et C. 3
Caninius Rebilus, legati, cum II legionibus obtine-
bant. Cognitis per exploratores [g] regionibus, du- 4
ces hostium [h] LX milia ex omni numero [i] delegunt
earum [k] civitatum, quae maximam virtutis opinio-
nem habebant: quid, quoque pacto, agi placeat, 5

VARIAE LECTIONES.

a *Septemtrione* L. sec. b vulgo adest *quia*. c *magnitatem* V. sec. *circumitus* Ox. d *compl.* L. pr. mox vulgo *p.; nostri necessario.* e *leviter* MSS. Urs. Brant. et II mei cum Edd. quibusd. V. ad 2, 8. f vulgo *fecerunt*. g *leg.* Carr. B. pr. Pet. V. pr. Egm. et alii cum Edd. pp. inepte. h Sic MSS. o. Metaph. et Edd. usque ad Scal. vulgo *LV*. i Sic V. pr. Egm. *diligunt* B. pr. *delegerunt* L. sec. k *civitatium* Egm. V. ad 4, 3.

Clarior multo et dilucidior erit sententia, si hoc modo interpungas: *opere circumplecti non potuerant nostri, necessario etc.* Ita distinxit Graecus. Ὃ, inquit, οὐ δυνηθέντες οἱ Ῥωμαῖοι πάντοθεν περιοχυρῶν, ἀναγκαίως καὶ τὰ ἑξῆς. DAVIS. Clariorem multo et dilucidiorem fore sententiam existimat *Davisius*, si hoc modo interpungas: (*quem quia — non potuerant nostri*, etc.) Verum utro modo interpungas, prorsus nihil interest. Etenim utraque loquendi ratio optimis Autoribus aeque est usitata. CLARK. Sine dubio clarior est interpunctio, quam praetulit Davisius non modo, sed et pleraeque agnoscunt Vett. Edd. et MSS. At insuper aliud quid latet. Nam τὸ *quia* non comparet in ullo omnino Codice, nec in Metaphraste. Dein *potuerant* MSS. quatuor et Edd. pp. *poterant* Leid. pr. sec. et Ed. Gryph. Pro *necessario* habent *necessarioque* Scal. Leid. pr. And. et Oxon. et cum Ciacconio pro *fecerunt*, *fecerant*. Optime: quo lenissime procedit oratio, *quem opere circumplecti non potuerant nostri, necessarioque castra fecerant.* Cum *que* exciderat, *quia* priores Editores inculcaverunt.

*C. Can. Rebilus*] *L.* vel *Lucius*, est in Bong. pr. Voss. pr. Lov. Egm. et Urs. ac 6 aliis, item Edd. primis, Vasc. Steph. aliisque, uti et Metaphr. qui et habet *Regulus* cum iisdem Edd. et Dorvill. sed bene *Rebilus* emendavit Ursinus e suo Cod. *Revi-*

occulte inter se constituunt: adeundi tempus defi-
6 niunt, quum meridies esse videatur. Iis copiis
ᵃ Vergasillaunum Arvernum, unum ex IV ducibus,
7 propinquum Vercingetorigis, praeficiunt. Ille ex
castris prima vigilia egressus, ᵇ prope confecto sub
lucem itinere, post montem se occultavit, milites-
8 que ex nocturno labore sese reficere jussit. Quum
jam meridies adpropinquare videretur, ad ea castra,

VARIAE LECTIONES.

a V. ad c. 76. paullo ante *videretur* B. pr. b deest Egm.

*lus:* uti exstat in decem meis: In Bong. pr. suprasc. *b*, more solito confusionis. *C. Rebilus* vocatur recte c. 90. et 8, 24. ubi in quibusdam *Rebilius.* ut et B. Civ. 2, 24. Suet. Ner. c. 15. Vide Ursinum hic et in Familiis Romanis. et B. Civ. 1, 26. Adde me ad B. Afric. c. 86.

*Quoque pacto*] Id est, *quid, et quo modo.* Verum tamen Andin. habet, *quo pacto.* At Bong. Vossiani, Oxon. Scalig. Egmund. Lovan. Leid. prim. et 4 recentiores cum Edd. primis exhibent, *quoquo*, id est, quovis, ut alibi saepius. Sed Graec. *τί πῶς τε.* Adi 5, 33. *Quid quoque loco faciendum esset*, id est, singulis locis: uti mox c. 85. *Quid quaque in parte geratur,* ubi itidem variant.

*Meridies*] Oxon. Cod. *meridiem.* Voss. sec. *meridiei.* At Andin. Bong. pr. Leid. pr. Vossian. pr. Scalig. Lovan. et 4 recentiores et Ed. Incerta, *meridie.* quod non putem temere spernendum. *Meridie* potest scriptum esse antique pro *meridiei*, scilicet *tempus*, quod praecessit. Vide omnino ad 2, 25. *In parte acie.* Praeterea notandum quoque, mox legi in Andin. Oxon. Leid. pr. et Scalig. *ad meridiem propinquare.*

*Ex oppido egreditur, e castris longurios*] Ita plerique codices, ut nonnulla deesse videantur. Ursinus pro *e castris* legebat, *et crates:* alii, *et rastros.* Graecus habet, *ἐκ τῆς πόλεως ἐξήγαγε τὸ σὺν αὐτῷ στράτευμα.* Incertum, quae vera lectio, et exspectandi meliores codices. VOSS. Vide *Justum Lipsium* Poliorc. l. 1. Dial. 9. DAVIS. *Ac crates, longurios, musculos, falces*) Ita emendarunt Viri docti, cum in MSS. sit (castris *longurios etc.*) Quod etsi ferri posse quodammodo videtur, quod habuerit Vercingetorix *munitiones* et *castra* (supra c. 70.) unde in oppidum se receperat; longe tamen concinnior est Lectio ista emendata, (*crates, longurios.* etc.) Nisi forte ex Graeco Interprete, (qui habet *ἁρπαγῶνας,*) scripserit quis potius, (*furcas, longurios* etc.) Quae instrumenta et alibi commemorat Caesar. CLARK. Verisimilis quidem videtur Lipsii emendatio, *ac crates.* Nam in nullo codice, quod sciam, exstat, *e.* Sed a plurimis abest praepositio, uti et Edd. primis, vel legunt, *a*, uti est in

quae supra demonſtravimus, contendit; [a] eodemque tempore equitatus ad campeſtres munitiones accedere, et reliquae copiae pro caſtris sese oſtendere coeperunt.

LXXXIV. Vercingetorix ex arce Alesiae suos 1
conſpicatus, ex [b] oppido egreditur, a caſtris lon- 438
gurios, [c] musculos, falces, reliquaque, quae eruptionis cauſſa [d] paraverat, profert. Pugnatur uno 2

VARIAE LECTIONES.

a *eodem t.* L. pr. tert. Sc. Dorv. Edd. R. V. M. non male. dein contra MSS. vulgo *sese pro c.* b *arce* Dorv. dein *e c.* vulgo. *longuria* Ed. M. V. c *muſculos* MSS. 8. Ed. Inc. d Sic Cuj. Pet. Sc. L. pr. Ox. A. cum Metaph. Reliqui et Ed. Inc. *paraverant.* *quae profert* exſulat a Scal. *proferunt* Dorv.

Cuj. Scal. Leid. pr. And. Oxon. Edd. Vasc. Gryph. aliisque. Praeterea c. 81. dixit, *crates projicere*, *fundis*, *sagittis*, *lapidibus deturbare.* ubi vere exſtat in Oxon. *cratis*, antiquo accuſativo, qui facillime in *castris* abire potuit. *Rastros* conjecit jam Glareanus, et in marginem recepit Vascoſanus, in ipſum contextum Stephan. Ciaccon. ait, in Parisiensi libro eſſe etiam, *ac crates.* Non auſus fui tamen, *ac crates* cum Clarkio, vel potius *ac cratis*, subſtituere: nam putem, *ac castris* defendi satis poſſe iis, quae leguntur c. 82. et aliis. Ea accurate lector otioſus examinet, et quae Jos. Caſtalio Obs. Dec. 6. c. 5. pro vulgari lectione, *e castris*, adfert. *A* MStorum fide interim repoſui.

*Acriter*] Hanc vocem addidi e MSS. Scal. et Leid. prim. quamquam in Scalig. corrupte erat, *occurrit.* ὡς ἠδύναντο, addit Graecus. Aliquoties ita loquitur Caeſar. Forſan *acriter* abiit in *atque:* ut ἀσύνδετος fuerit oratio. 8, 19. 42. *acerrime proeliantur:* sed et B. Civ. 1, 80. *pugnatur acriter ad novissimum agmen.*

*Quae minime pars f. visa est*] Ita ex MSS. Reg. Eliens. et Voſsii reſtitui. Scaliger et Editi recentiores, *quae m. visa pars f. esse.* Longe minus eleganter. CLARK. Variant MSS. *minima* Oxon. *visa* deeſt Carr. Leid. pr. Duker. et Oxon. *firma pars visa* Leid. tert. et Voſſ. tert. pro *esse* habent *esset* Leid. pr. et Oxon. cum Edd. Aldi, Gryph. Plant. Reliqui MSS. et Edd. primae aliaeque, *est.* Sed Petav. solus, et vere, *qua.* Gr. ᾗτε. Quare rescribendum erat: *Qua minime visa pars firma est*, *huc conc.* quamquam et *visa* poſſit abeſſe, uti et, *est.* Sed ita plane e MSS. legendum vidimus 5, 44. *Quaque pars hostium confertissima visa est, in eam inrumpit.* Crebro *qua* fuiſſe corruptum, alibi quoque vidimus.

*Periculum in aliena v. virtute consistere*] Vertit Graecus: ἐν τῇ τῶν ἄλλων ἀλκῇ τὸν σφῶν αὐτῶν κίνδυνον κεῖσθαι. Mira tamen videtur locutio: *Pericu-*

8 defatigatis in vicem integri succedunt. Agger ab
universis in munitionem conjectus, et [a] adſcenſum
9 dat Gallis, et [b] ea, quae in terram occultaverant
Romani, contegit: nec jam arma noſtris, nec vi-
res subpetunt.

1 LXXXVI. His rebus cognitis, Caeſar Labienum
2 cum cohortibus VI subſidio laborantibus mittit. Im-
perat, si ſuſtinere non poſſit, [c] deductis cohorti-
bus, eruptione [d] pugnet: id, niſi neceſſario, ne
3 faciat. [e] Ipſe [f] adit reliquos; cohortatur, ne [g] la-

VARIAE LECTIONES.

a *Decliviam* Ox. b Sic MSS. et Edd. ante Scal. vulgo abeſt *ea.* V. c. 78. dein *in terra* MSS. o. (praeter Pet. Cuj. And. Ox.) et Edd. quaedam. c *did.* Pet. d vulgo *pugnaret* et *non f. fiat* And. Oxon. e deeſt And. Ox. f *ad hoc* Ox. *ad id* And. Sc. L. pr. sec. *addit* V. sec. male *alios* pro *rel.* L. tert. *cohortatus* MSS. 12. et Edd. pp. minus bene. g *labore* Pet.

Clarkio sedem suam tenere passus sum. c. 81. *Auxilio iis alios submittebat.* Hirt. de B. Afric. c. 78. *equitibus auxilia submittebat.* *Ad animum occurrit* cum Hotomanno et plerisque capio pro, *in mentem illis venit, succurrit:* utrisque, Romanis scilicet et Gallis. Vide tamen in variis lectionibus. De se mox demum agit Caeſar c. seq. *Ipse adit reliquos: cohortatur* etc.

*Contendi conv.*] MS. Reg. *conveniat contendere.* Quae lectio aeque eſt elegans. CLARK. Apage tales elegantias. Caeſar amat inperſonalia paſſiva, *hiemari, pugnari, veniri, concurri*, et similia sexcenta. Vide ad 4, 20. nec variant mei MSS. nisi quod quidam invertant ordinem. B. Civ. 1, 43. *Contenditur proelio.*

*Exiguum loci ad declivitatem fastigium*] Vv. cc. *Iniquum loci,* etc. Ursinus et Ciacconius vocem *loci* inducendam putabant. Quid si legamus: *Exiguum loci, ob declivitatem, fastigium.* Ut dicat Caeſar, loci faſtigium, quamvis exiguum, tamen ob declivitatem magnum habuiſſe momentum. VOSS. Sed *ad declivitatem* idem eſt, atque etiam elegantior locutio. CLARK. *In decl.* volebat Hotomannus. Sed bene retinet Clarkius. Vide ad 5, 40. et B. Alex. c. 16. Frequens eſt in adhibenda praepoſitione *ad* auctor, ut suis locis oſtenditur. Adi Indicem. Porro *exiguum* invenio in solis And. et Oxon. et Edd. Ven. 1517. Aldi, Gryphii, Plant. et seqq. item Vasc. Marg. Reliqui omnes cum Edd. ceteris et Metaphraſte, *Iniquum*, ex c. 83. *paene iniquo loco et leniter declivi.* Sed rectius eſt sine dubio, *exiguum*, quo oſtendat, ex quam parvis momentis summa in bello discrimina dependeant, ut alibi plenius ingerit. Aggerem autem intelligit a Gallis ad Romanorum

bori succumbant; omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet consi-
stere. Interiores, desperatis campestribus locis, 4
propter magnitudinem munitionum, loca praerupta [a] ex adscensu tentant. Huc ea, quae paraverant, 5
conferunt: multitudine telorum ex turribus propugnantes [b] deturbant: aggere, et cratibus [c] fossas 6
explent, aditus expediunt, falcibus vallum, ac [d] loricam rescindunt.

VARIAE LECTIONES.

a *atque ex* V. C. Urs. Pal. b *perturb.* L. c desunt haec vulgo. d *luricam* L. pr. *adorti vallum jam r.* L. sec. V. sec.

munitiones confectum, ut bene exponit Glandorpius cum Metaphraste. alii haesitant.

*In vicem*] Duabus vocibus separatim e MSS. exhibui, adi Cel. Burm. ad Phaedr. 3, 7. *Salutant in vicem.* Item infra 8, 6. *In vicem legionibus onus injungebat.* Adde Cl. Drak. ad Liv. 1, 40, 6.

*Er. pugnet*] Ita restituendum, postulat temporum ratio. Al. *pugnaret.* CLARK. *Eruptione pugnaret; id, nisi necessario, non faciat*) *Ursini* liber, *pugnet*, id quod postulat temporum ratio. Cum tamen reliqui MSSti dent, *pugnaret*, *Petav.* autem, *Norvic. Gottorp. Voss.* et *Egmond.* habeant, *id nisi necessario* ne *faciat*; totus locus videtur sic constituendus: *Imperat, si sustinere non possit, diductis cohortibus, eruptione* pugnare; tamen (abbreviate *tn*) *id, nisi necessario*, ne *faciat.* DAVIS. *Cur. sec.* Primo *et*, quod edebatur ante *τὸ imperat*, recte auctoribus MSS. omnibus delevit Scaliger. dein Clarkius bene restituit, *pugnet*, quod confirmant Andin. Oxon. et Leid. prim. cum e contrario pro *possit* Lovan. male habet, *posset.* Perperam vero Davisius conjicit legendum, *pugnare*: cum clarum sit, a Caesare scriptum, *Imperat, pugnet*, subintellecta conjunctione *ut*, quam suprascripsit quidam in Bong. pr. Vide ad 4, 16. Nescio, cur non potius tum retinere voluerit, *pugnaret*: quia multis locis illud inperfectum, licet praesens praecedat, in vulgatis Caesaris Edd. aliorumque auctorum occurrat. Consule notata ad 1, 8. Non opus est, immo friget *τὸ tamen.* *Ne* autem, pro *non*, reposui eleganter auctoritate MStorum omnium, quod etiam Vascos. Strada, Stephanus aliique jam amplexi sunt.

*Aggere et cratibus aditus expediunt*] In MSS. *Ursin. Brant. Norvic.* et editt. *Rom. Ven. Beroald.* legitur, *aggere et cratibus fossas explent.* Sic etiam in suo Codice reperit Graecus: habet enim, Χώματί τε καὶ ἐσχάραις τὰς τάφρους ἀνεπλήρωσαν, nec improbat *Just. Lipsius* Poliorc. l. 1. Dial. 7. Mihi vero dubium non videtur, quin illa le-

1 LXXXVII. [a] Caesar mittit primo Brutum ado-
441 lescentem cum cohortibus [b] vi, post cum aliis vii
2 C. Fabium legatum: postremo ipse, quum vehemen-
3 tius pugnarent, [c] integros subsidio adducit. Resti-
tuto proelio, ac repulsis hostibus, eo, quo Labie-
4 num [d] miserat, contendit: cohortes iv ex proximo
castello [e] deducit, equitum [f] se partem sequi, par-
tem [g] circumire exteriores munitiones, et ab tergo
5 hostes adoriri jubet. Labienus, postquam [h] neque
aggeres, neque fossae vim hostium sustinere pote-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. reliqui cum Edd. carent hic nomine. b deest numerus MSS. tantum non omnibus. et MSS. et Edd. qui supra nomen omiserant, hic inculcant. post *VII* abest a MSS. et Edd. pp. *C.* a vulgatis. c *integro* Sc. L. pr. d *misit* Pet. e vulgo *educit.* f Sic Cuj. Sc. L. pr. A. O. *sese* Urs. reliqui carent τῷ *se*, uti et Edd. pp. g *circuire* MSS. 4. recentiores. *a t.* MSS. 3. et Edd. qdd. h *nec a.*, *nec* L. pr.

ctio Glossemati debeatur, quo quis explicare voluit, qua ratione *aditus expedierint* Galli; nisi forsan, utraque lectione recepta, cum *Fr. Hotomanno* scribas: *Aggere et cratibus fossas explent*, *aditus expediunt.* Sed hoc frigidum est; quis enim nescit, expletis fossis, aditus expediri? Praeplacet igitur prior ratio. DAVIS. Codices nonnulli, *fossas explent.* Quod idem est. CLARK. Hanc lectionem primum reperio in Ed. Ven. 1517. quam Aldus, Manut. Gryphius, Plantin. Scaliger et dein reliqui secuti sunt; confirmantque MSS. Andin. et Oxon. Reliqui MSS. quod sciam, omnes tum aliorum Interpretum, et Castalionis, tum mei cum Edd. pp. item Vascos. Steph. et aliis exhibent, *fossas explent.* At vero Petavianus habet, *fossas expediunt.* unde verissima mihi videtur Hotomanni sententia, utrumque admittentis. Falsum enim est, quod putant viri docti, idem esse, *fossas explere*, et, *aditus expedire.* *Aditus* diversi sunt a fossis, quas Caesar praeduxerat, et post eas *reliquos aditus*, ad vallum usque, scrobibus, stimulis etc. impediverat. Hos jam *fossis expletis* etiam *expediunt*, et sic vallum tuto succedunt. Confer omnino c. 72. 73. 85. et locum Caesaris B. Civ. 1, 27. *Fossas transversas praeducit*, *atque ibi sudes stipitesque praeacutos defigit. Haec levibus cratibus terraque inaequat. Aditus autem atque itinera maximis defixis trabibus*, *atque eis praeacutis*, *praesepit.* Vide et Frontin. 1, 5, 5. Unde, ni fallor, clarissime liquet, aliud esse, *fossas explere*, aliud, *aditus expedire.* quare MSS. auctoribus utrumque admisi: nisi malis, *fossas et aditus expediunt.*

*Primo*] Bongars. pr. Scalig.

rant, coactis undequadraginta cohortibus, quas [a] ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem per nuncios facit certiorem, quid [b] faciundum existimet. Adcelerat Caesar, ut proelio intersit.

LXXXVIII. Ejus adventu ex colore vestitus co- 1
gnito, quo insigni [c] in proeliis uti consueverat, 442
[d] turmisque equitum, et cohortibus visis, quas se [e] sequi jusserat, ut de locis superioribus [f] haec declivia et devexa cernebantur, hostes [g] proelium com-

VARIAE LECTIONES.

a *de* L. pr. a m. pr. *educt.* B. pr. *deductus* L. pr. b Sic Ed. Ven. 1517. bene *u* pro *e.* dein *acceleret* Egm. L. pr. *C. ad proelium* Egm. c deest Ox. dein *consuerat* MSS. 9, et Edd. pp. d *turmis eq.* Ed. pr. Gryph. e *subsequi* L. sec. f *ac declivibus et devexis* Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. g Sic MSS. non *com. pr.* vulgo dein *emissis pilis. proeliis g. rem agunt* L. pr.

Leid. pr. *primum.* Forsan excidit *D.* sive *Decimum.* Nam Metaphrastes *Δέκιον*, vitiose tamen, addit, uti mox *Cajum*, sive *Gajum*, cum Metaphr. addunt MSS. mei omnes uti et aliorum: ac Edd. Inc. Vascos. Strada, Steph. Gryph. post. et Clarkii: quare addidi quoque. Paullo infra item MSS. et Edd. Vett. praebent, *deducit*, non, *educit*, ut vulgo male editur. V. modo c. praec. et statim, *quas ex praesidiis deductas.* 8, 54. *ex praesidiis XV legio deducebatur.* atque ita sexcenties. Adde ad 2, 33.

*Una de quadraginta cohortibus*] Sic Bongars. prim. et Metaph. *τριάκοντα καὶ ἐννέα.* at *una* abest a Scalig. Oxon. Leid. prim. *de* abest a MSS. reliquis, tum aliorum tum meis, et Edd. primis. Petav. *cum quadraginta. LX.* Voss. sec. Duker. et Sambuci MS. at contra *undecim*, sive *XI*, legendum putat Ciacconius. *Una de quadraginta*, pro *triginta novem*, an dici liceat, dubito. Beroald. Vascos. Str. Steph. et alii, *undequadr.* quod malim. Sic corruptus est in MSS. numerus *undequadragesimus* apud Valer. Max. 8, 7, 10.

*Fors obtulit*] Sic recte edit. *Steph.* In aliis scriptum erat, *sors obtulit.* Perperam. B. G. 2, 21. *Quam in partem fors obtulit*, ubi male *sors* irrepserat. Vide et 8, 19. DAVIS. *Fors* exhibent MSS. omnes vetustiores, et Edd. Ven. 1517. Aldi, Vasc. Stradae, Gryphii aliaeque. Iis, quae ad l. 2. adtuli, adde congesta ab Erud. Arntzenio ad Aurel. de Vir. illustr. 13. *equum, quem fors dederat.*

*Ex colore vestitus cognito, quo insigni in proeliis uti consueverat*] Imperatores aut albo aut purpureo sagulo fuerunt induti. *Val. Maximus* 1, 6, 11. *Du-*

2 mittunt. Utrimque clamore sublato, excipit rursus
3 ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. No-
stri, omissis pilis, gladiis rem gerunt. Repente post
4 tergum equitatus cernitur: cohortes aliae [a] adpro-
pinquant: hostes terga vertunt: fugientibus equi-
5 tes occurrunt: fit magna caedes: [b] Sedulius, dux
et princeps Lemovicum, occiditur: Vergasillaunus
[c] Arvernus vivus in fuga comprehenditur: signa mi-
litaria LXXIV ad Caesarem referuntur: pauci ex tanto
6 numero se incolumes in castra [d] recipiunt. Conspi-

## VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui *adpropinquabant* cum Edd. pp. plerique etiam *verterunt*. *Host. ergo* B. pr. et MS. Hotom. *fugientibusque* L. pr. b MSS. et Edd. quidd. *Asedullus*, *Ascedullus*, *Asedulus*. *Sedillus* L. pr. c *Arvernorum* L. pr. tert. a m. pr. d *receperunt* Duk.

*cturus erat* (Crassus) *a Carris adversus Parthos exercitum. Ei pullum traditum est paludamentum*, *cum in proelium exeuntibus album aut purpureum dari soleret.* Sed singularis cujusdam, ut opinor, coloris vestitu usus est *Caesar:* alioquin inepta forent illa verba, *quo insigni in proeliis uti consueverat.* Non enim *Just. Lipsio* adsentior, qui in Anal. ad Milit. Rom. l. 2. Dial. 12. eas voces expunxit, et *Julii Celsi* vibices parum κριτικῶς conquestus est. DAVIS. Vide etiam Hotoman.

*Declivia*] Ut apud Lucan. 2, 421. *Montis declivia.* At integerrimus Andin. cum Gottorp. Leid. et Voss. tertio, et Ed. Inc. dant, *decliva*, quod non spernendum. *Declivus* enim dici aeque, ac *declive*, cum innumeris ejusmodi adjectivis vidimus ad Lucan. 4, 114. Variatur quoque supra 2, 18. et alibi. Vide etiam ad B. Civ. 1, 45. pluribus de his agemus ad Hirt. de B. Afric. c. 10. *Omnia sibi procliva.* Mox Scaliger bene *excipit* ex Ursini Cod. edidit, cum vulgo ederetur, *excipitur*, contra MSS. Bong. pr. Petav. Oxon. Egmund. Vossian. pr. et 4. alios atque Ed. Inc. et Caesaris genium; ut patet ad 7, 4. *Convocatis clientibus facile incendit.* Melius habet Lovan. *ex v. atque ex omnibus*, geminata praepositione. qua de re actum saepissime.

*Emissis pilis, g. r. gerunt*] Placuit hoc Hotomanno quoque, et exstat in Cuj. Scal. Leid. pr. tert. And. Oxon. et Ven. 1517. Aldi, Gryphii aliisque. *missis* Vasc. et Steph. Reliqui MSS. et Edd. primae, *omissis*, cum Metaph. ἀφιέντες. Rectius. Si *emissis* scripsisset Caesar, nihil singulare adnotasset. Solitum enim Romano militi, pilis emissis, gladium stringere. Sed prae ardore pilis vel abjectis vel neglectis, statim ad gladios venerunt, et uno in-

cati ex oppido caedem et fugam suorum, deſperata salute, copias a munitionibus reducunt. Fit protinus, hac re audita, ex caſtris Gallorum fuga.
Quod nisi crebris subsidiis, ac totius diei labore 7
milites [a] eſſent defeſſi, omnes hoſtium copiae deleri 443
potuiſſent. De media nocte miſſus equitatus noviſſi- 8
mum agmen [b] conſequitur: magnus numerus capitur, atque interficitur: reliqui ex fuga in [c] civitates discedunt.

LXXXIX. Poſtero die Vercingetorix, [d] concilio 1

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *fuissent*. b *inseq.* L. pr. ut saepe. c *civitatem* V. sec. d *consilio* MSS. 5. Edd. pp.

petu ad manum, pede collato, pugnarunt. Atque ita emendandum eſſe, jam Sambucus, et poſt eum Cortius monuit ad Sall. B. Catil. 60, 2. *Pila omittunt: gladiis res geritur.*

*Dux et princeps Lemovicum*] Sic recte Metaphraſtes ac nonnulli Codd. manu exarati. In Vett. impreſſis *Rom. Ven. Beroald.* abſurde legitur, *dux et princepsGermanorum*, cum nulli prorſus huic bello interfuerint Germani, nisi qui a Caeſare ſteterunt. In MSto *Norvic.* peſſime scribitur, *dux et princeps Remorum*, cum Rhemi his motibus se non immiscuerint, ut teſtatus eſt *Caesar* bujusce libri c. 63. DAVIS. *Remorum*, ut male voluit e suo Cod. Sambucus, exſtat in MSS. 6. *Sequanorum* habent duo, et Ed. Inc. et Voſſ. pr. *Remorum tum*, Bongars. Egm. Petav. et alii *Remustum*. Sed *Lemovicum* Cujac. Scalig. Leid. pr. And. Oxon. et Petav. margo ac Voſſ. tert. agnoscunt. dein rurſus *Vercassivellaunus*, vel *Vercassivellanus*, MSS. omnes, et Edd. pp. aut *Cassivellanus*, ut in Leid. pr. et Oxon. Ceterum male *vivus* omittitur ab Editoribus Rom. Ven. et MS. Dorvill. et male *missus* Voſſ. tert. Vide ad c. 11. *Quin cuncti vivi caperentur.* ut legendum dixi. *In via* exaratur in membranis Andinis.

*Fuissent defessi*] Hoc quidem cum Urſino ex unico Codice recepit Scaliger, et poſt eum sequentes, ac forſan confirmatur ab Oxon. Nihilominus mihi videtur eſſe emendatio, sive corruptio potius, naſutuli librarii, credentis, *essent* non valere; unde etiam Vascos. Ed. pro *defessi* habet *defatigati*. Confidenter ego revocavi *τὸ essent*, uti exhibent ceteri MSS. omnes, et Edd. priores. Frequentiſſime, hac in conſtructione, Imperfectum tempus pro pluſquamperfecto adhibetur. Vide praeter alia, quae laudant Celeb. Duker. ad Flor. 3, 3, 3. *si statim urbem petissent, grande discrimen esset*, ac Cortius ad Salluſt. Jug. 59, 3. *Quivissent, ni pedites magnam cladem facerent.*

convocato, *id se bellum suscepisse non suarum* [a] *necessitatum, sed communis libertatis caussa,* de-
2 monstrat; *et, quoniam sit fortunae cedendum, ad utramque rem se illis obferre, seu morte sua Ro-*
3 *manis satisfacere, seu vivum transdere velint.* Mit-tuntur de his rebus ad Caesarem legati. Jubet ar-
4 ma transdi, principes [b] produci. Ipse [c] in munitione pro castris consedit: eo duces producuntur.
5 Vercingetorix deditur, arma projiciuntur. Reservatis Aeduis, atque Arvernis, si per eos civitates [d] recuperare posset, ex reliquis captivis toto [e] exercitu capita singula, praedae nomine, distribuit.

1 XC. His rebus confectis, in Aeduos proficisci-
2 tur; civitatem recipit. Eo legati [f] ab Arvernis

VARIAE LECTIONES.

a *necessitatium* V. pr. b deest G. V. tert. c abest L. pr. d *recuperari possent* L. pr. *possent* Egm. *possit* G. V. tert. *recipere* D. e Sic Ox. V. tert. Reliqui *exercitui*, uti et Edd. Vett. Vide ad c. 66. f *ex* L. pr.

*Vercingetorix deditur*] Florus 3. 10. de Vercingetorige loquens: *Ipse ille rex*, inquit, *maximum victoriae decus, cum in castra venisset, tum et phaleras et sua arma ante Caesaris genua projecit. Habes*, *inquit*, *fortem virum, vir fortissime, vicisti.* Sed mira illa Flori ἀνισορησία est, quod Gergoviam octoginta militum millibus defensam et subactam a Caesare ait; cum ipse Caesar dicat, se a Gergovia discessisse. Sed confundit Gergoviam cum Alesia. Ait idem, Alesiam a Caesare flammis aequatam, quod nusquam legere memini. Credo, Genabum voluit, quod a se incensum ipse Caesar fatetur. VOSS.

*Huic M. Sempronium attribuit*] Celsi exscriptor p. 159. *collegam dat*, quod non placet: *attribuit* hic *Caesari* est, adjutorem, vel vicarium dat. Sic 8, 6. ait Hirtius: *Suessionum qui Rhemis erant attributi.* Ubi *attributi* sunt clientes. VOSS. Vide B. G. 8, 48. DAVIS. B. Alex. c. 66. *Ariarathen Ariobarzani adtribuit, qui sub ejus imperio et ditione esset.*

*His rebus Caesaris litteris cognitis*] Bong. pr. sec. (cujus excerpta hic rursus incipiunt) Petav. Voss. pr. Egm. Lovan. Scaliger. et 6 alii, ut et Brant. ac Samb. et Hotom. *his litteris cognitis:* atque ita Ed. Inc. et R. Steph. Duk. *His Caes. l. cogn.* Voss. sec. *His rebus cognitis.* An-

missi, quae [a] imperaret, se facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obsidum. [b] Legiones in 3
hiberna mittit, captivorum circiter [c] xx milia Aeduis Arvernisque reddit. T. Labienum [d] II cum le- 4
gionibus et equitatu in Sequanos proficisci jubet. Huic M. Sempronium [e] Rutilum adtribuit. C. [f] Fa- 5
bium, et L. Minucium Basilum cum II legionibus in Remis conlocat, ne quam [g] ab finitimis Bellovacis calamitatem accipiant. C. Antistium Reginum in 6
[h] Ambivaretos, T. Sextium in Bituriges, C. Cani- 444
nium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit. Q. Tullium Ciceronem, et P. Sulpicium 7
[i] Cabilloni et Matiscone in Aeduis ad Ararim, rei

VARIAE LECTIONES.

a *imperet* Edd. R. M. V. *quod i.* Carr. *se* abest G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. V. ad 2, 32. b *legionem* L. pr. c *XXX* Duk. *reddidit* Sc. L. pr. d Sic MSS. plerique, non *cum II.* e *Rutilium* MSS. uno alteroque excepto, et Edd. Vett. ac Metaph. f Sic Cuj. Sc. pr. And. Ox. Dorv. Reliqui cum Edd. quibusd. *F. legatum*, quasi alii non fuissent legati, inepte. dein multi perperam, *Basilium*, cum Edd. Vett. et Metaph. deest Ox. et And. g Sic MSS. Leid. pr. Lov. V. pr. Egm. et alii, non *a. finitumis* B. pr. Egm. h *Ambilaretos* MSS. et Edd. Vett. vide supra. Mox *Revilum* Lov. Pet. V. c. 83. *Rebillum* al. i Sic MSS. plerique. al. *Cabiloni. Cavilloni* L. pr. V. ad c. 42.

din. vero et Oxon. cum Leidensi primo, *Hujus anni rebus cognitis:* uti ediderunt quoque Ven. 1517. Basil. Ald. Manut. Gryph. et Plant. *Harum rerum litteris cogn.* Ed. Vascos. et Stradae. Uti jam editur, restituit e suo Cod. Faërnus, et editum jam fuerat a Romanis, Mediolanensibus, Venetis A. 1494. ac Florentinis.

*Dierum* XX *supplicatio indicitur*] V. c. *supplicatio redditur.* quasi dicas, in grati animi testimonium supplicatio diis redditur pro victoriis, quas concesserant. Quamquam nullus ita veterum, quod sciam, loquatur. Porro *supplicatio* hic idem est, quod Valerius Max. *gratulationem* vocat. Nam 1, 1. inquit: *Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione: cum exposcendum, voto: cum solvendum, gratulatione: cum inquirendum vel extis vel sortibus, impetrito: cum solenni ritu peragendum, sacrificio.* Ubi *supplicatio* praeteritur, et pro ea est *gratulatio.* Sic usus Cicero l. 11. Epist. 18. ad Brutum: *Sed tamen, tam recenti gratulatione, quam tuo nomine*

8 frumentariae cauſſa, conlocat. ipſe [a] Bibracte hie-
9 marc conſtituit. His rebus litteris Caeſaris cogni-
tis, Romae dierum xx subplicatio indicitur.

VARIAE LECTIONES.

a *Bibracti* Dorv. V. c. 55. *Bibractae* Ed. Med. ut supra *Matisconae.* uti et Lov. Edd. R. Vasc. *Matissanae* Ed. Ven.

*ad omnia deorum templa fecimus.* et de Provinc. Cons. c. 11. *Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quae ex maximis victoriis.* Quam vero *precationem* hic Maximus appellat, ea Livio eſt *obsecratio* 31, 9. *Supplicationibus,* inquit, *habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta.* Nam de novo ibi bello loquitur Livius, et dicere vult, commendatam iis rem Romanam, priusquam in provincias abirent consules. VOSS. *Indicitur* inveni pro varia lectione in solo Leidensi secundo, ut teſtatur in suo eſſe Faërnus, atque etiam Vascos. Basil. et deinceps reliqui ediderunt. In ceteris omnibus ac Edd. primis exſtat, *redditur.* Sed debuiſſe saltem addi videtur *Diis,* sive *Dîs.* Forſan olim fuit, *decernitur.* Vide ad Salluſt. Jug. c. 55. *Ob ea feliciter acta Dis inmortalibus subplicia decernere.* Supra l. 2. et l. 4. in f. *Ob eas res ex litteris Caesaris dies XV subplicatio decreta est.* et sic apud alios. Vel *edicitur,* ut apud Prop. 2, 6, 2. *lege edicta.* Appul. l. 4. Met. in f. *edicitur justitium.* et alibi. Attamen cum in MSS. etiam, licet paucis, compareat, *indicitur,* hoc retineamus: cum hoc verbum sollemnibus sit proprium et ubivis obvium. Sic *indicere comitia, justitium.* Adi Cl. Drak. ad Liv. 4, 26. Ovid. 2. Faſt. 527. *Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit; nec stata sacra facit.*

*Indicitur*] Ad calcem hujusce libri legitur in Metaphraſte: ὃ ἐπ' ἄλλῳ ὐδενὶ ὐδέποτε ἐπεποιήκεσαν: quae verba de proprio addidiſſe videtur ad imitationem *Caesaris,* qui B.G. 2, 35. ait: *Dies* XV *supplicatio decreta est,* quod ante id tempus acciderat nulli. Certe *Caesarem Metaphrastes nonnunquam ducem deserit, et breves tentat excursus,* ut obſervavit vir Doctiſſimus, *P. D. Huetius,* de Clar. Intt. p. 219. DAVIS. De dierum numero adi Cl. P. Wesseling. Obſerv. 1, 6.

# C. JULII CAESARIS COMMENTARIORUM DE BELLO GALLICO SCRIPTORE AULO HIRTIO (*PANSA*) 

## LIBER VIII.

### ARGUMENTUM LIB. VIII. DE BELLO GALLICO.

*Hirtii de continuandis Caesaris Commentariis institutum.* I. *Galli bella renovant.* II. *Caesar, vastatis Biturigum et* V. *Carnutum agris,* VI. *Bellovacos ac plerosque alios aliquot proeliis subigit.* XXVI. *Novum interea a Pictonibus,* XXXI. *Carnu-*

*Scriptore A. Hirtio Pansa*] Jam olim super autore hujus libri dubitatum fuisse, docuit nos Suetonius in Julio, cum ait c. 56. *Nam Alexandrini, Africique et Hispaniensis incertus auctor est. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit.* MS. noster habebat: *Ab hinc Hirtii Pansae incipit praefatio libri* VIII. In Petaviano Cod. nulla inscriptio erat, sed a secunda manu adscriptum, *Pansae rerum gestarum C. Caesaris.* VOSS. Dele vocem postremam, nam nullus *A. Hirtius Pansa;* sed cum consules fuerint A. U. C. 710. A. Hirtius et C. Vibius Pansa, duos hosce viros in unum bujusce libri scriptorem contulerunt imperiti Librarii. Vide Cl. *Dodwellum*, differt. de *Julio Celso*, §. 4.

*tibus et Armoricis motum bellum, a C. Fabio Legato conficitur.* XXXII. *Caninius Legatus Lucterii Cadurci et Drappetis Senonis copias profligat:* XXXVII. *atque hunc capit.* XXXIX. *Caesar, Caninio junctus,* XLIII. *Uxellodunum occupat.* XLVIII. *Commio Atrebati, equestri pugna victo, venia data.* XLIX. *Sequenti anno, pacata universa Gallia, Caesar, ultro citroque commeans, res singulis disponit.* LIII. *Inimici ipsius Romae interea contra eum conspirant.*

Et *A.* quidem *Hirtii* nomen, omiſſa voce *Pansae*, recte prae se fert editio *Beroaldina*. Eandem rationem serves oportet in Indicibus, quae libris de bell. Alex. Afric. et Hiſpan. sunt praefixae. Hirtium vero *notarium Caesaris* inepte vocat *Lupus* Epiſt. 37. DAVIS. *Cur. sec.* Ineptior sane inſcriptio nulla excogitari a librariis potuit, quam quae vulgo circumfertur. *Hirtio Pansae* tamen hunc librum adſcribunt MSS. aliquot vetuſtiores. Praenomen *Auli* addunt Andin. et Leidens. pr. sec. ac Scaligeri. *Q.* vocant MSS. Lovan. et Brant. In Leid. sec. et aliis recentioribus a Grutero (cujus collationes hic rurſus incipiunt) inſpectis *Pansae* nomen recte omittitur, uti et in Edd. Romana, Ven. Mediol. aliisque multis. In margine Dorvilliani libri exaratur: *C. HYRTIUS PANSAE BALBO S.* quod quid sibi velit non capio. Alii ineptius adſcribunt *Julio Celso, Caesaris familiari*; ut Ortelian. Leidens. tert. et Ed. Incerta Celsi A. 1473. vel *Suetonio Tranquillo*, ut Palatinus. *Pansae* nomen nolui omnino delere, sed aliis litteris exprimi curavi. Potuerunt quidam *A. Hirtio*, quidam *C. Pansae*, ut alii *Oppio*, adſcribere. *Pansae* soli praeter Petav. inſcribere videtur quoque Oxoniensis. At contra Andinus, Scalig. Bong. prim. tantum exhibent nomen *A. HIRTII.* Omnino bene; et sic etiam nonnulli Codices ad titulum B. Alexandrini, Africi, et Hiſpaniensis.

A. HIR-

# A. HIRTIUS (*PANSA*) BALBO S. 446

*Coactus adsiduis tuis vocibus, Balbe, quum* 1
*quotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiae videretur deprecationem habere, difficillimam* [a] *rem suscepi. Caesaris nostri Com-* 2
*mentarios rerum gestarum Galliae, non comparan-*

VARIAE LECTIONES.

a Deest MSS. 8 et Ed. Inc.

*Coactus assiduis*] Huic epistolae praemitti debuit haec inscriptio, *A. Hirtius Balbo S.* Illam exhibet MS. *Carrar.* nisi quod *Caji* praenomen perperam repraesentet. DAVIS. *Cur. sec.* Rescripsi, ut supra, A. HIRTIUS (*PANSA*) BALBO S.

*Rerum gestarum Galliae*] Hae tres voces desiderabantur in cod. Petaviano, nisi quod recentiore manu adjectae erant. Certe facile crediderim a librario esse, nam quid illud, *rerum gestarum Galliae*, nisi *Galliae* pro *Gallis* positum? VOSSIUS. Ultima vox *Dionys. Vossium* offendit, quam ob causam reposuit, *rerum gestarum Gallis*, quod idem valet, ac *inter Gallos. Sulpicius Severus* Hist. Sacr. 2, 14. *Quis eo tempore* Persis *regnaverit. Corn. Severus* in Aetn. vs. 17. *Ultima quis tacuit juvenum certamina Colchis?* Sic enim legendum, non *Colchos*, ut habent editi, unde commoda interpretatio extundi non potest. At in *Caesare* nihil opus est ut quidquam mutemus. Ipse *Hirtius* hujusce libri c. 48. *Nullas habet* Galliae *magnopere res gestas. Corn. Nepos* Chabr. c. 3. *Plurimum* Cypri *vixit. Lucanus* 8, 428. *Et si* Thessaliae *bellum civile peractum est.* Sic membranae, nec erat necesse, ut *H. Grotius* emendaret, *Thessalia. Cicero* Tusc. Quaest. 2, 22. *Cum* Cypri *in manus Nicocreontis Regis incidisset.* Vide et *Sallustium* Jugurth. c. 33. DAVIS. B. Civ. 3, 106. *Pompejum Cypri visum.* Similia plura vide apud Voss. de Constr. c. 25. et supra ad 3, 7. *In Illyricum profectus est.* Nec puto, offensum Vossium a Genitivis, ab utraque parte nomini junctis. Ejus enim locutionis exempla dedimus ad 1, 30. *Helvetiorum injuriis populi Romani.* Auctior est Oxon. edens, *suscepi, Caesaris qui n. comm. contexui.* Nil muto.

*Non comparandos superioribus* etc.] Fateor, me haec non intelligere: *Caesaris commentarios r. g. G. non comparandos sup. atque ins. ejus scriptis con-*

*dos superioribus atque* [a] *insequentibus ejus scriptis,*
447 *contexui, novissimumque* [b] *inperfectum, ab rebus gestis Alexandriae, confeci usque ad exitum non quidem civilis dissensionis, cujus finem nullum vi-*
3 *demus, sed vitae Caesaris. Quos* [c] *utinam qui legent, scire possint, quam invitus susceperim scribendos, quo facilius caream stultitiae atque adrogantiae crimine, qui me* [d] *mediis interposuerim Cae-*
4 *saris scriptis: constat enim inter omnes, nihil tam* [e] *operose ab aliis esse perfectum, quod non horum*

VARIAE LECTIONES.

a *inferioribus* MS. Samb. b *novissimeque imperfecta* vulgo. *a reb.* MSS. 4. c *utique* Ox. *legant* Pet. *legerint* L. sec. V. sec. Duk. Pal. et Ed. Vasc. Str. Gryph. post. *legerent* B. pr. *legerit* B. sec. statim vulgo *possent* contra MSS. et Edd. Vett. d *medium* B. tert. et Edd. quaedam. Al. *medius* male. [Malim nunc *medium*, ut est quoque in edit. Veneta a. 1471. OUDENDORP. ad Sueton. Calig. c. 22. p. 502.] e *operosum* And. L. pr.

*texui.* Quod notare debet: Commentarios de Caesaris rebus gestis composui, vel supplevi eos meis, qui non comparandi sunt ejus libris. Sed tum saltem debuit addi, *ultimos*, vel, *ultimarum rerum.* at vel sic foret haec locutio durissima. Sensus auctoris esse debet, *se ad Commentarios Caesaris adtexuisse suos commentarios, qui non comparandi sunt superioribus,* (scil. 7. Libris de Bello Gallico,) *atque insequentibus* (de Bello Civili) *ejus scriptis, noviss.* etc. atque ita *se interposuisse mediis*, vel, ut alii habent minus eleganter ex interpretatione, *medium, Caesaris scriptis.* At hic sensus e vulgata lectione exsculpi nequit. *Comparandos* etiam non comparet in MSS. nisi recentissimis. *Comparantibus* est in Bong. sec. Petav. Voss. pr. Leid. pr. Cujac. Lovan. ac sex aliis et Edd. Beroaldina prioribus. *Comparentibus* Bong. prim. Sed Oxoniensis exhibet, *comparandis*, sensu claro quidem: *contexui commentarios Caesaris non comparandis*, sc. commentariis, cum ipsius operibus, sed minus concinna casuum conjunctione, Latere tamen mendum videtur in hoc participio: alioqui levissima mutatione emendari posset locus, scribendo, *commentariis. Contexui*, i. e. addidi, adjunxi, et consui *Caesaris commentariis non comparandos*, sc. commentarios etc. quare subdit, *quos utinam* etc. Eleganter autem *contexere* adhibet, quod non modo *conjungere*, sed et *interrupta* continuare notat.

*Novissimeque imperfecta*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *Novissimumque imperfectum* etc. CLARK. *Novissimeque inperfectum* exaratur in MSS. Urs. And.

*elegantia Commentariorum superetur: qui sunt editi,* 5
*ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset: ad-*
*eoque probantur omnium judicio, ut* [a] *praerepta,*
*non praebita facultas scriptoribus videatur. Cujus* 6
*tamen rei major nostra, quam reliquorum est ad-*
*miratio: ceteri enim quam bene,* [b] *atque emendate;*
*nos etiam, quam facile* [c] *atque celeriter eos perfe-*
*cerit, scimus. Erat autem in Caesare* [d] *quum fa-* 7
*cultas, atque elegantia summa scribendi, tum ve-*
*rissima* [e] *scientia suorum consiliorum explicando-*

VARIAE LECTIONES.

a *praecepta* L. tert. Ed. Inc. b *quam em.* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. non male. an *quamque?* vulgatum exstat apud Sueton. c *ac* Edd. R. M. *eos* abest L. pr. et vulgo *confec.* d *tum* MSS. 5. et Edd. pp. e Sic MSS. et Edd. pp. non *suor. scient.* Palat. *conscientia.*

et Oxon. in Bong. sec. est, *novisque inperfectum.* Ceteri MSS. omnes et Edd. primae, item Vascos. sec. Steph. aliaeque, *novissimumque inperfectum.* nisi quod in Duker. et Voss. sec. ac Ed. Beroaldi sit, *ac inperfectum.* Sed tum elegantius legeretur, *novissimum atque*, quod conjecit Ursinus. At non opus est, illam copulam inserere. si autem haec sana sunt, ultimum librum intelligat necesse est Belli civilis, eumque *inperfectum* dicat, qui desinit in vocibus, *Haec initia belli Alexandrini fuerunt*, a quibus illum perfecit *Hirtius, usque ad exitum* etc. Verum Sueton. in Caes. c. 56. diserte haec verba cepit de hoc Octavo libro, sive Commentario, Belli Gallici, dicens: *Hirtium, qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum subpleverit:* unde forsan legendum, *novissimumque inperfectum, ac de rebus gestis* etc. Hinc forsan illud, *ac inperf.* in nonnullis codicibus.

*Ne scientia tantarum r. scriptoribus deesset*] MSS. *desit.* quae et verior lectio. CLARK. Verum τὸ *deesset* servant And. Cujac. Scalig. Leid. pr. et Oxoniens. qui insuper cum Edd. post Beroaldum usque ad Scaliger. ingerunt vocem, *gestarum.* Nec male, ut opinor, quia Hirtius, suum Caesarem imitatus, plenam orationem adhibuerit; licet *gestarum* et *gestis* praecedat. Raro etiam hi codices conspirantes inponunt, aut aliud quid latere significant.

*Confecerit*] Nonnulli libri, *perfecerit.* Suetonius in Julio c. 56. *perscripserit*, et ita lego. DAVIS. *Cur. sec.* Miror, cur Scaliger hic maluerit sequi Vascos. et R. Stephanum, quibuscum faciunt Strada et Ed. Gryphii posterior, cum tamen MSS. ad unum omnes, tam a Grutero, quam me et aliis inspecti, uti et reliquae Edd. exhibeant, *perfecerit*, sive absolverit. Sic *poëma perficere* apud Ciceronem. Contra

8 *rum. Mihi ne illud* [a] *quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello interessem: quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sint nota; tamen aliter audimus ea, quae rerum novitate, aut admiratione nos capiunt; aliter, quae* [b] *pro testimonio sumus di-*
9 *cturi. Sed ego nimirum, dum omnes excusationis*
448 *caussas conligo, ne cum Caesare conferar, hoc* [c] *ipso crimen adrogantiae subeo, quod me judicio cujusquam existimem posse cum Caesare comparari. Vale.*

VARIAE LECTIONES.

a *em.* Ox. Mox *notata* Pet. b deeſt praep. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. c vulgo *ipsum.*

*inperfectus liber* supra. Vulgaribus libris deceptus eſt magnus Caſaubonus in Suetonio, ex Hirtio praeferens, *confecerit.* Immo ex noſtri Codd. lege, *perfecerit.* Fefelliſſent me hoc loco et Gruteriana excerpta per Cl. Gudium et alios deſcripta, nisi eos Codd. partim ipſe vidiſſem, partim ex ipſa Gruteri manu cognoviſſem, *perfecerit*, non *confecerit*, in membranis a se inſpectis supereſſe. Idem mihi saepius uſu venit.

*Sunt nota*] Sic MSS. Scaliger et Recentiores (sint *nota.*) Minus recte. CLARK. Male repoſuit Clarkius *sunt. Sint* exſtat in Cujac. Scalig. Leid. pr. Bong. pr. sec. aliisque, uti et Edd. omnibus, si primas excipias. Forſan credidit vir doctus, *quamquam* non cum subjunctivo conſtrui. Sed tu vide, Lector, quae laudavi ad Lucan. 2, 351. *Tempora quamquam Sint aliena toris.* uti edidi ex MSS. et adde v. 473. *Quamquam His sedeat castris.* Vide etiam Pearc. ad Cicer. de Orat. 1, 6. Infra c. 55. *Quamquam esset dubium*, in Leid. pr. immo B. Afric. c. 31. *quamquam adversarii essent magnis copiis freti.* Sic MSS. et Edd. Appulej. l. 6. Met. pag. 115. *Quamquam frustra filium dicam.*

*Audimus*] Ita exhibent MSS. Atque ita legendum poſtulat temporum ratio. Tum porro *generalis* eſt Propoſitio: cui minus convenit illud, quod ediderunt Scaliger aliique, (*audivimus.*) CLARK. *Audivimus* typographicum eſt vitium, quod ex editione *Scaligerana* dimanavit; nam rescribendum, *audimus*, quemadmodum (Edd. primae) *Beroaldus*, aliique plures ediderunt. DAVIS. *Cur. sec. Audivimus* nihilominus exſtat in Leid. pr. Oxon. et Voſſ. tertio.

*Hoc ipsum crimen arrogantiae subeo, quod* etc.] Nihil invenuſtius dici potuit; at jacentem sententiam eriges, eamque *Hirtio* dignam reddes, si legas: *hoc* ipſo *crimen arrogantiae subeo.* Ac sic edidit *Ant. Gryphius*, ut poſtea deprehendi. Sic etiam *Francofurtenses* A. D. 1575. et *Lugdunenses* 1576. DAVIS. *Cur. sec.* Immo *ipso* jam ediderunt Vascos. Strada, R. Stephanus A. 1544. Seb. Gryph. A. 1536. 1546. et perspicue exaratum supereſt in MSto Oxoniensi; de Cujac. et Andino dubito. c. 19. *Hoc ipso fiunt superiores.*

I. Omni Gallia devicta, Caesar quum a supe- 1
riore aestate nullum bellandi tempus intermisisset,
militesque hibernorum quiete reficere a tantis labo-
ribus vellet; complures eodem tempore civitates
renovare belli consilia, nunciabantur, conjuratio-
nesque facere. Cujus rei [a] verisimilis caussa adfere- 2
batur, quod Gallis omnibus cognitum esset, neque
ulla multitudine, in unum locum coacta, resisti posse
Romanis; [b] nec, si diversa bella complures eodem
tempore [c] inissent civitates, satis [d] auxilii, aut spa-
tii, aut copiarum habiturum exercitum populi Ro-
mani ad omnia [e] persequenda: non esse autem ali- 3

VARIAE LECTIONES.

a *Similis veri* G. L. tert. V. tert. Ed. Inc. non male. b *at* Dorv. c vulgo *intulissent.* d *consilii* Vir D. ad Marg. e *pros.* L. pr. *persequendum* V. sec.

*Superiore aestate*] Sic ex MS. Reg. rescripsi, sensumque efficit aptiorem. Al. (*a superiore aestate.*) CLARK. Legendum, *quum superiore aestate:* quod ex MSto Regio Cl. *Clarkius* recte monuit. DAVIS. *Cur. sec.* Male ex unico eoque recentissimo codice delent praepositionem *a* viri docti contra Hirtii mentem. *Superior aestas* non intelligitur ejus anni aestas, sed praecedentis. ab ea aestate nullum tempus bellandi intermiserat Caesar, nam per hiemem maximi motus Gallorum erant facti. Consule initium libri septimi. Immo, licet capiamus de inita ejusdem anni aestate, vel sic nihil innovari velim contra reliquos MStos. Sed priorem sensum praefero.

*Resisti posse Romanis*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii habent, (*resisti posse a Romanis.*) Quae si vera Lectio sit, jam hoc dicet *Hirtius*, Romanos neque, in unum *coactis* copiis, resistere posse *tam multis in locis;* neque, *divisis* copiis, resistere posse *tantae multitudini.* Sed neque vulgata Lectio loco movenda. CLARK. *A* addunt quoque MSS. Urs. Brantii, uti et Bongars. pr. Petav. Leid. pr. Voss. pr. Egm. Lovan. et 4 alii et Ed. Inc. Praestat tamen reliquorum Codicum lectio. Didicerant Galli cum alias, tum praecedenti aestate ad Alesiam, se Romanis pares non esse, si omnes copiae in unum locum essent coactae, uti bene exposuit Hotomannus. In Bong. sec. legitur *et.* Forsan olim fuit, *posse a se Romanis.* Illud *a* enim non videtur esse de nihilo.

*Intulissent c.*] Quanto elegantius Andinae et Oxon. membranae, *inissent.* cujus glossa est,

449 cui civitati sortem [a] incommodi recusandam, si tali mora reliquae [b] possent se vindicare in libertatem.

1 II. Quae ne opinio Gallorum confirmaretur, Caesar M. Antonium quaestorem suis praefecit hibernis: ipse, [c] cum equitatus praesidio, [d] pridie Kal. Januarias ab oppido Bibracte proficiscitur ad legionem XIII, quam non longe [e] a finibus Aeduorum conlocaverat in finibus Biturigum, eique ad-
2 jungit legionem XI, quae proxima fuerat. Binis cohortibus ad inpedimenta tuenda relictis, reliquum

VARIAE LECTIONES.

a *incommode* V. pr. E. b *possint* V. tert. c vulgo deest *cum.* d deest B. sec. vulgo *Jan.* vel *Januarii.* et mox *XII.* e *ab* MSS. 2. iidem *fuerit.*

*intulissent.* Ut *inire proelium*, sic *inire bellum* passim adhibent Auctores. Livius 36, 1. *Vellent juberentne cum Antiocho rege bellum iniri.* et saepissime. Vellej. 2, 3. *bellaque non caussis inita.* Frontin. 1, 1, 8. *majore bellum molitione inituros.* Justin. 8, 2. *tot bella victores illo duce inierant.* Adde 12, 2, 6. 15, 1, 9. et alios. Ipse demum Hirt. B. Afric. c. 91. *Inito bello.*

*Praefecit*] Ita reposui ex MS. Reg. Meliusque convenit cum eo, quod sequitur (*proficiscitur*,) quam illud, quod habent Editi, (*praefecit.*) CLARK. Errat Clarkius. Passim Historici jungunt praeteritum et praesens, ut aliquoties jam monendum habuimus. Vide praeter alia ad 5, 11. *delegit et jubet.* Immo ordo temporum recte servatur. Prius enim praefecit eum; tum profectus est. Constanter etiam *praefecit* servant MSS. mei. Adde B. Civ. 2, 26. *se in castra recepit, et Imp. adpellatur.*

*Equitatus praesidio*] Sic Cuj. Scal. Leid. pr. cum Andin. et Oxon. Reliqui tam aliorum, quam mei, et Edd. Vett. *equitum.* Nil muta. Adde potius e tribus prioribus MSS. *cum*, ut feci; sic enim solent loqui Caesar et Hirtius. Vide exempla ad Frontin. 3, 3, 1. *Cum praesidio Epirotarum urbem obtinebat.* Infra c. 46. *Cum equitum praesidio*, ubi Leid. pr. etiam, *equitatus.* et B. Afric. c. 79.

*Kal. Januarii*] In Pet. cod. erat *Kall.* scriptum, imperitia librarii: credo, putavit, *Kalendae* quoque singularem habere numerum, ideoque imitatus veterem morem, quo *coss.* pro consules, *cos.* pro consul, scribebatur. VOSS. *Januarii* MSS. quidam et plerique Editi. alii, *Januariis.* sed *Januarias* exhibui fide Bong. pr. Voss. pr. Egmund. Gott. et aliorum atque Edd. primarum, Stephani etc. Vide Cl. Drak. ad Liv. 4, 37.

*Ad legionem* XII] Legionem,

exercitum in copiosissimos agros Biturigum inducit: qui, quum latos fines, et [a] complura oppida haberent, unius legionis hibernis non [b] potuerint contineri, quin bellum pararent, conjurationesque facerent.

III. Repentino adventu Caesaris accidit, quod 1
inparatis disjectisque accidere [c] fuit necesse, ut sine 450
timore ullo rura colentes prius ab equitatu obprimerentur, quam confugere in oppida possent: nam- 2
que etiam illud vulgare incursionis signum hostium,

VARIAE LECTIONES.

a *quampl.* Dorv. Edd. R. M. V. ut alibi saepe. b Sic B. pr. V. pr. Egm. Scal. et alii. MSS. 8. *potuerunt*, et Edd. pp. sed Petav. D. pr. Cuj. *poterant*. vulgo *potuerant*. c vulgo deest *accidere*.

quae cum T. Sextio in Biturigibus hiemabat, hujusce libri c. 11. vocat XIII. adeo ut vel hic vel illic error sit in numeris. DAVIS. Hoc loco error est in numeris, uti patet ex 7,51. ubi mentio *XIII legionis*, et *legati T. Sextii*. Monuit haec jam Glareanus, et ad oram suae Editionis *decimam tertiam* adscripsit Vascosanus. Immo e c. 24. patet, Labienum praefuisse legioni XII. si quidem sana est lectio. *XIII.* jam recepit Clarkius.

*Ad inped. tuenda relictis*] Docte et nervose membranae Andinae non agnoscunt vocem *tuenda*. quod videtur intrusum ad sensum fulciendum. Sed *ad* notat *apud:* uti crebro, *ad Caesarem esse*, *ad exercitum manere*. Vide ad 1, 31. 3, 9. 6, 38. Sic MSS. quidam 6, 8. *turmis praesidio ad inpedimenta relictis:* vulgo, *dimissis*. Ceterum MSS. omnes τελειον σιγμα ponunt non post *fuerat*, sed post *relictis*.

*Imparatis disjectisque*] In primo et secundo Bong. et Petav. ac Palat. codd. erat, *dejectisque*, perperam. Nugatur Hotomannus, cum *defectis* veram lectionem putat: ipse sensus reclamat. VOSS. *Defectis* MSS. Stephan. Andin. et Oxon. confirmant, et Rhellican. jam legi voluit. Ceteri Codices, et Edd. Vett. habent, *dejectis*, obvio errore, pro *dijectis*, seu *disjectis*, i. e. dissipatis, dispersis; licet *dejectis* notare posset, turbatis, quod consilio suo et spe deciderint. *Detritis* Lipsius libri sui orae adleverat. Nil muta. Sic capite 7. *Pabulatione cum exigua tum disjecta:* ubi itidem in quibusdam, *dejecta*. c. 10. *Raris disjectisque aedificiis*. Adde Ill. N. Heins. ad Ovid. Met. 3,726. *Trunca sed ostendens disjectis corpora membris*.

*Accidere fuit necesse*] Vocem *accidere*, nescio cujus audacia omissam, repono, quando constanter omnes manuscr. eam agnoscunt. Et Hirtius saepe imitatur Caesaris phrasin, qui 1, 85. de bello civili ait: *Accidisse igi-*

quod [a] incendiis aedificiorum intellegi consuevit, Caesaris id erat interdicto sublatum: ne aut copia pabuli frumentique, si longius progredi vellet, de-
3 ficeretur; aut hostes incendiis terrerentur. Multis hominum milibus captis, perterriti Bituriges, qui primum adventum [b] effugere potuerant Romanorum, in finitimas civitates, aut privatis hospitiis confisi,
4 aut societate consiliorum, confugerant. Frustra: nam Caesar magnis itineribus omnibus locis occur-

VARIAE LECTIONES.

a *incendium* G. *incendio* Edd. R. M. V. *cognovit* Lov. b MSS. tantum non omnes *pot. eff. putaverint* Dorv. Edd. R. M. V.

*tur his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat.* Quin infra ipse Hirtius: *Accidebat autem quotidianis pabulationibus, id quod accidere erat necesse*, etc. itaque et hic scribe, *accidere fuit necesse.* VOSS. Vocem (*accidere*,) quam *Scaliger* aliique perperam omiserant, optime ex MSS. restituit *Vossius.* Atque infra ita loquitur *Hirtius*, de bello Gall. 8, 10. (*Accidebat autem*, — *id quod* accidere *erat necesse.*) CLARK. Revocavi cum viris doctis verbum, *accidere*, quod addunt tum Edd. Vett. tum MSS. omnes praeter unicum Oxoniensem, ut 5, 39. *Huic quoque accidit, quod fuit necesse.* Nihilominus pleniorem locutionem praefero. Vide ad 1, 44. et 2, 9. *Facerem, quod nostri majores fecerunt.* 1, 44. *Quod exercitum in Gallia habeat, sui obprimendi caussa habere.* Simile infra c. 24. *Ne simile incommodum accideret, ac Tergestinis accidisset.* B. C. 1, 19. *Id ne fieri posset, fiebat.* Paullo aliter, ac hic, 5, 33. *Accidit, quod fieri necesse erat.*

*Illud vulgare incursionis signum hostium*] Trajecta verba ex primo Bongars. et Petav. codd. ita ordino: *incursionis hostium signum*; pro *vulgare* in secundo est, *fugare.* MS. nost. *futurae.* VOSS. *Illud vulgare incursionis signum hostium*, quod *incendiis aedificiorum intelligi consuevit*) Lego, *illud incursionis hostium signum*, quae *incendiis* etc. Ordo verborum est a *Petav. Bongars.* pr. *Gottorp. Voss. Egmund.* sed *quae* nobis debetur; nam pronomen ad *incursionem* videtur referendum. DAVIS. *Cur. sec.* Ordo ille verborum, *hostium signum*, est etiam in plerisque meis et Edd. vetustis, sed non in Cujac. Leid. pr. et Oxon. At in Vossiano primo a manu prima est, *incursionibus.* Opinor, Hirtium scripsisse: *illud, vulgare incursioni, signum hostium, quod*, scilicet, *adesse hostes.* Non temere enim contra MSS. *quod* in *quae* mutem, ut facit Davisius. *Vulgare incursioni* notat id, quod in incursionibus plerumque adhiberi solet. *S* autem e seq. voce *signum* facile adhaerere potuit.

rit; nec dat ulli civitati spatium de aliena potius, quam de domeſtica salute cogitandi. Qua celerita- 461 te, et fideles amicos retinebat, et dubitantes terrore ad [a] conditiones pacis [b] adducebat. Tali conditione propoſita, Bituriges, quum sibi viderent [c] clementia Caeſaris reditum patere in ejus amicitiam, finitimasque civitates sine ulla poena dediſſe obſides, atque in [d] fidem receptas eſſe, idem fecerunt.

VARIAE LECTIONES.

a *conditionem* Ox. b MSS. 3 *reduc.* c *ad clementiam* L. sec. B. tert. in quo etiam *in ejusque am. finitimas civ.* d *fide* Ox.

*Caesaris id erat*] Voculam *id* expungo, nixus autoritate quinque MSS. prim. sec. tert. Bong. Pet. ac Palatini. VOSS. Deeſt quoque in MSS. Reg. et Eliens. CLARK. Nimis obſequentem sibi Voſſius habuit Clarkium, ejiciendo *τὸ id.* quamquam fatear, abeſſe quoque a Voſſianis, Egmund. Lovan. et aliis, uti et Edd. primis, Beroaldi, Vascos. Steph. aliorumque. Verum tamen servant *τὸ id* Cujac. Scalig. Andin. Oxon. et Leid. prim. quare eam particulam expungere mihi religio fuit, cum sciam, saepiſſime pronomina *is, ille, hic, πλεονάζειν.* Vide citatos viros doctos in Miscell. Obſerv. Vol. 3. T. 2. p. 221. Manut. ad Vellej. 2, 3. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 27. et c. 43. et innumeris aliis locis. Immo ipſe auctor c. 54. *legionem* etc. eam *dedit.* ubi male iſtam voculam ejecit Clarkius. Valer. Max. 1, 7, 5. *M. Cicero, cum in villa quadam campi Atinatis deversaretur, is animo* etc. Sic MSS. in quibus optimus Harlem. Vide soceri notas.

*Deficeretur*] Vulgg. *deficeret;* sed nos secuti sumus lectionem Codicis *Norv.* et locum ex aliis MSStis ita corrigendum eſſe, vidit *Marquardus Gudius* ad *Phaedri* 1, 21. Sic B. C. 3, 64. *Quum gravi vulnere esset affectus Aquilifer, et viribus* deficeretur. De hac voce nos multis agemus ad illius libri c. 11. DAVIS. Optime, quomodo et in Voſsii quoque MS. scriptum eſt. Alii minus recte (*deficeret.*) CLARK. *Deficeret* in pauciſſimis et recentioribus exſtat MSS. sed et in Leid. primo: quod defendi posset, praeſertim si *vellent* cum Egm. et Dorvill. legeremus, ut *copia* foret nominativus. Sic B. Civ. 2, 37. *Non frumentum deficere poterat.* Sed malim accedere Viris doctis, Grutero, Gudio, uti et Editoribus, Aldo, Vascos. Stephano, Gryphio aliisque et MSS. meis 14. atque Ed. Inc. 1473. Valer. Maxim. 7, 6, 2. *Alimentorum facultate defici.* Multis hoc de verbo egi ad Front. 1, 7, 1. *Ea, quibus deficimur.* Cellar. ad B. Civ. 3, 64. Voſſ. ad Vell. 2, 64. Cort. ad Plin. Ep. 2, 16. *Etiamsi jure deficerentur.*

*Fideles amicos ret.*] Ciacconius mallet legere, *in fide am.*

1 IV. Caesar militibus pro tanto labore ac patientia, qui [a] brumalibus diebus, itineribus difficillimis, frigoribus intolerandis studiosissime permanserant in labore, [b] ducenos sestertios, centurionibus II milia [c] nummûm, praedae nomine, condonanda pollicetur: legionibusque in hiberna remissis,
2 ipse se [d] recipit die [e] XL Bibracte. Ibi quum jus diceret, Bituriges ad eum [f] legatos mittunt, auxi-

VARIAE LECTIONES.

a *a br.* V. sec. b MSS. 3 *ducentos.* c *nummorum* MSS. 3. Ed. Inc. male. Al. melius *numûm.* d vulgo *recepit.* e *XXX* Lov. V. pr. et 4 alii cum Ed. Inc. *tricesimo* Egm. f *legatum* Ox.

*retin.* vel, *fideles ret.* ejecta voce, *amicos.* Ego, si quid mutandum est, cum Grutero praeferrem, *facile amicos ret.* praesertim cum huic lectioni suffragentur Lovan. Cod. in quo, *faciles;* uti et Palat. Dorvill. et Brant. cum Edd. Beroaldina antiquioribus, quae dant, *facile.* Nihilominus facile et bene explicari potest lectio vulgaris. *Amicos retinebat fideles*, id est, faciebat, ut amici manerent sibi fideles, et in fide constarent.

*Tali conditione Bituriges proposita*] Sic MSS. Reg. et Vossii. Vulgg. minus eleganter, *Tali conditione proposita, Bituriges etc.* Vide supra ad 5, 49. CLARK. Contra plurimos MStos tales verborum trajectiones non sunt inculcandae, sed defendendae, si in MSS. reperiantur. E meis nihil mutati ordinis in excerptis adnotatum video.

II *milia nummum*] Sic reperit Gruterus in solo recentissimo Bong. tert. Ceteri MSS. omnes et Edd. primae dant, *tot milia n.* Quod fidem excedit. An scripsit Hirtius, *ad II milia?* Saepe enim hanc praepositionem numeralibus addi, et multis in locis corruptam esse, dudum docuerunt celeberrimi instauratae Latinitatis duumviri, J. F. Gron. de Sestert. 1, 7. et J. G. Graevius ad Suet. Jul. c. 20. *ad XX milibus civium.* Caes. B. Gall. 1, 5. *oppida sua numero ad XII.* B. Civ. 1, 39. *ad VI milia peditum.* 3, 4. *Ad eundem numerum Cotys dederat.* c. 53. *ad II milium numero.* ubi etiam vide Ciaccon. Davis. Clarkium et alios. B. Afric. c. 1. *equitum ad II milia.* Adde c. 21. *ad ternas cohortes.*

*Condonanda pollicetur*] *Condonata* in 4. Codd. est, prim. sec. Bong. Pet. ac Pal. Ciacconius expungendam vocem putabat. Et integra sententia abesse profecto poterat. VOSS. Praeter Bong. tert. constantissime MSS. cuncti et Ed. Inc. praebent, *condonata.* Forsan fuit ab Hirtii manu, *condonatae*, id est, eo, quod praedam ipsis condonasset, nomine. Id si minus placeat, a Ciacconii sententia non alienus sum. Ut solent cuique suae, mea tamen adridet magis conjectura. Male Cellarius etiam ea, *prae-*

lium [a] petitum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur. Qua re cognita, quum non 3
amplius x et [b] IIX dies in hibernis esset [c] commoratus, [d] legiones XIV, et VI, ex hibernis ab [e] Arare 452
educit: quas ibi conlocatas, explicandae rei frumentariae caussa, superiore Commentario demonstratum est. Ita cum II legionibus ad persequendos Carnutes proficiscitur.

VARIAE LECTIONES.

a *petunt* Lov. Dorv. b *IX* Lov. et 3 alii cum Edd. pp. c Sic Pet. Cuj. Sc. Lov. Reliqui *moratus* et Ed. Inc. d *legionem* L. pr. sec. e *Arari* L. pr. in quo semper *Carnotes*.

*dae nomine*, suspecta habuisse videtur. 7, 89. *Exercitui capita singula, praedae nomine, distribuit.* Suet. Jul. c. 48. *Veteranis, praedae nomine*, XX *milia numûm dedit*. Appulej. l. 6. p. 114. *accepturus indicinae nomine VII savia.* Sic enim cum Elmenh. et Roaldo scribendum. MS. noster, *indicive*; vulgo, *indicii*. Sic *nauli nomine* p. 121. *stipendii nomine* Cicero, et Sueton. Caes. c. 25. passim, *eo nomine*.

*Recipit*] Ita ex MS. Regio reposui, propter praecedentem, *pollicetur*. Al. *recepit*. CLARK. Ratio, quam adfert Clarkius, minus valet, ut vidimus ad c. sec. Nihilominus hoc loco praesens praetuli ex Bongars. pr. Leid. pr. Oxon. Voss. tert. et Dorvill. quia tempus id amant Historici. quod vel ex hoc ipso patet capite.

*Ex hybernis ab Arare educit*] Emendo ex pr. Bong. Petav. et Pal. *ducit*. Nam si retineas, *educit*, scribendum erat, *ex hybernis ad Ararim educit.* Sed Bong. habebat, *ab Ara reducit*, quod corruptum ex, *Arare ducit.* VOSS. Ex pr. Bong. Pet. et Pal. *Dionys. Vossius* emendat, *ex hibernis ab Arare ducit.* Sane ita exhibent editt. *Rom. Ven. Beroald.* Cum tamen sec. *Bongars.* repraesentet, *ab Ara reducit*, rescribendum crediderim, *ab Arare reducit:* frequenter enim fit, ut eadem syllaba repetita in causa sit, cur earum altera omittatur. DAVIS. Parvo admodum discrimine. CLARK. Nihil varietatis e Scalig. Andino, Cujac. ac Bong. tert. enotatum est. Reliqui omnes cum Edd. primis habent, *ducit*. *Ex hibernis educere*, frequens est in his libris locutio. Malim tamen, *reducit*, id est, revocat, retrahit. *Ducit* non inprobarem, si ipse adfuisset Caesar, sed per nuncios ex hibernis evocavit. Dein *conlectas*, vel *conjectas*, quod malebat Heinsius, est in Lovan. Vide ad B. G. 2, 28. *Majores natu, quos in paludes conjectos dixeramus.* Contra ceteros Codices non muto vulgarem et propriam hac in re dictionem. Placet potius Gruteri conjectura, qui in seqq. volebat abjicere τὸ *caussa;* cum in Palat. Cod. invenerit, *explicandae caussa r. f.* Adi de hac ellipsi ad 4, 1. et alibi.

*Ducti*] Ciacconius malebat, *ad-*

1 V. Quum fama exercitus ad hostes esset perlata, calamitate ceterorum ducti Carnutes, desertis vicis oppidisque, quae, tolerandae hiemis caussa, constitutis repente exiguis ad necessitatem aedificiis, incolebant (nuper enim devicti complura op-
2 pida dimiserant) dispersi [a] profugiunt. Caesar erumpentes eo maxime tempore [b] acerrimas tempestates

VARIAE LECTIONES.

a *confugiunt* Edd. R. M. V. *profugerunt* Egm. b deest And. Ox. *acerrimas* B. pr. V. pr. E.

*ducti.* Cur non potius litterarum ductu insistens tum praetulit, *inducti?* Nil contra MStos mutandum, cum Latinus sit et elegans simplicis verbi hoc in sensu usus, ut cuivis notum. V. ad 7, 37. Mox pro *desertis vicis* in MS. Brant. Lovan. Dorv. aliisque et Edd. primis est, *vicis desertis*, et in Andino ac Oxoniensi exaratur, *ad nec. rep. exigua constituerant aedificia;* unde non inconcinne refingi posset: *Vicis desertis, quaeque t. h. c. ad nec. exigua constituerant aedificia* (*nuper enim* etc.) refectis *tois oppidis*, et *incolebant.*

*Complura oppida dimiserant*] Sic pr. sec. tert. Bong. Pet. Pal. sed Cuj. MS. *amiserant.* Prima locutio rarior est: tamen non rejicio. VOSS. *Amiserant* exhibent quoque Scalig. et Leid. pr. ac Gryphii ora. Cave quid mutes; quamvis *dimittere* frequentius ea dicamur, pro *amittere, relinquere,* quae quasi a nobis recedunt, ut *dimittere auctoritatem, occasionem, curam, animam*, et similia. Verum et alterum non sine exemplo est. Caesar. 5, 18. *ut hostes inpetum legionum sustinere non possent, ripasque dimitterent. Dimittere Siciliam et Sardiniam* Valer. Maxim. 7, 6, 1. quamquam ibi priore sensu posset, et forsan melius, explicari.

*In tecta partim Gallorum, partim quae conjectis celeriter stramentis tentoriorum integendorum gratia, erant inaedificata, militem contegit*] Mira profecto constructio, *contegit militem in tecta Gallorum.* Profecto vel dicendum est, sui oblitum Hirtium subjecisse postremam hanc vocem, vel librariorum errore pro *conlegit* scriptum esse *contegit.* Sane ego hoc prope certum habeo: miror vero, nemini doctorum haec verba suspecta fuisse. At illa, *tentoriorum integendorum gratia,* Ciacconius putat glossema esse. Ego non arbitror. Tabernacula seu tentoria praeter pelles sua quoque fulcra (sive asseres ii, seu pali fuerint) habuere, quis deinde corium insternebatur. Ita hic ait Hirtius, duplicis generis tecta fuisse, alia Gallorum, alia, quae Romani ipsi injectis celeriter stramentis exstruxerant, quo iis pelles insternerent. Vel dicere possimus, propter truculentiam tempestatum extructas a Romanis casas fuisse, ac stramine contectas, et sub iis demum tensas pelles, quo tutiores adversus im-

quum subire milites [a] nollet, in oppido Carnutum [b] Genabo castra ponit, atque in tecta partim Gallorum, partim quae conjectis celeriter stramentis, tentoriorum integendorum gratia, erant inaedificata, milites contegit. Equites tamen, et auxiliarios pe- 3
dites in omnes partes mittit, quascumque petisse 453
dicebantur [c] hostes: nec frustra. Nam plerumque 4

VARIAE LECTIONES.

a *nollent* G. L. pr. V. tert. b *Cenabo* MSS. et Edd. pp. V. ad 7, 3. c abest B. sec.

brium vim agitarent. Lib. de Bello Africano c. 47. locus est, qui huc pertineat: *reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, atque arundinibus scopisque contextis permanebant.* Sed vide, quae ad illum locum notavimus. VOSS. Emendat Dionys. Vossius, *conlegit.* Sed fortasse nihil opus. Neque enim absona prorsus est ista constructio, *Milites in tecta contegere.* CLARK. Ciacconius legebat: *ponit, quae tectis p. G. partim conj. c. str. aedificaverat, iisque mil. cont.* At hoc pacto alios facillime accipiemus auctores. Videamus, num MSS. saniorem praebeant lectionem: nam in vulgatis scabiosi quid inesse, non dubito. primo *partim* ante *Gall.* non agnoscunt Leid. pr. et sec. dein MSS. longe plurimi, non omnes tamen, dant, *partemque.* Mox *quae tent.* Leid. sec. uti et Edd. Rom. Med. Ven. Beroaldi, Basil. sed illae non habent *quae,* vel *que,* post *partim. Tentoriorumque* Palat. *tentorium* Leid. pr. Scal. *Centuriorum* Voss. pr. *Centor.* sec. *Teutonorum* Ed. Inc. dein *tegend.* L. sec. Carrar. *erat* Palat. *aedificata* Beroald. et Leid. sec. in quo etiam, *contexit.* Non me expedio; sed proxime verum est, ni fallor, *atque in tecta partim Gallorum, partim quae celeriter stramentis conjectis tent. int. gratia, erant inaedificata, milites contegit.* Videtis, me transposuisse vocem *conjectis* tantum, sed aliter distinxisse. Sensus auctoris esse videtur: Caesarem milites disposuisse partim in tecta Gallorum, partim in tecta, quae ipsi inaedificaverant stramentis, conjectis et collectis ad tentoria integenda, si sub divo mansissent. unde etiam minore mutatione scribi posset, *p. in tecta G. partim conj. c. stramentis, quae t. int. gratia erant, inaedificata m.* B. Hisp. c. 16. *casae, quae stramentis erant aedificatae.* Quidquid sit, hoc firmum maneat, stramenta illa fuisse collecta ad tentoria integenda. Audacior quis ejiceret *τὸ inaedificata,* legeretque, *partem conj. c. stram. quae tent. integ. gratia erant,* vel etiam sine *gratia.* Immo et prius *partim* posset deleri, suffragante praesertim Leidensi primo. nam in his divisionibus, *pars, alii,* et similia semel omitti solent. Vide ad 1, 8. socerum ad Val. Max. 2, 5, 3. *pars capitali judicio damnatae.* et omnino infra ad B. Alex. c. 29. *dispersi vada fluminis quaerentes, partim dem. ripis. Contegit in tecta* dicitur, ut occul-

magna praeda potiti nostri revertuntur. [a] Obpressi Carnutes hiemis difficultate, terrore [b] periculi, quum tectis expulsi nullo loco diutius consistere auderent, nec silvarum praesidio tempestatibus durissimis tegi possent; dispersi, magna parte [c] amissa suorum, dissipantur in finitimas civitates.

1 VI. Caesar, tempore anni difficillimo, quum satis [d] haberet convenientes manus dissipare, ne quod initium belli nasceretur; [e] quantumque in ra-

VARIAE LECTIONES.

a *Obsessi* And. Ox. b *perculsi* L. pr. c *s. am.* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. d *duceret* V. sec. e *quantumcumque* L. pr. G. V. tert.

*tare in terram* 7, 85. Quamvis et hac constructione non indigeas, si legamus, *partim conj. stramentis.* Tunc enim *contegit stramentis* jungenda, et ad priora, *in tecta,* subintelligendum aliud verbum adfine, *disponit,* vel simile quid. Haec enim elliptica locutio frequentissima est, et nota, ac sexcenties adversa a Viris doctis. Nunc vide modo ad c. 16. et omnino ad 3, 13. nec non ad Flor. 4, 12, 37. *Aliis oculos, aliis manus amputabant.* et infra Davis. ad B. Civ. 3, 28. *tempestatis et sentinae vitiis.* Hirt. B. Afric. c. 31. *pabulandi, lignandi aut muniendi gratia vallum petierant.* Appulej. l. 4. Met. p. 66. *non fusti tantum, sed machaera perfossus morti succumbere:* ut legi e MSS. debet, non, *percussus occumbere.* -

*Mittit*] Clarius paullo et efficacius Leid. pr. *dimittit.* Vide exempla ad 4, 19. *nuncios in omnes partes dimisisse:* ubi etiam variant libri recentiores. Mox c. 7. *Equitum turmas dimittit in omnes partes.* c. 24. *plures in partes dimittere exercitum.* Adde c. 25.

*Sub tempus aestivorum*] Ita omnes Codd. mallem, *aestivum.* sed et alterum tolero. tempus aestivorum est aestas. VOSS. *Aestivorum* enim eleganter opponitur τῷ *hibernorum.* CLARK. *Superioribus aestivis* c. 46. et ibidem, *extremum tempus aestivorum.*

*Nullum summum bellum posse conflari*] Sic MSS. omnes. summum bellum est, quod vulgo *generale* dicerent. VOSS. *Summum bellum* est, in quo summa rei verteretur, et a quo maximum dependeret discrimen. V. Gron. ad Liv. 26, 10. et 38, 50.

*Belli gloria Gallos omnes Belgasque praestabant*] Confirmant hanc lectionem omnes MSSti Codd. *Praestare* quando *antecellere* notat, plerumque dativum regit. Construxit tamen cum accusandi casu quoque Livius l. 5. *Ut nuntiare domum possint, quantum Galli virtute caeteros mortales praestarent.* Nec alia mihi ratione locutus videtur Tacitus 4. Annalium, quando *praesidere* cum accusandi

tione [a] esset, exploratum haberet, sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse conflari; C. 454
Trebonium cum II legionibus, quas secum habebat, in hibernis Genabi conlocavit: ipse, quum crebris le- 2
gationibus Remorum certior [b] fieret, Bellovacos, qui belli gloria Gallos omnes Belgasque praestabant, finitimasque [c] his civitates, duce Correo Bellovaco, et Commio Atrebate, exercitus comparare, atque in unum locum cogere, ut omni multitudine in fines

VARIAE LECTIONES.

a deest L. pr. *esse* Pet. b *fieret et* B. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. c vulgo *in* c. et *exercitum*.

casu dixit: *Et haud spernenda illic civium sociorumque manus litora Oceani praesidebat.* VOSSIUS. Observat *Dionys. Vossius*, perrarum esse, ut haec vox, quando notat *antecellere*, accusativum regat. Id ne quis in posterum credat, exemplis, nisi fallor, efficiam. *Quintilianus* Instit. Orat. 1, 1. Praestat *tamen ingenio alius* alium. Idem 2, 20. *Ea in quòque animalium est virtus*, *qua* praestat cetera *vel pleraque. Corn. Nepos* Epam. c. 6. *Eloquentia* omnes *eo praestabat tempore.* Idem de Regibus c. 3. *Animi magnitudine et calliditate* omnes *in Africa natos* praestitisse *constat.* Et vit. Hannib. c. 1. *Non est inficiandum, Hannibalem* praestitisse ceteros Imperatores *prudentia.* Adi et vit. Attic. c. 3. et 18. DAVIS. Vide ad 1, 2. *Virtute omnes praestare*, uti est in MSto.

*Finitimasque in civitates*] Emenda, *his civitates*, ut est in primo ac secundo Bongarsiano codice: aut cum Petaviano induce vocem *in*. Vulgata lectio absurda nec Latina est. VOSS. *Fin. civitates*) Sic MSS. Eliens. et Petav. MSS. autem Reg. et Voss. et Editt. Vett. (*finitimasque* iis *civitates.*) Quae vera demum est lectio. Scaliger (errore, ut opinor, Typographico) edidit (*fin. in civitates.*) Quem fideliter secuti sunt recentiores; nullo videlicet, neque sensus, neque Latinitatis, vestigio. CLARK. *His* reposui e MSS. omnibus. *in* sine dubio, pro *iis*, operarum vitio in Scalig. Editionem inrepsit.

*Correo*] MSS. omnes *Corbeum* nuncupant. noster codex stat pro vulgatis. VOSS. Variant etiam MSS. Orosii. *Correo* retinent Leid. pr. Scalig. Oxon. constanter hic et in seqq. Immo c. 7. et c. 19. etiam Cujac. Bong. pr. sec. Petav. aliique *Correum* dant. Cum vulgaribus MSS. et Edd. Vett. *Corbeus* vocatur quoque in Celso.

*Exercitum comparare*] Melior videtur lectio illa, quam exhibent MSS. Reg. Eliens. et Vossii, (*Exercitus comparare:*) propter id, quod sequitur, *atque in unum locum cogere.* Quanquam utrumque recte dici-

[a] Sueſſionum, qui [b] Remis erant adtributi, facerent inpreſſionem; pertinere autem non tantum ad dignitatem, sed etiam ad salutem suam judicaret, nullam calamitatem socios optime de republica me-
3 ritos accipere; legionem ex hibernis [c] evocat rursus XI; litteras autem ad C. Fabium mittit, [d] uti in fines Sueſſionum legiones II, quas habebat, addu-
455 ceret; alteramque ex duabus ab T. Labieno arces-
4 sit. [e] Ita, quantum hibernorum [f] obportunitas, bellique ratio poſtulabat, perpetuo suo labore, in vicem legionibus expeditionum [g] onus injungebat.

1 VII. His copiis coactis, ad Bellovacos proficiscitur; caſtrisque in eorum finibus poſitis, equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipien-

VARIAE LECTIONES.

a MSS. plerique *Suessonum* hic et infra. sed aliter 2, 3. et seqq. *Suesionum* B. sec. et ſtatim G. b *remanserant a tributis liberi* Lov. c *rev.* Dorv. Edd. R. V. M. *IX* Ox. d Sic G. V. tert. Ed. Inc. non *ut*. e *Itaque* L. pr. Scal. Oxon. f *obportunitates* Oxon. non male. g *munus* Lov. Dorv. B. tert. V. sec. Edd. pp. Vascos. Steph. aliaeque.

tur. CLARK. *Exercitus* cum habeant Manuſcripti mei omnes, uno alteroque recentiore excepto, uti et Edd. quaedam, ut Steph. Gryphii etc. eum numerum revocavi. c. 48. *Quibus in locis Caesar exercitusque fuissent.* Adde c. 54. *exercitibus contineri.* 1, 40. *nostros exercitus capi posse.* et sexcenties.

*Erant adtributi*] Miror equidem *Jul. Celsi* verba, qui p. 161. sic loquitur: *Rhemorum legatio querentium*, *Bellovacos — exercitum comparare*, ut Suessionem suam urbem invaderent. Mira sane fuit hominis imperitia, quippe *Suessionem* pro urbis nomine habuit, nec intellexit, Sueſſiones dici Rhemis attributos, quod eorum facti erant clientes. DAVIS.

*A T. Labieno*] Praenomen *Titi* agnoscunt duo recentiſſimi, Voſſ. tert. et Dorvill. Omnes reliqui, quod sciam, *L. Lucio*, et Oxon. *Lilio*, dant. Cuncti etiam, *ab*, ut repoſui. Forſan ejiciendum eſt praenomen, nisi lateat aliud, quod subodorari nequeo. Non certe, *legato*. tam enim Fabius erat legatus, quam Labienus. Notandum autem, mox pro *injungebat* in Codice Scaligeri scribi, *inpingebat*. Vide ad c. 49.

*Agrorum incolendorum*] Co-

piendos, ex quibus hostium [a] consilia cognosceret.
Equites, officio functi, renunciant, paucos in aedi- 2
ficiis esse inventos; atque hos, non qui agrorum
[b] colendorum caussa remansissent, [c] (namque esse
undique diligenter demigratum) sed qui speculandi
[d] gratia essent remissi. A quibus quum quaereret 3
Caesar, quo loco multitudo [e] esset Bellovacorum,
[f] quodve esset consilium eorum, [g] inveniebat, *Bel-
lovacos omnes, qui arma ferre possent, in unum
locum convenisse: itemque Ambianos, [h] Aulercos,* 4
*[i] Caletos, Velliocasses, Atrebatas locum castris,
[k] excelsum in silva, inpedita circumdatum palude,
delegisse; omnia inpedimenta in ulteriores silvas
contulisse; complures esse principes belli auctores,
sed multitudinem maxime [l] Correo obtemperare,*

VARIAE LECTIONES.

a *consilium* And. B. pr. *cognoscerent* L. pr. b vulgo *incol.* c Uncis inclusa desunt Edd. R. M. V. Fl. Tarv. et MS. Dorv. Pal. Busl. cum seq. *qui.* d Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui cum Ed. Inc. *caussa.* dein *relicti* Ox. e deest L. pr. Lov. non male. f Sic MSS. o. et Edd. qdd. non *quodque.* g *cognoscebat* Urs. A. Ox. sed l v. ad 1, 18. h *Aulurcos, Auleurcos, Amuras, Muloritos* MSS. inepte, ut alibi. V. ad 3, 18. i Sic MSS. plerique, non *Caletes, Vellocasses*, aut *Vellocassios* (Al. bene *Velocasses*) *Atrebates.* V. ad 7, 75. *Atrebatos* B. pr. et alii, male. k deest L. tert. Ed. Inc. abest vulgo *in silva.* l Sic B. pr. sec. L. pr. V. pr. Scal. Cuj. Pet. et alii, non *Corbeo.* V. supra.

*lendorum* MSS. quinque, quod non minus placet. Aliud Celsus p. 162. ait: *Comperit, nullum fere praeter rusticos in aedificiis inveniri. Demigrasse omnes Bellovacos armis idoneos*, etc. Fortasse vitioso codice Hirtii usus erat, qualis Palatinus, qui hoc loco habet: *atque hos; qui agrorum colendorum caussa remansissent, sed speculandi gratia essent remissi.* Ubi si pro *sed* legas *et*, constabit sensus: verum vulgata lectio optima est in Hirtio, et verissima. VOSS. MSS. nonnulli, *colendorum.* Quod idem est. CLARK. *Incolendorum* inveni in solis Andino et Oxon. Ceteri scripti et Edd. primae, item Vasc. Str. Steph. aliaeque, *colendorum*, quod multum praefero. qui scilicet remanserant ad agriculturam exercendam, unde vitam sustentare possent. c. 3. *rura colentes.* *qui non* placet e V. C. Ursino.

*quod ei summo* [a] *esse odio nomen* [b] *populi Romani*
5 *intellexissent: paucis ante diebus ex his castris* [c] *A-*
456 *trebatem Commium discessisse ad auxilia Germanorum* [d] *adducenda, quorum et* [e] *vicinitas propin-*
6 *qua, et multitudo* [f] *esset infinita: constituisse autem Bellovacos, omnia principum consensu, summa plebis cupiditate,* [g] *si, (ut dicebatur,) Caesar cum* III *legionibus veniret, obferre se ad dimicandum; ne miseriore ac duriore postea conditione cum toto exer-*
7 *citu decertare cogerentur:* [h] *si majores copias adduceret, in eo loco permanere, quem delegissent;*

VARIAE LECTIONES.

a Ita MSS. et Edd. qdd. non *od. e.* b deest L. pr. *principis* Lov. c deest vulgo. d *deduc.* L. tert. Ed. Inc. e *vicina propinquitas* And. Ox. f abest ab Ox. g *ut si venire offerrent* Edd. Ald. Gryph. Plant. aliaeque. *Diceretur* vulgo. *offerrent* etiam MSS. et Edd. pp. praeter Urs. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. *sese* L. pr. h Sic MSS. et Ed. Vett. non *sin.* V. ad 7, 66. et passim in Caesare.

*Impedita circumdatum palude*] *In silva circumdata palude,* MS. Cuj. Bong. pr. sec. Pet. Pal. et V. C. noster. *in silva circumdatum palude,* Bong. tert. *in silva circumdata pelle,* MS. noster; quod damno. VOSS. In aliis Codd. omissa voce, *impedita,* legitur, *in silva, circumdatum palude,* quam lectionem *Fr. Hotomannus* recipiendam putavit, quia statim *Caesar ulteriores silvas* memoret. Nos autem, utraque admissa, scribamus: *Locum castris excelsum in silva, impedita circumdatum palude.* Sic c. 14. *paludem impeditam* dixit. Cum tamen plurimi MSS. et Editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* exhibeant, *circumdata,* potius legendum existimarim: *locum castris excelsum in silva impedita, circumdata palude, delegisse.* Certe c. 18. *silvas* vocavit *impeditissimas.* DAVIS. Ex MSS. plurimorum consensu existimo legendum, (*Locum castris excelsum* in silva, *impedita circumdata palude.*) Codices nonnulli, (— *impedita* circumdatum *palude.*) Davisius distinguit, — (*in silva impedita, circumdata palude.*) Quod parum interest. Priorem tamen Lectionem praefero. CLARK. Uti vulgo editur, diserte exhibent optimi Codd. Andinus et Oxoniensis. Ceteri tum aliorum, tum mei et Edd. primae, *in silva, circumdata palude.* Unde legendum esse liquido adparet, *in silva, inpedita circumdatum,* vel, si mavis ob plurimorum Codicum consensum, *circumdata, palude.* Sed rursus nolo id mutare, quia potest facile ad *locum* referri. Solent enim palustria esse in ipsis silvis. Unde crebro junguntur *silvae paludesque.* et 6, 34. in MSS. quibusdam, *aut locis silvestri-*

*pabulatione autem, quae propter anni tempus quum exigua, tum disjecta esset, et frumentatione, et reliquo commeatu, ex insidiis prohibere Romanos.*

VIII. Quae Caeſar, [a] conſentientibus pluribus, 1
quum cognoviſſet; atque ea, quae proponerentur, consilia plena prudentiae, longeque a temeritate barbarorum remota eſſe judicaret; omnibus [b] rebus 2
inſerviendum ſtatuit, quo celerius hoſtis, contemta 457
suorum paucitate, [c] prodiret in aciem: singularis [d] enim virtutis veterrimas [e] legiones [f] VII, VIII, et IX habebat, summae spei, [g] delectaeque juventu-

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. fere omnes, et Edd. pp. R. Stephan. aliaeque. vulgo *quum cons. plurimis cognovisset. rebus* addunt Pulm. Sch. *cognosset* etiam MSS. 7. et Stephan. *convenisset* Oxon. b deeſt And. c vulgo *hostes prodirent.* d *etiam* And. e vulgo *veteranas.* f deeſt Pet. Edd. R. M. V. *et* IIX Egm. Contra *et* ante *nonam* abeſt a MSS. tantum non o. Rect. *et* malim ponere poſt *habebat.* g *el.* And. L. pr.

*bus palus inpedita.* Poſſet alioquin etiam scribi, *inpeditum circumdata palude.* Certe *inpeditum* ajunt eſſe in Carrariensi, habetque Oroſius. De *loco inpedito, palude inpedita,* vide plura ad 6, 8. *Circumdari* tam dicitur id, quod ambit et cingit, quam quod ambitur et cingitur. c. 34. *Oppido munitiones circumdare.* Hirt. B. Afric. c. 74. *Multitudine circumdata.* Vide ad Livium 1, 28. *Armata circumdatur legio,* et ad Juſtin. 4, 4. *Munitionibus circumdatis.* Ut et *circumfundi* saepius. Minus bene Ciaccon. *silva inpeditum circumdatum palude.* Dein autem conjicit, *inferiore ac duriore cond.* Fruſtra.

*Castris Comium*] *Casris Atrebatem Comium,* Bongars. pr. sec. tert. Pet. Pal. et v. c. ac MS. noſter. VOSS. *Atrebatem* addunt MSS. omnes praeter Oxon. uti et Edd. primae, ut supra; quare repoſui.

*Si, ut diceretur, Caesar*] Lege, *dicebatur,* ut exhibet Bongars. tert. DAVIS. *Cur. sec.* Accedit Leidens. sec. et MS. Latinii, teſte Ursino.

*Decertare cogerentur*] *Decertare,* si Bernartio (notis in Statium) credis, eſt, *vehementer et pertinaciter certare.* Ut *deperire,* pro valde perire, etc. Sed multum fallitur. Neque aliud aut ἐμφατικώτερον eſt hoc *decertare,* quam *certare.* Bernartium miror non magis in Papinio versatum fuiſſe, quam ut hoc diceret. cum conſtet, familiare illi aevo fuiſſe, compositis vocabulis pro simplicibus uti. Sic idem Statius v. Thebaid. *dequestus* pro

tis XI, quae octavo [a] jam ſtipendio functa, tamen, [b] conlatione reliquarum, nondum eamdem vetu-
3 ſtatis, [c] ac virtutis ceperat opinionem. Itaque consilio [d] advocato, rebus iis, quae ad se eſſent delatae, omnibus expoſitis, animos multitudinis confirmat. Si forte hoſtes III legionum numero poſſet elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita con-

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt L. pr. b *collocatione* V. sec. Sc. Ed. Steph. c Sic MSS. et Edd. Vett. non *et*. d *conv.* Egm.

*questus* dixit. et Suetonius *decoenare* pro *coenare*, et alia id genus complura habet. Tale eſt, quod in Julio ejus legimus c. 24. *Sed rebus prospere decedentibus.* aliis autoribus diceretur, *prospere cedentibus*, ut male *cedere* Horatius et Ovidius dixerunt. VOSSIUS.

*Adduceret*] *J. Fr. Gronovius* ex optimis, ut ait, membranis legit, *sin majores copias ageret.* Vide sis eum ad *Livii* 6, 28. Noſtri vero codices vulgatam lectionem tuentur, eamque retineo, cum Caeſar hoc, non illo, modo loqui soleat. DAVIS. *Cur. sec.* More solito, Andinis membranis adſtipulantur Oxonienſes, quas hic contra reliquorum Codicum conſenſum et frequentem in his commentariis uſum τȣ̃ *adducere* non quidem ausim sequi, ut in textum *agere* reponam. Verum eam lectionem egregie juvant integerrimi Codices Hirtii ipſius l. de B. Africo c. 18. *cunctis copiis auxiliisque actis*, ubi vide: vulgo *coactis*, vel *accitis*.

*Hostes c. suorum p. prodirent*] Elegantius Bong. prim. *hostis prodiret.* quod ultimum etjam exaratur in Bong. sec. et Egm. retento, *hostes*, quasi *hostis* in Nominativo etiam diceretur *hostes*, ut *vallis* et *valles*, et alia, de quibus vide ad 7, 47. Praeterea *suarum* eſt in Voſſ. primo: unde Librarii alii dederunt forsan, *sua*, quod reſtat in Bong. primo ac Leid. primo, et defendi poſſet.

*Veteranas legiones*] MSS. quinque, *veterrimas.* VOSS. MSS. quinque *Voss.* et *Brant. Norvic.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent, *veterrimas legiones:* quae quidem lectio videtur recipienda: *veterrimus* enim vox eſt proba, quam induxerunt Librarii, quia minus eſt proletaria. Vide *J. G. Vossium* de Anal. 2, 24. DAVIS. *Veterrimas*) Sic MSS. plurimi. Hancque Lectionem recipiendam exiſtimat Davisius. Al. *veteranas.* CLARK. Omnes omnino MSS. et Edd. ante Scalig. praeter Vasc. Str. Steph. et Gryph. poſt. exhibent, *veterrimas*, quod mutari non debuit. *Veterrimas* vocat in collatione aliarum, ut patet ex seqq. Alibi *Veteres legiones* Caeſar dicit, ut B. Civ. 3, 101. ut ipſe Hirt. B. Alex. c. 58. quamquam ibi in Leid. pr. eſt, *veteranas.* Contrarium amplectitur Hotom. ex 1, 24. *legionum* 4 *veteranarum.* ubi MSS. tamen mei

ſtituit, ut legio [a] VII, VIII, IX ante omnia irent inpedimenta; deinde omnium inpedimentorum agmen (quod [b] tamen erat mediocre, ut in expeditionibus eſſe conſuevit) cogeret XI, ne [c] majoris multitudinis species accidere hoſtibus poſſet, quam
ipsi [d] depopoſciſſent. Hac ratione paene [e] quadrato 4
agmine inſtructo, in conſpectum hoſtium, celerius 458
opinione eorum, exercitum [f] adducit.

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Ox. *VII et IIX atque IX* L. pr. A reliquis et Edd. Vett. item Scal. abeſt copula. quare expunxi. dein *iret* vulgo quoque. b *ita t.* Egm. *tum* Bus. Dorv. Edd. R. M. V. c *minoris* Lov. Edd. R. M. V. d *pop.* L. pr. sec. e *quadrano* E. f *adduxit* Lovan. L. sec.

omnes *veteranorum* dant. Sed aliter MSS. B. Civ. 3, 29. ubi vide.

*Functa*] Deeſt in MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, et Editt. Vett. Et deeſſe poteſt, integra sententia. Pro *collatione* MSS. (in *collatione*.) CLARK. Plerique MSS. et Edd. ante Beroaldum non agnoscunt, *functa*. Sed non loqui tam conciſe solet Hirtius. quare hoc participium retinui auctoritate Cujac. Scalig. Leid. pr. And. et Oxon. ac Petav. a m. sec. Seneca Epiſt. 93. *functum omnibus vitae humanae stipendiis*. Iidem Codices et alii non habent, *in*, quod, tanquam in omnibus MSS. exſtaret, profert Clarkius, sed Edd. primae exhibuerunt. Quomodo Auctor B. Hiſpan. c. 31. *In collatu pari sunt conditione*. Nihilominus vulgarem lectionem praefero.

*Consilio advocato*] Proculdubio legendum, *concilio*, cum omnes milites ad hunc coetum cogerentur. DAVIS. *Concilio* eſt in Edd. Vasc. Str. Steph. Gryphii utraque, et forſan in uno alteroque MSS. At tamen non temere hic mutem. *Consilium* poſtquam dimiſerat, Tribuni militum et primi Ordinis Centuriones potuerunt ea communicare, ut saepius ante, cum militibus. *Omnibus* pertinet ad consilii participes, non ad *multitudinem*, a qua secernuntur. *Concilio* edidit quoque Clarkius, qui sine dubio etiam de *concione* intellexit. Contra idem cum vulgaribus edidit, *in consilio*, B. C. 1, 19. ubi eaedem Edd. et MSS. plerique *concilio* habent, ubi vide: ibidem, *concilia conventusque hominum fugeret*.

*Irent*] Ita ex MS. Reg. reſtitui. Quod habent Editi, (*iret*,) minus eleganter dictum eſt. CLARK. Ita bene Clarkius, et jam ante eum Vascos. Strada, Stephan. Gryph. poſt. confirmaturque MSS. Scalig. Oxon. Leid. pr. Voſſianis duobus et aliis cum Ed. Inc. 1473.

*In conspectum hostium*] MS. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* habent, *in conspectu hostium*, nec hanc lectionem alia

1 IX. Quum [a] repente instructas velut in acie certo gradu legiones accedere Galli [b] viderent, quorum erant ad Caesarem plena [c] fiduciae consilia perlata, sive certaminis periculo, sive subito adventu, [d] seu exspectatione nostri consilii, copias instruunt pro castris, nec loco superiore [e] dece-
2 dunt. Caesar, etsi dimicare optaverat, tamen admiratus tantam multitudinem hostium, valle intermissa, magis in [f] altitudinem depressa, quam late

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. fere omnes et Edd. pp. *Quas cum* Scal. *quas legiones r. i. v. in a. c. g. a. G. cum* v. MSS. Cuj. Ox. Lovan. pr. et Edd. multae. *Quum leg. etc.* vulgo. *Quum* deest V. sec. b *viderunt* MSS. et Edd. qdd. c *fiducia* L. pr. d *sive* B. pr. Lov. Edd. qdd. e *deducunt* Ox. And. f *latit.* Edd. R. M. V. *altitudine* Lov.

de ratione mutarunt editores nuperi, quam quod, a Grammaticis decepti, accusativum plane necessarium esse perperam censuerunt. *Phaedrus* 5, 1. *Quisnam cinaedus ille* in conspectu meo *audet venire? Sulpicius Severus* Hist. Sacr. 1, 8. *Qua necessitate Isaac* in Geraris *ad Regem Abimelec cessit*, ubi etiam *Car. Sigonius* absque causa sontica reposuit, *in Gerara.* Idem c. 29. *Urgente nocte, compulsus* in oppido. Alia hanc in rem exempla videre est apud *G. J. Vossium* de Constr. c. 65. DAVIS. *In* conspectu *adducit*) Vide supra ad 4, 12. CLARK. Ita agit Clarkius, ac si MSS. et Edd. omnes darent, *conspectu*, uti etiam 7, 48. 8, 23. 27. 29. Verum *conspectu* non compareret, nisi in Voss. pr. Lovan. Egmund. Voss. sec. et tertio ac primis Edd. solemni confusione, ut saepe dictum est; nec ubique temere recipiendum. Hoc enim pacto facile altera locutio, *in conspectum*, posset proscribi, et nullus invenietur locus, in quo non MSS. quidam, omissa lineola, Ablativum ostentent. Delendam autem notam suam, in curis secundis monuit Davisius.

*Coronisque pro ratione ejus altitudinis*] *Loriculam pro hac rat.* Bong. tert. Pet. Pal. et similiter fere omnes reliqui codd. Sed nec illud, *coronis*, rejici velim: nam *coronae* sunt fastigia et summitates turrium. Στεφάνας Euripides, στεφανώματα πύργων Sophocles nuncupat. Originem vocabulo dedit, quod, ut corona dentata plerumque est, ita saepe et veterum moenia intervalla exigua aut rimas in summo habebant, quae pro fenestellis erant propugnantibus. Quin deprehendas hodieque in vetustioribus muris indicia, aut potius ipsissimam formam. VOSS. De hoc loco multa *Just. Lipsius* Poliorc. l. 2. Dial. 2. DAVIS. MSS. plurimi, *Loriculam pro hac ratione.* CLARK. *Coronisque* est in solo Faerni libro. In Andino, *et coronis.* In Oxon. et Ursin. *Coronis inaed.* elapsis *que* et seqq.

[a] patente, caſtra caſtris hoſtium cònfert. Haec im- 3
perat vallo pedum ·XII [b] muniri, coronisque loricu-
lam pro ratione ejus altitudinis inaedificari; foſſam
duplicem, pedum [c] quinum denum, lateribus [d] di-
rectis, deprimi, [e] turris crebras [f] excitari, in alti-
tudinem III tabulatorum, pontibus transjectis, [g] con-
ſtratisque conjungi; quorum frontes viminea [h] lori- 4
cula munirentur, ut hoſtis a duplici [i] foſſa, duplici 459
propugnatorum ordine, defenderetur; [k] quorum

VARIAE LECTIONES.

a *patentem* et *depressam* Egm. *patentia* L. pr. b *munire* MSS. 12. et Ed. Inc. dein vulgo deeſt *loriculam*. c *quindenum* L. pr. MSS. plerique et Edd. pp. *denum quinum*. *demum et q.* Lov. Egm. d *der.* B. pr. sec. V. pr. et alii. V. ad 7, 72. *depr. dir.* MSS. plurimi et Edd. pp. *deprimit* Pet. e Sic B. pr. Pet. V. pr. et 2 alii, non *turres*. f *excitavit in altitudine* Ox. g *contractisque* And. h *luricula* B. pr. sec. V. pr. sec. L. pr. *lorica* Egm. i deſunt *duplici fossa* vulgo, et *depelleretur* ibid. k *quo* L. pr.

vocibus. Ceteri MSS. omnes et Edd. primae aliaeque, *Loriculam*, vel *loricam*, vel *luriçam*, *pro hac ratione ej. alt.* quam lectionem propugnat Lipſius, et ex *inaedificandi* verbo ſtatuit, fuiſſe ligneam. *Coronae* optime dici poſſunt ςεφάνοι murorum. Vide Graev. ad Hesiod. Θεογ. v. 916. et alios. Sed quid vetat, utramque vocem admittere? Quo facit verbum, *inaedificari*. *Coronis loricam inaedificari jussit*, i. e. in summo rotundi valli faſtigio aedificari loriculam. B. Civ. 2, 16. *Inaedificata in muris moenia*. Nam et ςεφάνους et ςεφάνας pro ipsis muris seu eorum ambitu adhibuerunt Graeci, ut in Epigramm. ὑπὸ ςεφάνῃσι πόληος, lib. 1. p. 90. Ed. Steph. Adde ejus Theſaurum. Immo hanc emendationem unice confirmat Curtius 4, 4, 30. *Angusta muri corona erat: non pinnae, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Hac* addunt Edd. ante Scalig. et MSS. praeter Faern. et Andin. tamen, quare rurſus intrudere nolui; sed alioquin abjici poterat, *ejus*, si MSS. faverent. Si conjecturis indulgere licet, en aliam, quam forſan non nemo amplectatur, *et loriculam pro coronis ac ratione ej. alt. Loricam* et *pinnas* jungit 7, 72.

*Ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur*] Ab hac lectione multum abeunt Codd. nonnulli. MSS. *Carrar.* et *Norvic.* *Ut ab hostibus duplici propugnatorum ordine defenderentur*. Sic et editt. *Rom. Ven. Beroald.* nisi quod in iis *defenderetur*; recte, ut opinor. Locus enim sic videtur legendus: *ut hostis a duplici fossa, duplici propugnotorum ordine, defenderetur*. Ultima vox in causa fuit, cur loco, *hostis a duplici fossa*, repoſuerint Librarii,

alter ex pontibus, quo tutior [a] altitudine esset, hoc audacius longiusque tela permitteret; alter, qui propior [b] hostem in ipso vallo conlocatus esset, ponte ab incidentibus telis tegeretur. Portis fores, altioresque turres inposuit.

1 X. Hujus munitionis duplex erat consilium:
460 namque et [c] operum magnitudinem et timorem suum sperabat fiduciam barbaris [d] adlaturum; et, quum pabulatum frumentatumque longius esset proficiscen-

VARIAE LECTIONES.

a *ex alt.* Carr. Lov. V. sec. Edd. R. M. V. Fl. b deest L. pr. *hostium* MSS. et Edd. pp. aliaeque. *ipso* et *in ipso* abest a MStis et Edd. quibusdam male. c *operis* Edd. R. M. V. *munitionem* MS. Br. et alius. d *ablat.* L. pr. V. sec. *illat.* Lov. Dorv.

*ab hostibus duplici fossa:* rariorem enim hic obtinet *arcendi* significationem. *Quadrigarius* Annal. 12. *Milites Metelli sauciabantur multo minus, et, quod maxime opus erat,* a pinnis hostes defendebant *facillime.* Quis non videt, hinc conjecturam nostram quam maxime firmari? Quod multo fiet manifestius, si audiamus *A. Gellium* Noct. Attic. 9, 1. ubi sic ille: *Quod autem ait idem Q. Claudius,* a pinnis hostes defendebant facillime, *animadvertendum est, usum esse eum verbo* defendebant, *non ex vulgari consuetudine, sed admodum proprie et Latine, nam* defendere *et* offendere *inter sese adversa sunt, quorum alterum significat ἐμποδὼν ἔχειν, alterum ἐκ ποδῶν ποιεῖσθαι, quod hoc in loco in Q. Claudio dicitur. Silius* Italicus 5, 491. — Defendere *nescia morti Dedecus.* Et 7, 170. — *Pura soliti* defendere *lympha.* Vide etiam not. ad B. G. 1, 44. Vulgg. *depelleretur* ex hujusce verbi interpretatione, et *duplici fossa* omittunt ob primam vocem proxime repetitam. DAVISIUS et CLARK. Egregie hunc locum restituit Davisius, quod e meis Codicibus clarius patet. Nam Bong. Voss. Petav. Lovan. Egmond. Gott. Dorv. Leid. sec. tert. et alii cum primis Edd. habent, *ut ab hostibus duplici fossa d. p. o. defenderentur,* vel, *defenderetur.* Oxon. et And. cum Scalig. adstipulantur vulgatis; sed hinc patet, *hostis* esse in aliis MSS. at Leid. sec. *hostis* et *duplici fossa* agnoscit; sed retinet, *depelleretur,* quod sine dubio e Glossa intrusum. Saepe in Caesare et Hirtio usu venit, ut e duabus lectionibus tertiam elicere debuerimus, quae ab auctore verosimillime videtur esse profecta. De verbo *defendere* adi Brant. ad 2, 44. et Ill. Heins. ad Ovid. Epist. Her. 5, 16. *Defensa est humili cana pruina casa.* Dictys Cret. 3, 7. *Regis necem defenderent.* Infra B. Civ. 1, 7. *Imperatoris injurias defendere.* 2, 2. *quibus ignis jactus et lapides defendi possent.* Adde c. 9.

dum, parvis copiis castra munitione ipsa videbat posse defendi. [a] Interim, crebro paucis utrimque 2
procurrentibus, inter bina castra palude interjecta, contendebatur: quam tamen paludem nonnumquám aut nostra auxilia Gallorum Germanorumque transibant, acriusque [b] hostes insequebantur, aut vicissim hostes, eadem transgressi, nostros longius submovebant. Accidebat autem quotidianis pabu- 3
lationibus, (id quod accidere erat necesse, quum

VARIAE LECTIONES.

a *Interea* L. pr. *crebra* Egm. a m. pr. b *nostri* And. Ox. *hostes nostri ins. ac.* L. pr.

3, 110. *vim suorum defendebant.*

*Duplici propugnatorum ordine*] Altero scilicet, *in* pontibus; altero, *sub* pontibus, in ipso vallo. CLARK.

*Permitteret*] Sic MSS. constanter, vel, *permitteret tela*. In Leid. pr. *t. permitterentur*. Edd. tamen primae multaeque aliae dant, *promittere*; idque placuit Heinsio ad Silium Ital. 3, 534. *Quacumque datur permittere visus*. Sed *permittere* efficacius est, quo notatur talis jactus, ut pertingant tela ad hostes. Vide notata ad Lucan. 4, 651. *Non potuit nati Tellus permittere vires*. Male legi, *promitti*, scribit Gruterus se ostendisse in Seneca philosopho et Martiali non solum, sed et nuperrimo Taciti schediasmate: ubi quaerant, quibus plus otii est.

*Qui propior hostem in ipso vallo collocatus*] *Quo*, pro *qui*, habent MSS. quinque. *propior hostium vallo coll.* tert. *propior hostem vallo coll.* Palat. *propior hostem vallo cum locatus* Petav. *cum locatus* ex *conlocatus* factum. VOSS. Vulgata jam lectio est a Scaligero ex Faërni et Ursini MSS. ac emendatione, quicum faciunt And. Oxon. Stephan. Hotomanni Codd. Reliqui MSS. et Edd. *quo*. At id ex praecedentibus videtur repetitum. Non enim, quo propior erat miles, tegebatur ponte, sed quia propior erat, ideo tegi ponte eum volebat.

*Et operum magnitudinem et timorem suum*] Non revera timebat, sed metum modo simulavit; quapropter legendum crediderim, *ex operum magnitudine et timorem suum*. Corrigendus etiam est *Jul. Celsus* p. 162. ubi haec referens, *id*, inquit, *duplici fiebat ex causa, ut et hostibus fiducia* opinioque *Romanorum metus cresceret* etc. Legendum, *opinione*. DAVIS. I. e. simulationem suam timoris. Conjecit Davisius leg. *ex op. magnitudine*: sed *et op. magnitudinem* idem est. CLARK. Favet Davisio nonnihil Petav. *magnitudine et timore suo*. Nil tamen muto. Ciacconius conjecit etiam, *ex op. magnitudine*

raris disjectisque [a] ex aedificiis pabulum [b] conquireretur ) ut [c] inpeditis locis dispersi pabulatores
4 circumvenirentur: quae res etsi mediocre detrimentum jumentorum, ac servorum noſtris [d] adferebat, tamen ſtultas cogitationes incitabat barbarorum: atque eo magis, quod Commius, quem profectum ad auxilia Germanorum arceſſenda [e] docui,
461 cum equitibus venerat: [f] qui tamen etsi numero non amplius erant quingenti; tamen Germanorum adventu barbari inſlabantur.

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt *ex* MS. Br. Lov. L. pr. sec. Scal. Edd. Inc. Vasc. Steph. Gr. poſt. non male. b *conquirerent* Carr. *pabulatio* Lov. c *inpediti* MSS. 3. *inpedimentis* MSS. 7. sed v. ad 6, 8. et *dispersis* MSS. et Edd. pp. praeter Cuj. L. pr. Scal. And. Ox. *diversis* B. tert. item *pabulatoriis* MSS. 8. d *adferebant* Lov. e Sic MSS. et Edd. primae aliaeque, ut c. 19. Edd. Bas. Ven. 1517. Aldi, Man. Gryph. Plant. et seqq. cum MS. Ox. *dixeram*. dein vulgo *tametsi* et *quingentis*. f *qui* usque ad fin. cap. deſunt in Pal. Dorv. et Edd. primis.

*timoris suspicionem*, vel, quia MS. habebat, *ut tim.* hoc amplectebatur.

*Aut nostra auxilia Gallorum*] Sic recte e Ciacconii conjectura edidit Scaliger, et confirmat Cod. Oxon. Reliqui MSS. et Edd. priores, *aut nostra a. aut G.* vel, ut in MS. Brant. et Lovan. *aut nostri*, *aut aux.* Verum tum bis idem dixerit auctor. Gallos et Germanos intelligit, qui erant in auxiliis, sive auxiliares Romanorum: de quibus alibi saepius.

*Eamdem*] MSS. *eodem*. Forte, *eadem*. CLARK. Ciacconius conjecit, *eandem*, uti jam ante legerat Urſinus e suo et Faërni libro. Optima eſt conjectura Clarkii, cui adſtipulantur Leid. pr. Scalig. et Oxon. In ceteris MSS. et Edd. prioribus invenias, *eodem*. Saepe *quâ* ita corruptum in *quo*; et *eâ* 5, 51. Ceterum pro *submovebant* elegantius Lovan. *promovebant*. uti olim reſtituimus in Lucano 6, 201. *Hunc aries ferro ballistaque limine portae Promoveat.*

*Etsi mediocre*] *Non mediocre* B. sec. VOSS.

*Tamen stultas cogitationes incitabat barbarorum*] Verba *Jul. Celsi*, ubi hoc narrat, sunt corruptiſſima. *Aequo id animo*, inquit ille p. 163. *ferebat Caesar, Barbarorum spes manes parvisque successibus ineſtandas sperans.* Legit *J. G. Graevius*, *Barbarorum spes* magnis *parvisque successibus* inescandas *sperans*. Sed multum abeſt, ut scopum attigerit. Repone: *barbarorum spes* inanes *parvis successibus* incitandas *sperans*. DAVIS. *Inescandas* malim.

XI. Caesar, quum [a] animum adverteret, ho- 1
stem complures dies castris, palude et [b] loci natura
munitis, se tenere; neque obpugnari castra eorum
sine dimicatione perniciosa, nec locum munitioni-
bus claudi, [c] nisi a [d] majore exercitu posse; litte-
ras ad [e] Treconium mittit, ut, quam celerrime
[f] posset, legionem [g] XIII, quae cum T. Sextio le-
gato in Biturigibus hiemabat, [h] arcesseret, atque
ita cum III legionibus magnis itineribus ad se veni-
ret: ipse equites [i] in vicem Remorum, ac Lingo- 2

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *animadv. animadvertisset* L. sec. *hostes* And. Oxon. b *locis* minus bene MSS. et Edd. qdd. ut et *obpugnare*. c *nisi* ab hac voce usque ad *cujus mali* cap. seq. inclusa desunt B. pr. sec. Pet. Vossianis, Egm. Lovan. Leid. tert. et Ed. Inc. d *majori* MSS. 3. Edd. R. M. V. e *Gajum Tr.* L. pr. bene. f *possit* L. pr. Edd. R. M. V. g *XII* Pal. *XIV* Ox. Lov. Dorv. L. sec. Edd. R. M. V. male. V. ad c. sec. h *arcessiret* Pal. Dorv. de quo alibi. i *in vicos* L. pr.

*Tametsi*] Scalig. et Leid. pr. *tamenetsi*. Bene. Confer 5, 34. *Tamen etsi ab duce et a fortuna deserebantur, tamen* etc.

*Non amplius erant quingentis*] Omnes MSSti habent, *non amplius erant quingenti*. et sic rescribendum. VOSS. *Quingenti*) Sic MSS. Vulgg. *quingentis*. Quod minus est elegans. CLARK. *Quingenti* rescripsi auctoritate MSS. praeter Voss. sec. et Edd. Veterum, uti et R. Stephani: per ellipsin τοῦ *quam*. uti cum reliquis saepe amant Caesar et Hirtius loqui. 4, 12. *Amplius octingentos equites haberet*. Bis B. Civ. 3, 99. B. Afric. c. 1. 6. *equites minus XXX*. c. 38. *minus passus* CD. Adde dicta ad 4, 37. sed tamen B. Civ. 3, 28. *paullo minus ducentis*. ubi etiam vide. In Scalig. et Leid. pr. exaratur, *sed tamen*.

*Inflabantur*] *Nitebantur* B. pr. sec. tert. Petav. VOSS. MSS. innumeri habent cum Edd. primis, in quibus haec est periodus, *nitebantur*, probante Grutero. Mihi secus videtur, et vulgarem lectionem retineo, nixus auctoritate Cuj. Scalig. Leid. pr. And. et Oxon. c. 12. *Inflantur atque incitantur hostium animi*. ubi tamen melius, quam hic, Codd. fere omnes, *inflammantur*. quo loco dicemus plura. Alibi. *inflatius*. atque ita saepe alii. Posses legere: *Barbari inflati nitebantur*. Dein reposui rursus fide Codd. Andin. et Oxon. *animum advertisset*. (et c. seq. *animum advertissent*.) ac c. 16. *Discessum h. animum advertit*. Vide ad 1, 24. et mox c. 14.

*Magnis itineribus*] Eleganter, et, ut puto, vere, Leidensis ille primus habet, *quam magnis*. Adi notata ad 6, 26. *Rami quam late diffunduntur*. B. Civ. 1, 55. *Quam*

num, reliquarumque civitatum, [a] quorum magnum
numerum evocaverat, praeſidio pabulationibus mit-
tit, qui subitas hoſtium incurſiones suſtinerent.
1 XII. Quod quum quotidie fieret, ac jam con-
suetudine diligentia [b] minueretur, (quod plerum-
que accidit diuturnitate,) Bellovaci [c] delecta manu
peditum, cognitis ſtationibus quotidianis equitum
noſtrorum, silveſtribus locis insidias disponunt;
2 [d] eodemque equites poſtero die mittunt, qui pri-
462 mum elicerent noſtros [e] insidiis, deinde circum-

VARIAE LECTIONES.

a *quarum* Ox. male. V. ad 7, 37. b *inveniretur* L. pr. Sc. *muniretur* MSS. 3. c *dejecta* MSS. 6. *d. m. equitum*, *ped.* Carrar. d *eademque* L. pr. Scal. e vulgo *in insidias.*

*magnum numerum intercipiunt.* Sic enim MSS. B. Hiſp. c. 33. *Coenam quam opimam adparari.* Appulej. l. 4. Met. p. 65. *loro quam valido.* l. 5. p. 99. *quam concolores fallacias.* p. 101. *nisu quam valido.* et saepissime: quare nollem, tentatum eſſe locum l. 8. init. *fuit Charite quam misella*, ab Ill. Heinsio, ad Ovid. Ep. 17, 192. legente, *inquam.* Praecedit, *sic annunciabat.* nec magis valet Gruteri lectio Suſp. 1, 14. *quoniam.*

*Praesidio pabulationibus*] Sic Manuſcripti, et veteres editt. (Primus *Gab. Faërnus* rescripſit, *pabulatoribus*, quem perperam secutus eſt *Jos. Scaliger.*) Et eodem modo dictum hoc, quo apud Spartianum in Pescennio Nigro legitur, *cum videret provincias facile administrationum mutatione subverti*, pro *administrantium.* Sic Caeſar de Bello Civili 3, 32. *Erat plena lictorum et imperiorum provincia.* Sed talia plura occurrunt. VOSS. Conſentiunt mei omnes. Sic *legationes* pro legatis, *ministeria* pro miniſtris, *matrimonia* pro uxoribus, et quae sunt id genus innumera, quae supra jam aliquoties occurrerunt, et a Viris doctis notata sunt. Vide et c. 16. et c. 19. *inpetus insidiarum.*

*Nostros in insidias*] *Nostros insidiis*, Palat. et B. tert. *nostros insidiae*, MS. Cujacii. VOSSIUS. Et MS. Regius. CLARK. *Nostros insidiis* exaratur in And. Oxon. Scalig. Dorvill. Bongars. tert. Palat. Petav. a m. sec. (nam a manu prima, ut diximus, haec non habet cum reliquis antiquioribus) Ed. Beroald. *In insidiis* Leid. sec. cum Edd. pr. *Insidiae* etiam Leid. pr. Grutero suſpectae sunt duae hae voces, *in insidias.* Sed quid ni exponere poſſumus, *elicere insidiis*, pro, *ad insidias*? Vide omnino notas ad Lucan. 6, 85. *discussere salo*, id eſt, in salum. et adde infra ad B. Civ. 2, 19. B. Hiſp. c. 13. et saepiſſime. Nam *in insidiis*, pro *in insidias*, poſitum eſſe, non temere credo, licet sciam, aliis hoc non displiciturum, qui *in vinculis*

ventos adgrederentur. Cujus [a] mali sors incidit Re- 3
mis, quibus [b] ille dies fungendi muneris obvenerat: namque ii, quum repente hostium equites [c] animum advertissent, ac numero superiores paucitatem contemsissent, cupidius insecuti, [d] a peditibus undique sunt circumdati. Quo facto perturbati ce- 4
lerius, quam consuetudo fert [e] equestris proelii, se receperunt, amisso Vertisco, principe civitatis, praefecto equitum; qui quum vix equo propter ae- 5
tatem posset uti, tamen consuetudine Gallorum, ne-

VARIAE LECTIONES.

a *mala* Ox. b Sic MSS. et Edd. Vett. non *illa*. *fugiendi* MSS. 3. Ed. Inc. inepte. c Sic And. Ox. non *animadv*. d Ita Cuj. Sc. L. pr. A. Ox. Reliqui et Edd. pp. carent τῷ *a*. e *equestri se proelio rec*. L. pr.

*conjicere*, *in castris venire*, et similia propugnant apud aurei aevi scriptores; praeterquam quod *in* hic loci a MSS. absit.

*Illa dies*] Ciacconius rescribit, *illo die obv*. (scil. *sors*.) Emendatione valde incleganti. CLARK. *Obvenerat* non damno. monendum tamen, in Lovan. Dorvill. Palat. et Edd. Rom. Ven. ac Mediol. scribi; *venerat*. Quae mutatio non rara est. Vide Graev. ad Justin. 13, 4. *Pars Ptolemaeo sorte venit*. Burm. ad Phaedr. Fab. 2. in fin. *Majus ne veniat malum*. *Venit dies* apud auctores frequens est de statuto die. B. Gall. 1, 8. *Ubi ea dies*, *quam constituerat cum legatis*, *venit*. B. Civ. 1, 87. *cujus illi diem nondum venisse dicerent*. V. Cl. Burm. ad Phaedr. 1, 16.

*Vertisco*] *Verutio* MS. Cujac. et vetus cod. VOSS. *Neruto* addit Leid. pr. *Verutio* Scalig. et Cujacii, non autem pro *Vertisco* habent *Verutio*, ut ait Vossius. *Verucio* est in Petav. margine. *Verisco* Pal. et Dorvill. *Vertisco duce* Leid. sec. *Vertistus* in Celso. *Vertico* nomine Gallus occurrit 5, 46. 49.

*Inflantur atque incitantur*] *Inflammantur* est in MSS. quinque. VOSS. MSS. quinque *Voss*. et *Norvic*. cum editt. *Rom*. *Ven*. *Beroald*. *Steph*. *inflammantur atque incitantur*. Sic noster de Bell. Afric. c. 19. *Hac spe atque audacia* inflammatus *Labienus*. Cum igitur ea lectio Codicum auctoritate nitatur, idoneam ejus rejiciendae caussam non video. DAVIS. *Inflammantur*) Sic MSS. Al. *inflantur*. CLARK. *Inflammantur* est etiam in Edd. Mediol. Inc. Vascos. Stradae aliisque, et MSS. omnibus, exceptis tamen Andin. et Oxon. forsan etiam Cujac. et Scaliger. ac Brantii: nam de varietate nihil ille monet. quare mutare τὸ *inflantur* rursus nolui, licet et altera lectio, *Inflammantur*, non minus sit bona. Sed et cap. praec.

que aetatis excuſatione in ſuſcipienda praefectura
6 uſus erat, [a] neque dimicari sine se voluerat. Inflantur atque incitantur hoſtium animi secundo proelio, principe [b] et praefecto Remorum interfecto; [c] noſtrique detrimento admonentur, diligentius exploratis locis ſtationes disponere, ac moderatius cedentem inſequi hoſtem.

1 XIII. Non intermittuntur interim quotidiana
463 proelia in conſpectu utrorumque caſtrorum, quae
2 ad vada, transitusque fiebant paludis. Qua contentione Germani (quos propterea Caeſar transduxerat Rhenum, ut equitibus [d] interpositi proeliarentur) quum conſtantius universi paludem transiſſent,

VARIAE LECTIONES.

a Hae 5 voces deſunt L. pr. b deeſt *et* L. sec. *et praef.* abſunt Edd. R. M. V. c Sic MSS. o. et Edd. pp. vulgo sine *que*. d *interpositis* MSS. o. praeter And. et Ox. et Edd. pp. male. V. 1, 48. Infra c. 19. B. Civ. 3, 84. *inpositis* G. V. tert.

*inflabantur* habuimus. quamquam auctor variare has locutiones, et *inflantur* ex compendio scripturae facile nasci potuit. at dubitationem tollat conſenſus Codd. et Edd. B. Civ. 3, 108. *Hunc incitatum suis, et regis inflatum pollicitationibus.*

*Intermittuntur*] Bong. pr. sec. Petav. Voſſian. pr. sec. Leid. pr. Oxon. Egmund. habent, *intermittit*. Quod non temere damnem. *Caesaris* nomen saepe in his Commentariis reticetur, ut quod satis per se subintelligatur. Vide ad 2, 17.

*Resistentibus*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii et Edd. Vett. *in resistendo*. CLARK. *In resistendo* etiam Vascos. Steph. et alii cum MSS. fere omnibus. sine dubio ex Gloſſa alicujus, explicantis τὸ *resistentibus*, quod servant MSS. Hotom. Bong. prim. And. et Oxon.

*Aut nonnulli pavore coacti longius profugerent*] Bongars. sec. *aut* nulli *pavore coacti*. Lego, *aut* inani *pavore coacti* DAVIS. *Cur. sec.* Sic non exſtat in Bong. sec. sed *pudore*, quod exhibent reliqui omnes MSS. et Edd. ante Scaligerum, qui Ursiniani codicis lectionem recepit, et etiam amplexus eſt Gruterus, ac Lipſius, qui libri sui margini adſcripſit, *timore*. At *pudore*, quod saepe in MSS. commutatur et confunditur cum *timore*, *pavore*, non auſim hic penitus damnare. potuerunt longius profugiſſe, quia pudebat eos in caſtra reverti. Ceterum Da-

paucisque resiſtentibus interfectis, pertinacius [a] reliquam multitudinem [b] eſſent inſecuti, perterriti non solum ii, qui aut comminus obprimebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam, qui longius subsidiari [c] conſueverant, [d] turpiter refugerunt; nec 3
prius finem fugae fecerunt, saepe [e] amiſſis superioribus locis, quam se aut in caſtra suorum reciperent, at nonnulli pavore coacti longius [f] profugerent. Quorum periculo sic omnes copiae sunt per- 4
turbatae, aut vix judicari poſſet, utrum secundis [g] parvulis rebus inſolentiores, an adversis mediocribus timidiores eſſent.

VARIAE LECTIONES.

a *reliqui* Egm. b *erant* V. tert. c *consuerant* V. pr. Lov. Egm. et 4 alii, cum Edd. R. Inc. *longius subsidio constiterant* Oxon. d deſunt 2 voces Pal. Dorv. *fugerunt* vulgo contra MSS. meliores 12 et Edd. Vasc. Str. Steph. aliaeque. e *omissis* Lov. Dorv. *missis* Pal. f *effugerent* B. pr. Ox. g vulgo *nimiisque*, et *mediocribusque*.

visii conjectura non eſt neceſſaria. Si quid mutandum, facile eſſet, reſcribi, *nonnullo*. Quod plane legitur in Voſſiano primo. *nonnullis pudore coactis* Bong. tert. et Voſſ. sec. ac Carrar.

*Secundis nimiisque rebus*] Ita Scaliger edidit. Antea fuerat, *secundis minimisque rebus*. quomodo et legitur in pr. ac sec. Bongars. Pro quo Urſinus legebat, *maximisque*. Ego neutrum recte cepiſſe locum ajo: et reſcribo, *secundis minimis*. Hoc eſt, paululum modo secundis. In Cujacii MS. et V. C. pro *minimisque* erat *parvulis*, quod gloſſema eſt, poſtea et textui irrepſit, ac Hirtii ipſius vox extruſa eſt. Interea vel haec vox satis oſtendat, Hirtium scripſiſſe, *minimis*. Ego sane commodiſſimam hic sententiam video. Nam autor, ut inconſtantiam Gallorum deſcribat, ait, dubium fuiſſe, utrum rebus parumper secundis inflatiores, an mediocriter tantum adverſis timidiores fuerint. Sed pro eo, quod ſtatim subditur, *an adversis mediocribusque*, conſtanter in quinque MSStis, B. pr. sec. tert. Pet. ac Palat. eſt, *adverso mediocri casu*. ita et v. c. habet, unde non dubito reſcribere hoc pacto totam hanc periodum: *Ut vix judicari posset, utrum secundis minimis rebus insolentiores, an adverso mediocri casu timidiores essent.* VOSS. *Secundis* minimis *rebus insolentiores, an adversis mediocribus timidiores essent*) Scaliger edidit, (*secundis* nimiisque *rebus.*) Urſinus legit, (maximisque *rebus.*) Uterque senſu plane con-

1 XIV. [a] Compluribus diebus iisdem [b] in castris
464 consumtis, quum propius accessisse legiones, et C. Trebonium legatum, [c] cognovissent; duces Bellovacorum, veriti similem [d] obsessionem Alesiae, noctu dimittunt eos, quos [e] aut aetate, aut viribus inferiores, aut [f] inermes habebant, unaque reliqua im-
2 pedimenta: quorum perturbatum, et confusum dum explicant agmen (magna enim multitudo carrorum etiam

VARIAE LECTIONES.

a Sic MSS. et Edd. ante Scal. vulgo *complurimis*. b Ita And. Ox. V. sec. A reliquis, nec male, deest *in*, uti et ab Edd. pp. c *cognossent* B. pr. sec. d *obsidion*. L. pr. e deest MSS. 2. Edd. R. M. V. f Per *i* V. tert.

trario, atque erat mens Auctoris. MSS. habent, (*secundis* minimisque *rebus*.) Quam esse veram Lectionem, recte vidit Dionys. Vossius; deleta solummodo particula *que*, qua addita opus esse, facile judicare potuit Librariorum inscitia. Porro pro (*adversis mediocribusque*, ut Scaliger minus recte edidit,) in MSS. est, *adverso mediocri casu*. Quod aeque probum est. CLARK. Non Ursinus, sed Ciacconius legebat, *maximisque*. Perperam omnino. *Minimisque* MStorum turba habet cum Edd. Vetustis: unde recte Vossius, *minimis*, male tamen ut Glossam proscribens, *parvulis*, uti sine *que* liquide exstat in Andino et Oxon. In Leid. pr. est quoque, uti in Cujac. ac Scalig. *parvulisque*. Vocula haec Caesari et Hirtio in deliciis fuisse videtur, adeo saepe ea utuntur. *parvulum detrimentum* 5, 52. *parvula proelia* 4, 30. 5, 50. *parvula caussa* B. Civ. 3, 72. *parvula navicula* c. 104. et alibi. ut et Hirt. in B. Afric. c. 37. *parvula proclivitas*. c. 54. *parvula caussula*. c. 63. *parvulum navigiolum*. c. 87. *parvula fossa*. unde puto, me recte in textum recepisse. Jungit auctor uni substantivo duo adjectiva, uti non raro ceteri scriptores, tam hic, quam c. 6. *nullum summum bellum*. Vide etiam B. Alex. c. 29. Dein *adversis mediocribus* exhibui, auctoribus MSS. Andin. Oxon. et Leid. pr. atque Edd. Venet. 1517. Ald. Basil. *mediocribusque* male Manut. Gryph. Plant. Scalig. et reliquae. At primae cum MSS. reliquis, item Vascos. Str. Steph. Cellarius etc. *Adverso mediocri casu*: quod tamen e Glossa sive explicatione ortum videtur: (nam in Leid. primo scribitur, *adversis mediocribus casu*:) nisi lateat quid abstrusius.

*Aut aetate aut viribus inferiores*] Loco vocis ultimae *infirmiores* reponit *Pet. Ciacconius*; sed non est, cur quidquam mutemus: *inferior* enim tantundem valet, ac *infirmior*. *Justinus* 5, 2, 12. *Exaequandasque vires partium, et inferiores auxilio levandos*. Idem 8, 1, 3. *Auxilium*

etiam expeditos sequi Gallos consuevit) obpressi
luce copias armatorum pro suis instruunt castris;
ne prius Romani persequi se inciperent, quam lon-
gius agmen inpedimentorum suorum [a] processisset.
[b] At Caesar neque resistentes [c] adgrediundos, ne- 3
que cedentes tanto collis adscensu lacessendos ju-
dicabat; neque [d] non usque eo legiones admoven-
das, ut discedere ex [e] eo loco sine periculo bar- 465
bari, militibus instantibus, [f] non possent: ita quum 4

VARIAE LECTIONES.

a *processissent* V. pr. L. tert. b deest B. pr. c Haec 3 verba *adg. n. ced.* vulgo desunt. d *ad usque adeo* And. *adeo* Oxon. e deest And. Ox. f exsulat G. V. tert. L. tert. Ed. Inc.

inferioribus *ferendo.* Sic et *multitudine inferior* est *Sulpicii Severi,* Hist. Sacr. 1, 1, 4. DAVIS. Bene hoc defendit Davisius. Adde Caesarem B. G. 3, 25. *sub sarcinis inferiores animo adoriri.* Geminus plane locus est Ovidii Met. 4, 652. *Viribus inferior (quis enim par esset Atlanti Viribus?)*

*Copias armatorum pro suis instruunt castris*] Ita e MSto Ciacconii primus edidit Scaliger, quem reliqui secuti sunt: cum vulgo ante ipsum excusum esset, *copiis armatorum castrorum vias instruunt*, quae lectio confirmatur MSS. And. et Oxon. Reliqui cum Edd. primis et R. Steph. *copias a. in* (deest praepos. Bongars. tert. et Voss. sec.) *suis instruunt castris.* Sine dubio male, et Ciacconii lectio utrique praeferenda. *Instruere copias pro castris*, id est, disponere eas ante castra: quomodo passim *instruere legiones*, *aciem*, et eodem fere modo statim *instruere legiones pro vallo* c. 15. immo supra c. 9. *copias instruunt pro castris.* Nihilominus aliud quid ex MStorum diversitate latere puto, et scribendum opinor: *copiis armatorum vias pro suis instruunt castris. Instruunt vias copiis*, ne eas occupare possint Romani, et sic *prius persequi inciperent* etc. ex quibus verbis *vias* videtur hic esse necessarium. quod facile excidisse potuit ob vicinitatem τῶ *suis.*

*Neque resistentes tanto collis adscensu lacessendos judicabat*] Pr. et sec. B. 'ac v. c. habent, *neque resistentes aggrediendos tanto collis adscensu judicabant.* Quod rectum videtur; nam illud, *aggrediendos*, majorem vim habet. VOSS. *Aggrediendos*) Sic MSS. plurimi. Al. *lacessendos.* CLARK. *Aggrediendos*, sive potius *adgrediundos*, (nam ita est in Bong. pr. sec. Voss. pr. sec. Egm. et aliis) ante *tanto* exhibent quoque MSS. aliorum et mei, Edd. primae ac R. Stephani, delentque, *lacessendos.* Verum tamen Andin. Cujac. Leid. prim. Oxon. ita legunt, *neque resistentes*, *neque cedentes tanto collis adscensu lacess. jud.* Unde elicio hanc lectionem:

paludem inpeditam a castris castra dividere, ([a] quae transeundi difficultas celeritatem insequendi [b] tardare posset;) atque [c] id jugum, quod trans paludem paene [d] ad hostium castra [e] pertineret, mediocri valle a castris eorum intercisum animum adverteret; pontibus palude [f] constrata, legiones transducit, celeriterque in summam planitiem [g] jugi pervenit; [h] quae declivi fastigio duobus [i] ab lateribus muniebatur. [k] Ibi legionibus instructis ad ultimum jugum pervenit: aciemque eo loco consti-

VARIAE LECTIONES.

a *haec* And. Ox. b *tardari* L. pr. *tardaret* Dorv. *non p.* Edd. R. M. V. Ber. aliaeque. c *ad* And. B. pr. Egm. d *usque ad* L. pr. e *perveniret* And. f *contracta* And. g *vallis* Lov. inter versus haec vox est in L. pr. *provenit* Scal. h *qui* L. pr. i *a. l.* V. pr. L. sec. et Edd. qdd. k *Ubi* B. pr. L. pr.

*neque resistentes aggrediundos, neque cedentes tanto c. ad. lacess. j. Aggredi* eos, dum resisterent, et loco opportuno manerent, noluit Caesar: ut patet vel ex c. 9. *Cedentes* autem *lacessere* omnino studebat; at hoc non poterat fieri *tanto collis adscensu:* ideo celerrime copias admovit, et *jugum*, quod intercedebat, occupavit.

*Nostris militibus*] Ita MS. Reg. In aliis deest, *nostris*. CLARK. Addunt eam voculam Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. posterior: sed in MSS. meis non comparet.

*Ita quum paludem inpeditam a castris c. dividere* (*quae* etc.] Intricatior locus est, nec, ut videtur, sine mendo. Videamus ergo, quid in MSS. sit ac Edd. primis. *Ita* non habent And. et Oxon. *Itaque* Ortel. *quum* deest Bong. pr. At *palude impedita* MSS. ad unum omnes, nisi quod in Bong. sec. a manu sec. sit, *palus:* uti etiam in Ortel. et Edd. principibus. *a* carent Andin. et Oxon. *in castris* Ort. *Divideret* Leidenses, Vossiani, Cujac. Scalig. Oxon. Petav. Bong. sec. tert. Palat. Egmund. Gottorp. Dorv. *dividerentur* Lovan. Carrar. et Brant. *dum videret* Bong. pr. *dimitterent* Andin. Ex his diversitatibus commode legi posse arbitror: *Itaque*, vel *ita*, *quum paludes inpeditae a castris castra dividerent.* Vulgo jungere debent, *cum animum adverteret.* Verum id Caesar jam demum non animadvertit, sed quamdiu hic castra habuerat, hoc sciverat. *Paludes*, ut saepe, dicuntur totus ille locus palustris. Pluralis autem hic numerus ansam corruptioni dedisse videtur. Mox *difficultate* legit Ciacconius, ut *quae* ad *paludem* referatur. Sed haec correctio sine MStorum ope non est necessaria.

*Animum adverteret*] Elegantem hanc lectionem Manuscripto

tuit; unde tormento missa tela in hostium cuneos conjici possent.

XV. Barbari confisi loci natura, quum dimi- 1
care non recusarent, si forte Romani subire collem conarentur, [a] paullatimque copias distributas dimittere non [b] auderent, ne dispersi [c] perturbarentur, in acie permanserunt: quorum pertinacia, 2
Caesar, cognita, xx cohortibus instructis, castrisque [d] eo loco metatis, muniri jubet castra. Abso- 3
lutis operibus, [e] legiones pro vallo instructas con- 466

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. L. pr. Sc. And. Ox. Reliqui carent *que. et paull.* B. tert. L. sec. *ac ipsi p.* Lov. Edd. R. M. V. *ac si ipsi p.* Pal. Dorv. Carr. b Ita Cuj. L. pr. Sc. And. B. tert. Pal. Dorv. *possent* ceteri cum Ed. Inc. c *turb.* L. pr. d *castris eo l.* L. pr. *e. l.* B. pr. e *pro v. l.* MSS. plurimi et Edd. pp.

*Norv.* debemus, in editis enim est, *animadverteret*, quae sane scriptura pares Veneres non obtinet. Vide not. ad B. G. 1, 24. et 5, 18. DAVIS. Sic quoque Bong. pr. Voss. pr. And. Oxon. Lovan. Egmund. Gottorp. et duo alii cum Ed. Incerta. Vide ad c. 11.

*Cognita, Caesar*] Leid. pr. et Oxon. *Caesar, cognita.* Recte. Vide ad 2, 49. *Quibus litteris Caesar adlatis.*

*Muniri jubet c.*] Non adsentior viro docto, haec verba pro spuriis habenti, quasi satis subintellecta sub seqq. *Absolutis operibus.* Non ita solent Caesar et Hirtius. Ceterum *munire* est in Bong. pr. et Oxon. sed Cujac. Petav. Scalig. et Leid. pr. *metatis, Menapios munire jubet castra.* quasi hoc onus injunxerit Germanis, qui ipsi erant in auxilio. Confer c. 13. Nihil temere tamen adfirmo. Dein pro *absolutis*, quod servant MSS. Cuj. Scal. Leid. pr. Oxon. et And. reliqui habent, *ac solutis.* Dorvill. Palat. Carr. et Edd. Rom. Ven. Med. aliaeque, *ac solitis.* Gruterus Lipsiusque hinc conjecerunt leg. *castra solitis operibus.* At vulgaris lectio multo elegantior est concinniorque.

*Sine cibariis*] *Sine periculo* est in MS. Cujac. B. pr. sec. tert. Pal. Petav. et vet. cod. nostro. VOSS. MSS. *sine periculo*, et *ceperunt*, pro *inierunt.* CLARK. Utrumque est etiam in MSS. meis, et Edd. primis. Soli Codd. Andin. et Oxon. pro vulgatis faciunt. Et certe *sine cibariis* verum arbitror. Inpedimenta enim praemiserant jam. Vide c. 14. Quidni scribere possumus: *neq. pernoctare sine periculo, aut d. permanere sine cibariis?* Dein nemo non videt, elegantius hic esse, *inire consilium*, cujus glossa est, *capere.* ut patet e Bong. pr. in quo, *receperunt. Inire consi-*

4 locat: equites frenatis equis in [a] ſtationibus dis-
5 ponit. Bellovaci, quum Romanos ad inſequendum paratos viderent, neque pernoctare, [b] aut diutius permanere sine cibariis [c] eodem loco poſſent, tale

VARIAE LECTIONES.

a *Statione* MSS. qq. et Edd. pp. *deponit* Lov. b Sic MSS. o. et Edd. Vett. non *neque*. V. ad 3, 14. *reman.* non male L. pr. c *in eod.* L. pr.

*lium* noſtri cum aliis aliquoties adhibent. 2, 13. *Inito consilio*; et c. 16. infra, *Consilium initum*.

*Fasces ubi consederant per manus stramentorum*, etc.] Ita omnes MSSti habent et haec et sequentia: verba tamen mire diſtorta et transpoſita sunt. Scio quidem, subinde id fieri in Caesare atque Hirtio, sed una tantum vel altera vocula alieno ponitur loco. Itaque vereor, ut Hirtius ita scripſerit. VOSS.

*Nam in acie sedere Gallos consuesse superioribus commentariis demonstratum est*] Putabat *Hotomannus* reſpicere *Hirtium* ad verba, quae 3, 18. leguntur, *velut explorata victoria, sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.* Ego prorſus id nego: nam quod *Hirtius* remittit lectorem ad commentarios *Caesaris*, eſt propter morem Gallorum, quos ait in acie *sedere* conſueviſſe. At nihil illo loco *Caesar* de *sedendi* more: quare, siquid judico, vel periit hic locus ex commentariis Caeſaris, vel alicubi corruptus legitur. Porro pro *commentariis demonstratum est* MSS. B. pr. sec. tert. Pal. Pet. habent, *commentariis Caesaris demonstratum est.* VOSS. Crediderim equidem, additamentum e margine in textum irrepsiſſe. Vide Viri doctiſſimi, Jos. Waſſe, notas ad Salluſtium p. 294. CLARK. De hoc loco sic *Lipsius* in Epiſtola ad *Joan. Vivianum* data: „Ad quaeſitum tuum in Hirtio seorſim hic habe: Consului librum, qui pervetus apud me a *Torrentio*: sed is totidem verbis haec repraesentat: *Fasces, ubi consederant* (*nam in acie sedere Gallos consuesse superioribus Commentariis declaratum est*) *per manus, stramentorum ac virgultorum traditos.* At tu duo ambigis, et ubi hoc Caeſar? et quomodo credibile, majores noſtros in acie et pugna sediſſe? De loco *Caesaris*, credo *Hirtium* adſpicere iſtum e Comment. 3, 18. *Galli sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum complerent, ad castra pergunt.* Non dicit in iis *sedisse* aperte, fateor; sed tangit fortaſſe et aſſignificat. At quis id credat, inquies? Mehercule nec ego tecum, nec capio, quomodo, ubi ordines diſponendi, tela et manus movendae, ignavi homines sederint. Ego vel a *Celso* hoc verbum *aciei* eſſe, non pro ipſo proelio aut procinctu, sed pro bello arbitrer: id eſt, ut in caſtris, et tempore belli majores noſtri sederint; aut pro *otii* voce permutandum. Ut velit scribatque, Gallos, cum otiosi, etiam in ipsis caſtris plurimum sediſſe. Quid miri, inquies? Imo eſt, pro Romanorum moribus; nam seſſio minus apud eos crebra: ambu-

consilium sui recipiendi inierunt. *Fasces*, [a] *uti con-* 6
*sederant*, (namque in acie sedere Gallos [b] con-
suesse, superioribus [c] commentariis declaratum est) 467
*stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *ubi consed.* vel *ut consuev.* et *nam.* b deest L. pr. c Sic Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. Reliqui cum Edd. Vett. *Comm. Caesaris.*

labant magis aut jacebant. At barbari aliter, quod et *Tacitus* de Germanis notat; et *Strabo* de Hispanis, loco, qui valde huc facit, libro 3. scribit: *Vettones venisse ad Romana castra: vidisse Centuriones, et Tribunos quosdam per spatia obambulantes, et se vertentes. Illos, arbitratos, insanire homines, accurrisse, et manibus nutibusque ad tabernacula sua deduxisse; quasi necessum esset, aut sedere in otio, aut in acie pugnare.* Verba ultima Graece sic habent: *Ὡς δέον ἢ μένειν καθ' ἡσυχίαν ἱδρυθέντας, ἢ μάχεσθαι.* Vides Barbaricum sensum et morem, pro quo tamen etiam legi in *Hirtio* possit, *ante aciem.*" Haec doctissimus ille vir, Centur. 1. ad Belgas Epist. 3. quae tamen haud arrident. V. C. *Jos. Wassius* ad *Sallustii* Jugurth. c. 24. additamenti loco ponit haec verba, *nam in acie sedere Gallos consuesse, superioribus Commentariis declaratum est*; eaque putat a calamo nugatoris adjecta fuisse, quod voces, *ubi consederant*, de sedendi actu ceperit, cum revera denotent, *ubi castra posuerant.* Ingeniose quidem; hoc modo tamen ipsae voces, *ubi consederant*, supervacaneae videntur ac inutiles; sequitur enim: *quorum summa erat* in castris *copia.* Codices dant, *fasces ut consueverant.* Lego: *Fasces, ut consueverant, stramentorum et virgultorum, quorum summa erat in castris copia, per manus inter se transditos* etc. Ita recte procedit oratio, nec inani tautologia laborat. Nimirum cum nesciret ineptulus aliquis, quem usum in castris praebere possent stramentorum et virgultorum fasces, nisi forsan in iis sederetur; inaudita quadam Gallorum consuetudine *Hirtium* nostrum censuit adornandum. DAVIS. *Cur. sec.* Non capio sensum τῶν *uti consueverant*, quod e MSS. reponi vult Davisius. An ego fasces soliti erant per manus inter se tradere, vel ante aciem collocare? unde hoc didicit Davisius? Neque etiam MSS. omnes habent, *ut consueverant.* nam Cujac. Faern. Ursin. Scalig. Leid. pr. Andin. et Oxon. dant, *ubi consederant. consuerant* Dorv. *constituerant* Leid. sec. *ubi ut consuev.* Voss. tert. Ex una et vera Hirtii scriptura duae per Glossas confectae sunt. Legendum enim, *uti consederant*, i. e. sic uti in castris locati erant, vel sessione proprie sumenda, quod malim, vel, uti dispositi erant in genere, quieti nempe, ne tumultuando et discursando res aperiretur Romanis, per manus fasces traditos ante aciem conlocaverunt; sensu claro et eleganti. usus ille particulae *uti*, vel *ut*, a Librariis non perceptus, corruptionis caussa fuit. Sic saepe in his commentariis, *sic ut meridie conquieverat, uti pro castris collocaverat.* Et alia

*in castris copia, [a] per manus inter se transditos, ante aciem [b] conlocaverunt; extremoque tempore diei, signo pronunciato, [c] uno tempore incenderunt.*

7 **Ita continens flamma [d] copias omnes repente a conspectu texit Romanorum. Quod ubi accidit, barbari vehementissimo cursu [e] refugerunt.**

1 **XVI. Caesar, etsi discessum hostium [f] animum advertere non poterat, incendiis obpositis; tamen id consilium quum fugae caussa [g] initum suspicaretur, legiones [h] promovet, turmas [i] mittit ad insequendum: ipse veritus insidias, ne forte in eodem**

VARIAE LECTIONES.

a Ita Scal. e conjectura Faërni. MSS. et Edd. Vett. *per manus* locant ante *stramentorum.* desunt omnino in Dorv. b Sic Cuj. Sc. L. pr. Pet. And. Ox. alii *conlocarunt.* c *uno t.* desunt Edd. B. M. V. d *eos rep.* V. sec. e Sic MSS. omnes et Edd. qdd. praeter Dorv. non *fug.* f Ita rursus And. et Oxon. non *animadv.* g *inita* B. sec. V. pr. Egm. h *movet* L. pr. *promovit* MSS. reliqui cum Edd. pp. praeter Cuj. Scal. Ox. And. Carr. i vulgo *et t.*

saepe corrupta. Vide omnino ad 6, 43. *Ut se sub ipso vallo constipaverant.* In seqq. accedo omnino Cl. Wasseo. MSS. tamen omnes agnoscunt, ex quibus uti et Edd. pp. reposui etiam *namque*, pro *nam.* De traditione instrumentorum *per manus* aliud habemus exemplum 7, 25. B. Civ. 1, 68.

*Signo pronunciato*] Rarus loquendi mos. Signum hic est σύνθημα, seu tessera, quae Gallis omnibus data, ut, siquando pronunciari eam audissent, incenderent sarmenta ac fugam facerent. Alioqui *signum dare* plerumque scriptores dicunt. VOSSIUS.

*A conspectu texit*] Ursini codex, *extulit*, quod placuit Faerno. Suffragatur ei Oxon. In Leid. tert. et Ed. Inc. est, *exercitus Rom.* sine *texit*, vel *extulit:* quod sumtum esset pro, *sustulit*, *abstulit.* Nil muto. *tegere a conspectu*, ut apud Valer. Maxim. 4, 7, 2. *Gracchum ab irruentibus telis obpositu corporum texerunt.*

*Et turmas mittit*] Abest copula eleganter a Leid. pr. Oxon. Bong. pr. tert. Male vero *turmas mittit* abest a MSS. omnibus, si excipias Cujac. Scal. Leid. pr. And. et Oxon. Admovit propius pedites Caesar, sed equitum turmas inmisit ad insequendum, dum interim cum peditibus tardius procedit, insidias veritus.

*Subsisteret hostis*] Sic restitui ex MS. *Norvic.* et edit. *Beroald.* sensu ipso suadente; et hanc sane lectionem, si Codd. nihil juvissent, secutus essem.

loco subsistere [a] hostis, atque elicere nostros in lo-
cum conaretur iniquum, tardius procedit. Equites, 2
quum intrare fumum, [b] et flammam densissimam ti- 468
merent; [c] ac, si qui cupidius intraverant, vix suo-
rum ipsi priores partes adverterent [d] equorum, in-
sidias veriti, liberam facultatem sui recipiendi Bel-
lovacis dederunt. Ita, fuga timoris [e] simul callidi- 3
tatisque plena, sine ullo detrimento, milia non
amplius x progressi hostes, [f] loco munitissimo ca-
stra posuerunt. Inde, quum saepe in insidiis [g] equi-
tes peditesque disponerent, magna detrimenta Ro-
manis in pabulationibus inferebant.

VARIAE LECTIONES.

a Edd. Dav. et seqq. *subsisteret. hostes* et *conarentur* Carrar. b *ac* L. tert. Ed. Inc. *fl. fortissim.* V. sec. c *at* Ed. Inc. *cupiditer* L. tert. *turpiter* Ed. Inc. d vulgo *animadvert.* e *suum* L. tert. Ed. Inc. *calliditatis* sine *que* MSS. 3. et Edd. pp. f Sic MSS. g *castra d.* L. pr. a m. pr.

Vulgg. *subsistere conaretur*, quasi *conatu* ullo opus erat ad locum tenendum, quem jam possidebant: eum enim non tentarunt Romani. DAVIS. Acquiescit in hac emendatione Clarkius, atque ita reposuit, suffragante forsan Oxoniensi. Reliqui MSS. ad unum omnes, *subsistere*. Quod revocavi. Quia facile subintelligi potest aliquod verbum, ut *vellet*, *posset*, vel simile: licet per unum verbum, *conaretur*, se explicet auctor. De his vide ad 7, 77. 8, 5. et alibi. Si tamen in pluribus idoneis Codd. *subsisteret* inveniatur, ad id magis inclinarem. Habet autem Gryphius quoque in Margine.

*Fumum et flammam*] Tametsi proba haec lectio, dissimulare tamen non debui, in B. pr. sec. tert. Pal. Pet. ac v. c. nostro pro *fumum* legi, *summum jugum*. VOSS. Carrar. quoque et MSS. mei omnes, si And. et Oxon. excipias, item Ed. Inc. habent, *summum jugum*. vitiose procul dubio. unde tamen facile vera, ut opinor, emendatio se sensibus nostris offert, scilicet, *fumum jugem*. quomodo conjecit jam olim in ineditis Gruterus: quem laude sua defraudare nolui. *Jugis fumus* hic est *continens*, ut supra *flammam* vocat Hirtius, *non intermissus*, perpetuo *undans*, ut poëtae loquuntur. Passim aqua fontana dicitur *jugis*. Salluft. B. Jugurth. c. 89. *jugi aqua utebantur*. Consule Cel. Bentl. ad Horat. Epist. 1, 15, 15. *Puteosne perennis Jugis aquae*. Sic etiam duo Codices, a me visi, non, *dulcis*. Lactantius Epit. c. 11. *Et tunc etiam lacrimae juges, et gemitus*

1 XVII. Quod [a] quum crebrius acciderct, ex captivo quodam comperit Caesar, Correum, Bellovacorum ducem, [b] fortissimorum milia VI peditum delegisse, equitesque ex omni numero M, quos [c] in
469 insidiis eo loco [d] conlocarat, [e] quem in locum,

VARIAE LECTIONES.

a *crebrius cum accidere* MSS. 5. et Ed. Inc. *saepius* L. pr. b *fortissimum* L. pr. c deest Ox. d vulgo *collocaret*. e *in quem* sine *locum* male L. pr. Ox. V. ad 2, 18.

*perpetes*. Sic lego ex antiquissimi Cod. Bonon. lectione, *jugis*. Vulgo *luctus et gemitus p.* nisi malis cum Pfaffio et aliis e Taurin. MS. *lacrimae juges, luctus* etc. Nec tantum de liquidis, sed et de aliis rebus usurpatur. Plauto in Pseud. 1, 1, 82. *jugis thesaurus*. Avieno descr. Orb. v. 181. *Jugis ubique Mugitus pelago est, gemitu loca cuncta resultant.* Veget. 2, 23. *Jugi perpetuoque exercitio*. Appulej. Flor. n. 13. *Oratio tempore jugis. Intrare fumum* dicit, ut, *intrare insidias*, B. C. 3, 38.

*Partes animadverterent equorum*] Sic post R. Stephanum Scaliger ceterique ediderunt. Olim edebatur, *partes animadverterent; equorum ins.* Vulgo ante Scal. excusum est, *adverterent; equorum ins.* sed recte Ciaccon. Hotom. et Brantius distinguentes legunt, *adverterent equorum:* quomodo jam exhibuerunt Vascos. Basil. Strada et Ed. Gryph. posterior; confirmaturque MSS. Andinis et Oxoniensi. Ceteri minus bene, *animadverterent*. *Advertere* est perspicere et cognoscere equorum suorum priores partes. Quod non poterant prae denso fumo. de hoc istius verbi sensu vide Cl. Burm. ad Gratii Cyneg. 148. *Advertitur annus*. et ad Nemes. Ecl. 1, 41. *Tu nostros adverte modos*. Hirt. B. Alex. c. 15. *Ubi Caesaris animum advertit Euphranor*. c. 30. *Quum castra opere vallata adverteret:* ubi itidem MSS. plerique, *animadv.* c. 44. *Repente adversam ad se venientem navem advertit*. Sic MSS. optimi, alii, *animadvertit*. atque ita legendum conjeci 7, 45. *qui ex oppido non adverterentur*. De confusione horum verborum adi ad 4, 16. et B. Civ. 1, 81. *Adverso vitio castrorum*.

*In pabulat.*] Si vel unus idoneus addiceret Codex, amplecterer lectionem Scaligeri, quomodo et conjecit Gruterus, delendo *τὸ in*. ut *pabulationes* eodem sumantur sensu, quo c. 11. *Praesidio pabulationibus mittit*. Sic certe seq. capite rursus Oxon. pro *pabulatoribus* exhibet *pabulationibus*.

*Quos in insidiis eo loco collocaret*] Lege, *collocarat*, ut habent *Norvic. Voss. Egmond.* hoc enim jam factum fuisse, constat. DAVIS. *Cur. sec.* Accedunt Voss. prim. Leid. pr. sec. tert. Egm. Scalig. Lovan. Dorvill. et Edd. primae aliaeque multae; quare reposui.

*Pabulatum missuros suspicaretur*] Si in eo loco *frumenti* simul ac *pabuli* fuit copia, par est, ut censeamus, Romanos *fru-*

propter copiam frumenti ac pabuli, Romanos pabulatum missuros [a] suspicaretur. Quo cognito consilio, [b] Caesar, legiones plures, quam [c] solebat, 2
educit; equitatumque, qua consuetudine pabulatoribus mittere [d] praesidia consuerat, praemittit. Huic 3

VARIAE LECTIONES.

a *suspicarentur* L. sec. b Sic Cuj. L. pr. And. Ox. Reliqui et Edd. pp. carent hoc nomine. V. ad 2, 17. c *soleret* Ox. d *praesidio consueverat.* vulgo *consuerat* MSS. longe plurimi et Edd. Vett.

*mentatum* aeque ac pabulatum missuros. Quid igitur? Vocem *pabulatum* prorsus abundare puto, eaque deleta lego, *quem in locum propter copiam frumenti et pabuli Romanos missuros suspicaretur.* Ne vero soli meae conjecturae fidem des, eam diserte firmant *Bongars.* tres, *Petav. Norvic. Lovan. Gottorp.* DAVIS. *Cur. sec.* Fateor, sub verbo *pabulatum* facillime posse subintelligi *frumentationem*; utraque enim res uno *pabulationis* nomine venit; immo video, *pabulatum* agnosci a Cujac. Scal. Leid. pr. Oxon. et Andino. Nihilominus malim cum Grutero et Davisio hinc eam vocem expellere, auctoritate ceterorum, quotquot vidi, Codicum, aliorumque, uti et Edd. antiquissimarum, item Beroaldi. *mittere*, subintellecto accusativo ejus, de quo sermo est, saepissime poni, notum est; quamvis intrudatur saepissime. Vide ad 1, 34.

*Equitatumque qua consuetudine*] MS. *Norv. Equitatumque sua consuetudine.* An legi possit, *equitatum, quem sua consuetudine* etc.? Certe clarior hoc modo et dilucidior erit sententia. In Aldino est, *equitatumque, quem ipse pabulatoribus*; quam lectionem probat *Fr. Hotomannus*; et quidem recepta est facilior, nec tamen admitto, emendatorem enim redolet. DAVIS. *Quem praesidio pabulatoribus mittere semper consueverat*) Ita exhibet MS. Regius; nisi quod pro (*praesidio*) scriptum sit (*ipse auxilio.*) Scaliger aliique ediderunt, *Qua consuetudine* (MS. Eliens. habet, *sua consuetudine*, forte, *QUEM sua consuetudine*, voce (*quem*) in praecedentem (*equitatumque*) absorpta,) *pabulatoribus mittere praesidio consueverat.* CLARK. Temere haec interpolavit Clarkius. Nostri omnes vulgatis consentiunt. nisi quod *quem* c. habeat Leid. sec. sed Bongars. pr. *praesidia.* Vere. sic *praesidia Caesari adduci* Hirt. B. Alex. c. 25. quae vox hinc excidit in versum sequentem, ubi *auxilia* esse scribendum, recte docuit Vossius. Hic deest in Leid. pr. quod meam opinionem unice confirmat. Dicit, Caesarem consuetum esse, pabulationibus (sic enim Oxon. vide c. 11.) mittere praesidia equitum praeeuntium.

*Huic interponit praesidia levis armaturae*] Ita quidem Scaliger edidit, aliique, sed potior mihi est autoritas sex MSS. Cujacii, B. pr. sec. tert. Pal. Pet. Ii habent, *auxilia*, quae genuina vox. Nam, ut Festus ait, *auxiliares dicuntur in bello socii*

interponit [a] auxilia levis armaturae: ipse cum legionibus, quam potest maxime, adpropinquat.

1 XVIII. [b] Hostes in insidiis dispositi, quum sibi delegissent campum ad rem [c] gerendam non amplius
470 patentem in omnes partes [d] passibus M, silvis undi-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *praesidia*. b *Host. insidiis positi* And. Ox. c *gerendum* V. pr. sec. a m. pr. V. ad 3, 14. d *passus* L. pr. non male. V. ad 4, 37.

*Romanorum exterarum nationum, dicti ex Graeco vocabulo* αὔξησις, *quod nos dicimus rerum crescentium auctionem.* Atqui loquitur hic Hirtius de Germanicis auxiliis, quae Caesar ideo *transduxerat Rhenum*, (supra dixit autor noster) *ut equitibus interpositi proeliarentur.* Et paullo ante de iisdem dixit: *nostra auxilia Gallorum Germanorumque.* Item infra, *Germanosque pedites summae velocitatis.* At vocem *praesidia* pro *auxiliis* legere me nusquam memini: et merito. Tria enim diversa sunt, *praesidium*, *auxilia*, et *subsidia*. *Praesidium*, ait Festus, *est, quod pro utilitate ac salute alicujus, auxilii gratia, praeponitur. Subsidium, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus.* Unde et in Glossis *praesidium* exponitur, προσασία, et φρουρά: itaque elephantos et similes belluas optime appellaveris praesidia. De subsidiis etiam manifestissima res, et satis declarant haec verba Caesaris 1. de Bello Civili: *primam aciem quaternae cohortes ex v legione tenebant, has subsidiariae ternae, et rursus aliae totidem suae cujusque legionis subsequebantur.* Hic videmus, *subsidia* quoque e Romanis fuisse. Eosdem tamen *auxiliares* cohortes confecisse, nullus, arbitror, mihi probaverit: saltem, ubi proprie autores loquuntur. Nam illud observandum, saepe absolute has voces poni, et, auxilium ferre, non minus de Romano, quam Gallo dici posse. Et tum *auxilium*, *praesidium*, et *subsidium*, idem fere notare, ac promiscue usurpari, omnes scimus: et Glossae quoque συμμαχίαν, vel βοήθειαν, utrumque interpretantur. Sane ipse etiam Caesar l. 3. de Bello Civili *praesidium* posuit pro loco, cujus natura robur addit, uti colles sunt: ait enim: *Cum legio Caesaris nona praesidium quoddam occupavisset, et munire coepisset, huic loco propinquum et contrarium collem Pompejus occupavit.* Quem locum frustra tentat Ciacconius: probus est et sanus. VOSS. *Auxilia* MSS. ad unum omnes: ut bene emendat Vossius. Sed Edd. primae praeter Incertam jam habent, *praesidia*, ne quis credat, Scaligeri esse inventum. Vide notam praecedentem. *Praesidium* autem saepe de loco ipso dici, vide ad B. Gall. 6, 34.

*Inpeditissimis aut altissimo flumine*] Nihil in hisce temere delendum esse, suadent Cujac. Scalig. And. Leid. pr. et Oxon. qui ita hunc locum exhibent. nisi quod ultimi scribant, *flumine altissimo*. Reliqui Codices tum aliorum tum mei et Edd. primae, *silvis undique aut impeditissimo*

que inpeditiſſimis, aut altiſſimo flumine [a] munitum, velut indagine hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri, 2 explorato hoſtium conſilio, ad [b] proeliandum animo, atque armis parati, quum, ſubſequentibus legionibus, nullam dimicationem recuſarent, turma-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *velut ind. mun. h. ins. circ. nostri. Expl.* b *ampliandum* L. sec.

*flumine.* in Bong. primo eſt, *Inpetissimo*, et rec. manu suprascriptum, *inpetuosissimo*, uti diſerte exſtat in Gottorp. et Voſſ. tertio. *inpedimento* Leid. tert. et Ed. Inc. *Altissimo* videtur excidiſſe; et inde a *silvis* ad *flumen* adjectivam vocem eſſe translatam. Utrisque vox *inpeditus* optime convenit. Vide ad 6, 18. et uti hic, sic B. Civ. 3, 77. *altissimis fluminibus, atque impeditissimis itineribus.* si quid mutandum, malim, *s. u. inpeditissimis, aut inpetuosissimo flumine.* Verum dubiae nimis fidei eſt vox, *impetuosus*, quae in Vett. Edd. Plinii 35, 10. sub finem legitur; sed MStorum auctoritate ejecit Harduinus. *Impetuose* occurrit apud Meſſallam Corvinum, auctorem subposititium, quare ἐπέχω. Quamvis vox *impetus* de rapacitate fluvii frequenter adhibeatur. Conſule modo Cl. Burm. ad Phaedri Prol. l. 3.

*Flumine, velut indagine, munitum; hunc circumdederunt*] Sic MS. Reg. Al. (*hunc* inſidiis *circumdederunt.*) Quae plenior et vera lectio eſt. Neque contemnendus eſt, quem exhibent nonnulli Codices horum verborum ordinem, (— *flumine munitum, velut indagine hunc insidiis circumdederunt.*) Ut illud (*velut indagine*) scilicet non ad (*flumine,*) sed ad (*insidiis*) referatur. CLARK. *Flumine, velut indagine, munitum, hunc insidiis circumdederunt*) Aptius, ut opinor, inſidiae capiendis Romanis deſtinatae, quam silva vel flumen, *reti venatorio* (ea enim eſt *indaginis* poteſtas) comparentur. Vide *Tacitum* in Agricola c. 37. et *Livium* 7, 47. Igitur lego, *Campum — silvis undique aut impeditissimo flumine munitum; velut indagine hunc insidiis circumdederunt. Explorato hostium consilio nostri* etc. Sic enim dant *Bongars.* tres, *Petav. Lovan. Voss. Pal. Egmond.* et *Norvic.* vocabulo, *altissimo*, deleto. DAVIS. *Cur. sec. Munitum, velut indagine hunc* etc. Ita secure repoſui auctoribus MSS. tantum non omnibus et Edd. vetuſtis. *Insidias indagini* comparat, non *silvas* vel *flumen.*

*Hunc insidiis circumdederunt nostri. Explorato*] Locum, pessime ab aliis interpunctum et a Scaligero retentum, ita diſtingue: *hunc insidiis circumdederunt. Nostri explorato* etc. Nam praeterquam quod ita reliqui omnes MSS. habent, in prim. et sec. Bongars. diſertim haec verba ita leguntur: *circumdederunt. Explorato hostium consilio nostri.* Nam illud, *circumdederunt*, refertur ad hoſtes, hoc modo: hoſtes cum campum delegiſſent ad rem gerendam, hunc inſidiis circumdederunt. Noſtri explorato

3 tim in eum locum [a] devenerunt. Quorum adventu
47[1] quum sibi Correus oblatam occaſionem rei gerendae
exiſtimaret, [b] primum cum paucis se oſtendit; atque
4 in proximas turmas inpetum [c] fecit. Noſtri conſtanter incurſum ſuſtinent insidiatorum; neque plures in unum locum conveniunt; quod plerumque equeſtribus proeliis quum propter aliquem timorem accidit, tum multitudine ipſorum detrimentum accipitur.

1 XIX. Quum, diſpoſitis turmis, in vicem [d] rari proeliarentur, neque [e] ab lateribus circumveniri suos paterentur, erumpunt [f] ceteri, Correo [g] proe-

VARIAE LECTIONES.

a *conven.* L. pr. b Sic B. pr. And. Cuj. Urs. Steph. Scal. L. pr. *prius* Oxon. Reliqui cum Edd. Vett. *primus*. *sese* V. tert. c vulgo *facit*. dein *nostri autem* c. Urs. Cod. ac vulgo *inpetum*. d *rare* Ox. L. pr. Scal. e *a* L. pr. Edd. qdd. *circumvenire* L. pr. f *celeriter* And. Ox. *ceteri celeriter* Ed. Gryph. g *proelii ante* V. tert. vulgo male diſtinguunt poſt *proeliante*.

eorum conſilio in eum campum venerunt. Mutandi primus autor Ciacconius fuerat, cujus autoritate decepti alii Hirtium depravarunt. VOSS. Ineptiſſima plane omnisque senſus experte interpunctione, (ut recte annotavit Dionys. Voſſius,) corrupit hunc locum Ciacconius, qui scribit, (*hunc insidiis circumdederunt nostri. Explorato hostium consilio, etc.*) Quam tamen abſurdissimam emendationem secutus eſt Scaliger et recentiores. Clamat tum Sententia ipſa, tum MSS. quamplurimi, qui habent (*hunc insidiis circumdederunt. Explorato hostium consilio nostri, etc.*) CLARK. Recte vindicarunt veterem diſtinctionem Viri docti, quam confirmant cum Edd. pp. mei omnes, qui etiam, exceptis Scal. Cuj. Leid. pr. And. et Oxon. habent, *Expl. hostium consilio nostri.*

*Quorum adventu*] Membranae Andinae et Oxon. dant, *aditus*, uti illi aliique meliores libri exhibent 4, 4. *Tantae multitudinis aditu.* Dein *fecit* reſcripsi e MSS. tantum non omnibus, vetuſtioribus saltem, et Ed. Inc.

*Incursum sustinent*] Sic MSS. et Edd. Vett. Al. *impetum*. CLARK. Noſtri decem, *incursum*: quomodo legendum. DAVIS. *Cur. sec.* Idem e suis monet Brantius, habentque *incursum* mei plurimi. B. Civ. 1, 41. *ne repentino hostium incursu exterrerentur.* c. 71. *vix equitum incursus sustinerent.* Adde B. C. 2, 8. c. 11. *qui subitas hostium incursiones sustinerent.*

liante ex [a] silvis. Fit magna contentione diverſum 2
proelium: quod quum diutius pari Marte iniretur,
paullatim [b] ex silvis inſtructa multitudo procedit peditum, quae noſtros [c] coegit cedere equites: quibus celeriter subveniunt levis armaturae pedites, quos ante legiones miſſos [d] docui; turmisque noſtrorum [e] interpositi, conſtanter proeliantur. Pu- 3
gnatur aliquamdiu pari [f] contentione: deinde, ut
ratio poſtulabat proelii, qui suſtinuerant primos in- 472
petus inſidiarum, hoc ipſo fiunt superiores, quod nullum ab inſidiantibus inprudentes [g] acceperant detrimentum. Accedunt propius interim legiones: 4

VARIAE LECTIONES.

a *illis fit* Pet. b *in* B. pr. G. et *processit* V. tert. L. tert. Ed. Inc. c Sic MSS. 14. meliores et Edd. Vett. non *cogit*. V. ad 5, 11. deeſt G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. d *esse d.* L. pr. e *interpositis* MSS. plerique, et Edd. male. V. ad c. 13. f *conditione* Edd. R. M. V. g *acceperint* L. sec. *inpedimentum* L. tert. Ed. Inc.

Nihilominus *inpetum* propugnant Andin. Oxon. Leid. prim. Verum *incursum* praefero, et vide notata ad Frontin. 4, 1, 8. *ad hostium incursum praeparentur. Inpetum* et *incursum* sic jungit Lucanus 4, 762. *Neque enim inpetus ille, Incursusque fuit.* uti legendum e MSS. optimis, vel invito Cortio. Vide et Liv. 2, 14, 6. *Inpetu se intulerant, ut funderent ipso incursu.* Immo noſter B. Civ. 1, 82. *ad incursum atque inpetum militum.* et ipſe Hirtius rurſus B. Afric. c. 51. *Magno incursu inpetum fecerunt. successus et incursus* B. G. 2, 20.

*Quum p. aliquem timorem accidit, tum multitudine* etc.] In Bong. pr. a m. sec. uti et in Bong. tert. ac Carrar. legas, *tum p. timorem accidit* deſunt in Leid. pr. *timorem* abeſt a Scaligerano. dein *cum* eſt in Scalig. Leid. pr. sec. ac Bong. tert. uti et *propter multitudinem* in ultimo, item in Carrar. Orta haec variatio, quia senſum non perceperunt librarii: uti non percepit Hotomannus, legens, *timor*. Hirtius dicit, in equeſtribus proeliis tum detrimentum plerumque accipi multitudine, quum propter timorem aliquem (sive *aliquorum*, quod orae libri adlevit Lipsius) plures in unum locum conveniunt.

*Erumpunt ceteri Correo proeliante*] *Pet. Ciacconius pronunciante* scribendum exiſtimat. Sed antiquum obtinet, et, nulla neceſſitate coactus, sanam lectionem sollicitat; nam, ut dixit noſter c. 18. Correus in turmas impetum fecit, quem ut proelian-

[a] crebrique eodem tempore [b] et nostris, et hostibus
[c] nuncii adferuntur, imperatorem instructis copiis
5 adesse. Qua re cognita, praesidio cohortium con-
fisi nostri, acerrime proeliantur: ne, si tardius rem
gessissent, victoriae gloriam communicasse cum le-
6 gionibus viderentur. Hostes concidunt animis; at-

VARIAE LECTIONES.

a *crebroque* V. sec. *crebrisque* And. Ox. L. pr. An fuit *crebra* pro *crebro?* b deest And. c *nuncia def.* And. Ox.

tem Galli videre, ex silvis erumpunt, ut Duci auxilium ferant. Hic apertus est et facilis loci sensus. DAVIS. Qui nimirum, ut jam ante dixerat Hirtius, *primum cum paucis se ostenderat, atque in proximas turmas impetum fecerat.* Ciacconius emendat, *pronunciante.* Verum, siquid esset mutandum, aut valde me fallit animus, aut conjectura longe feliciori rescriberem, *praeeunte.* Sed mutatione nulla opus. CLARK. Mala distinctione vulgo laborat Hirtius, quae turbavit sensum. Nam, *ceteri erumpunt ex silvis*, non conjungenda sunt; sed, / *ceteri erumpunt*, scilicet equites nostri, dum primae, quae accesserant, turmae impetum Correi sustinent, *proeliantis ex silvis.* Hoc clare exigit totius loci contextus. Unde sequitur, postquam equites Romanorum et Correi pari marte contenderent, pedites Correi quoque surrexisse, et *ex silvis processisse.* etc. Edd. Vasc. Stradae, *paterentur, erumpunt ceteri.' Corbeo proeliante ex silvis sit.* etc. *Proeliari ex silvis* dicit Hirtius, ut idem B. Alex. c. 29. *ex ripis proelium inire.* Caesar quoque B. Civ. 3, 67. *E loco propugnare.*

*Primos impetus insidiarum*] Insidiatorum. Sic supra c. 11. *pabulationes* dixit pro pabulatoribus, ac Bell. Afric. c. 69. *armaturas leves* pro militibus levis armaturae, et c. 88. *servitia* pro servis. Pari modo loquuntur alii auctores. *Silius* Italicus 2, 230. — Spectacula *tantum Este viri.* Hoc est, spectatores; frustra enim est *Casp. Barthius*, qui Advers. 6, 25. emendat, — *Spectacula tanta Ferte viri. Sulpicius Severus* Hist. Sacr. 1, 24. Matrimonia *e victis assumere.* Praesto sunt hujusmodi multa. Vide not. ad B. G. 7, 77. DAVIS.

*Victi tamen propulsique*] Rescribit *Pet. Ciacconius*, *victi tandem propulsique.* Non opus est, nam *tamen*, teste *Nonio*, *significat tandem.* Sic *Appulejus* Metam. l. 2. p. 21. *Nullo quidem initio vel omnino vestigio cupidinis meae reperto, cuncta circuibam.* TAMEN *dum lixae* etc. *Propertius* 2, 1, 76. *Unde* TAMEN *veniant tot mala, caeca via est.* Ad eum locum consulendus *J. Broukhusius*; adi etiam *Joan. Boschium* ad *Petronii* Satir. c. 31. DAVIS. — *Iis ipsi tenebantur. Victi* tamen — *confugiunt*) Cum illud (*tamen*) haereret; rescribit Ciacconius (*tandem.*) Davisius retinet (*tamen;*) contenditque, vocem istam idem significare, quod (*tandem.*) Verum hujusmodi aliqua explicatio simplicior est. Quamvis iniquo

que [a] itineribus diversis fugam quaerunt. [b] Nequidquam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere [c] voluerant, [d] iis ipsi tenebantur. Victi 7
tamen, perculsique, [e] majore parte amissa, quo 473
fors tulerat, consternati profugiunt, partim silvis
petitis, partim flumine; qui tamen in fuga [f] a no- 8

VARIAE LECTIONES.

a *in itin.* MSS. 10. b *nequiquam* B. pr. V. pr. sec. Lov. Egm. V. ad Lucan. 2, 491. B. C. 1, 1. c *voluerunt* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. d deest And. non male. dein vulgo *propulsi*. e *ac m.* Edd. qdd. *majori* Dorv. Edd. R. M. Mox vulgo *const. q. f. t. cons.* f abest praep. And. Lov. G. V. tert. *fugam* Scal. *intersic.* L. pr.

clausi loco, tanquam indagine, ut supra dictum est, tenebantur, *tamen* nonnulli ex victis propulsisque, etiam cum major pars amissa esset, effugerunt. Vide supra ad 1, 32. et infra de bello civ. ad 1, 84. CLARK. Ab hoc edoctus Davisius vim vocis *tamen*, jussit notam suam deleri in curis secundis. Infra c. 33. *Quo defendente nullo, tamen adscendere esset difficile.* Hirt. B. Alex. c. 46. *Depressa scapha, vulneratus tamen adnatat.*

*Propulsique*] Ita primus, quod sciam, edidit Scaliger e MSto Carrariensi; at Edd. priores cum MSS. Andino, Bongars. pr. sec. tert. Scalig. Petav. Palat. Voss. pr. tert. Egmund. Gottorp. Dorv. Brant. et aliorum exhibent, *perculsique. periculisque* in Ed. Ven. *percussi* Leid. pr. et sec. cum Lovan. *proculsi* Voss. sec. Leid. tert. et Ed. Incerta. Quod alicui placere posset ex iis, quae adferunt Gebhard. et Broukh. ad Propert. 3, 6, 3. *Dum furibunda mero mensam procellit.* Verum revocare malui, quod in optimis libris est, *perculsi*, i. e. profligati, prostrati, dejecti, fusi. Decepit Scaligerum, ut puto, quod *perculsi* eo sensu sumserit, quo sequitur, *consternati*; adeoque ad Tautologiam vitandam mutavit. Sed passim et proprie id notat, quod diximus: ut vel e lexicis notum est. Cicero pro Marc. c. 6. *Quos cives amisimus, eos Martis perculit vis.* infra c. 48. *Magno inpetu perculsi.* B. Civ. 3, 47. *perculsos aut proelio superatos adorti.* Licet alibi *victi pulsique* jungantur. Adi ad 1, 44.

*Quo sors tulerat*] Desunt haec verba in quinque MSSis, B. pr. sec. tert. Pet. Pal. Sed vet. cod. habet pro *sors*, *fors*: atque ita emendo. VOSS. Pulm. Schedae, Cujac. Andin. Scalig. Leid. pr. Oxon. *quo fors tulerat, consternati.* uti edidi, non, *const. quo sors tul.* In reliquis MSS. et Edd. primis *quo f. tul.* non comparet, quare Gruterus suspicabatur a mangone haec esse profecta, praesertim cum tantum duo effugia fuerint, *silvae et flumen.* Verum in silvis variae sunt viae, per quas evadere poterant fugientes, *quo fors tulerat.* De voce *fors* dictum est supra. Ceterum rescripsi itidem *profugiunt* cum MSS. cunctis, (si forsan excipias And. et Oxon.) atque Edd. priscis, item Steph. Gryphii aliisque. Vide ad Front. 3, 3. in f.

ſtris acriter inſequentibus conficiuntur: [a] quum interim nulla calamitate victus Correus, excedere proelio, silvasque petere, aut invitantibus noſtris ad deditionem, potuit adduci, quin, fortiſſime proeliando, compluresque vulnerando, cogeret, elatos iracundia, victores in se tela conjicere.

XX. Tali modo [b] re geſta, recentibus proelii veſtigiis ingreſſus Caeſar, quum victos tanta calamitate [c] exiſtimaret hoſtes, nuncio [d] accepto, locum

VARIAE LECTIONES.

a *tum* Ox. b *res* L. sec. c *existum*. B. pr. V. pr. d *recepto* And. Ox.

*Nulla calamitate victus Correus*] Penultima vox, senſu exigente, deleatur. Arbitror, eam e nota marginali in textum irrepsisse. Si haec emendandi ratio non placeat, paulo poſt legendum, *non potuit adduci*. Utram malis, elige, nam vel haec vel illa plane eſt neceſſaria; quod a nemine obſervatum miror. DAVIS. Aut delendam jubet Davisius vocem (*victus*;) aut legendum deinceps, (*NON potuit adduci*:) nam vel hanc vel illam emendationem plane eſſe necessariam: idque a nemine obſervatum miratur. Verum neque haec, neque illa demum necessaria eſt emendatio: etenim, *nulla calamitate victus Correus — potuit adduci*, tale eſt, quale si dicas, *nulla calamitate adeo fractus erat*, *ut potuerit adduci*, *etc*. CLARK. Dele notam, et ejus loco adde: *Quum interim nulla calamitate victus Correus excedere proelio*, *silvasque petere*, aut *invitantibus nostris ad deditionem potuit adduci*, *quin* etc.) Omnino deeſſe videtur particula negans. *Beroaldus* et *Ursinus* ediderunt, *haud invitantibus nostris*; ac ita legitur in veterrimo *Lovan*. Transposita vocula lego, *Quum interim nulla calamitate victus Correus excedere proelio*, *silvasque petere*; *invitantibus nostris ad deditionem*, haud *potuit adduci*, *quin fortissime* etc. DAVIS. *Cur. sec.* *Haud* exſtat quoque in Petav. Brant. MSS. uti et Edd. plerisque vetuſtiorum. Sed bene Urſin. Ciaccon. Hotom. et alii *aut* legerunt jam olim, et reſtituerunt *excedere*, et *petere*: cum in Edd. primis *excederet*, et *peteret* excuderetur. Conſtructio enim haec eſt: Non potuit Correus calamitatibus ullis victus adduci, ut proelio excederet, aut non potuit adduci, invitatione noſtrorum ad deditionem, quin etc. *Nullus* non raro in conſtructione diſſolvi debet in, *non ullus*. V. ad Lucan. 5, 5. Infinitivus pro Gerundio, uti apud alios, sic et alibi hisce in commentariis occurrit. V. Davis. ad 7, 26, 71. *Consilium capit*, *equitatum dimittere*. et infra ad c. 44. non ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt, ut so-

cum caſtrorum relicturos, quae non longius ab ea caede abeſſe plus [a] minus IIX milibus dicebantur; tametsi flumine inpeditum transitum videbat, tamen 474
exercitu [b] transducto progreditur. At Bellovaci, 2.
reliquaeque civitates, repente ex fuga paucis, atque his vulneratis, receptis, qui silvarum beneficio caſum [c] evitaverant, omnibus adversis, cognita calamitate, interfecto Correo, amiſſo equitatu, et fortiſſimis peditibus, quum adventare Romanos exiſtimarent, concilio [d] repente cantu tubarum con-

VARIAE LECTIONES.

a *passus* L. sec. *novem* Edd. pp. vulgo additur *passuum*. dein *dicebatur* MSS. 2. b *reducto* Lovan. *producto* V. sec. c *vitav.* L. pr. sec. *evitarat* V. sec. d *recepto* And. Oxon.

let fieri sexcenties. Adi quoque ad Lucan. 2, 373. Paſſim Hirtii ſtylus eſt intricatior, et diverſus plane a Juliano.

*Elatos iracundia*] Exſulat Participium ab And. et Oxon. Quod tamen non probo. *Elatus spe*, *victoria* etc. paſſim dicitur. Sed et *elatus iracundia*, pro abrepto et ablato, eleganter uſurpatur. Sophocl. Electr. 629. ἐκφέρῃ πρὸς ὀργήν. Ita *elati studio* B. Civ. 1, 45. *gloria* 3, 79. Sic Appulej. l. 3. p. 49. Ed. Pric. *ad justam indignationem arrecti*: ubi non opus eſt, *erecti*, vel *abrepti*, quod olim conjeceram. Hinc fors defendi poſſet Appulejus quoque l. 6. pag. 117. *truci rabie solent efferri*: ubi emendant *efferari* viri docti, et Barth. Advers. 35, 14. me non refragante.

*Plus minus* IIX. *milibus passuum*] Ultimam vocem non agnoscunt MSS. tum aliorum, tum mei, uno alteroque excepto, uti nec Edd. primae. Bene omnino. Vide exempla congeſta ad 1, 15. Ceterum male pro *plus minus* Edd. Vascos. Str. Steph. Gryphii poſt. dant, *quam*. Nec melius haec, vel τὸ *longius*, abundare, credebat Gruterus. Sed vide ad 5, 47. III *milia passuum longe ab suis castris consedisse*. *Plus minus* idem valet, ac *circiter*, *ad*. Poëtis saepe, *plusve minusve*.

*Cognita calamitate*] Has voces expunxit *Gabr. Faërnus*; et in hoc quidem verborum situ omnino sunt supervacaneae. Sed cum eas conſtanter exhibeant omnes Codices, videndum, an periodus, transposita una aut altera vocula, hoc modo legi possit: *At Bellovaci reliquaeque civitates*, *repente ex paucis*, *atque his vulneratis*, *fuga receptis*, *qui silvarum beneficio casum evitaverant*, *cognita calamitate; omnibus adversis*, *interfecto Correo* etc. Certe haec potiſſima videtur *Hirtii* emendandi ratio, quam partim vidiſſe doctiſſimum virum, *Fr. Hotomannum*, lubens fateor. DAVIS. Jun-

vocato, conclamant, [a] legati obsidesque ad Caesarem mittantur.

1 XXI. Hoc omnibus probato consilio, Commius Atrebas ad eos [b] profugit Germanos, a quibus [c] ad
2 id bellum auxilia mutuatus erat. Ceteri e vestigio mittunt ad Caesarem legatos, petuntque, *ut ea poena sit contentus* [d] *hostium, quam si sine dimicatione inferre integris posset, pro sua clementia atque humanitate, numquam profecto esset inlaturus: adfli-*
3 *ctas opes equestri proelio Bellovacorum esse:* [e] *delectorum peditum multa milia* [f] *interisse: vix refugisse nuncios caedis:* [g] *tamen magnum, ut in tanta calamitate, Bellovacos eo proelio commodum* [h] *esse*
4 *consecutos; quod Correus, auctor belli, concitator multitudinis, esset interfectus. Numquam enim senatum tantum in civitate, illo vivo, quantum inperitam plebem, potuisse.*

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo addunt *ut*. b Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui et Edd. Vett. *confug. perfug.* Ed. Gryph. c *erat ad bell. aux. mut.* Ox. L. pr. d delet Ciaccon. invitis MSS. et uncis inclusit Scaliger. e *elect.* L. sec. deest Ox. f Sic MSS. non *interiisse*. g *m. tam.* L. pr. abest *magn.* a L. tert. Ed. Inc. h deest L. pr. non male. *secutos* L. tert. *assec.* Ed. Inc.

gunt alii sine copula, *omnibus adversis cognita calam.* Grutero haec omnia supposititia videntur. Noli autem cum Davisio transponere verba, *ex fuga paucis receptis*. Ita enim passim et eleganter amant loqui Caesar et Hirtius, *ex fuga, ex labore* etc. satisque intelligitur, eos cognovisse calamitatem ab illis, qui se ex fuga receperant. c. 30. *qua ex fuga* etc. B. C. 1, 31. *Ex fuga in Africam pervenerat.* Immo saepe habuimus, *se ex fuga recipere.* V. ad 7, 20. *ex fuga paucos nactus* B. Civ. 3, 96.

*Conclamant, ut legati* etc.] MSS. octodecim et Ed. Inc. non agnoscunt *τὸ ut*. Quare ablegavi hanc voculam. Consule notata ad 4, 16. et Frontin. 2, 4, 1. *Proclamat, occuparent ipsi praesentis proelii gloriam.* B. Civ. 2, 4. *excitati. extremo tempore civitati subvenirent:* sic enim meliores MSS. adde c. 5. B. Civ. 3, 82. *fidem inplorarent, praesta-*

XXII. Haec orantibus legatis, commemorat 1
Caesar, *eodem tempore superiore anno Bellovacos, ceterasque Galliae civitates suscepisse bellum: pertinacissime hos ex omnibus in sententia permansisse, neque ad sanitatem reliquorum deditione esse* [a] *perductos: scire, atque intellegere se, caussam peccati* 2
*facillime mortuis* [b] *delegari: neminem vero* [c] *tantum pollere, ut, invitis principibus, resistente senatu, omnibus repugnantibus, infirma manu plebis bellum concitare et gerere posset; sed tamen se contentum* [d] *fore ea poena, quam sibi ipsi contraxissent.*

XXIII. Nocte insequenti, legati responsa ad 1
suos [e] referunt, obsides conficiunt. Concurrunt reliquarum [f] civitatium legati, quae Bellovacorum speculabantur eventum. Obsides dant: imperata fa- 2
ciunt, excepto Commio, quem timor [g] prohibebat

VARIAE LECTIONES.

a *deduct.* L. pr. *deperditos. al' perductos* L. tert. Ed. Inc. b *delegare* MSS. 3. Ed. Inc. c *in t*: L. tert. Ed. Inc. d abest Edd. R. M. V. *illa p.* L. sec. *sibi* exsulat a L. pr. *ipsi* a Scalig. e *def.* L. pr. f Sic B. pr. V. pr. V. ad 4, 3. non *civitatum. qui* MSS. 7 et Edd. pp. aliaeque. g vulgo *cohib.*

*ret.* Ita MSS. vulgo, *ut pr.* B. Alex. c. 56. *Edictum proposuerat, se adirent.* Ita MSS. quidam, non, *ut se ad.* Ceterum male in Leid. pr. Voss. pr. Lovan. et 5 aliis est, *mittuntur.*

*Adflictas opes*] Nil temere mutari velim: cum bene Latina sit locutio, *adflictae opes.* Adi ad 6, 10. Monendum tamen, in Leid. pr. et Ox. scribi, *adfectas opes.* quod non minus est elegans, ut ibidem patet. Tacit. Hist. 2, 84. *Adfectae jam imperii opes.* Apulej. l. 4. in f. *Adfectae domus triste fatum.* Alibi quoque hoc participium in *adflictus* abiit. Consule Ill. Heins. ad Ovid. Am. 2, 2, 21. *Ibit ad adfectam, quae non languebit, amicum Visere.*

*Concitator multitudinis*] Prima vox exsulat ab Dorvill. At in Andin. et Oxon. membranis reperias, *conciliator.* An et hic olim fuit *concitor?* quae vox ubique fere in MSS. abiit in *concitator.* Vide J. F. Gronov. ad Liv. 23, 41. Bongars. ad Just. 2, 9. *Au-*

3 cujusquam fidei suam committere salutem: nam superiore anno T. Labienus, Caesare in Gallia [a] citeriore jus dicente, quum Commium comperisset sollicitare civitates, et conjurationem contra Caesarem [b] facere, infidelitatem ejus [c] sine ulla perfi-
4 dia judicavit comprimi posse: quem quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne tentando

VARIAE LECTIONES.

a *inter*. L. sec. b deest Dorv. *conjurationes* Ed. Inc. c *simili* adlevit orae libri Lips. contra MSS.

*ctor et concitor ejus belli*. ubi in 2. MSS. a me visis quoque, *concitator*. Supra 7, 77. Petav. *Galliam concivimus*. Contra MStos tamen nil muto. Constanter omnes c. 38. *Principem sceleris illius et concitatorem belli*. c. seq. *bellum concitare*.

*Obsides conficiunt*] MSS. Lov. et Leid. tert. *constituunt*. Cave, quid mutes. *Conficiunt* est, comparant, colligunt obsides, quos se daturos Caesari polliciti erant: uti hunc locum jam exposuit Gronov. ad Liv. 29, 35. *ad XXX milia confecisset*. Saepe *conficere exercitum*, *multitudinem*. Terent. Eun. 5, 4, 6. *Virginem confeci sine molestia*, *Sine sumtu*, *sine dispendio*, id est, comparavi. B. Civ. 1, 24. *Ex iis CCC equites conficit*. V. et Hirt. B. Alex. c. 26. *legiones* B. C. 1, 25. 3, 107. et crebro. quibus locis in nonnullis MSS. est, *efficere*, quod eodem redit, et a Caesare saepe adhibetur quoque, ut B. Civ. 1, 15. 31. 3, 1. alibi hoc sensu, *rem*, *pecuniam conficere*.

*Eventum*] Leid. prim. et Oxon. *eventus*. Bene. Vide ad 6, 42. *eventus belli non ignorans*.

*Quem timor cohibebat*] Lege, *quem timor prohibebat*, ut jubent *Bongars*. tres, *Petav*. *Norvic*. aliique codices. DAVIS. *Cur. sec. Prohibebat* exhibent quoque Vossiani, Leidenses, Lov. Scalig. Egmund. et omnes tum aliorum tum mei, excepto Oxon. uti et Edd. vetustiores. quare reposui, licet alterum non damnem.

*Ad eam rem delectos transdidit centuriones*] MS. *Norv*. et editt. *Rom*. *Ven*. *Beroald*. *Steph*. habent, *ad eam rem delectos* idoneos ei *tradidit centuriones*, nec intelligo, cur bigam illam verborum repudiarint nuperi. *Caesar* B. G. 2, 17. *Qui locum castris idoneum deligant*. 3, 18. *Idoneum quendam hominem et callidum delegit Gallum*. 7, 15. *Defensores idonei oppido deliguntur*. Et sic alibi saepe. DAVIS. Ita junxit Eurip. Hec. 525. λεκτοὶ ἔκκριτοι νεανίαι. *Idoneos ei* in textum jam admisit Clarkius, et agnoscunt MSS. mei praeter Oxon. et Andin. sed et *idoneos* a m. pr. non exaratum fuit in Leid. pr. Contra *ei* abest a Bong. tert. Non autem a Scaligero ejecta sunt haec verba, sed jam olim Basil. Veneti, Ald. Manut. Gryph. et Plant. ea non agnoverunt. Admisi tamen, sed paullo timidius. At item auctoritate omnium rescripsi, *ei tradit*, pro *transdidit*.

cautiorem faceret, C. Volusenum Quadratum misit, qui eum, per simulationem conloquii, curaret interficiendum. Ad eam rem delectos [a] idoneos ei tradit centuriones. Quum in conloquium ventum esset, et, ut convenerat, manum Commii Volusenus adripuisset, centurio, vel ut insueta re permo- 476
tus, vel celeriter a familiaribus prohibitus Commii,

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *del. transdidit.* dein vulgo *adr. cent. v. i. re p. v. hominem conficere, c. a f. p. C. non potuit.*

*Centurio velut insueta re permotus vellet hominem conficere; celeriter a familiaribus prohibitus Comii non potuit*] Editiones, omissa voce (*et*,) exhibent: (*Quum — arripuisset; centurio etc.*) Qui cum sensus esset nullus, vocem istam (*et*) interposui. Verum cum particula illa in nullis reperiatur MSS. atque etiam vox (*vellet*) in omnibus MSS. desit, et voces istae (*velut insueta re permotus*) non bene in eo, quo positae sunt, loco conveniant; et tum in MSS. tum in Editt. Vett. transposita legatur pars sententiae posterior, (*celeriter a familiaribus prohibitus Comii, hominem conficere non potuit*,) utique ne istam quidem, quam edidi, veram esse puto lectionem. MS. Eliens. hoc modo exhibet: (*Quum — manum Comii Volusenus arripuisset; centurio*, velut *insueta re permotus*, vel *celeriter a familiaribus prohibitus Comii, conficere hominem non potuit: graviter tamen etc.*) Unde, ne literula quidem mutata, sed (*vel ut*) solummodo pro (*velut*) posita, isto demum modo ipsum scripsisse *Hirtium* nullus dubito: (*Quum — manum Comii Volusenus arripuisset; centurio, VEL ut insueta re permotus, VEL celeriter a familiaribus prohibitus Comii, conficere hominem non potuit: graviter tamen* etc.) Quanto tandem elegantius! CLARK. Locus est perturbatus. *Norvic.* habet, *Centurio* velut *insueta re permotus vel celeriter a familiaribus prohibitus Comii, conficere hominem non potuit.* et hanc lectionem probat Cl. Clarkius; si modo, divisa vocula, reponatur, *vel ut insueta re.* Eundem ordinem praestant *Beroald.* et *Gryph.* In eo solo diversi abeunt, quod in iis, *permotus celeriter*, exhibeatur, omissa particula disjunctiva. Lego: *Centurio* vel *insueta re permotus, vel celeriter a familiaribus prohibitus Comii, hominem conficere non potuit.* Qua ratione deletur vox omnino supervacanea. DAVIS. *Cur. sec.* Bene *et* ante *τὸ centurio* addidit Clarkius, nec enim aliter constat sensus, aut constructio; habentque *τὸ et* Codd. Cujac. Scalig. Leid. prim. And. Oxon. et Bongars. pr. eamque conjunctionem, si Ursiniani libri lectio admittatur, addendam monuit jam Hotomannus: quod miror, non adversum esse a summo Scaligero, qui prius in textum Ursiniani Codicis lectionem admisit. Antea edebatur: Cent. velut ins. re

conficere hominem non potuit: graviter tamen pri-
6 mo ictu gladio caput percuſſit. [a] Quum utrimque gladii deſtricti eſſent, non tam pugnandi, quam diffugiendi fuit utrorumque conſilium; noſtrorum,
477 quod mortifero vulnere Commium credebant adfectum; Gallorum, quod, insidiis cognitis, plura, quam videbant, extimescebant. Quo facto ſtatuiſſe Commius dicebatur, numquam in conſpectum [b] cujusquam Romani venire.

VARIAE LECTIONES.

a *nostri cum d.* Pet. vulgo *districti.* b *cujusque* G. *cujus* L. tert. Ed. Inc.

*p. celeriter a fam. pr. Comm. conficere hominem non potuit*, aut, *permotus vel celeriter.* atque ita maxima MStorum turba, unde etiam Lipſius et P. Aicardus libri sui margini corrigendum adſcripſerunt, *vel.ins. re permotus, vel celeriter a f.* etc. sed *vellet* etiam eſt in Cujac. At Urſiniano plane conſentiunt Andin. Oxon. hoc modo; *vellet Commium conficere, cel. a fam. prohibitus non potuit.* Sed Leid. prim. amplior eſt, habet enim: *vellet Comm. conficere, c. a. f. proh. Commii, conficere hominem non potuit.* Prope verum, quod unice nobis servavit Scaligeri Codex, uti reſcripsi: *et centurio, velut insueta re permotus, vellet Commium interficere, celeriter a familiaribus prohibitus* (Commii) *conficere hominem non potuit.* Excidiſſe illa, *Commium interficere*, quodammodo etiam docet Egmund. Codex, in quo, *interficere*, pro *conficere. Commii* tamen uncis inclusi, quia haec videtur interpretatio sive elucidatio lectoris ad vocem, *familiaribus.* Videtis ſenſum jam clariſſimum, et luculentam ac concinnam orationem, totam e MSS. nulla syllaba de meo addita. Centurio erat quasi permotus nova re, quod alter alterius manum prehendiſſet, qua si inscius, quid hoc sibi vellet. [Muto sententiam, et omnino Clarkianae emendationi adquiesco.]

*Caput percussit*] *Caput* non comparet in Petav. And. Oxon. Lovan. Pal. Dorv. Brant. et Edd. Rom. Mediol. Ven. Tarvis. Flor. et aliis. Pro *percussit* etiam *vulneravit* Pet. Andin. et Oxon. si quid mutandum, delere malim τὸ *gladio.*

*Destricti*] Sic exaratur in Bongars. pr. Voſſiano pr. et Egmund. Bene, non *dist.* ut vulgo. Vide ad 1, 25. *discreti*, sine τῷ *essent*, Ed. Inc.

*Viderant*] Sic MS. Reg. Al. *videbant.* CLARK. At plusquamperfecto nullus meorum, aliive Codd. favent.

*Numquam in conspectum cujusquam Romani venire*] Numquam, ſide data, Romanis suam salutem committere. In MSto *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Be.*

XXIV. Bellicosissimis gentibus [a] devictis, Caesar quum videret, nullam [b] jam esse [c] civitatem, quae bellum pararet, quo sibi resisteret; sed nonnullos ex oppidis demigrare, ex agris diffugere, ad praesens [d] imperium evitandum, [e] plures in partes exercitum dimittere constituit. 1
[f] M. Antonium, quaestorem, cum legione XI sibi conjungit: C. Fabium, legatum, cum cohortibus [g] XXV mittit in diversissimam [h] Galliae partem; quod ibi quasdam ci- 2

VARIAE LECTIONES.

a *victis* Pet. L. pr. b deest Pet. L. pr. tert. Ed. Inc. c *causam al. civit.* L. tert. Ed. Inc. dein vulgo *effugere*. d *periculum* B. tert. Ox. pro var. l. et Edd. quaed. *devit.* L. sec. Pet. non male. e deest L. tert. Ed. Inc. f deest B. pr. L. sec. *Quaestorem* exsulat ab And. Oxon. g *XV misit* Pet. *XXVI m.* B. tert. h Ita L. pr. Ox. non *p. G.* dein *audierat* Ox.

*roald.* legitur, *numquam in* conspectu *cujusquam Romani venire*, de qua loquendi ratione vide not. ad hujusce lib. c. 8. DAVIS. *In conspectu — venire*) Sic MSS. Vide supra ad 4, 12. CLARK. Deleri suam notam in curis secundis jussit Davisius. Ubique cum Clarkio accusativum hunc in ablativum mutare, quid aliud est, quam novandi pruriginem aperire? licet *conspectu* habeat Lovan. Scalig. et sex alii, sed recentissimi, Codd. cum Edd. primis. Vetustiores quique, ut Bong. Voss. pr. Leid. pr. Cujac. And. Oxon. Petav. Egm. aliique dant, *conspectum*.

*Quae bellum pararet, quo sibi resisteret*] MS. *Norv.* et edit. *Rom. Ven. Beroald. quae bellum id pararet, quod sibi resisteret.* Reponendum arbitror, *quae bellum* adpararet, *quo sibi resisteret. Cicero* pro lege Manil. c. 12. *Tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum — Cn. Pompejus extrema hieme* apparavit. *Vellejus Paterculus* 2, 12. *Tertius in* apparatu belli *consumtus*. Vide et c. 83. DAVIS. Probat Davisii conjecturam Clarkius. Nec male, confirmantque MSS. undecim et Edd. primae, habentes, *id. Adparatus omnium rerum ad bellum* dicit B. Civ. 2, 2. Caesar. Verum Bong. pr. sec. Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. And. Oxon. non agnoscunt. In Carrar. est, *praepararet. Quod* solenni variatione praebent plurimi, non autem Bong. pr. sec. Cujac. Andin. et Oxon.

*Diffugere*] Sic MSS. Reg. et Eliens. et Vossii, multo elegantius. Vulgg. *effugere*. CLARK. Ita etiam MSS. mei quatuordecim et Edd. Inc. Vasc. Str. Steph. Gryph. post. Omnino bene. *defugere* Bong. pr. et Petav. quod placebat Grutero. Sed *diffugiendi consilium* cap. praec. *diffugiunt ad praesidia* c. 35. Cic. in Verr. 3, 18. *Diffugerant permulti*, sc. ex agris. Lucan. 1, 572.

vitates in armis esse audiebat, neque C. Caninium [a] Rebilum, legatum, [b] qui in illis regionibus prae-
478 erat, satis firmas II legiones habere [c] existimabat.
3 T. Labienum ad se evocat: legionemque XII, quae cum eo fuerat [d] in hibernis, in Togatam Galliam

VARIAE LECTIONES.

a Male MSS. et Edd. qdd. *Rebilium*, *Rebillum*. *Rectum* L. tert. Ed. Inc. in Pet. *neque Revilum* l. *Revilum* Scal. b *qui illis* vulgo. c *existum*. B. pr. V. pr. E. Mox *vocat* L. pr. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. sed v. ad 6, 34. d deest B. pr. Ox.

*Quique colunt junctos* etc. *moenibus agros, Diffugiunt*. Plura vide ad B. Civ. 1, 82.

*Cum legione* XI] MSS. tantum non omnes et Edd. priscae habent vel, *duodecima*, vel *XII*. quibus obsequendum, vult Gruterus. Sed omnino perperam. Mox sequitur, Labienum praefuisse Legioni XII, si sana est lectio; sed et ex capite sec. clare patet, legionem XI adtributam fuisse Quaestori Antonio.

*Illis regionibus praeerat*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, *in illis regionibus erat*. CLARK. Ita quoque Bong. pr. sec. Vossiani, Lovan. Egmund. et alii. Leid. pr. et Scalig. vulgatum servant. Verum Cujac. Petav. Pal. Bongars. tert. Dorvill. immo Andin. Ox. et Edd. primae, ceteraeque ad Ursinum et Scaligerum usque, *in illis r. praeerat*. Vere, ut reposui. *Erat* tamen e suo, Faërni et Urs. Cod. praefert Hotomannus. At Ursinus notavit, in suo et Faerni Cod. esse, *qui illis reg. praeerat*. Crediderunt illi librarii, *praeesse* junctum habere Dativum. Sed Hirt. B. Afric. c. 33. *Adrumeti praeerat*. Liv. 25, 16. *In Bruttiis praeerat*. Adde Cl. Drakenb. ad 2, 6. *Praeerat Aruns*. et infra B. C. 3, 28. *Qui Lissi praeerat*.

*Legionemque* XII, *quae cum eo fuerat in hibernis*, *in Togatam Galliam mittit*] MSS. omnes constanter habent, XII. Ciacconius et Ursinus legunt, *legionem* IV, non hic modo, verum et in fine hujus libri, ubi dicitur: *Caesar tamen, quum de voluntate adversariorum nemini dubium esset, Cn. Pompejo legionem remisit, et ex suo numero* XV, *quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. jubet transdi*. Sed hoc loco pro XV in sec. MSto Bongarsiano est XIV: vitiose, quando illam Pompejo transditam non fuisse, vel hinc manifeste constet, quod habuit eam Caesar in Hispania, et primo de Bello Civili ait, occisum ex suis fuisse Q. Fulginium, *ex primo hastato legionis* XIV. Sed caussa emendandi fuit Ciacconio et Ursino, quod hic dicitur legio XII in citeriorem Galliam missa, infra ait Hirtius, legionem XV in citeriore Gallia fuisse, ac Pompejo a Caesare transditam. At ipse Caesar 3, 88. de Bello Civili ait: *Erant in sinistro cornu legiones duae transditae a Caesare initio dissensionis ex S. C. quarum una prima, altera tertia appellabatur*. contra Lucanus l. 7. — *cornus tibi cura sinistri, Lentule, cum prima, quae tum fuit optima bello, Et quarta legione datur*. Lentulus igitur

[a] mittit, ad colonias civium Romanorum tuendas; ne quod simile incommodum accideret decursione barbarorum, ac [b] superiore aestate Tergestinis accidisset; qui repentino latrocinio atque inpetu eorum erant obpressi. Ipse ad [c] vastandos depopulan- 4

VARIAE LECTIONES.

a *comm.* V. sec. b *superiori* L. pr. B. pr. *ingestinis* L. tert. Ed. Inc. *acciderat* MSS. plerique et Edd. pp. aliaeque. *accideret* Egm. c Sic MSS. vetustiores et plures atque Edd. pp. aliaeque, non *dev.*

primae legioni et quartae praepositus. Et sane arbitror corruptum in Caesare numerum. Ut vix dubium relinquam mihi, quin vera observarint. VOSS. Nihil variant quoque mei codices; nisi quod cum aliis et Edd. priscis habeant, *Legionem autem*, praeter Petav. Cujac. Scalig. Leid. pr. And. et Oxon. in Leid. tert. et Ed. Inc. *legionem XII. undecimam* libro suo adlevit Lipsius, quod quid sibi velit, nescio.

*Decursione barbarorum*] Ita reposuit Scaliger. An recte, disquiri merito possit. Antea scriptum erat, *de incursione*. In Petaviano cod. est, *de concursione*, in tertio Bongars. *discursione*, atque ita Lipsius edidit: in secundo, *diversione*. Primus tamen codex habet, *decursione*. Veteribus *decursio* vocatur equestre certamen, quod manifestius, quam ut probari debeat. Unde Tacitus de Germanico, *princeps honori patris decucurrit*. Non tamen hanc decursionis vocem alio significatu apud autorum quemquam legere me memini. Sed *decursus* pro καταδρομῇ usurpatur, uti, cum amnis de monte decurrere dicitur: itaque si barbari Alpibus decurrentes Tergestinos invaserunt, percommoda hic *decursus* vox. *Decursio* etsi hac notione non legerim, tamen improbare, temerarii putem, et ejus, qui nesciat, veteres tam *contemtus* quam *contemtio*, tam *auctus* quam *auctio*, et innumera id genus alia usurpasse. Sed *incursionis* vocem huic loco magis congruere arbitror. VOSS. MS. Reg. *discursione*. Al. *de incursione*. CLARK. *Decursione* habent cum Bongars. primo et Voss. primo multi ex meis. *disc.* Voss. sec. *discussione* Carr. Sed id, quod ante Scaligerum vulgo edebatur, servant Cujac. Scalig. Leid. prim. tert. Lovan. Gott. Voss. tert. Dorvill. et Edd. primae. Neque caussam video, cur hoc mutari debuerit. *De* caussam notat, uti dicimus, *ea de caussa*, et *ea caussa*; *quo facto*, et *quo de facto*. Eadem praepositio abest a plerisque MSS. c. 30. *de detrimento aut timore provinciae magna infamia caperetur*. Praeterquam quod et aliquando abundet. Confer Cl. Burm. ad Nemes. Cyneg. 5, 17. et Pric. ad Appulej. l. 4. p. 61. *Solatium de refectione tribues*. Heum. ad Lactant. Sympos. 5, 12. *de versu*. Vox vero *incursio* hac in re propria et ubivis obvia est. Nolui tamen rursus inmutare, quia video hoc verbum, *decursio*, eodem sensu ab Hirtio usurpatum B. Alex. c. 42. *Ad decursiones faciendas et bellum inferendum*.

479 dosque fines Ambiorigis proficiscitur: quem perterritum [a] ac fugientem quum redigi posse in suam potestatem desperasset, proximum suae [b] dignitatis esse ducebat, [c] adeo fines ejus vastare [d] civibus, aedificiis, pecore, ut odio suorum Ambiorix, [e] si quos fortuna fecisset reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates [f] haberet in civitatem.

1 XXV. Quum in omnis partes finium Ambiorigis aut legiones aut auxilia dimisisset, [g] atque omnia caedibus, incendiis, [h] rapinis vastasset, magno nu-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *atque*. b *dignitati* vulgo. dein *educebat* B. pr. *dicebat* MSS. 2. Ed. Inc. c deest Pet. d *finibus* B. sec. e *suos si* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. f *habeat* L. pr. g deest L. pr. h *rapinisque* Carr.

*Tergestinis*] Nullus veterum, quod sciam, hujus cladis Tergestinorum meminit. VOSS.

*Qui — impetu eorum*] Codices plerique (quia — *impetu* incolae *illorum* etc.) CLARK. *Qui* servant veterrimi, Bong. pr. sec. Cujac. Petav. Voss. pr. Leid. pr. Scal. And. Oxon. aliique. *Quod* Egmund. *quia* Edd. primae cum aliis recentioribus. Si quis admittere velit, disjungat ille, *qui a latr. Inpetu eorum* diserte exstat in Cuj. Petav. Scal. Leid. pr. Oxon. et Andin. sed Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. post. *incolae illorum*; primae et aliae cum MSS. ceteris, *imp. in colle*, vel *incole*, vel *incolae illorum*. Latere quid videtur. An, *inpetu incauto*, id est, inproviso, inopinato? V. ad Lucan. 4, 17. *incauto ex hoste*.

*Depopulandosque*] *Popul.* Dorvill. sed Petav. Leid. prim. Oxon. *oppugnandosque*. Cuj. vero, *oppugnandosque occupandos*. Nihil eorum sequendum arbitror.

*Perterritum atque fug.*] Bongars. pr. *praeterritum:* forsan fuit, *proterritum*. Vide ad 5, 58. *proterritis hostibus atque in fugam conjectis*. sed c. 27. *fugientes perterritosque*. dein *ac*, pro *atque*, reposui, fide MStorum tantum non omnium et Edd. Vasc. Steph. aliarumque. *Posse* abest quoque a Lovan. Gottorp. Voss. tert. Leid. tert. Dorvill. et Edd. primis. Quod elegantius videtur. De hac ellipsi egimus ad 2, 32. et alibi.

*Proximum suae dignitati esse ducebat*] Codices plerique, *dignitatis*. CLARK. Faërnus voces, *suae dignitati*, vellet delere, ut supervacuas, easque uncis inclusit Scaliger. At MSS. omnes servant, qui, exceptis Petav. Oxon. et Andino, dant, *dignitatis*; item Edd. Inc. Vasc. Str. Steph. Gryphii aliaeque. Omnino rectius. Dignitatis Caesarianae erat, vivum capere Ambiorigem. At cum hoc non posset fieri, proximum ducebat, suae dignitatis esse, vastare fines ejus.

mero hominum interfecto aut capto; Labienum cum
1. legionibus in [a] Treviros mittit; quorum civitas, 2
propter Germaniae [b] vicinitatem, quotidianis exercitata bellis, cultu et feritate, non multum a Ger- 480
manis [c] differebat: neque imperata umquam, nisi exercitu [d] coacta, faciebat.

XXVI. Interim [e] C. Caninius legatus, quum, 1
magnam multitudinem convenisse hostium in fines Pictonum, litteris nunciisque [f] Duratii cognosceret, qui perpetuo in amicitia Romanorum [g] permanserat,

VARIAE LECTIONES.

a *Treveros* MSS. vetustiores. b *viciniam* Ox. c *differebant* V. tert. d *coacto* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. e *Revilus l.* Petav. ut supra, nec male, at L. pr. Scal. *C. Caninius Rebilus l.* ut supra vulgo et infra e MSS. f Sic vel potius *Durati* (v. ad 1, 47.) MSS. et Ed. Inc. per *t* hic et infra, non *c.* item *cognosceret* praeter unum aut alterum recentiorem, non *cognovisset.* quod contra in Lov. et Dorv. MSS. legitur pro *cognosc.* g Sic Pet. Cuj. Sc. L. pr. Ox. And. Reliqui *manserat Rom.* cum Edd. pp. *permanserant* Pet. *manserant* Edd. R. M. *mansisset* Carr. *quum* deest B. pr. Pet. *quodque* Ox. Al. *quod. ejus* abest L. tert. G. Ed. Inc. *paenis defecissent* Ox. dein vulgo ter *Limonum.*

*Vastare civibus, aedificiis, pecore*] *Pet. Ciacconius* et *Fr. Hotomannus* reponunt, *vastare vicis* etc. Sed frustra sunt, cum vulgatam lectionem sollicitent: fines enim aeque possunt vastari *civibus* ac *pecore*, et c. 25. fatetur Caesar, se *omnes partes finium Ambiorigis caedibus, incendiis, rapinis vastasse*; quod denotat, eum cives trucidasse, aedificia incendisse, pecora rapuisse. DAVIS.

*Omnes fines partium Ambiorigis*] Ἐναλλαγὴ pro, *partes finium Ambiorigis*, quod poëtis, quam historicis, usitatius. Sic Papinius 1. Thebaid. — —*ignes Sopitum cinerem, et tepidi libamina sacri Servabant*, pro *Cinis ignem servabat.* Sed in sec. Cod. Bongarsii erat, *omnes partes et fines.* Carrariensis et Florentinus, uti Ciacconius affirmat, habebant, *partes finium.* Quae lectio vera sit, dictu arduum. VOSS. *Partes finium*) Codices nonnulli, *in omn. fines partium.* Quod idem est. CLARK. *Partes finium* est in Bong. pr. Petav. Leid. pr. Cujac. Scalig. aliisque. at *fines partium* cum quibusdam Edd. dant And. et Oxon. in quo, *omnis. partes finis* Voss. tert. Lovan. Egmund. Gott. Leid. tert. Dorv. Ed. Inc. *partes fines* Voss. prim. Leid. sec. *finium* deest in Voss. sec. Putem, ab Hirtio profectum esse, *quum in omnis partes per finis Amb.* Per enim facile excidisse potuit ob vocem *partes.* Genitivum pluralem fecerunt pro Genitivo singulari, ut

quum pars quaedam civitatis ejus defeciſſet; ad
2 oppidum Lemonum contendit. Quo quum adventaret, atque ex captivis certius cognosceret, multis hominum milibus [a] a Dumnaco, duce Andium, Duratium clauſum Lemoni obpugnari; neque infirmas legiones hoſtibus committere auderet; caſtra mu-
3 nito loco poſuit. Dumnacus, [b] quum adpropinquare Caninium [c] cognoviſſet, copiis omnibus ad
481 legiones converſis, caſtra Romanorum obpugnare

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo abeſt praep. b *dum* V. pr. L. tert. c Sic B. pr. V. pr. Scal. Egm. *cognosceret* MSS. 3. Ed. Inc. vulgo *cognovisset*.

credebant librarii, cum eſſet accuſativus in *is*. De locutione, *in omnes partes dimittere*, adi ad 4, 19. et supra c. 5. *In omnes partes dimittit*. Quamvis etiam lectio Bong. sec. *in omnis partes et finis* admitti poteſt. Consule notata ad 6, 11. *In omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque*.

*Exercitata bellis*] Bong. prim. Voſſ. prim. Lovan. Egmund. et 5 alii cum Edd. Rom. Inc. Mediol. *exercita*. Quod sane non temere eſt spernendum. Adi dicta ad Frontin. 2, 1, 9. Perpetuo autem haec variantur. *exercitationibus* inepte Voſſ. tert.

*Permanserat, quum pars quaedam civitatis ejus defecisset*] Ita reſtituimus, ipſa sententia clamante. Scaliger et Recentiores omnes, peſſima interpunctione, sententiam prorſus perturbarunt: — *Permanserat; quum pars quaedam civitatis ejus defecisset, etc.* CLARK.

*Lemonum*] Teſtatur Ciaccon. in duobus Codd. scribi, *Limonum:* cum Edd. Vett. haberent *Lemonem*, vel *Lemovicum*, ut eſt in Oxon. *Limonum* vidi quoque in Leid. tert. Palat. et Voſſ. tert. ac Inc. Ed. Verum ceteri omnes vetuſtiores, *Lemonum*. Petav. *Lemo unum*. Putem omninò, in Ptolemaeo quoque legi debere, *Λέμωνον*. Adi omnino Valeſium Not. Gall. p. 449. Hinc *e* deinceps in MSS. adhaesit: *Lemonem obp.* et, *Lemonem redit*. ubi vide etiam. Surita tamen et Weſſeling. *i* praeferunt ad Anton. Itin. p. 459. ubi eadem in MSS. confusio.

*Dumnaco duce Andium Duracium clausum, Limonum obpugnari*] Foediſſima eſt menda, quam miror a nemine animadverſam. MS. *Norv. Duracium clausum Limone oppugnari.* Sic et editt. vett. *Rom. Ven. Beroald.* nisi quod illae, *Lemone*. Recta eſt MSti *Norv.* lectio. Diſtingue, *Duratium clausum Limone, oppugnari.* Tertiae enim *declinationis* nomen eſſe ſtatuimus, et ita omnes MSSti praeter eos, qui corrupte *Limovicum* exhibent; unde supra lege, *ad oppidum Limonem*, et infra, *ad obsidendum Limonem*. Hanc scripturam simul cum conjectura noſtra tue-

instituit. Quum [a] complures dies in obpugnatione consumsisset; et, magno suorum detrimento, nullam partem munitionum convellere potuisset, rursus ad obsidendum [b] Lemonum redit. 4

XXVII. [c] Eodem tempore C. Fabius, legatus, 1
complures civitates in fidem [d] recipit, obsidibus firmat, litterisque C. [e] Caninii Rebili fit certior, quae in Pictonibus [f] gerantur. Quibus rebus cognitis, 2
proficiscitur ad auxilium Duratio ferendum. At Du-

VARIAE LECTIONES.

a *Plures* B. pr. *que pl.* B. tert. b Sic diserte rursus L. pr. Scal. Cuj. Egm. Al. *Limonem*, *Lemonem*. And. *Lemones*. *tendit* etiam Ox. c *Eo* MSS. 5. Ed. Inc. d *recepit* L. pr. et 4 alii. e Sic MSS. tum aliorum tum mei, fere omnes, vel *Revili*, vel *Rebilii*: multi quoque *Canini*. ut cap. praec. *Durati. C. Rebili Caninii* L. sec. vulgo *Caninii certior fit*. f *gererentur* And. Ox. V. tert. G. *geruntur* Lov. Dorv. dein *his rebus* And. Ox. L. pr. bene.

tur *Jul. Celsus* p. 165. *Duracius*, inquit ille, *tum temporis* ad Limonem *obsidebatur ab Andio Dumnaco*. Erroris ansam praebuit *Pet. Ciacconius*, qui *Duracium* vicum fuisse contendit, cum luce meridiana sit clarius, inter primores fuisse Pictonum. Prius tamen et gravius deliravit *Raymundus Marlianus*, dum ex hoc loco *Duracios* finxerit populum, qui perpetuo in amicitia permanserat Romanorum. DAVIS. *Dumnaco Duce*) MS. Reg. et Eliens. (a *dumnaco duce*,) quae et melior Lectio. *Duracium clausum Limone oppugnari*) Ita optime restituit Davisius ex MSS. et Edd. Vett. Nisi forte legi possit, *clausum Limono*, *obpugnari*. Urbs enim ista (annotante Cellario,) Ptolemaeo est λίμωνον. Scaliger et Recentiores ediderunt, *D.* c. *Limonum opp.* Quam lectionem Ciacc. acceptam referunt, qui *Duracium*, hominem Romanis amicissimum, oppidum esse scilicet existimavit. Multo autem etiam adhuc lautius erravit R. Marlianus (eodem observante Davisio,) qui ex hoc loco *Duracios* nescio quem *populum* finxit. CLARK. *Norvic.* dat, *adumnaco duce Andium*. Legendum, *a Dumnaco d. A.* quod etiam Cl. *Clarkius* animadvertit. Ita diserte repraesentat *Egmond. Gottorp. Bong.* pr. sec. DAVIS. *Cur. sec.* Primo *a* addidi ex Hotom. Cod. *Adimniaco*, qui nesciebat, quid hoc vellet, uti et Voss. primo, et tribus aliis atque Incerta Ed. dein pro *Limonum* MSS. tantum non omnes, *Lemonem*, vel *Limone*, aut *Lemone*: uti est in Oxon. Lovan. Gott. Leid. tert. Voss. tert. Dorv. et Edd. primis. *Libonae* Egm. Errant sine dubio, qui ex scriptura Codd. faciunt hanc urbem tertiae declinationis; maleque *Lemone* revocavit Clark. Cur non servatis iisdem litteris, *Lemoni?* quamvis, si adducerent MSS. non inprobarem, *Lemono*. Vide ad 7, 32. *Avarico commoratus*.

rinacus, adventu [a] Fabii cognito, desperata salute, si eodem tempore coactus esset, et Romanum externum sustinere hostem, et respicere ac timere oppidanos, repente [b] eo ex loco cum copiis recedit: nec [c] se satis tutum fore [d] arbitratur, nisi [e] flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem
3 [f] transeundum, copias transduxisset. Fabius, etsi nondum in conspectum venerat hostibus, neque [g] se cum Caninio conjunxerat; [h] tamen doctus ab iis, qui locorum noverant naturam, potissimum credi-
482 dit, hostes [i] perterritos eum locum, quem [k] pete-

VARIAE LECTIONES.

a Deest G. V. tert. b MSS. plerique et Edd. quaed. *ex eo l.* c deest L. pr. d *arbitrabatur* L. pr. Lov. G. V. tert. Ed. Inc. non male, ut alibi diximus. e Sic Cuj. Sc. L. pr. Pet. And. Ox. Reliqui et Edd. pp. *flumine Ligeri.* f *constratum* Pet. Edd. quaed. et Vasc. M. quo pertinent seqq. *ad eumdem pontem.* g *secum Caninium* L. pr. *cum* abest MSS. 13. et Edd. pp. *junxerat* G. L. tert. Ed. Inc. *junxerit* V. tert. h *causam* L. tert. Ed. Inc. i *territos* L. pr. k vulgo *petebant.*

*Obpugnatione*] MS. Scalig. et Edd. Manut. Gryph. *obpugnationem.* Quod ut adrideat, cave tamen, quid temere mutes. 5, 11. *In his rebus* x *dies consumit.* B. C. 1, 27. *diebus in ea re consumtis.* c. 81. *in ea re diem consumunt.* B. Afric. c. 78. *tempus in otio consumebatur.*

*Ad auxilium Duratio ferendum*] Subesse mendosi quid, MStorum varietas indicare videtur. *Auxilia* Scalig. *ad auxilii Durati* Bong. pr. *Durati* etiam Bong. sec. Scal. Leid. pr. Voss. pr. sec. item Petav. in quo, *ferendum Durati.* Non male suspicatur Gruterus, *ferendum* esse subpostitium. Sed forsan majus ulcus latet, et restituendum, *ad auxilia Duratio.* de plurali, *auxilia*, vide ad 6, 8. de Dativo ad 5, 48. *Communis salutis auxilium.*

*Et Romanum externum s. hostem*] Sic quidem reposuit Scaliger, ex Hotomanni sententia, et suffragantur And. Oxon. Palat. ac Dorvill. Eddque Rom. Ven. aliaeque primae. MSS. reliqui et Edd. ceterae addunt, *et externum.* Leid. pr. ac Scalig. *et R. hostem et ext. sust.* Beroaldus legebat, *et R. et exercitum*, i. e. exercitatum. quod sane confirmatur a Bong. tert. *extremum* Gott. et Voss. tert. cum Ed. Inc. Ciacconio placebat deleri, *et Romanum*, tamquam ex interpretatione natum. quod mihi non displicet quoque.

*Etsi nondum in conspectum venerat*] Hic etiam editt. anti-

bat, petituros. [a] Itaque cum copiis ad eumdem 4 pontem contendit, [b] equitatumque tantum procedere ante agmen imperat legionum, quantum quum processisset, sine [c] defatigatione equorum in eadem se reciperet castra. Consequuntur equites nostri, 5 [d] ut erat praeceptum, invaduntque Dumnaci agmen: et [e] fugientes perterritosque sub sarcinis [f] in itinere adgressi, magna praeda, multis interfectis, potiuntur. Ita, re bene gesta, se recipiunt in castra.

XXVIII. [g] Insequenti nocte Fabius equites prae- 1 mittit, sic paratos, ut [h] confligerent, atque [i] omne

VARIAE LECTIONES.

a *eoque* Pet. quod placet Grutero, deletis *ad e. pontem.* Certe *pontem* abest a V. sec. *locum* G. V. tert. Ed. Inc. b *que* deest G. V. tert. c *fatig.* G. V. tert. Ed. Inc. *defet.* V. pr. Egm. *equitum* Lov. *reciperent* Dorv. d *uti eis er.* V. pr. *imperatum* L. pr. e per *i* Ox. f deest *in* MSS. 12. Ed. Inc. sed v. ad 3, 24. g *insequente* MSS. 6. et Edd. quaed. h *confligeret* L. pr. i deest V. C. Urs. Faerni, Oxon. non male. an *omnino?*

quissimae *Rom. Ven.* exhibent, *in conspectu venerat*, et infra c. 29. *In conspectu hostium veniunt;* quem probum quidem esse, sed paullo inusitatiorem, loquendi modum, ostendimus ad hujusce libri c. 8. Vide et *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. 50. DAVIS. *In conspectu*) Vide supra ad 4, 12. CLARK. Temere hunc ablativum ubivis intrudit Clarkius, quem hic ostentant ex meis soli Lov. Scalig. Leid. sec. Dorvill. et Edd. Ven. Med. Adi etiam ad 2, 17. et saepius. Ceterum pro *hostibus* est *hostis* in Buslid. et Edd. Rom. Ven. Med. *hostium veniat* Oxon. Leid. pr. Scalig. Edd. Vascos. Str. Steph. et aliae. Magis placet alterum. Vide ad 5, 44. *gladium ed. conanti* etc.

*Eum locum, quem petebant, petituros*] Sic Cujac. Scal. Pet. And. Oxon. Leid. pr. In reliquis, *non eum locum*, vel *ñ*, uti et Edd. primis ac R. Steph. sine dubio corrupte. pro *petebant* in Leid. tert. et Ed. Inc. est, *credebant.* at Oxon. Leid. pr. Petav. et Vascos. margo, *petebat.* Unde acute conjecit Gruterus, *unum eum l., qui patebat, petit. petere* enim, et *patere*, frequenter confunduntur. Hinc emendandus auctor Moreti e MSS. Scal. et quem contulit Is. Vossius: *Hinc sibi depromit, quantum mensura patebat.* vulgo, *petebat. patet via* obvia est locutio. At huic emendationi obstat, quod tum non debuerit *potissimum credere*, hostes eum locum petituros, sed *certissime scire*, cum alia non pateret. Quare probo quidem, *unum*, sed *petebat* praefero. Ipse enim in itinere quoque erat, credebatque, hostes eo-

2 agmen morarentur, dum consequeretur ipse. Cujus praeceptis ut res gereretur, Q. Atius Varus, praefectus equitum, singularis et animi et prudentiae [a] vir, suos hortatur, agmenque hostium [b] consecutus, turmas partim idoneis locis disponit, partim equitum [c] proelium committit. Consistit audacius
3 equitatus hostium, succedentibus sibi peditibus, qui toto agmine subsistentes, equitibus suis contra
4 nostros ferunt auxilium. Fit proelium acri certa-
483 mine. Namque [d] nostri, contemtis pridie superatis hostibus, quum [e] subsequi legiones meminissent, et pudo-

VARIAE LECTIONES.

a Abest ab And. L. sec. b *secutus* MSS. 3. Edd. R. M. V. *turbas* B. pr. c *proelio* Pet. d *nostris* MSS. 4. Ed. Inc. *contemtis* deest Pet. *superatisque* MSS. plerique et Edd. pp. male. e *sequi* Pet.

dem, quo ipse tendebat, profecturos.

*Ita, re bene gesta*] Sic rescripsimus ex MSto *Norvic.* et editt. *Rom. Beroald.* Vulgg. *itaque*: haud pro *Caesaris* et *Hirtii* more. DAVIS. *Ita*) Sic edidit Davisius ex MS. Eliensi. Cui suffragantur et MS. Reg. et Editt. Vett. Recentiores, *Itaque*. CLARK. Et MSS. mei omnes.

*Q. Atius Varus*] Ita quidem e conjectura Fulvii Ursini edidit Scaliger, sive, *Attius*. Quae gens hoc tempore erat inlustris, ut vel e bello civili liquet. Juvant hanc conjecturam Petav. et Egmund. in quibus, *Q. Tatius Varus*. In Leid. pr. *Quintus Citatius Durus*. *Citatius* etiam Scalig. Reliqui cum Edd. vetustis habent, *Q. Titatius Varus*; nisi quod in Oxon. non compareat *Q.* unde facere posses, *Titus Atius Varus*, nisi ignotius lateat nomen.

*Consistit*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Editt. Vett. *confligit*. CLARK. Vulgarem lectionem soli propugnant Andin. et Oxon. Reliqui MSS. omnes tam aliorum, quam mei, item Edd. primae, Vascos. R. Steph. aliaeque, *confligit*, praeterquam Petav. in quo, *constitit*: quod verum arbitror, et inde natum, *confligit*, aut pro Glossa superscriptum. Hinc alii infra pro *conflixerant* ediderunt, *constiterant*.

*Toto agmine subsistentes, equitibus suis*] Sic est in editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec repudio. Haud male tamen MS. *Brant.* et *Steph. Toto agmine, subsistentibus equitibus suis*; nisi forte cum *Norvic.* legere placeat, *toto ag-*

pudore [a] cedendi, et cupiditate per se [b] conficiendi
proelii, fortissime contra pedites proeliantur: ho- 5
stesque, nihil amplius copiarum accessurum, cre-
dentes, [c] ut pridie cognoverant, delendi equitatus
nostri nacti occasionem videbantur.

XXIX. [d] Quum aliquamdiu summa contentione 1
[e] dimicaretur, Dumnacus [f] instruit aciem, quae
suis [g] esset equitibus in vicem praesidio. [h] Tum re-
pente confertae legiones in conspectum hostium ve-
niunt. Quibus visis [i] perculsae barbarorum tur- 2
mae, [k] perterritae acies hostium, perturbato [l] inpe-

VARIAE LECTIONES.

a *reced.* V. pr. a m. pr. dein vulgo additur *celerius.* b *confitendi* G. *confidendi* V. tert. c *ac* Lips. *noverant* And. Ox. d *ut* Pet. e *dimicarunt* Ox. f *instituit* Pet. V. ad 3, 24. g *esse* MSS. 4. Ed. Inc. h *cum* MSS. et Edd. pp. praeter Pet. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Rectius est *tum*. *confertae* abest ab Ox. *venerunt* L. pr. Scal. i *percussae* L. sec. *proculsae* V. tert. k Sic And. Ox. Cuj. Pet. L. pr. vulgo *ac p.* In iisdem etiam *perterrita*, non male, nisi praeferas insuper *acie.* l *inpeditorum* L. pr.

*mine, subsistentibus suis*, omissa voce, *equitibus.* DAVIS. Item MSS. Reg. et Vossii, *subsistentibus eq. suis etc.* CLARK. At *subsistentes* legas in Cujac. Scal. Petav. Leid. pr. Andin. et Oxon. Nequaquam tamen damno reliquorum Codicum lectionem, *subsistentibus eq. suis*, vel sine *equitibus*, quam vocem frustra etiam quaeras in Gott. et Voss. tert. *subsistere* enim idem est, quod *sustinere*; idque hoc loco melius equitibus, qui audacius *consistebant*, seu *confligebant*, convenire videtur. B. G. 1, 15. *Hostes audacius subsistere, nonnumquam etiam nostros proelio lacessere coeperunt.* Adde ad 5, 10. *Ancorae subsisterent.* Mutasse videntur, ne duo participia similia jungerentur.

*Et cupiditate celerius*] Ultima vox abest a MSS. *Brant. Norvic.* et editt. *Rom. Ven. Beroald.* nec ullam patitur jacturam sententia, equites enim Romani sine peditum auxilio proelium conficere voluerunt. Ad hoc tamen praestandum celeritate fuit opus, quia sequebantur legiones; ideo salva maneat recepta lectio, per me licet. DAVIS. Neque ego damnarem, *celerius*: si addicerent id mei MSS. aut Vett. Edd. At a cunctis tam aliorum, quam meis constanter ea vox abest, nec in Edd. ante Scalig. vel Lipsianam vidi, praeter quam in Vascos. et Stradae: quare ablegavi hanc voculam sine sensus dispendio. Ajunt tamen, ita legi in Carrar.

*Credentes* etc.] Haec vox abest a Bong. pr. in quo mox pro *nacti* est, *nati*, a m. pr. *nacti* vero

dimentorum agmine, [a] magno clamore discursuque
3 passim fugae se mandant. At nostri equites, qui paullo ante cum resistentibus [b] fortissime conflixerant, laetitia victoriae elati, magno undique clamore [c] sublato, cedentibus circumfusi, quantum equorum vires ad persequendum, dextraeque ad caedendum valent, tantum eo proelio interficiunt.
4 Itaque amplius [d] milibus XII aut armatorum, aut

VARIAE LECTIONES.

a Deest Cuj. Pet. Ox. *cursuque* Pet. b *potissime* L. tert. Ed. Inc. *constiterant* Edd. R. M. V. *conflixerunt* V. tert. c *soluto* Lovan. d *milia* And. Ceterum ridicule MSS. 9. *m. passuum XII.* immo *hominum. aut* abest a L. pr. Ox.

deest in And. et Petav. qui dat, *occasione utebantur.* Unde non displicuit Grutero olim, *occ. rati* etc. *del. eq. nostri occasione uteb.* Nil ego temere moveo.

*In conspectu — veniunt*] Vide supra ad 4, 12. CLARK. *Conspectu* est quidem in Scal. et tribus aliis recentissimis. Temere tamen ubique hunc Ablativum intrusisse Clarkium, monui saepius, uti et c. 27.

*Tantum eo proelio interficiunt*] In Petaviano codice erat, *perficiunt.* Constat, veteribus *facere* signasse, quod *interficere.* Unde *conficere, interficere. Perficere* tamen eo significatu haud legi. Alioqui solet haec particula saepe praeponi vocibus tali notione, ut, cum *perimere* dicunt. VOSS. At Gruterus, e cujus excerptis varias lectiones habuit Vossius, memoriae reliquit, in Petaviano esse, *proficiunt.* quod idem probat: quia sequitur *interfectis.* At haec ratio parum valet in Caesare et Hirtio contra ceteros omnes Codd. V. tamen ad 4, 19. *tanto* erat in Leid. pr. a m. prima.

*Timore*] Sic optime And. Ox. Cujac. Scalig. et Leid. pr. Reliqui omnes cum Edd. primis, *eo tempore.* Potest admitti utrumque, *qui eo tempore timore arma proj.*

*Drappeten*] Sic MSS. constanter, non, *Drapetem*, et in Nominativo, *Drappes* etc. nisi quod Cujac. Petav. Scalig. et Leid. pr. *Draptes, Draptis* in Gen. et in Accus. *Drapten* perpetuo, item Andin. et Oxon. nisi quod in illis sit, *Oraptes.* at illi c. 39. *Drapete* servant. In Leid. pr. tamen aliquando, *Diraptes. Draptes* non displicet. Mox *Lucterium*, ut 7, 5. etc. exhibui fide optimorum Codd. hic et infra. Sic enim Bongars. Vossiani, Petav. Cuj. Scal. Leid. pr. Oxon. et alii multi fere constanter; ut et Edd. Inc. Steph. Vascos. aliaeque.

*Exsulibus o. civitatum*] Petav. et Leid. pr. *Exsulibus omnibus omnium c.* At Andin. et Oxon. *Exs. omnium civitatum omnibus.* Placet, *omnibus omnium.* uti saepe hae et similes voces repeti solent. Dein *civitatium* re-

eorum, qui timore arma projecerant, interfectis, omnis multitudo capitur inpedimentorum.

XXX. Qua ex fuga, [a] quum constaret, Drap- 1
peten Senonem (qui, ut primum defecerat Gallia, 484
conlectis undique perditis hominibus, servis ad libertatem vocatis, exsulibus omnium [b] civitatium adscitis, receptis latronibus, inpedimenta et commeatus [c] Romanorum interceperat,) non amplius ho-

VARIAE LECTIONES.

a *Dum* L. pr. b vulgo *civitatum accitis*. c *nostrorum* R. L. sec.

posui ex Andinis membranis. Vide ad 4, 3.

*Accitis*] In primo Bong. est, *ascitis*, quod perplacet. Nam facilius crediderim, ad eum convenisse exules, quam ut ille dispersos ex omnibus partibus acciverit. In secundo deest haec vox. VOSS. Vox *accitis* exsulat a MSS. *Carr. Bong.* sec. *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Gryph.* et in iis locus sic legitur: *exulibus omnium civitatum receptis, latrociniis impedimenta* etc. Forsan legendum: *exulibus omnium civitatum ascitis, receptis latrociniis*, hoc est, latronibus, ut *matrimonia* pro uxoribus, pro servis autem *servitia* ponuntur. Vide not. ad 7, 78. et hujusce libri c. 19. Hoc cum non intelligerent Librarii, Syntaxeως rationibus consuluisse sibi videbantur, cum verbum *ascitis* omitterent. DAVIS. Dele notam, pro qua repone: Vocem *accitis* nesciunt *Bongars.* sec. tert. *Norvic. Carrar. Pal. Gottorp. Voss. Egmond.* dantque, *exulibus omnium civitatum receptis*, latrociniis *impedimenta et commeatus* etc. cum quibus facio; nam *latrones* sub nomine *perditorum hominum* comprehenduntur, et *perditorum hominum latrocinia* paulo post commemorat noster. Vide c. 32. IDEM. *Cur. sec. Latrociniis*, quod est etiam in meorum plerisque, deleta voce, *accitis*, uti et in Edd. primis, si recipere placeat, malim nihilominus abjicere vocem, *receptis*, et servare, *adscitis*; cujus glossa potius videtur esse, *receptis*, quam vice versa. *Adscitis* certe, pro *accitis*, est in Bong. pr. Petav. Cujac. Scalig. Steph. And. Oxon. Leid. pr. qui omnes integerrimi et fidissimi codices servant, *rec. latronibus*. Ut verum tamen fatear, accedere malim primae sententiae Davisii, quae et Clarkio adrisit, legendo, *adscitis*, *receptis latrociniis*. de verbo *adsciscere* adi omnino Cl. Burm. ad Phaedr. 4, 16, 17. et Grat. Cyneg. 16. quosque ibi laudat. *ducem adsciscere* B. Alex. c. 59.

*Latronibus*] MSS. plerique, *latrociniis*. Quam et veram esse Lectionem, erudite existimat Davisius, *latrociniis* pro *latronibus* posito, quomodo alibi *matrimoniis* pro *uxoribus*, *servitiis* pro *servis*, *pabulationibus* pro *pabulatoribus*, etc. CLARK.

*Commeatus*] Bene quidem. Vide ad 2, 5. non contemnenda ta-

minum [a] II milibus ex ſuga conlectis, provinciam petere, unaque conſilium cum eo Lucterium Cadurcum cepiſſe, quem superiore Commentario, prima defectione Galliae facere in provinciam inpetum
2 voluiſſe, cognitum eſt; [b] Caninius legatus, cum legionibus II ad eos perſequendos contendit, ne [c] de detrimento aut timore provinciae magna infamia, [d] perditorum hominum latrociniis, caperetur.

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo v. *e f.* MSS. 3. deſunt Lov. MS. Brant. male. V. ad I, 35. dein vulgo *Luter.* et *in sup.* b *C. Antonius* And. Pet. c vulgo *de t. aut detr.* d *proditorum* L. pr.

men Cujac. Cod. lectio, quam et inter verſus habet Leid. pr. *comitatus.* quo nomine intelliguntur tam *commeatus*, quam *subplementa*, aliaque ad exercitum venientia. Vide omnino B. Civ. I, 48. *Neque maximi comitatus, qui ex Italia venerant,* etc. c. 51. *Magnos comitatus, qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen constitisse.* c. 54. *Comitatus et qui frumenti caussa processerant.* Quibus locis eadem eſt confuſio, ut et B. G. I, 34. [Nunc *commeatus* praefero. OUDENDORP. ad Appulej. Metam. Lib. XI. pag. 766.]

*Hominum* V *mil. ex f. conl.*] Scal. Leid. pr. *hominibus. h. duobus* Steph. And. Oxon. et Edd. Ber. Bas. Aldin. Manut. Gryph. Plant. Recte, ut patet e Bong. pr. in quo, *h. duobus m. ex f. quinque c.* Aut valde fallor, aut legi debet, *hominum* II *m. ex f. undique conl.* II repoſui, sed conjecturam, licet, ut opinor, veriſſimam, intrudere nolui.

*Quem in superiore Commentario — cognitum est*] *Norvic. Bongars.* tres, *Pet. Pal. Gottorp. Voss. Egmond.* et *Buslid.* praepoſitionem neſciunt. Lege, *quem e superiore Commentario — cognitum est.* DAVIS. *Cur. sec.* Abeſt praepoſitio a MSS. omnino omnibus et Edd. quibusdam. Quare delevi: neque enim opus eſt, refingere aliam.

*Ne de timore aut detrimento provinciae*] Offendunt me paullum haec verba: reſcribo, *ne detrimento aut timore provinciae.* Quomodo habent 7 MSS. B. pr. secund. tert. Pet. Pal. v. c. et MS. noſter. VOSS. Cum *Vossii* MSS. faciunt *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* DAVIS. *Ne de timore aut detrimento etc.*) Emendat Dionys. Voſſius ex MSS. *ne detrimento aut timore etc.* Quocum facere MS. Eliens. et Editt. vett. annotat Daviſius. MS. Reg. habet, *ne timore aut detrimento etc.* CLARK. Cum Voſſio cave ne deleas *de;* licet MSS. mei sine *de* habeant vel, *timore aut detr.* vel, *detrimento aut timore,* ut eſt in vetuſtiſſimis, item Edd. Vasc. Str. Steph. aliisque, adſentiente Grutero. Nam *de* servant And. et Oxon. quod excidit per seq. vocem, *detrimento.*

XXXI. C. Fabius cum reliquo exercitu in [a] Carnutes, [b] ceterasque proficiscitur civitates, quarum eo proelio, quod cum Dumnaco fecerat, copias esse accisas, sciebat. Non enim dubitabat, quin 2 recenti calamitate submissiores essent futurae; dato vero spatio ac tempore, eodem instante Dumnaco, possent [c] concitari. Qua in re summa felicitas ce- 3 leritasque in recipiendis civitatibus Fabium conse-

VARIAE LECTIONES.

a *Carnotes* L. pr. semper. *Carnotas* Pet. b Sic MSS. o. praeter Dorv. qui cum Edd. perperam *reliquasque*, et dein *accitas*. c *contentari* L. sec.

Vide ad c. 24. *Incommodum accidit de incursione.*

*Copias esse accitas sciebat*] *Auctas* Petav. *occisas* B. sec. et MS. noster. *accisas* pr. (Sic et *Norv.*) quae genuina lectio, et sic rescribo: nam subdit Hirtius, *non dubitabat*, *quin recenti calamitate submissiores essent futurae.* VOSS. Quis dubitare possit de hujus lectionis veritate? Merito ergo placuit jam Grutero, et in textum recepit Clarkius; immo jam olim R. Stephanus. *occisas* est quoque in Egm. Lovan. ac Leid. tert. et Ed. Inc. sed *ascitas* Leid. pr. *accesas* in Voss. sec. immo *accisas* Scal. quoque, Voss. pr. tert. et Gottorp. Crebro *accidi res*, *opes*, et similia dicuntur, quae inminuta sunt. De *copiis* Livius 7, 29. *robore juventutis acciso.* Plura vide ad Silium Ital. 2, 302. *Accitis populis*, ubi alii, *Attritis*, alii, *Accisis* legunt. Sed *accidi* populus ipse an dici possit, quaeritur. Apud Statium Theb. 12, 52. *Ardent excisae viscera gentis*, Barthius quidem vellet, *accisae*, sed sine MSS. *Excidere copias* eleganter etiam dici, vidimus ad Front. 1, 1, 9. eamque vocem Floro plus semel restituendam, alibi docebo. Appulej. l. 7. p. 137. *factione militarium v. indagatu confecta atque concisa.* Ceterum hinc patet, *accidere arbores* rectum esse, non *abscidere*, supra 6, 27.

*Instante Dumnaco*] Scribo, *instigante*, ex MSS. sex, Bong. primo, secundo, tertio, Petav. Palat. et nostro. VOSS. In MSS. *Voss.* sex et *Norvic.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald.* est, *instigante Dumnaco*, et ita reponit *Vossius.* Parum refert, utrum hoc vel illo modo scribamus: eadem enim est utriusque vocis potestas; sed cum elegantior et rarioris usus sit lectio vulgata, illam teneamus. DAVIS. *Instante* servant Cujac. Scal. Petav. (ut diserte testatur Gruterus) Andin. Oxon. et Leid. pr. Reliqui cum Edd. vetustis, *instigante*; sed bene judicat Davis. vulgatum quod deinceps est, esse retinendum: atque ita Terent. Cicero, Livius, aliique loquuntur. Heaut. 4, 4, 16. *Num ego insto.* Plura vide ad Frontin. 4, 7, 5. *Cum deinde instaret*, ut scribendum docui. Liv. 4, 46. *Institisse filio*, ubi v. Cl. Drak. Ceterum frustra Ciacconius *posse* conjicit contra MSStos et Hirtii mentem.

4 quitur: nam Carnutes, qui saepe vexati numquam pacis fecerant mentionem, datis obsidibus, veni-
5 unt in [a] deditionem; ceteraeque civitates positae
486 in ultimis Galliae finibus, [b] Oceano conjunctae, quae Armoricae adpellantur, auctoritate adductae Carnutum, adventu Fabii legionumque, imperata
6 sine mora faciunt. Dumnacus suis finibus expulsus, errans, latitansque, solus extremas Galliae regiones petere [c] est coactus.

1 XXXII. At Drappes, unaque Lucterius, quum legiones Caniniumque [d] adesse cognoscerent, nec [e] se sine certa pernicie, [f] persequente exercitu, putarent Provinciae fines intrare posse; nec jam liberam vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem haberent, consistunt in agris Cadurcorum.

VARIAE LECTIONES.

a V. ad 6, 9. b *Oceanoque* Ox. *convictae* G. c Sic MSS. et Edd. Vett. non *c. est. est cantus* Ed. Inc. d *a se recessisse* Pet. male. e *nisi* Pet. *sin*, deletis *nec se*, L. tert. f *si sequeretur* Pet.

*Carnutes, qui saepe vexati numquam pacis fecerant mentionem*] Fallitur Hirtius. nam l. 6. ipse Caesar dixit: *Eodem Carnutes legatos obsidesque mittunt, usi deprecatoribus Rhemis, quorum erant in clientela.* Nisi velit autor, ab eo tempore, quo novissima conjuratio facta. VOSSIUS.

*Nec jam liberam vagandi latrocinandique facultatem*] In tert. Bongarsii codice et MS. nostro est, *nec tam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* etiam in primo et secundo Bongars. pro *liberam* erat *libere*, et pro *latrocinandique* legebatur, *latrociniorumque faciendorum.* IDEM. Codex *Bong.* tert. MS. *Voss.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Nec tam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* Ita et MS. *Norvic.* nisi quod ille *liberam* exhibeat. Alii, *nec jam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem.* Sic *latrocinia facere* dixit etiam *Florus* 2, 3. DAVIS. Perinde est. CLARK. Lege igitur: *nec jam* liberam *vagandi* latrociniorumque faciendorum *facultatem haberent.* Noster B. C. 2, 11. *Non datur* libera *muri defendendi facultas. Capitolinus* in M. Antonino c. 26. Liberam *vagandi* potestatem *haberent.* Vide sis et *Vulcatium Gallicanum* in Avidio Cassio c. 9. DAVIS. *Cur. sec.* Vulgatis accedunt And. et Oxon. In Petav. *libere vagandi latro-*

Ibi quum Lucterius apud suos cives quondam, in- 2
tegris [a] rebus, multum potuisset, semperque auctor [b] novorum consiliorum magnam apud barbaros auctoritatem haberet; oppidum [c] Uxellodunum, quod in clientela fuerat ejus, natura loci egregie munitum, occupat suis et Drappetis copiis, oppidanosque sibi conjungit.

XXXIII. Quo quum confestim C. [d] Caninius ve- 1
nisset, [e] animadverteretque, omnes oppidi partes praeruptissimis saxis esse munitas, [f] quo, defendente nullo, tamen armatis adscendere esset difficile; magna autem inpedimenta oppidanorum videret: quae si clandestina fuga subtrahere cona- 487
rentur, effugere non modo equitatum, sed ne legiones quidem possent: tripartito cohortibus divi- 2

VARIAE LECTIONES.

a Deest G. V. tert. Ed. Inc. b *esset n.* Cuj. Scal. *n. cons. esset* L. pr. *esset cons.* sine *nov.* Pet. Ox. male. *novorum* abest a G. c *Auxilio demum* Cuj. Scal. L. pr. B. pr. sec. V. pr. a m. pr. V. sec. Egm. *Velud.* V. pr. a m. sec. *Velled.* L. sec. sed v. cap. 40. d *Anton.* Pet. e Bene *advert.* L. pr. *animum advert.* And. Ox. V. ad 1, 24. f *quod* MSS. plurimi et Ed. Gr. de more. sed aliter Pet. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. G. Utrumque bene.

*cinandique.* In ceteris meis quoque aliorumque, *nec jam*, vel *tam*, *libere vagandi latrociniorumque faciendorum f.* exceptis tamen Scalig. et Leid. primo, qui unice vere, quod rescripsi, et conjecit Davisius, dant, *nec jam liberam vagandi latrociniorumque faciendorum fac.* nisi malis, *liberam evagandi. Libere* placebat Hotomanno, atque ita B. Civ. 1, 3. *libere decernendi potestas.* ubi contra Davisius e Cod. rescribit, *libera.*

*Haberent.*] Ex MSS. Reg. Eliens. et Vossii omnino legendum existimo (*habere.*) Ut cohaereat non cum (*putarent,*) sed cum (*intrare posse.*) Pro *agris* Codices plerique habent, *finibus.* CLARK. *Habere* inveni in solo Voss. sec. male. Non enim tantum putabant, se habere nullam vagandi facultatem, sed omnino jam non habebant. Dein, *consistunt in agris*, servarunt ex meis soli And. Oxon. at Scalig. et Leid. pr. *consistunt in finibus.* Alii cum Bongars. pr. et Edd. quibusdam, *in finibus consistunt. in fin. constituunt* Bong. sec. Voss. pr. Egm. et plerique. *in fin. se constituunt* Bong. tert. Carrar. Palat.

sis, trina [a] excelsissimo loco castra [b] fecit, a quibus paullatim, quantum copiae patiebantur, vallum in oppidi circuitum ducere instituit.

1 XXXIV. Quod quum [c] animum adverterent oppidani, [d] miserrimaque Alesiae memoria [e] solliciti, similem casum [f] obsessionis vererentur, maximeque ex omnibus Lucterius, qui [g] fortunae illius periculum fecerat, moneret, [h] frumenti rationem esse habendam: constituunt omnium consensu, parte [i] ibi relicta copiarum, ipsi cum expeditis ad [k] inportan-
2 dum frumentum proficisci. Eo consilio probato, [l] proxima nocte, II milibus armatorum relictis, re-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. Pet. And. Ox. *excellentissimo* L. pr. Sc. Reliqui cum Ed. Inc. *celsiss.* b *facit* Pet. Ox. Mox *circuitu* vulgo. et *inducere* L. tert. Ed. Inc. c Sic And. *advert.* L. sec. vulgo *animadv.* d *que* abest Pal. Dorv. *quod* L. sec. e *sollicitissime caussam* Pet. *caussam* etiam B. pr. V. sec. f *obsidionis* L. pr. dein *maxime ex* Pet. g *fortissime p.* G. V. tert. Ed. Inc. h Sic MSS. non *rat. fr.* V. ad 7, 71. 75. i *hic* Pet. abest L. pr. k *comp.* L. pr. l *proxuma* B. pr. *maxima* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. *primo* sine *nocte.* Pet.

Dorv. et Edd. Rom. Med. Ven. *construunt* Lov. *consistere* Egmund. Videtur quid latere. An *consistere*, *se constituere*, *construere*, hoc loco glossae sunt verioris verbi, *considunt*, vel, *considerunt*? Vide ad Lucan. 5, 461. *Junctis vidit considere castris.* Supra 7, 58. *Contra Labieni castra considunt.* c. 79. *Non longius a munitionibus considunt.* Infra c. 36. *Considunt non longius ab oppido.* ubi itidem turbant MSS. et B. Alex. c. 28. *Considerat cum copiis rex loco*, ac B. Afric. c. 3. *Ante portam considunt*; item c. 24. 65. Flor. 2, 8. *Hic rex quibus auxiliis*, *quibus copiis considerat.* Sic MSS. 3 Vossiani. vulgo *sed.* Sic et *subsidere*, *residere*, de quo vide ad 7, 64. et Cort. ad Plin. Ep. 3, 1. *Iterum ambulat, iterum residit.* quod et restituendum Appulejo l. 1. Met. p. 14. *Juxta platanum residamus.* Sic enim MSS. et Edd. Vett. Perperam dedit Colvius cum seqq. *resideamus.* [Ne muta. Quietam sedem notat *consistere* post *vaga* latrocinia. Consule Cl. Burm. ad Ovid. Met. 11, 407. *profugum consistere.*]

*Non modo equitatum*] Poscere res ipsa videtur, ut scribatur, *non modo non equitatum.* quae particula librarii incuria, aut imperitia potius, omissa videtur. VOSS. Vossio res ipsa poscere videtur, *non modo non equitatum*, quapropter ultimam parti-

liquos ex oppido Drappes et Lucterius educunt: paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum, qui partim re frumentaria sublevare [a] eos cupiebant, partim prohibere, quo minus sumerent, non poterant; magnum numerum frumenti comparant: nonnumquam autem expeditionibus nocturnis caſtella [b] noſtrorum adoriuntur. Quam ob cauſſam 4
C. Caninius toto oppido munitiones circumdare contatur; ne aut opus effectum tueri non [c] poſſit, 488
aut plurimis locis infirma disponat praesidia.

XXXV. Magna copia frumenti comparata, [d] con- 1
sidunt Drappes et Lucterius [e] non longius ab op-

### VARIAE LECTIONES.

a Deeſt V. pr. b *eorum* L. sec. c Sic Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Pet. Reliqui et Edd. pp. aliaeque *posset.* et dein vulgo *in l.* et Edd. R. M. V. Vasc. R. Steph. Gr. poſt. *disposita praesidia haberet* contra MSS. *disposita pr. habeat* placet Hotom. d *considet* MSS. 10. *consident* B. tert. et Edd. pp. *consedit* B. sec. *constituunt* L. sec. male. V. ad c. 32. e *nec* V. pr. *longe* L. pr. paullo poſt vulgo *m. passuum.*

culam negantem librarii incuria, aut imperitia potius, omiſſam arbitratur. Nolim equidem virum eruditum incuriae, multo minus imperitiae, poſtulare, sed memoria certe lapſus eſt; hoc enim modo saepe loquuntur optimi auctores. *Caesar* B. G. 3, 4. *Non modo defesso ex pugna excedendi, sed ne saucio quidem ejus loci, ubi constiterat, relinquendi — facultas dabatur. Livius* 1, 40. *Non modo civicae, sed ne Italicae quidem stirpis.* Sic etiam 23, 29. *Justinus* 2, 1. *Ita ut non modo primae generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent.* Vide et *J. Vossium* de Conſtruct. c. 63. p. 244. DAVIS. Vide plura ad B. G. 2, 17. *Non modo intrari, sed ne perspici quidem possit.* Cl. Drak. ad Liv. 5, 38.

*In oppidi circuitu*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſii, *in circuitum.* CLARK. *Circuitum* etiam Bongarſiani, Voſſiani, Leidenſes, Egmund. Petav. Scal. Gott. etc. et Edd. Inc. Vascos. R. Stephan. Gryph. poſt. Recte. Vide tamen ad 5, 42. *In circuitu munitionem perfecerunt. circumitum* Ox.

*Paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum*] Reſcribo, *paucos dies morati in finibus Cadurcorum*, sublato commate, quod in Lipsiana et Scaligeri editione eſt. Pro me ſtat Petavianus codex. VOSS. Sed melior eſt vulgata Lectio. CLARK. Mei Codices nihil variant. jungenda, *ex finibus C. frumentum comparant.*

*Moratur*] Editi quidam, *conatur.* Inepte. CLARK. Monuerunt

pido x milibus, [a] unde paullatim frumentum in oppi-
2 dum subportarent. Ipsi inter se provincias parti-
untur, Drappes castris praesidio cum parte copia-
rum [b] restitit: Lucterius agmen jumentorum ad op-
3 pidum adducit. Dispositis ibi praesidiis, hora no-
ctis circiter x silvestribus [c] angustisque itineribus
4 frumentum inportare in oppidum instituit. Quorum
strepitum vigiles castrorum quum sensissent, explo-
ratoresque missi, quae [d] agerentur, renunciassent,
Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex pro-

VARIAE LECTIONES.

a Deest And. Ox. b *resistit* Pet. quod placet Grut. c *angustissimisque* Car. Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *angustusque* MSS. 2. Ed. Inc. d *gererentur* Ox. V. o. Leidd. B. pr. a m. sec. *facit* Ox. L. pr.

hoc jam Glareanus, Ciacc. Hotom. et patet clarissime tum ex sensu, tum ex c. 37. *conatur* esse falsum. Nihilominus sic invenias in Andin. Oxon. Petav. Leid. pr. Palat. Dorvill. a m. pr. aliisque, et Edd. Rom. Ven. et plerisque ante Scalig. An fuit, *commoratur*, vel *cunctatur* potius: pro quo scripserunt librarii, et forsan melius, *contatur*. Omnino adridet mihi, *cunctatur*, cujus Glossa mera est, *moratur*. *In* etiam abjeci auctoribus And. Oxon. Leid. pr. aliisque ante τὸ *locis*.

x *m. passuum*] Vocem *passuum* ejeci rursus fide MStorum octodecim et Edd. primarum. Vide ad B. G. 1, 15. et saepe alibi. Statim, *a milibus non amplius XII.*

*Ipsi inter se provincias partiuntur*] Tantundem est, ac si curas vel munia dicas. More Romano locutus est, apud quos Praetores et Consules soliti provincias sortiri: hinc *provincia* pro quovis munere. Apud historicos tamen is mos loquendi oppido rarus est. VOSSIUS.

*Adducit*] Sic quidem Lovan. Cujac. et Scalig. nisi excerpta fallunt. MSS. certe reliqui et Edd. primae exhibent modo, *ducit*. Sed adi 3, 22. Ceterum, *in oppidum*, habent And. Oxon. Leid. pr. Petav. ut actio ipsa pro voluntate ejus ponatur, quomodo passim loquuntur scriptores. Verum vulgata praestat. prius ad oppidum versus egit jumenta; dein in oppidum inportare per illa frumentum instituit.

*Vigiles castrorum*] Excubitores. Lucan. 8, 24. — — *Ne rumpite somnos, Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures.* Auctor de Bell. Hisp. c. 3. *Vigiles non poterant diligentiam praestare.* Vide et c. 35. DAVIS.

*Cohortibus armatis*] Supervacua videri possit vox, *arma-*

ximis castellis in frumentarios sub ipsam lucem inpetum fecit. [a] Ii, repentino malo perterriti, diffu- 5
giunt ad [b] sua praesidia: quae nostri ut [c] viderunt, acrius contra armatos incitati, neminem ex eo numero vivum capi patiuntur. Effugit inde cum paucis Lucterius, nec se recipit in castra.

XXXVI. Re bene gesta, Caninius ex captivis 1
comperit, partem copiarum cum Drappete esse in
castris a milibus [d] non amplius XII. Qua [e] re ex 489
compluribus cognita, quum intellegeret, fugato

VARIAE LECTIONES.

a *qui* Reg. *in* V. pr. *illi* V. sec. b deest Pet. c *videre* Pet. Ox. L. pr. d vulgo *m. n. a. X.* e deest MSS. 4 et Ed. Inc. *pluribus* L. pr.

*tis*, quia nemo tam fatuus foret, ut crederet, eum inermibus cum cohortibus inpetum fecisse. Sed jungi possunt, *armatis ex castellis proximis*; quas inde scilicet secum sumserat, quo faciunt optimae membranae, Andin. Oxon. Petav. Leid. pr. non agnoscentes *τὸ cum*. Vide tamen ad 5, 49. *Copiae erant armatae*, uti est in MSS. multis. Immo c. 36. *legionem armatam instructamque adducit*.

*Effugit*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii et Edit. Rom. *Profugit*. CLARK. Ursiniani Codicis lectionem recepit Scaliger, quae confirmatur ab ipsius Codice, item Petaviano, And. et Oxon. in ceteris MSS. et Edd. *profugit*. Bene utrumque.

*Millibus n. a.* x.] Supra idem dixit; celare tamen non debui, hoc loco in MSStis octo constanter legi, XII. VOSS. *Millibus non amplius X*) MSS. Ciacc. et Norvic. cum veteribus editt. habent, *a millibus non longe amplius XII.* quod cur rejiciatur non video. Saltem scribendum, *a millibus amplius X.* Vulgata enim lectio vix est Latina. DAVIS. *A millibus non amplius X*) Scaliger et recentiores, (*millibus.*) Sed MSS. omnes habent, (a *millibus.*) Quam et veram esse lectionem, vidit Davisius. MSS. Reg. et Eliens. et Editt. Vett. habent, (a *millibus non* longe *amplius* etc.) Vide supra ad 5, 47. CLARK. *A milibus non amplius XII.* rescripsi e MSS. omnibus et Edd. Vett. nisi quod Vascos. Bas. Ven. Aldin. Gryph. Plant. cum Oxon. codice non ineleganter reliquerint, *intra milia non amplius XII.* quam veriorem etiam lectionem fere opinor. *longe* addunt quoque MSS. aliorum et mei (praeter Cuj. Scal. Leid. pr. And. et Oxon.) et Edd. primae. Sed *longe* si admittas, praestaret abesse, *a*: vel legi debet, *a se milibus non longe amplius XII.* Vide ad 5, 47. *III milia passuum longe ab suis castris abesse. passuum* male inculcat Lipsianus codex.

duce altero, perterritos reliquos facile obprimi posse; magnae felicitatis esse arbitrabatur, [a] neminem ex caede refugisse in castra, qui de accepta ca-
2 lamitate nuncium Drappeti [b] perferret. Sed, [c] in experiundo quum periculum nullum videret, equitatum omnem, Germanosque pedites summae [d] velocitatis homines, ad castra hostium praemittit: ipse legionem unam in trina castra distribuit, alteram se-
3 cum expeditam ducit. Quum propius hostis acces-

VARIAE LECTIONES.

a *nemines* B. pr. *nemine* Lov. *excedere in* B. sec. And. Pet. *ex c. refugere* L. pr. Scal. *ex c. fugisse* V. pr. b *referret* L. pr. c Sic MSS. plurimi et Edd. pp. vulgo *q. in exp. experiendo* etiam MSS. aliquot et Edd. pp. minus bene. d *felicitatis* B. pr. sec. Hot. MS. et vulgo *omnes*, ac dein *hostem acc. hostes accessissent* L. tert. Ed. Inc.

*Magnae felicitatis esse arbitrabatur*] Hanc lectionem omnes exhibent Codd. et eam sine nota transmisere viri eruditi. At, si ita scripsit *Hirtius*, plane dormitavit. Censebat Caninius, *fugato duce altero*, *perterritos reliquos facile opprimi posse;* cjus igitur e re fuit, ut nuncius de Lucterii clade Drapeti perferretur; huic enim ob acceptam calamitatem alia ratione timor incuti non poterat. Ne minime quidem dubito, quin rescribendum sit, *magnae infelicitatis esse arbitrabatur.* Idem etiam, nisi fallor, iis, qui locum perpendent, videbitur. DAVIS. Optima conjectura legendum docet Davisius, *infelicitatis.* Id enim vult Hirtius, magnae *infelicitatis* fuisse, neminem ex caede refugisse in castra, qui de accepta calamitate nuncio allato Drapetem terreret. CLARK. *Felicitatis* non muto. Gaudebat Caninius, neminem cladis nuncium adferre Drappeti potuisse, ne aufugeret, antequam ad eum de inproviso venire posset; quo subito et inopinato adventu perterritus facilius obprimeretur. unde non male forsan in Ursini, Petav. et Leid. pr. est, *perterreri r. facile, et obp. posse.* Nisi et aliud quid lateat. Vide varias lectiones.

*Summae velocitatis omnes*] In 4 MSStis et nostro pro *omnes* reperio *homines*, nec damno, quia statim praecessit, *omnem equitatum.* In Petaviano tamen, qui reliquis emendatior est codicibus, est, *omnes.* VOSS. Codd. nonnulli, *homines;* lege: *summae velocitatis* homines, quemadmodum recte dant quinque, *Vossian. Norvic. Gottorp. Egmond.* et *Buslid.* DAVIS. *Cur. sec.* Accedunt Voss. pr. Leidenses, Scalig. et alii cum Edd. Incerta, Vascos. Strad. Stephan. Gryph. post. verissime. De hac corruptione egi pluribus ad 2, 30. 6, 16. et alibi.

*In trina castra*] Vulgg. (*intra castra.*) Sed ex Ursini Codice

sisset, ab exploratoribus, quos praemiserat, cognoscit, castra eorum, ut barbarorum fert consuetudo, relictis locis superioribus, ad ripas fluminis esse [a] demissa; at Germanos, equitesque inprudentibus [b] omnibus de inproviso advolasse, [c] et proelium commisisse.
Qua re cognita, legionem arma- 4
tam instructamque adducit. Ita, repente omnibus ex partibus signo dato, loca superiora capiuntur. Quod ubi accidit, Germani, equitesque, signis

VARIAE LECTIONES.

a *dim.* L. pr. V. tert. *at* deest Pet. a m. pr. *ad ea* Ed. R. Steph. vulgo *equites* sine *que* hic et infra. b *hominibus* L. pr. Sc. *de* abest a Pet. c MSS. plerique et Edd. quaedd. *proeliumque.* a MSS. 4. et Ed. Inc. abest *et.*

est, (in trina *castra.*) Quam veram esse lectionem, recte vidit Ciacconius. Sic enim jam supra dixerat Hirtius, (trina *excelsissimo loco castra fecit*, c. 33.) CLARK. Confirmant *in trina* MSS. Petav. Andin. Oxon. recepitque jam Hotomannus, Scaliger aliique.

*Propius hostem accessisset*] Codices, *propius hostis*, vel *hostes*, ac ita reponendum. DAVIS. *Cur. sec. Hostis* in Accusativo reposui, fide MSS. Bong. pr. sec. Egmund. Voss. pr. et aliorum. In reliquis et Edd. Vascos. Strad. Steph. est, *hostes*, quod, ut et *hostem*, reposuerunt ad ambiguitatem vitandam.

*Fert consuetudo*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. (fere *consuetudo* est.) CLARK. Ita optime restat in And. Oxon. et Petav. Male in reliquis et Edd. pp. item Vasc. Steph. aliisque, *fere est.* 6, 7. *quam populi Rom. fert consuetudo.* B. Civ. 1, 51. *ut fert Gallica consuetudo.* et saepius. Alia vide ad auctorem de B. Hispan. c. 26. *Opinio fert.* Par. ad Ter. Heaut. 2, 1, 3. *fert adolescentia.*

*At Germanos equites*] Ita visum Scaligero edere, cum in omnibus Codd. legatur, *Germanos, equitesque*, et ipse Hirtius disertim supra dicat, equites, et cum his pedites Germanos, ad oppugnanda castra missos. Tu veterem lectionem retine. Illud tamen dissimulare nolo, paucis ab hoc loco versibus, ubi legitur, *Germani equitesque signis legionis visis*, in MSto Cujacii, primo, secundo, tertio Bong. ac Pet. legi, *Germani equites*: sed noster MS. et Palat. retinent, *equitesque.* Excusari tamen Scaligeri lectio possit; nam non soli pedites, sed et equites Germani in exercitu Caesaris fuere. Testatur ipse l. 7. de bello Gallico, et ait: *Caesar ex castris equitatum educi jubet, proeliumque equestre committit: laborantibus jam suis Germanos equites circiter* CD *submittit, quos ab initio habere secum instituerat.* Et aliquanto ante eodem libro: *Cae-*

5 legionis visis, [a] vehementissime proeliantur. Confestim [b] cohortes undique inpetum faciunt; omnibusque aut interfectis, aut captis, magna praeda potiuntur. Capitur ipse eo proelio Drappes.

1 XXXVII. Caninius, felicissime re gesta, sine ullo paeno militis vulnere, ad obsidendos oppidanos
2 revertitur. [c] Externoque hoste deleto, cujus timore [d] antea augere praesidia, [e] et munitione oppidanos

VARIAE LECTIONES.

a *vehementius* Pet. b vulgo *omn. coh.* item *omnibus aut* cum MSS. uno et altero. *multisque* Pet. c *hesterno* MSS. 4. d vulgo deest *antea*. e deest Pet. *ex* Lov.

*sar, quod hostes equitatu superiores esse intelligebat, et, interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia atque Italia sublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas superioribus annis pacaverat; equitesque ab his arcessit, et levis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consueverant.* Nihilominus vulgatam lectionem praefero. VOSSIUS. *Germanos, equitesque, — Germani, equitesque*) Ita Codices plerique. Scaliger edidit, (*Germanos equites, — Germani equites* etc.) Atque ita utroque in loco scriptum est in MS. Reg. Neutra Lectio mala: fuere enim in exercitu Caesaris et *pedites* et *equites* Germani. CLARK. *Que* male Scaliger cum Ursino ex ipsius codice omisit hic et infra. Pedites Germanos intelligit, qui equitibus interpositi proeliari solebant, ut ait c. 13. et alibi saepius. Locutio autem eadem est, ac, *exercitus equitatusque, milites equitesque*, immo *homines equitesque* B. Civ. 2, 39. ubi vide etiam; et similia, quae aliquoties supra habuimus et ubivis obvia sunt. Adde Cortium ad Sallust. B. Jug. c. 49. *Equi Numidaeque.* Vacillant MSS. nam *equitesque* primo loco cum plerisque retinent And. et Oxon. at posteriori omittunt. Utroque loco omittunt etiam Leid. pr. Bong. pr. sec. et alii. Sed omnino retinere praestat cum Vossianis, Lovan. Egmund. et purimis. Ejecta est copula a librariis, non capientibus lectionis elegantiam.

*Confestim omnes cohortes*] Ut deleatur vox media, jubent *Bongars.* pr. sec. *Petav. Lov.* aliique MSSti. DAVIS. *Cur. sec.* Forsan exstat in solo Bong. tert. et Edd. quibusdam. At in ceteris et Edd. primis non comparet. quare ejeci.

*Cujus timore augere praesidia et munitione oppidanos circumdare prohibitus erat*] In MSS. pr. sec. tert. Bong. Pal. et nostro scriptum invenio, *cujus timore antea dividere praesidia.* Ita et MS. Cujacii et Petavianus (ad oram) habet: multo sane aptius, quam vulgatae editt. Et miror, Scaligerum ac Lipsium aliter edidisse. Nam timore externi hostis ausus non erat Caninius dividere praesidia, ne minus valida resistere nequirent.

circumdare prohibitus erat, opera undique imperat 491
adminiſtrari. Venit eodem cum ſuis copiis poſtero die C. Fabius, partemque oppidi ſumit ad obsidendum.

XXXVIII. Caeſar interim M. Antonium [a] quae- 1
ſtorem cum cohortibus [b] XV in Bellovacis reliquit; [c] ne qua rurſus novorum conſiliorum ad capiendum bellum facultas daretur. Ipſe reliquas civitates 2

VARIAE LECTIONES.

a Deeſt Pet. b *XII* B. sec. pr. a m. pr. *XIII* Pet. XVI Andin. dein *Belgis* MSS. 9. et Edd. pp. uti et *relinquit*. c *nec vi* Oxon. *ne cui* Pet.

Unum occurrit, quo defendi vulgata lectio poſſit, ut hoc modo accipias verba Hirtii: Caninius veritus erat, plures milites munitionibus imponere, ob externum hoſtem, cujus metu manum ſemper in armis paratam habere cogebatur. Interea non dubito, quin praeſtet ſcriptura manuſcriptorum. VOSS. *Antea dividere* etiam MS. *Norvic.* et Edd. *Rom. Ven. Beroaldi.* DAVIS. Ad ſenſum parum intereſt. CLARK. Bas. Ven. 1517. Ald. Gryph. Manut. et Plant. ante Scaligerum jam ediderunt, *augere:* eamque lectionem confirmant Petav. And. et Oxon. Cujac. a m. sec. Reliqui, etiam Cellarius cum MSS. ceteris, *antea dividere.* nisi quod Ciacconii liber, *sua tum div.* et Voſſ. sec. *annua div. Augere* non muto, ſed *antea* ſuo loco reſtitui. Reſpicit ad c. 35. *ne plurimis in locis infirma disponat praesidia.* Augendo praesidia diviſiſſet illa, et infirma reddidiſſet.

*Consiliorum capiendorum Belgis facultas d.*] Sic quidem MSS. plerique et Edd. primae. Sed cur non repetit, *Bellovacis?* quod videntur ſenſiſſe librarii quidam, qui pro *Bellovacis* dedere ſupra *Belgis*, in quibus ſunt Bellovaci; qui praecipue ſusceperant bellum, ſed et aliae civitates Belgarum ſe iis junxerant. Vide praecedentia et Cluver. Germ. 2, 11. qui infra c. 54. pro *Belgis* ſubſtituit fruſtra, *Bellovacos*, qui ſatis intelliguntur inde. quare nihil temere muto: ſed eruditior videtur lectio, quam ut proficiſci potuerit a librariis, quam ſervant Petav. Andin. et Oxon. *cons. ad capiendum bellum f. d.* quomodo exhibuerunt Ven. 1517. Basil. Ald. Gryph. Manut. Plant. aliique. *Capere bellum* eſt, id capto tempore et occaſione facere, ſuſcipere, pro quo frequentius dixerunt, *sumere bellum.* Vide Heins. et Burm. ad Ovid. Epiſt. 17. in f. Duker. ad Florum 4, 12. Cort. ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 83. Ita *capere* et *sumere arma* idem notant. Aliter legi poſſet quoque, *faciendum:* quae verba ſexcenties confunduntur. ſed non opus eſt.

*Quorum consilio in civitate*] Non ſoli rebellionis principes, ſed tota gens Carnutum timebat; ideo Caeſar, ut *civitatem metu liberaret*, Guturvatum ad ſup-

adit: obsides plures imperat: timentes omnium
3 animos [a] consolatione sanat. Quum [b] in Carnutes venisset, quorum consilio in civitate, superiore Commentario [c] Caesar exposuit, initium belli esse ortum, quod praecipue eos propter conscientiam facti timere [d] animum advertebat, [e] quo celerius civitatem [f] metu liberaret, principem sceleris [g] il-
491 lius, et concitatorem belli Gutruatum ad subpli-
4 cium [h] deposcit: qui etsi [i] ne civibus [k] quidem suis

## VARIAE LECTIONES.

a *consolari q.* B. sec. *cons. facta s.* B. sec. a m. s. Busl. B. tert, Pal. Dorv. Carr. Edd. R. M. V. Fl. b abest B. pr. c deest MSS. 4 et Ed. Inc. *Caesaris* L. sec. d Sic Ox. And. *advert.* Edd. R. M. V. vulgo *animadv.* e *quod* Eg. *liberius* L. tert. Ed. Inc. f Sic Pet. C. Sc. And. Ox. L. pr. Reliqui et Edd. pp. *timore.* g Ox. et Edd. vulgares *ipsius.* h *depoposcit* MS. Br. L. pr. V. pr. Egm. et 4 alii cum Ed. Inc. nec male. i *nec* B. pr. *non* Dorv. Edd. R. M. V. k deest Pet. V. ad 7, 8. *suis* abest a Pet. B. pr. L. tert. Ed. Inc.

plicium deposcit. Quod cum ita sit, omnino superflua videtur vox, *consilio*, quam recte omittunt MS. *Norv.* ac editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph.* et sane Carnutes *principes se ex omnibus bellum facturos* pollicentur, ut dixit *Caesar* B. G. 7, 2. quem locum *Hirtius* noster in animo habuit, cum haec scriberet. DAVIS. *Quorum in civitate*) Ita recte edidit Davisius ex MS. Eliensi et Edd. Vett. Quomodo et in MS. Regio scriptum est. Scaliger aliique ediderunt (quorum consilio *in civitate* etc.) perperam. Non enim recte dicas (*Carnutum consilio initium belli in Carnutum* civitate *esse ortum*,) sed (*Carnutum* in civitate *initium belli* (Gallici scilicet universi) *esse ortum.*) CLARK. Agnoscunt *consilio* Petav. Cujac. et Edd. quas modo nominavi. Ceteri scripti et Edd. non habent. Nihilominus dubito, an sit quidem Glossa. Non enim tantum in civitate Carnutum, sed et eorum consilio bellum ortum est, uti patet loco per Davisium citato. Quare rejicere nolui. Clarius locutus esset scribendo, *quorum cons. et in c.* vel, *quorum in civitate et consilio*, aut denique potius, *quod praecipue eos, quorum consilio in civ.* etc.

*Guturvatum*] Supra nominavit Caesar *Cotuatum* et *Conetodunum*, duces Carnutum: sed ille in Petaviano Cod. nominatur *Catuatus.* et hoc loco in MSto Petaviano scribitur *Matruatus*, pro *Guturvatus.* In Cujacii MSto et Palatino est, *Gutruatum*, in pr. B. *Gutruatium*, in tertio, *Gatriatrium.* In MSto nostro est, *Gutruatrum.* In veteri codice, *M. Gutirnatum.* Unde quis in tanta nominum diversitate non

suis se committebat; tamen celeriter, omnium cura quaesitus, in castra perducitur. Cogitur in ejus [a] subplicium Caesar contra naturam suam, maximo militum [b] concursu; [c] qui ei, omnia pericula et detrimenta belli a Gutruato accepta, referebant; [d] adeo ut verberibus exanimatum corpus securi feriretur.

XXXIX. [e] Ibi crebris litteris [f] Caninii fit cer- 1
tior, quae de Drappete et Lucterio gesta essent,
[g] quoque in consilio permanerent oppidani: quo- 2

VARIAE LECTIONES.

a *subplicio* Pet. b Pet. Ox. And. Edd. quaedd. *consensu.* minus bene. MSS. quidd. et Edd. *contra suam n. conc. m. mil.* c vulgo sine *ei.* d *in eo v.* Pet. *adeo in v.* And. e deest Pet. f *Canini* MSS. multi. *C. Antonius* Pet. g *et in quo* L. pr. Ox.

immerito suspicetur, eundem designari, quem supra Caesar *Cotuatum* appellavit. VOSS. Utrobique e suo Codice *Gutuatum*, vel *Cotuatum*, scribendum censet Ciacconius. Certe *Guturvatum*, vel *Guturnatum*, est in nullo MSto. Plerique meliores hic et statim *Gutruatum* exhibent: nisi quod hoc loco *Maturatum* Petav. Andin. et Oxon. dent, *M. Guttruatum* Leid. pr. Alii, *Gutriatum*, *Gutriatrum*, *Gutuatrum*, *Gatuatrum.* Sed statim *Gutruato* And. Pet. Cuj. Leid. pr. Oxon. Bong. pr. sec. Voss. pr. Lovan. et plures cum Edd. primis: quod interim reposui.

*Perducitur*] Leid. pr. tert. Scalig. Carrar. et Ed. Inc. *producitur*, e latebris scilicet protractus. Vide ad 7, 13. *Ad Caesarem perduxerunt.* ubi eadem varietas, ut passim.

*Detrimenta belli a Guturvato accepta referebant*] Guturvatum detrimentorum causam esse, praedicabant. Metaphora ducta est a re nummaria; proprie enim *acceptum referre* dicebantur, qui pecuniam iis numeratam in Codicem *accepti* referebant. Sed, quod praecipue notandum, huic locutioni *Dativum* apponunt alii Scriptores, *Ovidius* Trist. 2, 1, 10. *Acceptum refero versibus, esse nocens. Horatius* Epist. 2, 1, 233. — *Incultis qui versibus, et male natis, Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.* Ad eum locum plura *Dionys. Lambinus.* Forte igitur apud *Hirtium*, omissa praepositione, scribendum, *detrimenta belli Guturvato accepta referebant.* DAVIS. *Guturvato*) Ita legendum vidit Davisius. Alii omnes habent, (a *Guturvato*) quae tamen et ipsa lectio forte ferri possit. CLARK. *A* deleverunt jam Vascos. Strada, R. Steph. Gryph. Ed. post. Verum MSS. omnes servant praepositionem *a.* Recte quidem, si modo mecum legas, *qui ei*, uti est in Petav. Bong. pr. et Leid. pr. quo facit etiam secundus, qui

ciam [a] magna poena esse adficiendam judicabat; ne universa Gallia non [b] defuisse vires sibi ad resistendum Romanis, sed constantiam, putaret; neve hoc exemplo ceterae civitates, locorum obportunitate
3 fretae, se vindicarent in libertatem: quum, omnibus Gallis notum, [c] sciret, reliquam esse unam
493 aestatem suae provinciae; quam [d] si sustinere po-
4 tuissent, nullum ultra periculum vererentur. Itaque [e] Q. Calenum legatum cum legionibus II relinquit, qui justis itineribus se subsequeretur: ipse cum omni equitatu, quam [f] potest celerrime, ad Caninium [g] contendit.

VARIAE LECTIONES.

a *magnam p. e. a. judicavit* V. pr. b Sic MSS. et Edd. pp. non *v. sibi d. def. ibi* MSS. 9 Ed. Inc. Hic autem desinit manus vetusta Bong. pr. c Sic Pet. Ox. vulgo *esse sc.* d deest *si* MSS. 2. *possent* iidem et Edd. R. M. *posset* Ed. Ven. e Edd. pp. et aliae *C.* male. V. Gland. *II* abest a MSS. et Edd. praeter Pet. Cuj. Sc. L. pr. Oxon. And. qui etiam servant *se*, quod a reliquis abest. ut B. C. 1, 8. et saepe. *Reliquit* etiam in longe plurimis MSS. Bene utrumque. f *ponit* G. *potuit* V. tert. an *pote?* g *tendit* Ox.

dat, *quo*. Milites referebant sive narrabant ei, omnia detrimenta belli esse accepta a Gutruato. Non adfuerat enim ipse Caesar. *Accipere detrimentum ab aliquo*, cum apud ceteros scriptores, tum crebro in hisce commentariis occurrit. Vide modo B. Civ. 3, 72. Si tamen Davisii lectio a bonis confirmaretur, iis adsensum meum non denegarem. Forsan totum *Gutruati* nomen est e Glossa ortum, ut *ei* ad Gutruatum, non ad Caesarem, referatur.

*De Drapete gesta*] MS. Reg. (a *Drapete* etc.) Et sane, *de aliquo geri*, pro eo, quod est, *de aliquo fieri*, inusitatior est loquendi modus. CLARK. *De* abest a Voss. sec. male. *Gesta* idem, quod *acta*, *facta*. Quae verba crebro inter se permutantur ab auctoribus. Virgil. G. 4, 305. *Hoc geritur*. Adi Gron. Obs. 4, 14. Munker. ad Fulgent. p. 67. Sic *agere* et *gerere Remp.* *gerere* et *agere bellum*. et cetera hic et alibi.

*Neque ab oppugnatione recedi videret ulla conditione posse*] Petavianus codex: *neque oppugnatione posse recipi*, *aut conditione ulla videret*. VOSS. Petaviani Codicis lectionem probat omnino Gruterus: bene.

XL. Quum, contra [a] exspectationem omnium, 1
Caesar [b] Uxellodunum venisset, oppidumque operi-
bus clausum [c] animum adverteret; neque ab obpu-
gnatione recedi videret [d] ulla conditione posse;
[e] magna autem copia frumenti abundare oppidanos,
ex [f] perfugis [g] cognosset; aqua prohibere hostem
[h] tentare coepit. Flumen [i] infimam vallem dividebat, 2
quae [k] totum paene montem cingebat, in quo po-
situm erat [l] praeruptum undique oppidum Uxellodu-
num. Hoc flumen [m] averti loci natura prohibebat: sic 3
enim in imis radicibus montis ferebatur, ut [n] nul-
lam in partem, [o] depressis fossis, derivari [p] posset. 494

VARIAE LECTIONES.

a *Exspectationes* Egm. b *Auxiliodunum* Egm. a m. s. *Usellod.* hic et mox L. pr. *Usellud.* B. tert. *Usselludonum* V. pr. sec. et mox. *Uxelled.* L. sec. V. c. 32. c Sic rursus Ox. non *animadv.* d *nulla* Dorv. Pal. e deest G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. f *prof.* L. pr. sec. V. tert. pr. a m. Edd. qdd. more solito. g Sic B. sec. Pet. Egm. Lov. V. pr. Br. et 4 alii cum Ed. Inc. *cognosceret* Ox. V. sec. et Edd. multae. *cognovisset* Al. *convenisset* B. pr. Edd. R. M. V. h deest G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. et L. pr. inter versus. i *infra inf.* Pet. k Sic MSS. et Edd. Vett. non *p. t.* *pontem* inserit L. Inc. l tria haec verba non sunt in Pet. m vulgo *avertere*, et *enim imis.* n *nulla ex parte* Lov. o *deflexis* L. sec. male. p *possit* Ox.

Caussam enim non video, cur Caesar ab obpugnatione recedere non posset, salva etiam existimatione: cum modo hanc illamve caussam praetexere voluisset; multo minus, ut id fieri non potuerit *ulla conditione.*

*Quae pene totum montem cingebat*] Quid hoc? vallis pene totum montem cingebat? cur non totum? Emendo, *Flumen infimam vallem dividebat, quod pene totum montem cingebat.* Infra autor ipse ait c. 41. *Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quae fere pedum ccc intervallo fluminis circuitu vacabat.* Merito dicit, *pene* oppidum flumine cinctum fuisse, cum trecentorum tantum, vel vix trecentorum pedum spatium esset, qua intermittebat amnis. Sane primus ac secundus Bongarsiani codd. non habent, *quae:* nec tamen, quomodo haberent, recte legere potui. VOSS. Dionys. Vossius emendat, (Quod *pene totum* etc.) Ut scilicet *flumen*, non *vallis*, dicatur pene totum montem cingere. Quomodo et infra ait Hirtius, (*fere pedum* ccc *intervallo, fluminis circuitu vacabat.*) *Vallis* enim cur *pene totum*, non *totum*, montem cin-

4 Erat autem oppidanis difficilis, et praeruptus eo descensus; ut, prohibentibus nostris, sine vulneribus, ac periculo vitae, neque [a] adire flumen, ne-
5 que arduo [b] se recipere possent adscensu. Qua difficultate eorum cognita, Caesar, sagittariis fundi-toribusque dispositis, tormentis etiam quibusdam locis contra facillimos descensus conlocatis, aqua [c] fluminis prohibebat oppidanos; quorum omnis

VARIAE LECTIONES.

a *adiri* Pet. Sc. *posset*. b deest Pet. c exsulat a Pet.

gere dicatur? Sed recte respondet Cellarius, fieri etiam posse, ut *Vallis* montem *pene totum*, non *totum* ipsum, cingat; depressior scilicet illa, per quam flumen labatur. Quae demum si vera Lectio sit, erit illud porro observandum, ex eo, quod infra dicitur, (*pedum tantum* ccc *intervallum*, fluminis *circuitu vacare*,) utique flumen vallem illam infimam non divisisse transversam, sed per mediam transisse tota ea sui parte, qua montem cingebat. CLARK. *Quod* margini adlevit Vascosanus et Lipsius. *quis* videtur esse in Bong. sec. posset esse, *quâ*, ut *flumen* nominativus etiam verbi *cingebat* sit. De hac particula diximus supra aliquoties.

*Hoc avertere*] In Petav. And. et Oxon. legitur, *flumen averti*. Scribe, *hoc flumen averti*, *loci n. prob.* Id flagitare horum Commentariorum stylus videtur. statim, *magnus fons etc. hoc fonte*.

*Sic enim imis*] Ita MS. Steph. Petav. et Ox. In Andin. *sic enim in imis*. Carr. *infimis enim sic*. Reliqui et Edd. primae aliaeque, *In infimis enim sic*. Quare addidi saltem, *in*, elisum a syllaba vocis, *enim*. Nisi altius ulcus et interius sedeat.

*Multitudo aquatum*] Ultimam vocem, utpote probam, retineo, sed aliud jubere videntur MSti. Est enim *aquarum* in duobus, *equitorum* in alio. Sed Cujac. Andin. Bong. sec. Pet. Leid. pr. Scalig. Egm. Vossian. pr. et 4 alii cum Carrar. et Ed. Inc. exhibent, *aquatorum*. Nec male. Caes. B. Civ. 1, 73. *Aquatores ab equitatu premi*. Auctor B. Hisp. c. 21. *Ad aquatores nostros excurrerunt*. Et sic Livius, alii. Mutassent ii, qui Genitivis duobus utrimque uni substantivo junctis offendebantur; at vide notata ad 1, 30. *Helvetiorum injurias populi Romani*. Adridet tamen magis hic loci *aquatum*.

*Sub ipsius oppidi murum magnus fons prorumpebat*] MS. *Norv.* et *Brant.* cum editt. *Rom. Ven. Beroald. Sub ipsius oppidi murum* ubi *magnus fons prorumpebat*, unde scribendum, mutata distinctione: *Quorum omnis postea multitudo aquatum unum in locum conveniebat sub ipsius oppidi murum, ubi magnus fons prorumpebat* etc. DAVIS.

postea multitudo aquatum unum in locum [a] conveniebat.

XLI. Sub [b] ipsum enim oppidi murum magnus 1 fons aquae prorumpebat ab ea parte, quae [c] fere pedum ccc intervallo fluminis [d] circuitu vacabat. Hoc fonte prohiberi posse oppidanos, quum opta- 2 rent reliqui, Caesar unus videret; (*non sine magno periculo*) [e] e regione ejus vineas agere adversus 495

VARIAE LECTIONES.

a *veniebat* Dorv. Edd. R. M. V. Fl. b vulgo *ipsius o. m. m. f. pror.* c *vero* MSS. 2. *pedes* Ox. *pede* Eg. V. pr. d *circumitu* Ox. B. pr. e deest MSS. 6.

*Conveniebat sub* ipsius *oppidi murum: ubi magnus fons etc.*) Ita optime restituit *Davisius* ex Editt. Vett. et MSS. Eliens. et Brantii; quibuscum consentit MS. Reg. Scaliger aliique ediderant, (— *conveniebant. Sub ipsius oppidi murum, magnus fons etc.*) Al. (— *conveniebat. Sub* ipsum enim *oppidi murum, magnus fons etc.*) CLARK. Lectionem, quam in textum recepit Davisius, invenias quoque in Vossiano primo, Egmund. Lovan. et 5 recentioribus MSS. cum Edd. primis. At in iisdem, uti etiam in Bong. sec. tert. Pal. Voss. sec. Gott. additur, *f. aquae.* Verum longe elegantius est vulgata; sive potius, *sub ipsum enim op. murum:* uti exhibent Petav. Andin. Oxon. *enim* addunt quoque Cujac. Scalig. Leid. pr. (in quo, *muro*) et Edd. Bas. Ven. 1517. Vasc. Ald. Gryph. Manut. Steph. Plant. aliique: quod restitui. *Aquae* tamen addidi ob ceterorum Codicum consensum, quem augent Vasc. Strada, Steph. aliique. Crebro has voces, *fons aquae*, junctas reperies. Languet nimium istud, *ubi*, et, ut vidimus, in vetustioribus scriptis non comparet.

*Fluminis c. vacabat*] Nonnihil clarius Petav. et Scalig. *a fl. circuitu vacabat.* Utrumque Latine dici, nemo nescit.

*Non sine magno periculo*] Sane non damnaverim Petavianum codicem, in quo haec verba omittuntur, uti et secundo Bongarsiano. Itaque hoc pacto legenda haec periodus: *Hoc fonte prohiberi posse oppidanos, cum optarent reliqui, Caesar unus videret; e regione ejus vineas agere*, etc. VOSS. Repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *prohiberi posse:* quod cum haud caperent e Librariis nonnulli, has voces a quibusdam Codd. exulare jusserunt. Cave enim, aures praebeas *Vossio*, qui eas recte abesse censuit; sequitur enim in *Hirtio*, quod ejus conjecturam prorsus evertit. *Continua* certe *dimicatio*, et loco quidem iniquo, magnum affert periculum. DAVIS. *Caesar unus videret; non sine magno periculo—aggeres struere coepit*) Ita distinxi, quoniam, quod in Editis erat, (*Caesar unus videret* eos *non sine magno periculo* prohiberi posse,) difficilis videbatur et salebrosa constructio. Nec sane recte dicitur Caesar id

montem, et aggeres [a] instruere coepit, [b] magno
3 cum labore, et continua dimicatione. Oppidani [c] enim, loco superiore [d] decurrentes, eminus sine periculo proeliabantur, multosque, pertinaciter

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *struere*. b *cum magna et cont.* Pet. And. Ox. L. pr. Scal. Cuj. c *vero* L. pr. Sc. d *disc.* Leid. pr. *rec.* Ox. A. *superiori* etiam L. pr. *eminus* vulgo abest.

*unus* videre sine magno periculo fieri non posse, quod utique et *reliqui omnes*, propter manifestam difficultatem, *optarent* potius, quam sperarent. Ut tamen verum fatear, neque eo, quo edidi, modo, caret difficultate haec locutio. Cum enim proxime sequatur, (*magno cum labore et continua dimicatione;*) supervacuum judicare possit quis istud, (*Non sine magno periculo,*) in eadem parte sententiae praemissum. Quamobrem notatu dignum videtur, quod observavit Dionys. Vossius, utique deesse istas voces, (*Non sine magno periculo,*) in Codicibus Petaviano et Bongarsiano: ut et in MSS. Eliens. et Is. Vossii desunt. Si conjecturae indulgere liceat, fieri forte potest, ut ex eo, quod tribus post lineis (*sine periculo*) scriptum est, irrepserint. Nam in MS. Reg. et hic quoque, omissa particula (*non,*) scriptum est (*sine magno periculo.*) Sed judicet Lector eruditus. CLARK. Quod si durior videatur loquendi ratio, legi queat, *quanto cum periculo id fieret*, uti quidem dat *Egmond.* DAVIS. *Cur. sec.* Non dubium mihi est, quin Egmundani Codic. lectio sit e doctioris alicujus hominis interpolatione, qui videret, alteram minus sanam esse: verum tamen eadem manet difficultas. nam cum id *optarent* modo reliqui, utique viderunt quoque, sine magno periculo id fieri non posse. *Non* abest quoque a Palat. Bong. tert. Carrar. Dorv. Leid. sec. Immo omnia, *non sine m. periculo*, desunt quoque ab Oxon. Andin. Cujac. Scalig. Leid. pr. Vossianis omnibus, Lovan. Gott. et Edd. Inc. ac R. Stephani; quare omnino eas voces suppositítias et alienas existimo, uncisque inclusas aliis litteris excudi curavi. Vel sic tamen ter hoc capite occurrunt, *sine periculo*.

*Adversus m.*] Andin. et Oxon. *contra montem*. Quae videtur verior lectio. Sic 4, 20. *Regiones, quae sunt contra Galliam*. 5, 13. *Tertium est contra Septentriones*. 7, 62. *Contra castra Labieni*. B. C. 1, 56. *Insula, quae est contra Massiliam*; et 3, 22. *Quae contra portum Br. est*. Adde c. 40. et Davis. ad B. Hisp. c. 27. *Contra Hispalin*. Adde notata ad Front. 1, 4, 7. *Contra Abydon*.

*Aggeres struere*] Sic quidem And. Oxon. Petav. Leid. pr. Scal. et Cujac. nisi excerpta fallunt. At MSS. reliqui et Edd. primae, *aggerem instruere*. Sed Edd. Vasc. Str. Steph. et Gryph. post. *aggeres instruere*. Quod omnino verum credo. Saltem *instruere* revocavi; quod compositum eleganter pro simplici adhiberi solet. *Contabulationem*, vel *parietes instruere* B. Civ. 2, 9. ubi v. B. Afric. c. 20. *Officinas ferrarias intruere*. c. 51. *Opus instruebat*. Adi viros doctos ad

succedentes, vulnerabant; [a] ut tamen non [b] deterrerentur milites nostri vineas proferre, (et labore) atque operibus vincere locorum difficultates. Eo- 4
dem tempore tectos cuniculos [c] ab vineis agunt ad 496

VARIAE LECTIONES.

a *uti* And. b *terrer.* L. pr. And. c vulgo *crates et vineas.*

Nepotis Them. c. 6. *Audierunt, muros instrui.* ubi eadem varietas. Front. 3, 17, 4. *Instructum duplici munitione castellum.* Restituendum et hoc Appulejo, si vere doceat Elmenhorst. in MSS. Flor. et Bertin. ita legi l. 6. p. 112. *fanum sublimi fabrica instructum.* vulgo, *structum.* ut l. 10. p. 232. *mons sublimi fabrica instructus.* Adde omnino Scriver. ad Veget. 2, 11. *Instructores.*

*Decurrentes, sine periculo proeliabantur; — vulnerabant: ut tamen non deterrerentur* etc.] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. Vett. (*decurrunt; eminus sine periculo proeliantur; — vulnerant: non deterrentur tamen etc.*) CLARK. *Ut tamen non deterrerentur*) MS. *Norvic.* prima voce omissa, exhibet, *non tamen deterrentur.* Editt. *Rom. Ven. Beroald. non deterrentur tamen.* Vulgatam autem lectionem retineo, a qua abiere Librarii, quod ejus elegantiam non intelligerent. DAVIS. Vulgarem jam lectionem e MSS. Ursini et Faerni recepit primus Scaliger, eaque confirmatur MSS. Andin. Oxon. Leid. pr. Cujac. Scalig. et Petav. nisi quod *eminus* etiam agnoscant Cujac. et Scalig. quare eam vocem addidi, confirmatam a MSS. et Edd. reliquis. *Deterrentur* est quoque in Leid. sec. At exceptis ante nominatis MSS. omnes quoque habent mei, quod de suis monent alii. Sed male. Subintelligitur, *sic, ita, tamen, ut nostri non deterr.* Vide omnino ad 3, 14.

*Et labore*] Desunt hae voces in Petav. Scalig. Leid. pr. And. et Oxon. Bene: supra enim jam dixerat, *magno cum labore.* unde etiam e MSS. illis exciderat. Hic certe plane otiosae sunt; quare uncis inclusi. *Vineis atque operibus v. loc. d.* tantum legas in Oxon. et And.

*Eodem tempore tectos cuniculos, crates, et vineas agunt ad caput fontis*] Ita et Scaliger edidit, et in tertio Bongarsiano reperio. In secundo est, *cuniculos tectos ad vineas agunt ad caput fontis.* Primus, *cunic. tect. ad aggeres ac vineas agunt ad caput fontis.* Palatinus, *cuniculo tectos ad vineas agunt, et ad caput fontis.* Nescio tamen, an probare ausim scripturam, quam Scaliger retinuit. Primo, quia subdit autor, illud genus operum sine suspicione hostium facere licuisse: nam crates et vineas conspicere poterant oppidani. Deinde, quia nullus scriptorum dixit, *crates agere.* VOSS. Manifeste vitiosa est haec lectio; neque enim *sine ullo periculo et sine suspicione hostium* crates projici, et vineae agi possunt, cum hujusmodi opera in omnium conspectu administrentur. Solis cuniculis hoc convenit, qui sub terram aguntur. Primus *Bong. Cuniculos tectos ad aggeres et vineas agunt ad caput fontis,* sic etiam editt. *Rom. Ven. Be-*

[a] et sine suspicione hostium facere licebat. Exstruitur agger in [b] altitudinem pedum IX: [c] conlocatur

### VARIAE LECTIONES.

a Deest *et* MSS. 10. Ed. Inc. *p. sine etiam s.* Egm. b *altitudine* MSS. 4. *pedes* MSS. 11. Ed. Inc. vulgo *LX*. c *collocantur in eo turres* Pet. *nisi* G. abest cum seq. v. a V. sec. *quidem* etiam deest And. Ox.

*roald.* MS. autem *Palat. Cuniculo tectos ad vineas agunt et ad caput fontis:* ita et *Carrar.* nisi quod ille, *cuniculos. Bongars.* secundus, *Cuniculos tectos ad vineas agunt ad caput fontis*, pro quo *Norvic.* habet, *et caput fontis.* Legendum crediderim, *Cuniculos tectos ab aggere et vineis agunt ad caput fontis*, vel, prope ad vestigia aliorum Codicum, *cuniculos tectos a vineis agunt ad caput fontis*, ut dicat *Hirtius*, cuniculos a vineis initium cepisse, ad caput autem fontis pertinuisse; et sane c. 43. narrat, *cuniculis venas fontis intercisas esse atque aversas.* Confirmat hanc conjecturam *Jul. Celsus* p. 168. *Cuniculis*, inquit ille, *sub terram actis ad ipsius fontis venas penetrando pervenit.* DAVIS. *Cuniculos* ab aggere et vineis *agunt ad caput fontis, — sine suspicione hostium*) Pulcherrima haec est Davisii emendatio. Scaliger aliique ediderant, (*cuniculos*, crates et vineas *agunt etc.*) Sed praeterquam quod jam supra dixerat Hirtius, (*vineas agere coepit*,) et, (*non deterrerentur vineas proferre*,) quod proinde hic repetere supervacuum sit: illud quoque falsum, *crates et vineas agi* posse, *sine suspicione hostium.* MSS. variant. Al. *ad aggeres et vineas agunt.* Al. *ad vineas agunt ad caput fontis.* Al. *ad vineas agunt et ad caput fontis.* Emendatione Davisiana haud facile quicquam concinnius reperias. Nisi forte cum Cellario, ex Veteribus quibusdam Editis, sola ista, (*cuniculos agunt ad caput fontis*,) vel sine lacuna, vel cum lacuna, (*cuniculos **** agunt ad caput fontis*,) scribas. CLARK. *Ad aggeres ac vineas ag.* est in solis Ortel. et Bong. pr. cujus manus hic est recentissima, atque Edd. Rom. Ven. Med. Flor. Cell. Inc. MSS. Faerni, Urs. et Bong. tert. *cun. crates et vin. ag.* ineptissime: quam lectionem miror secutum esse Scaligerum. MSS. duodecim vel plures, uti et aliorum cum Ed. Inc. dant, *ad vineas agunt et caput f.* nisi quod Palat. Ortel. Carr. et Dorvill. *et ad c. f.* quod ultimum edidit Cellarius. At vero Andin. Oxon. et Petav. a manu prima non agnoscunt omnia illa, *crates et vineas*, uti nec Edd. Bas. Ven. 1517. Vasc. Strada, Ald. Gryph. Manut. Stephan. Plant. unde parum abest, quin statuam, illa esse repetita pro interpretatione e superioribus, inepte. Ejeci saltem, *aggeres*, vel *crates*, et *ab vineis* exhibui. cum soleant saepe librarii *ad* mutare in *ab.* Hinc confusa *ab labore*, et *ad laborem.* Vide ad 5, 9. *ad sententiam*, et *ab sententia.* V. ad 7, 78. B. C. 1, 18. 2, 1. 39. et similiter crebro pro *ab* in MSS. est, *ad.* Orosius ait, *sub obtentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant.*

*Ad caput fontis*] Originem at-

in eo turris x tabulatorum, [a] non quidem, quae 497
moenibus [b] adaequaret (id enim nullis operibus effici poterat,) sed quae superaret fontis fastigium.

VARIAE LECTIONES.

a Deest And. Ox. b vulgo *aequaretur*.

que initium, ut saepe alias. Vide *Laevin. Torrentium* ad *Horatii* Od. 1, 1, 22. At *Caesar* B. G. 4, 10. de Rheno ait, *multisque capitibus in Oceanum influit*, ubi liquet *capitibus* ostia denotari: negarunt autem interpretes, hoc vocabulum ea notione alibi usurpatum, nec quisquam dubitet, illam vocis potestatem esse rarissimam. *Cl.* tamen *Mamertinus* Pan. 2. c. 16, 4. eodem sensu adhibuit. *Citra Maeotim*, inquit, *sub extrema septentrionis plaga, qua fervidum* caput *Danubius evolvit*. Qui non sunt prorsus ἀγεωγράφητοι, probe norunt, Maeotim non fonti, sed ostiis Danubii esse propinquam. DAVIS.

*Suspicione*] Voss. pr. et sec. *susceptione*. Forsan pro, *suspectione*. Vide ad 6, 7.

*In altitudinem pedum* LX] Sic ex *Orosii* l. 6. emendavit *Pet. Ciacconius*, quem in sua editione secutus est *Jos. Scaliger*, cum e MSS. et antiquis cusis alii habeant, *pedum* IX, alii, *pedum* VI. DAVISIUS. *LX* quidem in Petaviano Codice exstare monet Gruterus. Verum vix mihi credibile, aggerem fecisse pedum LX, et in eo insuper turrim collocatam esse. And. et Oxon. cum Edd. Vasc. Ven. Bas. Aldi, Gryph. Manut. et Plantini dant *IX*. In reliquis MSS. et Edd. *VI*. Rectum omnino est *IX*. Quod patet ex ipso Orosio 6, 11. *Exstruitur agger et turris pedum sexaginta, cujus vertex adaequare fontis locum possit.* Non dicit Orosius, *aggerem* fuisse pedum LX, sed *aggerem et turrim*. Si ergo aggeri des IX pedes et turri L pedes, sive singulis tabulatis V, efficientur LX pedes; quod etiam bene advertit Hotomannus.

*Aequaretur*] Aldus Manutius, allatis exemplis, contendit legendum, *aequaret*. Atque ita in MS. Eliensi scriptum esse, adnotavit Davisius. CLARK. Placet Manutii conjectura, *aequaret*: uti est quoque in Leid. tert. Voss. pr. tert. Lovan. Gottorp. Dorv. Ed. Inc. aliisque. Sive potius, *adaequaret*: quod servarunt nobis And. Leid. pr. et Scalig. *Adaequaretur* est in Petav. et Oxon. Praepositionem addendam, vel Orosii locus e nostro desumtus docere potest. *Adaequare* autem cum Dativo vel simpliciter positum neutraliter solet adhiberi. Livius 1, 56. *Quibus operibus vix nova haec magnificentia adaequare potuit*. Supra 6, 12. *Adaequare apud Caesarem gratia.* ubi etiam alii *adaequari* malebant. B. Civ. 2, 16. *Virtute se nostris adaequare non posse.* ubi MS. unus, *nostros*. Vide etiam ad B. Alex. c. 16. *Virtuti nostrorum adaequare.* ut est in nonnullis.

*Superaret fontis fastigium*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Editt. vett. (superare *fontis fastigium* posset.) CLARK. Quod vulgo jam editur, Scaliger primus recepit ex Ursini Codice, et confirmatur MSS. And. et Oxon. Reliqui MSS. et Edd. *superare f. posset.* dein etiam habent *aditum* MSS. plerique et Edd. pri-

6 Ex [a] ea quum [b] tela tormentis jacerentur ad fontis aditus; nec sine periculo possent adaquari oppidani; non tantum pecora, atque jumenta, sed etiam [c] magna hominum multitudo siti consumebatur.

1 XLII. Quo malo perterriti oppidani [d] *cupas sevo, pice, scindulis* [e] *complent: eas ardentes in opera provolvunt.* [f] *Eodem tempore acerrime proeliantur, ut ab incendio restinguendo* [g] *dimicatione et periculo*

VARIAE LECTIONES.

a *eis* Pet. b *late* B. sec. c deest And. Ox. Pet. *mult. hostium* MSS. 10. et Edd. pp. *siti* deest MSS. 4. *sibi* V. pr. G. *ibi* MSS. 3. Ed. Inc. d *cuppas* MSS. plerique. *sebo* Egm. V. ad 7, 25. et vulgo *scandulis.* e *implet, et* L. pr. *completas et ard.* Pet. And. Ox. f *Eodemque* MSS. 8. et Edd. qdd. g Sic e MS. Urs. dedit Scal. atque ita Pet. Ox. And. per ἓν διὰ δυοῖν. MSS. ceteri et Edd. Vett. *dimicationis per. Deterrerentur Romani* Pet. And.

mae, item R. Steph. aliaeque. Sed rectius *aditus* legitur cum Petav. And. et Oxon. Nam credibile, ad fontem plures uno fuisse aditus.

*Possent adaquari*] Ita Cujac. Leid. pr. Scal. In ceteris et Edd. primis aliisque est, *aquari,* nisi quod in Ursin. Andin. et Oxon. aliisque sit, *adaquarentur,* bene, si supra legas, *superare posset.* Petav. et Bong. sec. *aquarentur.* Sed *adaquari* occurrit quoque apud alios, uti et B. C. 1, 66. *adaquandi caussa*; item in Lov. Cod. B. Afric. c. 24. *adaquandi gratia.* et in aliis c. 41.

*Scandulis complent*] Primus Turnebus hoc loco *scindulis* emendavit. Orosius, in multis exscriptor Caesaris, *scandulis* habet. Freculphus, exscriptor Orosii, *sindulis.* Sed in optimo et perantiquo Orosii codice, quem MS. habemus, invenio, *scindulis,* (et sic apud *Hirtium* legitur in MSS. *Norv.* ac *Brant.*) Isidorus 19, 19. *Scindulae,* inquit, *eo quod scindantur, et dividantur.* Sunt *scandulae* tabellae e ligno, quibus tegi aedes solitas Romae, ex Plinio discimus. Hodieque pro iis lamellas e lapide usurpamus, quae fortasse inde apud Italos, *scaglia,* Gallis, *escaille,* nobis, *schalie* dicuntur, extrito *ndu:* quod in lingua nostra novum non est, cum pro *tanden,* i. e. dentes, etiam *ta'en* dicamus; pro *laeden,* onerare, *la'en.* Usus ea voce et Vitruvius 2, 1. et Columella 8, 3. *Sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter injungant, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam.* Mihi sane Turnebus audacter nimis ubique *scindulae* reponere videtur., cum in cunctis scriptoribus fere *scandulae* reperiatur: et Appulej. Metam. l. 3. p. 54. *scandulare tectum* dicat, et in ff. de jure immunit. l. ult. *scandulariorum* mentio fiat. Vide, quae de hac voce notavit parens meus in Etymologico suo. VOSS. Vo-

*deterreant Romanos. Magna repente* [a] *in ipsis ope-* 2
*ribus flamma exstitit: quaecumque enim* [b] *per lo-* 498
*cum praecipitem missa erant, ea vineis et aggere*
*subpressa* [c] *comprehendebant id ipsum, quod mora-*
*batur.* Milites contra nostri, quamquam [d] pericu- 3
loso genere [e] proelii, locoque [f] iniquo [g] preme-
bantur, tamen omnia [h] paratissimo sustinebant ani-
mo. Res enim gerebatur [i] et excelso loco, et in 4

VARIAE LECTIONES.

a *Ex* B. pr. Dorv. Busl. Edd. R. M. V. dein vulgo *existit*. b *per loc.* desunt Oxon. And. *locum* abest a B. pr. *miserant* And. Oxon. c *comprehendebantur idque quod* And. *quo morabantur* L. sec. d *periculo* MSS. 3. e *proelio* MSS. 4. Ed. Inc. *ibi* B. sec. f *in ipso* And. Ox. g *premerentur* Ed. R. Vide supra. h Sic Petav. And. Ox. Reliqui MSS. et Edd. pp. *fortissimo*. i deest L. pr. sec. male. V. B. G. 1, 5. B. C. 3, 85. et saepe.

cis hujus incerta est scriptura prae codicum varietate. Apud Oros. 6, 11. MSS. fere omnes, *scindulis*, vel *sindulis*. Eamdem dant confusionem viri docti in Appulej. l. 3. ubi consule eos p. 44. Ed. Colv. Hic etiam Oxon. Pulm. Sched. Lovan. et Brantii ac alii 4 recentiores, *scindulis*. Vide Turneb. Advers. 22, 18. cui inter alios adsensum praebet Stewech. ad Appulej. et Veget. 2, 23. *De tegulis vel scandulis*. Ubi MSS. ejus 7. uti et Scriv. habent *i*: at MSS. 4. a me visi *a* servant. Ipse autem cum Wouwerio derivat a voce *σκινδαλμός*: de qua consule Schol. Aristoph. ad Nub. 130. Ranas 835. Hesych. et Suidam. Verum MSS. in Appulejo et Edd. Vett. propugnant *τὸ scandulare tectum*. Ego Patri Vossio accedo, et hic *scindulis* a *scindendo*, in Appulejo *scandulare* a *scandendo*, lego.

*Flamma existit*] *Carrar. Norvic. Gottorp. Voss.* et *Egmond.* habent, *flamma extitit*, et, ut ita reponatur, jubent sequentia. DAVIS. *Cur. sec. Exstitit* etiam MSS. mei et Edd. primae. *Existit* tamen exstare videtur in And. et Oxon. Sed parum refert. De vi verbi adi ad 6, 5. *Motus exsistat*.

*Ea vineis et aggere suppressa*] *Supprimere* hic non *ἀποκρύπτειν* est, sed reprimere, aut retinere, vel morari, ut ipse Hirtius explicat. Sic Caesar libro 1. de bello Civili dixit, *iter supprimere*, pro, retrahere se ab itinere, et Livius libro septimo, *impetum supprimere*, pro, *reprimere*. VOSS. Ita *supprimere classem* apud Nepot. Timoth. 3. *subprimere habenas* Ovidio Art. Am. 3, 467. Eidem Met. 15, 281. *Subpressi fontes*. Ita et *subprimere hostem insequentem* Bell. Civ. 1, 45. ubi vide Dav.

*Quam quisque poterat maxime insignis*] *Quam* non agnoscunt *Lovan. Norvic.* et *Buslid.* *Ac poterat* abest ab *Egmond.*

conspectu exercitus nostri; [a] magnusque utrimque clamor oriebatur: ita quam quisque poterat maxime insignis, quo notior testatiòrque virtus ejus esset, telis hostium flammaeque se [b] obferebant.

1 XLIII. Caesar, quum complures suos vulnerari
videret, ex omnibus oppidi partibus cohortes [c] mon-
tem adscendere, et, simulatione [d] moenium occu-
2 pandorum; clamorem undique jubet [e] tollere. Quo

VARIAE LECTIONES.

a *magnus* L. pr. Pet. H. b vulgo *offerebat*. c *montes* Oxon. d *moeniorum* L. pr. *occupatorum* Lov. e *attollere* L. pr. et Oros. V. ad Front. 3, 9, 5.

Lege, *ita quisque maxime insignis* etc. DAVIS. *Cur. sec.* Male omnino, nam, *quam quisque poterat*, optime edidit Scaliger: cum in Ursin. esset, *ita ut quam q.*; et antea exhiberetur, *ita ut quisque p.* uti est in MSS. multis. Particula autem haec abest a MSS. sex, Ed. Inc. et in Voss. sec. *Ita quisquis ut p.* sed *quam* diserte exstat in Petav. And. Oxon. Leid. pr. Scalig. pro, *quantum*. Vide praeter alia Ill. Heinsium ad Ovid. Rem. Am. 325. *Quam potes in pejus dotes deflecte puellae.* Restituendum hoc Appulej. l. 1. p. 10. *vulnus, quam maxime patebat, spongia offulciens*, non, *qua*. In Bong. sec. est, *que*. Posset etiam scribi, *qua*, ut jungantur cum Edd. primis, *qua quisque p. maxime insignis*, sive, quocumque modo et loco maxime poterat conspicuus, ut ipsius virtus magis pateret. Adi ad Ovid. Ep. 13, 41. *Qua possum, squalore tuos imitata labores.* De hac particula diximus plura superius aliquoties. Eadem variatio B. Civ. 3, 67. Ceterum legitur *potuit* in Voss. tert. et *notiorque*, sine *testatior*, est in Lov. Gott. Voss. tert. Leid. tert. et Ed. Inc. Unde quis conjicere posset, *notior notiorque*; sed vulgatum servare malo. Dein *ejus* locum variat in MSS. fere omnibus et Edd. primis: quare suspicor abundare. Denique *offerebant* eleganter legitur in Bong. pr. Gott. et Voss. tert. et Edd. Rom. Mediol. ac Ven. *conferebant* Leid. tert. et Ed. Inc. Vide ad 1, 39. *Quisque equitatu praeerant*, et alibi: quare *insignis* junxi τῷ *poterat*. Adposite Ovid. Trist. 3, 4, 75. *Et quam quisque potest, aliquâ mala nostra levate.*

*Ignari*] MSS. *Carrar.* et *Norvic. essent suspensi.* quod tantundem valet, ac dubii, incerti. *Virgilius* Aen. 2, 114. *Suspensi, Eurypylum scitatum oracula Phoebi Mittimus.* Noster Bell. Afric. c. 48. *Exercitus ejus magis suspensiore animo ante adventum Jubae commovebatur.* Editt. *Rom. Venet. Beroald.* utramque vocem exhibent, in iis enim est, *essent ignari suspensi.* Alterum est Glossema: cum autem haec *suspensi* potestas sit rarior, quin ea lectio ab auctore, *ignari* vero a Glossa profluxerit, nullus dubito. Repone igitur:

facto [a] perterriti oppidani, quum, quid ageretur 
in locis reliquis, essent ignari, [b] suspensi revocant ab inpugnandis operibus armatos, murisque disponunt. Ita nostri, sine proelii facto, celeriter [c] opera 3
flamma comprehensa [d] partim restinguunt, partim interscindunt. Quum pertinaciter resisterent oppi- 4
dani, et, jam magna parte suorum siti amissa, in sententia permanerent; ad postremum cuniculis ve-

VARIAE LECTIONES.

a *territi* Pet. Ox. L. pr. b vulgo deest vox *suspensi* et editur *proelio.* c *operum* Pet. *operata* B. sec. deest L. pr. tert. Ed. Inc. *compressa* Pet. L. pr. d haec 2 verba desunt Pet. L. tert. Ed. Inc. *restringunt* MSS. 2. contra addunt Edd. R. V. M. *partim rescindunt*, natum e varia lect. τῦ *intersc.*

cum, *quid ageretur in locis reliquis*, *essent suspensi.* DAVIS. MSS. Eliens. et Vossii (*essent* suspensi.) MS. Reg. *rescirent.* (leg. *nescirent.*) CLARK. *Ignari, suspensi* exaratur quoque in Lovan. Bong. tert. Dorv. Edd. Mediol. Florent. Sed *suspensi* tantum in Vossianis, Leidensibus, Cujac. Scalig. Bong. sec. tert. Egmund. Gottorp. Palat. Buslid. et Ed. Incerta. At *ignari* servant Petav. And. et Oxon. Placuit utrumque: cum ignari essent, quid ageretur, ideo *suspensi*, solliciti et in dubio atque incerto exsistentes, revocant armatos.

*Proelio*] MSS. et Edd. plerique, *proelii.* Quod idem est. CLARK. Non damnarem Davisium, *proelio*, si inveniretur in MSS. sed MSS. et Edd. omnes, *proelii*, ante Ed. Amst. 1697. in quam typothetarum vitio sine dubio inrepsit, *sine proelio*, unde in seqq. *fine proelio.* Durior etiam foret ille casus hoc loco.

*Et jam* etc.] Sic e MS. Ursini rescripserunt Viri docti, cum antea legeretur: *Magna etiam parte s. s. a. in sent. permaneant:* atque ita MSS. mei omnes. nisi quod *permanerent* restet in And. Ox. et Bong. pr. a m. prima vetusta, quae hic rursus adparet. Plerique etiam et Edd. pp. *amissa siti suorum.* Singularis et bona est lectio Cod. Petaviani: *Quum pertinaciter oppidani magna parte suorum s. a. in sententia permanerent*, *cuniculis* etc. ceteris resectis. Legendum opinor: *quum pertinaciter oppidani, magna etiam parte suorum amissa siti*, *in s. permanerent*, *ad post.* Otiosum est τὸ *resisterent. at postr.* Leid. pr.

*Fons perennis exhaustus*] Primus Bongarsii Cod. et Palat. *repente perennis exaruit fons.* eandemque vocem retinent secundus et tert. Quam lectionem praefero: nam fons non exhaustus, sed aruit, et rationem ex Orosio intelligere est: ait enim, *repertos in abstruso aquarum meatus per multa dividendo tenuari in semetipsis consumique fecerunt.* VOSS. *Bongarsii* tres

5 nae fontis intercisae sunt, atque aversae. Quo facto exhaustus repente [a] perennis exaruit fons, tan-
500 tamque adtulit oppidanis salutis desperationem, ut id non hominum consilio, sed Deorum volumtate factum putarent. Itaque necessitate coacti se transdiderunt.

1 XLIV. [b] Caesar, quum suam [c] lenitatem cognitam omnibus sciret; [d] neque vereretur, ne quid

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *repente fons perenn. exhaustus tantam.* b *C. itaque* Ox. V. pr. L. sec. c *sententiam* And. Pet. *voluntatem* Ed. Inc. d *atque* Oxon.

Codd. et MS. *Palat.* hic repraesentant, *repente perennis exaruit fons*; nec aliter editt. *Rom. Ven. Beroald.* quam lectionem praetulit *Dionys. Vossius*, quod, ut ait, *fons non exhaustus*, *sed aruit*. Nihili est ratio, cum *exhaustus siccati* vim obtineat. Sic apud *Virgilium* Georg. 3, 432. *Postquam exhausta palus, terraeque ardore dehiscunt.* Vulgatam igitur scripturam plurium MSS. auctoritate suffultam retineo. DAVIS. Codices nonnulli, (*exaruit, tantamque* etc.) Quam Lectionem omnino recipiendam existimavit Vossius, quod fons non *exhaustus esset*, sed *exaruerit.* At vero merito virum doctissimum reprehendit Davisius, cum *exhaustum esse* idem sit plane, quod *exaruisse*. Adde, quod hic fons proprie etiam *exhaustus* fuerit, *venis intercisis* videlicet atque *aversis*. CLARK. *Repente perennis exaruit fons tantamque* exhibent quoque MSS. Voss. Leidd. Pal. Egmund. Lovan. Gott. Dorv. et Edd. primae, nisi quod *que* in Leid. pr. sit tantum a m. sec. *Repente* deest in Bong. tert. *Aquae rep. perennis exar. fons* Bong. sec. quomodo fere edidit R. Stephan. *aquae perennis exar. fons. Aquae fons*, uti est in MSS. c. 41. At Petav. Andin. et Oxon. servant, *fons perennis exh. tantam.* Quod participium nequaquam loco movendum est. Lucan. 2, 410. *Hesperiamque exhaurit aquis.* idem, *exhaustus Iber*, *exhaustum pelagus* 4, 316. 5, 644. et alia. Sed nec *exaruit* damnare ausim. Quid vetat, quo minus, ordinem sequentes MStorum, legamus, *quo facto exhaustus repente perennis exaruit fons, tantamque?* Fons alioquin perennis, sed hoc facto exhaustus, repente *exaruit. Arescere venas, fontes* etc. crebro occurrit. Et uti *repente* et *facto* (quod deest Egmundano) hic excidere potuit ex quibusdam Codd. sic facile ex aliis *exhaustus*, ex aliis *exaruit*, elabi potuit. id quod saepissime in his Commentariis usu venit. Paullo ante, *ignari, suspensi.*

*Ut id non hominum consilio sed Deorum voluntate factum putarent* ] Nimirum erat in talibus superstitiosa antiquitas: nec temere fontes aut amnes, quibus aliquid divinum inesse credeba-

crudelitate naturae videretur asperius fecisse, ne-
que exitum [a] consiliorum suorum animadverteret,
[b] si tali ratione diversis in locis plures [c] rebellare
consilia inissent, exemplo subplicii deterrendos reli-
quos existimavit. Itaque omnibus, qui [d] arma tule-
rant, manus [e] praecidit. [f] Vitam concessit; quo
testatior esset poena inproborum. Drappes, quem 2
captum esse a Caninio docui, sive indignatione, et

VARIAE LECTIONES.

a *consilii sui* Pet. Ox. L. pr. Margo Gr. *adverteret* Pet. b *sed* MSS. 3. Ed. Inc. c vulgo *rebellare coepissent. aliquos* G. V. tert. d *armati erant* B. sec. e *praescidit* G. V. tert. Ed. Inc. f Sic Urs. e MS. et Scalig. ceterique cum L. pr. And. Ox. Reliqui et Edd. priores *vitamque.*

tur, quin et pro diis colebant, sistere cursum, aut solitum deserere alveum, putabant. Hinc apud Tacitum 1. Annalium, cum in Senatu ageretur de avertendis fluminibus, per quae Tiberis augescit, quo obviam iretur crebris ejus inundationibus, dictitant Reatini, *Optime rebus mortalium consuluisse naturam, quae sua ora fluminibus, suos cursus, utque originem, ita fines dederit. Spectandas etiam religiones sociorum, qui sacra, et lucos, et aras patriis amnibus dicaverint. Quin ipsum Tiberim nolle prorsus accolis fluviis orbatum minore gloria fluere. Seu preces coloniarum, seu difficultas operum, sive superstitio valuit, ut in sententiam Pisonis concederetur, qui nil mutandum censuerat.* VOSS. Similis Gallorum existimatio de turribus ambulatoriis 2, 31.

*Plures rebellare coepissent*] MSS. *Carr.* habet, *plures consilia inissent.* (Sic et MS. *Norvic.* et editt. *Rom. Ven. Beroald.*) Etsi autem me non fugit, usum *Livium* verbo *rebellare*, et *rebellione Caesarem*, ut tamen assentiar facile *Carrariensi*, non solum ejus vetustas facit, sed locutionis vis; non enim magis apertae defectioni, quam occultis Gallorum consiliis erat obviam eundum. *Joan. Mich. Brutus.* MSS. plerique et Editt. Vett. *consilia inissent.* Quod cur a recentioribus mutatum, equidem non video. CLARK. Vulgarem lectionem servant soli Petav. et Oxon. et pro V. L. Scal. Ceteri, etiam Andin. mei et aliorum, atque Edd. primae, *consilia inissent*, Bong. sec. *inirent.* An dedit Hirtius, *plures belli consilia inisset?* Certe addendum de *bello* aliquid videtur. Scilicet hic quoque utrumque admittendum fuerat, *rebellare consilia inissent*, a qua lectione non modo non alienus sum, sed veram adeo credo, ut in textum receperim. *Rebellare*, pro *ad rebellandum*, vel *rebellandi.* Nepos Lys. c. 3. *Iniit consilia, reges tollere.* Plura vide ad 7, 26. *Consilium ceperunt, profugere.* et 71. *Consili-*

501 dolore vinculorum, sive timore gravioris subplicii, paucis diebus [a] se cibo abstinuit, atque ita interiit.
3 Eodem tempore Lucterius, quem profugisse ex proelio [b] scripsi, quum in potestatem venisset [c] Epasnacti Arverni (crebro enim [d] mutandis locis, multorum fidei se [e] committebat, quod nusquam diutius sine periculo commoraturus videbatur, quum sibi conscius esset, quam inimicum [f] deberet Caesarem habere,) hunc Epasnactus Arvernus, amicissimus populi Romani, sine dubitatione ulla [g] vinctum ad Caesarem [h] deduxit.

1 XLV. Labienus interim in Treviris equestre proe-

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *sese cibo. pauc. dieb.* absunt a L. pr. *fugisse* Ox. b *exscripsi* Egm. *dixi* Pet. c *inter Avernos* Pet. male. d *mutatis* L. pr. e *commendabat* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *quo* MSS. 3. *diutius* deest Edd. R. M. V. *morat.* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. f *haberet Caesarem* Pet. *deb. h. Caes.* Lov. Ox. *Caesar* L. pr. *C. deb.* L. sec. g deest Pet. Lov. h Sic MSS. praeter Ox. et Edd. Vetustae, non *duxit.*

*um cepit, omnem a se equitatum dimittere.* et Cort. ad Sall. B. Jug. c. 89. Drakenb. ad Liv. 3, 4, 9. Amat autem hanc constructionem Hirtius. c. 19. *Excedere proelio, non adduci potuit.* c. 49. *propositum habebat, continere civitates.* ubi non audiendi MSS. quidam, *continendi.* Bell. Afric. c. 78. *Haberent facultatem circumfundi.* et Caesar aliis locis. B. Civ. 1, 83. *Uterque tenere propositum videbatur, Caesar, nisi coactus, proelium non committere.* Sic MSS. vulgo, *ut committeret.*

*Indignatione et dolore vinculorum*] Lege, *indignitate*, sicuti dant *Bongars.* tres, *Petav. Gottorp. Voss.* et *Egmond.* DAVIS. *Cur. sec.* MSS. etiam Leidenses, Vossiani, Scalig. Palat. et Carrar. cum Ed. Inc. *indignitate.* Caesar B. G. 2, 14. *Omnes indignitates contumeliasque perferre.* 7, 56. *Infamia atque indignitas rei.* At *indignatione* ex meis servant And. Ox. Lovan. Dorvill. et Cuj. de qua confusione vide Cl. Drakenb. ad Liv. 2, 15. Dein *et dolore* non comparent in Cujac. Pet. Bong. pr. Scalig. And. Leid. pr. et Ox. eaque verba nauci non aestumat Gruterus. Non ausim tamen proscribere, licet, si abessent, non magno opere desiderarem. At Vellejo quoque junguntur 2, 61. *Indignatio et dolor omnibus ad-*

proclium secundum [a] facit; compluribusque [b] Treviris interfectis, et Germanis, qui [c] nulli adverſus Romanos auxilia denegabant, principes eorum vivos in suam redegit poteſtatem: atque in iis [d] Su- 2
rum Aeduum, qui et virtutis et generis summam nobilitatem habebat, solusque ex Aeduis ad id tempus permanſerat in armis.

XLVI. Ea re cognita, Caeſar quum [e] in omni- 1
bus Galliae partibus bene res [f] geſtas videret, judicaretque, superioribus [g] aeſtivis Galliam devictam [h] et subactam eſſe, [i] Aquitaniam numquam [k] ipſe adiſſet, sed per P. Craſſum quadam ex parte deviciſſet, cum II legionibus in eam partem eſt profe- 502

VARIAE LECTIONES.

a *fecit* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. *fac. sec.* MSS. multi et Edd. pp. dein *compluribus* Lov. Dorv. Edd. R. M. V. at *compluribusque* etiam Pet. L. pr. Ox. And. b And. Ox. Pet. a m. pr. *Germanis interf.* sine *Trev. et Tr. et G. interf.* L. pr. c Sic Urs. Pet. L. pr. And. Ox. Reliqui et Edd. ante Scal. *nullis.* d *Cúrum* L. sec. e deeſt L. pr. f *geri* MSS. II. et Ed. Inc. g *bellis* Egm. h Sic C. Sc. L. pr. And. Pet. Ox. Reliqui et Edd. Inc. *subactamque. esse* abeſt Pet. i *Aquitaniamque* Lov. Edd. R. V. M. Vasc. Str. Steph. Gr. poſt. *in Aq. quam* V. sec. Carr. k Sic B. pr. Pet. And. Ox. Reliqui carent *ipse* et Edd. pp. *discessisset* B. sec. plerique etiam non agnoscunt *sed;* uti nec Edd. pp.

*erat.* Immo Caeſar B. Civ. 1, 84. *neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse.* Utrumque de animo B. Civ. 3, 21. *Ignominia et dolore permotus.*

*Sese cibo abstinuit*] Hoc verbum vulgo *intransitivum* cenſetur; ei tamen vim *activam* tribuunt boni auctores. *Livius* 21, 49. *Usque ad lucem portu* se abſtinuerunt. *Lactantius* de ira Dei c. 10. *Quo se homines imperiti a peccando* abſtinerent. *Augustinus* cum alibi, tum de C. D. 1, 9. *Ab eorum reprehensione* sese abſtinent. Vide et *G. J. Vossium* de Conſtruct. c. 22. DAVIS. Male itaque *sese* abeſt ab Oxon. et Bong. sec. et Edd. Rom. Med. Ven. Reliqui MSS. et Edd. primae aliaeque, *cibo se abst.* quomodo exhibui. Valer. Max. 1, 4. in f. *abstinuit se ab ejus tecti usu.* c. 6. Ext. 1. *se ab incepto proposito abstineret*, ubi vide soceri mei notas.

*Redegit*] MSS. rectius, *redigit.* CLARK. Etiam MSS. mei praeter Petav. Cujac. Pal. Leid. pr. Scal. Quare nil muto. Fre-

ctus; ut ibi [a] extremum tempus consumeret aestivo-
2 rum. Quam rem, [b] sicut cetera, celeriter feliciterque
confecit: namque omnes Aquitaniae civitates lega-
tos ad [c] eum miserunt, obsidesque [d] ei dederunt.
3 Quibus [e] rebus gestis, ipse cum equitum praesidio
Narbonem profectus est; exercitum per legatos in

VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *ubi.* paullo ante MSS. longe plurimi et Edd. Vett. *part. Galliae est pr.* Consule omnino Cluv. Germ. Ant. 2, 2. b *sicuti* MSS. plerique et Edd. Inc. Vasc. Str. Steph. Gr. post. *sicut plerasque* Pet. c Sic Cuj. Pet. Sc. And. Ox. L. pr. Reliqui et Edd. pp. *Caesarem.* d *ei* deest Carr. et MSS. Ciacc. *dediderunt* L. sec. e Sic MSS. o. et Edd. Vett. Male Edd. quaed. recentiores omittunt *rebus.*

quentissime praesens et praeteritum jungi, supra aliquoties monendum fuit. Ceterum plerique ordinem mutant, *redigit in suam pot.*

*Et virtutis et generis summam nobilitatem habebat*] MSS. *Carrar.* et *Norvic.* cum editt. Vett. *Rom. Ven. Beroald. Et virtutem et generis summam nobilitatem habebat*, ut, transposita voce, legi possit, *summam et virtutem et generis nobilitatem habebat.* Vulgatam scripturam non moveo. DAVIS. MSS. complures, *virtutem.* Sed elegantior est vulgata Lectio. CLARK. *Virtutem* est in Vossianis, Leid. sec. tert. Gottorp. Lovan. Dorvill. et Edd. primis. Sed male. B. G. 1, 28. *egregia virtute cogniti:*, ubi vide Davisium. Alibi ita Caesar ait, *virtutis famam.*

*Ubi extremum tempus*] In MSS. pr. sec. tert. Bong. et Pal. recte legitur, *ut ibi.* VOSS. MSS. plerique, *ut ibi*, recte. CLARK. *Ubi* est in Pet. Oxon. At reliqui cum Edd. primis, Steph. aliisque, *ut ibi*, quod reposui. *et ubi* Leidens. sec.

*Cum equitum praesidio*] Non bene Gruterus praeferebat, *eq. praesidio*, sine *cum*, e MSS. suis, quibuscum quidem consentiunt tum aliorum, tum mei plerique et Ed. Inc. Sed *cum* rectius servant Petav. Scal. Cuj. Leid. pr. And. et Oxon. et in Leid. pr. est, *equitatus.* Vide ad c. 2. *Cum equitatus praesidio proficiscitur.* Ceterum *Narbonam* Bong. pr. Lovan. Scalig. Leid. pr. sec. Dorvill. Forsan, *Narbona.* Vide ad 3, 20.

*In Belgio*] Ob usum *Caesaris Fr. Hotomannus* reponit, *in Belgis.* Sed nec ea consuetudo apud *Caesarem* est perpetua; nam B. G. 3, 9. dixit: *Naves in Venetiam cogunt*, non, *in Venetos*; et *noster* paullo post ait: *ad Legiones in Belgium se recipit.* Vide et c. 54. Fieri etiam potest, ut hic loci *Hirtius Belgium* vocarit eam Galliae Belgicae partem, quam eodem nomine insignivit *Caesar*, qua de re vide not. ad B. G. 5, 24. DAVIS. *Belgis* est tantum in recentioribus MSS. Gott. Voss. tert. Leid. tert. et Ed. Inc. Vide etiam ad 4, 38. 5, 12. statim c. fin. *In Belgium*

hiberna deduxit; IV legiones in Belgio conlocavit cum M. [a] Antonio, et C. Trebonio, et P. Vatinio, [b] et Q. Tullio legatis: [c] II in Aeduos misit, quo- 4
rum in omni Gallia summam esse auctoritatem sciebat: II in Turonis ad fines Carnutum posuit, quae omnem regionem conjunctam Oceano continerent: 503

VARIAE LECTIONES.

a *Ant. Quaestore* Ciaccon. ut saepius supra et infra. b *et Q. Tullio* desunt MSS. plerisque et Edd. pp. *et Q.* absunt a Sc. L. pr. *legato* MSS. 5. c *II legiones* MSS. plurimi e Glossa. *duos* perperam Ed. Dav.

*se recipit:* ubi itidem Hotoman. vult, *Belgas*. et c. 49. *In Belgio hiemaret.* c. 54. *In Belgio locat.*

*In Aeduos misit*] Sic quidem Pet. And. et Oxon. non male. Et ita alibi Caesar. ut 5, 24. 7, 90. At MSS. Bong. Voss. Leid. sec. tert. Carr. Lovan. Palat. Gott. Dorv. et Edd. pp. *deduxit*. ut c. 54. *Fabium cum totidem in Aeduos deducit*: et saepius Caesar. Sed praecessit hic, *in hiberna deduxit*. Egmund. *dedit*. At Leid. pr. et Scalig. *In Aeduis constituit.* quo facit Ed. R. Stephani, *In Aeduos constituit.* Placet maxime, *in Aeduis constituit*. l. 3. B. G. in fine, *In Belgis omnium legionum hiberna constituit.* Alibi, *constituere aciem*. Vide ad 2, 19. *constituere castra* MSS. B. Hisp. c. 27.

*In Turonis posuit* — II *reliquas in Lem. fines*] Mire variant MSS. nam Ursin. Petav. Scal. Cuj. And. Oxon. Leid. pr. primo loco habent quidem, *Turonis*, at altero exhibent, *fines*. Contra reliqui Codices mei et aliorum *Turones*, et *finibus* legunt; quibuscum faciunt Edd. Veterrimae. At Edd. Vasc. Steph. Stradae, Gryph. posterior utrobique Accusativum exhibuerunt. Certe populus ille vulgo *Turones* vocantur, non *Turoni*, quamquam in Accusativo *Turonos* exaratur in MSS. multis 7, 4. ubi tamen videri possit a Caesare scriptum *Turonas*. *In Treviris* perperam editur in Ed. Ald. Manutii. Clarkius tamen et Davisius *in Turonis*, et *finibus*, praeferunt, alterumque ne quidem Latinum esse pronunciat Davisius. Mihi secus videtur, et Ablativum in MStos quosdam primitus inrepsisse credo ex Orthographia Accusativi, *finis*, ut 1, 44. et alibi. *ponere in aliquid* apud alios quoque occurrit, praesertim quando τῦ *contra*, vel *intra*, uti hic, significationem aliquam obtinet. Consule notata ad Lucan. 6, 233. ubi in MSS. etiam optimae notae: *In Magni viventem ponite castra*. Val. Max. 2, 5, 1. *Statua poneretur in aedem pietatis*. Sic Harl. et alii MSS. apud eumdem 6, 3, 5. plerique Codd. cum Harlem. *hoc in finem severitatis et saevitiae ponendum*. Vide etiam ad B. Afric. c. 51. et Varias LL. B. Civ. 1, 65. ac Comm. ad Ter. And. 1, 1, 102. *In ignem inposita est*. Caes. B. Civ. 3, 14. *legionibus in naves positis*. Sed illic tamen e MSS. malo, *inpositis*, uti videbimus. Jam vero quamvis *fines*, seu *finis*, retineam, ni-

II reliquas in Lemovicum finis non longe ab Arvernis, [a] ne qua pars Galliae vacua ab exercitu esset.
5 [b] Paucos dies ipse in provincia moratus, quum celeriter omnes conventus [c] percucurrisset; publicas controversias [d] cognovisset; bene meritis praemia
6 [e] tribuisset: (cognoscendi enim maximam facultatem [f] habebat, quali quisque animo in Rempublicam fuisset, totius Galliae defectione, quam susti-

VARIAE LECTIONES.

a *ne Gallia* Pet. b *ipse p. d.* L. pr. Pet. c *percurr.* L. pr. B. sec. Lov. et 7 alii cum Edd. quibusdam. Male. d *cognosset* B. pr. Lov. Egm. et 3 alii cum Ed. Inc. *agnovisset* Pet. *cognosceret* V. pr. cum 2 aliis. perperam omnes hic loci. e *contulisset* L. tert. Ed. Inc. f *habuerat* Pet. Ox. L. pr. vulgo post *illius* novum incipit caput.

hilominus mutari nolim *Turonis* in *Turones*, vel *Turonas*. Variasse casum videtur Hirtius, et hinc nata esse confusio. Nec rarum, duos casus jungi uni verbo vel nomini. Vide Cl. Wasse et Cort. ad Sallust. B. Catil. c. 33. *Plerique patriae, sed omnes fama atque fortunis expertes.* Adde B. C. 1, 74. et c. 77. Appulej. l. 2. p. 23. Ed. Pric. *Omnem istam lucem imis Tartari, et in vetustum chaos submergere novit*: ubi Becichemius, Wouwerius et Scriverius male e MSS. quibusdam, *in ima*, reposuere. L. 3. p. 41. *Magistratibus eorumque ministris et turbae miscellaneae cuncta completa.* Sic MSS. et Edd. praeter Scriver. *turba miscellanea.* l. 4. p. 78. *Onere vecturae simul et asperae viae toti fatigati.* Male illic Scal. Elmenh. Scriv. et alii, *asperitate.* l. 2. p. 42. *caedis fatigatum.*

*Omnem reg.*] MSS. Bong. pr. Vossiani, Lovan. Egmund. et 4 alii cum Edd. primis, item Vasc. Steph. aliisque, *omnem illam reg.* quod ne spernas temere, adeasque ad 7, 21.

*Finibus*] Codices nonnulli, *fines*. Quod idem est. CLARK. *Fines*) Lege, *finibus*, auctoritate *Bong.* trium, *Lovan. Pal. Gottorp.* aliorumque codicum. Sed et Latinitas hanc flagitat Lectionem. DAVIS. *Cur. sec.*

*Omnes conventus percucurrisset*] *Conventus* vocat oppida quaedam suae provinciae, juri dicendo selecta. De hac verbi notione videndus *Joan. Frid. Gronovius* Observ. 3, 22. p. 638. DAVIS.

*In Remp. f. totius G. def.*] MSS. Reg. Eliens. et Vossii, et Edit. Vett. (*animo fuisset, in totius G. defectione.*) CLARK. Aliorum quoque et mei codices plerique cum Edd. primis, *fuisset animo in totius G. def.* Nec male. Verum tamen cum Andin. Oxon. Leid. pr. Cujac. Pet. Scalig. Pal. et Bong. tert. retineant, praefero vulgatum: nisi quod ma-

nuerat fidelitate atque auxiliis provinciae illius:) his rebus confectis, ad legiones in Belgium se re- 504
cipit, hibernatque [a] Nemetocennae.

XLVII. Ibi cognoscit, Commium Atrebatem 1
proelio cum equitatu suo contendisse. Nam, quum 2
Antonius in hiberna venisset, civitasque Atrebatum [b] in officio [c] maneret, Commius, qui post illam vulnerationem, quam supra [d] commemoravi, sem-

VARIAE LECTIONES.

a *Nemetocernae* Edd. Vett. *Nemotocennae* L. pr. B. tert. *Nemoceteunae* Palat. *Nemetecenae* al. V. etiam c. 52. b L. pr. deest. c Sic Cuj. Pet. Scal. L. pr. And. Ox. Reliqui cum Edd. pp. *esset*. d Sic MSS. fere omnes et Edd. Vett. *memoravi* Ox. *demonstravi* Carr. Reg. B. tert. vulgo *commemoravimus*.

lim cum Oxon. et Leid. pr. *In Republica:* quae caussa videtur, cur ejecerint, *Republica*. Vide ad B. G. 1, 6. *Quod nondum bono animo in populo Romano viderentur. Defectione* ponitur, quasi esset ablativus temporis, ut, *ludis. dissensione* etc. Vide ad 2, 1. *Imperio populi Romani*.

*Provinciae illius*] Scribe, *Provinciae*, et omnino dele, *illius*. Ita enim semper loquitur Caesar, cum Romanorum *Provinciam κατ' ἐξοχὴν* memorat. Deest vox (*illius*) in MS. Regio, et in aliis MSS. editisque Veteribus corrupte emersit ex sequente vocula (*his*;) quae utique deest in iis Codicibus, in quibus legitur prior ista (*illius*.) CLARK.

*Illius. His rebus confectis*] Initium capitis alieno loco ponitur, sententia enim, quae praecessit, manca fit et hiulca. Distinctione mutata, totam ῥῆσιν sic ordina: *Quum celeriter omnes conventus percucurrisset; publicas controversias cognovisset; bene meritis praemia tribuisset;* (*cognoscendi enim maximam facultatem habebat, quale quisque animo in Remp. fuisset, totius Galliae defectione, quam sustinuerat fidelitate et auxiliis provinciae illius*) *his rebus confectis, ad legiones* etc. Simili modo peccatum initio *Tatiani* orat. ad Graecos. *Μαρσύς δέ*, inquit, *καὶ Ὀλύμπυ τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε.* Dein orditur caput secundum his verbis: *Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι, τὴν διὰ σύριγγος ἁρμονίαν ἄγροικοι συνεστήσαντο.* Vitiose. Restituendum, *Μαρσύς καὶ Ὀλύμπυ τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε. φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι.' Τὴν διὰ σύριγγος* etc. Phryges enim fuisse Marsyam et Olympum, diserte testatus est *Clemens* Alexandrinus Strom. l. 1. p. 225. ed. Lugd. Prava tamen haec interpunctio Metaphrastem et omnes illius orationis editores fefellit. DAVIS. — *Provinciae illius;*) *his rebus confectis, etc.*) Ita optime interpunxit Davisius, (excepto, quod vocem, *illius*, delendam non viderat;) cum alii fere Editores, distracta media senten-

per ad omnes motus paratus suis civibus [a] eſſe conſueſſet, ne consilia belli quaerentibus auctor armorum [b] duxque deeſſet, parente Romanis civitate, cum suis equitibus se suosque latrociniis alebat, infeſtisque itineribus commeatus complures, [c] qui comportabantur in hiberna Romanorum, [d] intercipiebat.

1 XLVIII. Erat adtributus Antonio, praefectus [e] equitum, C. Voluſenus Quadratus, qui cum eo [f] hiemaret. Hunc Antonius ad [g] perſequendum ho-

VARIAE LECTIONES.

a Abeſt B. sec. L. tert. Ed. Inc. in G. V. tert. ponitur ante τὸ *semper*. *ne* abeſt quoque Lov. et 3 aliis ac Ed. Inc. b exſulat a Pet. And. c deſunt *qui c.* in Ox. *portab,* L. pr. a m. pr. d *intercipiebant* L. sec. V. sec. e *equis* Pet. f Sic Urs. Cuj. Pet. Sc. L. pr. And. Ox. sive potius *q. c. e. h. C. Vol. Quad.* Reliqui et Edd. Vett. *hibernaret*, ut c. 46. et alibi. g *pros.* L. sec.

tia, novam Sectionem ab iſtis verbis, (*His rebus confectis*) ineptiſſime nulloque senſus veſtigio exordiantur. Suspenſa enim eſt iſto modo periodi praecedentis conſtructio, nullamque habet ἀπόδοσιν. CLARK. Rectius tamen cum Clar. *Clarkio* deleatur, *illius,* vel, quoniam *Norvic. Bongars.* sec. *Gottorp. Voss. Egm.* dant, *provinciae* illius *rebus confectis,* legatur, *provinciae*) illis *rebus confectis* etc. DAVIS. *Cur. sec.* Recte monuerunt Viri Docti, prave Capitis initium poſteriores Editores incepiſſe ab illis, *His rebus conf.* Bene jam Stephanus, Scaliger, aliique junxerunt cum praecedentibus, *tribuisset*, reliquis parentheſi inclusis, quod secutus sum. In Voſſianis quoque, Leid. sec. tert. Dorvill. et Edd. primis non comparet *his.* et in plerisque diſtinguitur, *auxiliis. Provinciae illius rebus confectis*, vel, *confectis rebus.* Sed probabilis maxime emendatio Davisii: *provinciae*) *illis rebus confectis.* Nisi *illius* emphatice mecum capere malis senſu τοῦ *ipsius*, vel hoc pronomen ſubſtituere. Sexcenties enim *ipse*, et *ille*, confundi, sciunt, qui priscos auctores eorumque membranaceos codices volverunt. Defectionem Galliae suſtinuerat, nec tantum ei par fuerat, sed et illam repreſſerat fidelitate et auxiliis Provinciae, cujus civitatibus et principibus bene meritis ideo praemia diſtribuit.

*Hibernatque Nemetocennae*] Sic repoſui ex editt. *Rom. Ven. Beroald.* ob verbum *praesentis temporis*, quod anteceſſit. In vulgg. *hibernavitque*. DAVIS. *Hibernatque*) Ita optime reſtituit Daviſius ex Editt. Vett. Quomodo et in MSS. Reg. Eliens. et Voſſii scriptum eſt. Al. *hibernavitque.* Quod cum praecedente, *recipit*, minus apte cohaeret.

stium equitatum mittit. Volusenus [a] autem ad eam 2
virtutem, quae singularis in eo erat, magnum odi- 505
um Commii adjungebat, [b] quo libentius id faceret,
quod [c] imperabatur. Itaque, dispositis insidiis, sae-
pius ejus equites adgressus, secunda proelia [d] fa-
ciebat. Novissime, quum vehementius contendere- 3
tur, ac Volusenus ipsius intercipiendi Commii cu-
piditate pertinacius [e] cum eum paucis insecutus es-
set; ille autem fuga vehementi Volusenum longius
[f] produxisset, repente omnium suorum invocat fidem

VARIAE LECTIONES.

a Sic Cuj. And. Oxon. Ceteri et Edd. pp. non agnoscunt *autem*. b *quod* And. V. pr. Egm. L. sec. errore solito. c *injungebatur* L. pr. V. ad c. 49. d *afferebat* G. V. tert. Ed. Inc. e deest Pal. Edd. R. M. V. paullo ante *voluptate al. cupid.* L. tert. Ed. Inc. f MS. Urs. Edd. quaedd. *perd.* male.

CLARK. Ni Codices plerique *hibernatque* propugnarent, parum valida esset virorum doctorum ratio. Passim enim praeteritum praesenti jungunt historici, ut vidimus paullo supra etiam c. 48. Sed *hibernavit* est in solo Bong. pr. quod sciam; *hiemavit* in Leid. pr. et praesens jam exhibuerunt quoque Edd. Med. Inc. Vasc. Str. Steph. aliique. Contra *recepit* est in Leid. pr. sec. Voss. sec tert. Dorv. et aliis, ut semper variantur.

*Parente Romanis civitate* ] *Parente sibi omni civitate*, Pet. VOSS. *Sibi omni* est etiam in Andin. Oxon. Egmund. et Voss. tertio.

*Commeatus complures qui comportabantur in hiberna* ] Petavianus, *commeatus complures comparatos in hiberna.* IDEM.

*Ad eam virtutem* ] Petav. *ad eam partem virtutis.* At Scalig. et Leid. pr. *ad eam partis virtutem.* Codex vero Ursini, *ad eam partam virtutem.* dein *qui* Leid. pr. et *in eo* deest in Petav. Plerique MSS. et Edd. primae habent, *erat in eo.* Videtur quid latere, quod eruere adhuc dum nequeo. An fuit, *ad compertam virt., quae singularis in eo erat?* An, *ad famam partam virtutis singularis,* resectis ceteris? Vix puto.

*Repente omnium s. inv. f.* ] Turbant hic rursum MSS. vehementer. Vulgarem lectionem, quae bona est, retinent Petav. Oxon. And. Palat. Leid. sec. et Edd. Rom. Mediol. Ven. aliaeque. Illae tamen cum plerisque MSS. et Edd. antea dant, *prod. longius.* Primo *tum. rep.* est in Bong. tert. et Edd. Vasc. Strad. Steph. Gr. post. *tum* legas quoque in Voss. pr. et Leid. tert. *vocos* Voss. sec. Dein *Inimicus homini repente omnium* scribitur in Cujac. Scalig. Quae duo pri-

atque auxilium, ne sua vulnera, perfidia interpo-
sita, paterentur inulta: conversoque equo, se a ce-
4 teris incautius [a] permittit in praefectum. Faciunt
[b] idem omnes ejus equites, paucosque nostros con-
5 vertunt, [c] atque insequuntur. Commius incensum

VARIAE LECTIONES.

a *praem.* MSS. 5. et Edd. R. M. V. perperam. b Sic Pet. C. And. Oxon. Ceteri cum Edd. pp. aliisque *hoc idem*. *ejus* abest a V. sec. Carr. c *et* L. pr.

ma verba invenias quoque in Bong. pr. sec. Leid. pr. tert. Voss. pr. tert. Egm. Gottorp. Lov. et Ed. Inc. ac margine aliquarum Edd. sed *repente* abest a Leid. pr. et Bong. sec. et *repente omnium* desunt in Vossianis, Leid. tert. Egm. Lov. Gott. et Ed. Inc. *omnium* exsulat a Bong. pr. Unde videant, quibus plus otii est, quid effingi queat certi. Mihi non liquet. *Producere* simpliciter solet poni pro, *in insidias perducere*. Consule notata ad Nepot. Hann. c. 5. et quae laudavi ad Luc. 9, 389. et ad Front. 1, 1, 11. atque alibi. *longius produci* occurrit quoque B. Civ. 3, 100. B. Alex. c. 38.

*Ne sua vulnera, perfidia interposita, paterentur inulta*] In primo B. suprascriptum erat, *per fidem interpositam*. et sic habet sec. ac Palat. *per fidem interposita* Bong. tert. Mihi nulla lectio ex his placet, et emendo, *vulnera, perfidia imposita*. Nam Comius a Voluseno vulneratus erat sub specie colloquji. Unde supra Hirtius de Labieno dixit, *infidelitatem ejus sine ulla perfidia judicavit comprimi posse*. Et ne suspiceris, non recte dici vulnera imponere, audi Tullium de Finibus 4, 24. *Quae hic Reip. vulnera imponebat, eadem ille sanabat*. VOSS. Voss. reposuit, *perfidia imposita*, adduxitque locum *Ciceronis* de fin. 4, 24. ubi ait, *Quae hic Reip.* vulnera imponebat, *eadem ille sanabat*. MSS. *Bongars.* sec. *Palat. Norvic. Brant.* et editt. *Rom. Ven. Beroald. Steph. Vascos. per fidem interpositam*. MS. *Bong.* tert. *per fidem interposita*. Omnino lege, *per fidem imposita*. Nam Volusenus *per simulationem colloquii* Comium vulneraverat, ut docuit *Hirtius* c. 23. *Cicero* de Invent. 1, 39. *Qui saepenumero nos* per fidem *fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Caesar* B. G. 1, 46. *Dici posset, eos a se* per fidem *in colloquio circumventos*. Ad quem locum nos hujusmodi plura collegimus. DAVIS. Davisii emendationem in textum recepit Clarkius, atque ita jam olim conjecit Gruterus, adducto Livii loco 1, 9. *Cujus ad sollemne ludosque per fas atque fidem decepti venissent:* additque, se eam formulam restituisse etiam Plauti Mostell. 2, 2. uti et adseruisse aliis auctoribus in Suspicionum libellis, quorum scilicet pars tantum lucem adspexit. Verum ad Livii locum in Caesare Gruterus legit, *per fidem interpositam*. Et sic exstat etiam in Lovan. Voss. pr. et quinque recentioribus ac primis Edd. *perfidia inposita* Egm. et Voss. sec. sed *perfidia inposita* est in Andin. et Petaviano. *Per fidem fal-*

calcaribus equum, [a] jungit equo Quadrati, lancea- 506
que infeſta medium femur ejus magnis viribus trans-
jicit. Praefecto [b] vulnerato, non dubitant noſtri 6
resiſtere, et conversi hoſtem pellere. Quod ubi accidit,
complures hoſtium, magno noſtrorum inpetu [c] per-

VARIAE LECTIONES.

a Sic Scal. Cuj. Pet. L. pr. Pet. Ox. And. alii et Edd. Vett. *conjungit*. b *voln.* B. pr. et ſtatim *volnerantur*. c vulgo *pulsi*.

*lere, decipere, circumvenire*, bonae sunt locutiones, sed *per fidem vulnus alicui inponere*, pro, *aliquem per fidem interpositam deceptum vulnerare*, nescio, an aeque Latinum sit. Quare dubito, an non aliunde medela huic loco quaerenda sit. Certe pro *inulta* in Bongars. Voſſianis, Lov. Egmund. Gott. Leid. sec. tert. Carr. Dorv. et aliis atque Edd. primis scribitur, *inpunita*, et in Oxon. ac Leid. pr. *inulta pater*. et *perfidia interposita* servatur cum ab aliis, tum a Scal. Cujac. Ox. Leid. pr. Quare forſan erat scribendum: *ne sua vulnera, per fidem interpositam inlata, paterentur inpunita*. *Interponere* eſt, praetexere, inferre, quomodo saepe in his commentariis, *mora interposita*. Alibi Hirtius et Caeſar B. G. 1, 42. *interposita*, i. e. praetexta, *senatus auctoritate* infra c. 52. Immo, *fidem interponere*, idem B. Gall. 5, 6. B. Civ. 1, 86. Hirt. B. Alex. c. 63. atque ita saepe alii quoque. Adde Cel. Gronov. Obſerv. 4, 1. Si quis tamen vel sic malit retinere, *inulta*, cujus gloſſa videtur eſſe *inpunita*, per me licet.

*Medium femur ejus magnis virib. tr.*] Sic quidem eſt in And. Oxon. et Petav. Alii Codices et Edd. primae aliaeque, *magnis viribus medium femur trajicit Veluseni*, nisi quod Bong. prim. habeat, *ac m. v.* atque ita Ed. R. Steph. *a m. vir.* Leid. pr. Scalig. Bong. sec. Voſſ. prim. sec. Egm. *Medium* etiam deeſt in Leid. pr. Grutero placebat legere, resectis ceteris, *lanceaque infesta femur trajicit*. Forſan, *l. ingesta a magnis viribus med. femur transjicit*. Obvium eſt, *ingerere tela*. V. ad Lucan. 6, 232. *Infesta lancea* tamen non auſim damnare. Non enim modo 6, 8. et alibi, *infestis signis ad se ire*, occurrit, sed *infestis pilis procurrere* B. Civ. 3, 93. et B. Afric. c. 84. *Infesto telo ad se venire*. plura vide apud Pricaeum ad Appulej. Met. l. 1. *Infesto mucrone*. et Drakenb. ad Liv. 2, 36. *Infestis provolare hastis*.

*Conversi*] MSS. Reg. Eliens. et Voſſ. et Edd. Vett. *conversis equis*. CLARK. Sic quoque unus Urſini, et omnes mei praeter Petav. And. et Oxon. In Leid. tamen primo eſt, *conversi equis*. ut videatur natum, *equis*, e Gloſſa et ex praecedentibus. *converso equo* Ursini Cod. antiquissimus. Nil muto, cum idem sit senſus.

*Pulsi*] Sic quidem Petav. Ox. et And. Sed praeceſſit, *pellere*, et MSS. reliqui omnes atque Edd. primae, Vascos. Steph. aliaeque habent, *perculsi*, i. e. equis dejecti, ut e seqq. patet. quare id revocavi. Vide ad c. 19. *Victi tamen perculsique*.

culsi, vulnerantur, [a] et partim in fuga proteruntur,
7 partim intercipiuntur. Quod ubi malum dux, equi
velocitate, [b] evitavit, graviter vulneratus praefe-
ctus, ut vitae periculum aditurus videretur, refer-
8 tur in castra. Commius autem, sive expiato [c] suo
dolore, sive magna parte amissa suorum, legatos
ad Antonium mittit, [d] seque et ibi futurum, ubi
9 praescripserit, et ea facturum, quae [e] imperarit, ob-
sidibus [f] datis firmat: unum illud orat, ut timori

### VARIAE LECTIONES.

a *ac* MSS. et Edd. qdd. *in fugam perterr.* L. pr. *fugam* etiam Scal. b *vitavit* L. pr. Dorv. Edd. R. M. V. c MSS. et Edd. quaed. *dolore suo.* Scilicet ejiciendum *suo* cum L. pr. in quo exstat inter versus. d ita B. pr. sec. Sc. Cuj. L. pr. V. pr. Egm. et 6. alii cum Edd. quibusd. vulgo deest *et.* e Sic meliores plerique. *imperat* B. pr. vulgo *imperaverit.* f Sic B. pr. Pet. Sc. L. pr. C. And. Oxon. Ceteri et Edd. pp. carent *datis.*

*Quod ubi malum*] Mediam vocem omittit MS. *Norvic.* Optime. Distingue et lege: *partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur, quod malum Dux* (Comius) *equi velocitate evitavit.* Ibi τελεία στιγμὴ pingatur. Qui locum perpendet, huic lectioni et distinctioni non refragabitur. DAVIS.

*Graviter vulneratus*] In primo B. haec inter lineas adjiciuntur, *evitavit, ac si proelio secundo graviter ab eo vulneratus.* etiam in secundo est, *ac sic proelio secundo graviter ab eo vulneratus.* VOSS. Duo MSSti *Bongars.* et editt. *Rom. Ven. Ac si proelio secundo graviter ab eo vulneratus praefectus.* Ita et MS. *Norvic.* et edit. *Beroald.* nisi quod haec, *ac si erat proelio secundo*; ille, *ac sic proelio secundo* etc. An legendum, *facto proelio secundo, graviter adeo vulneratus prefectus etc.*? Sensus certe congruit, nec nimia est mutatio. DAVIS. Vulgaris lectio restat solummodo in Andin. Oxon. et Bong. pr. a m. pr. In reliquis et Edd. pp. *ac si proelio secundo graviter ab eo vuln.* etc. Addit Leid. *icto ab eo.* Carrar. Edd. Vasc. Str. Steph. Gryph. post. *Sic proelio sec. graviter ab eo.* Non dubium mihi est, quin scripserit Hirtius: *Quod malum* (*ubi* inrepsit ex praec. *quod ubi accidit*, et delevit etiam Faernus) *d. e. v. evitavit: ac sic proelio secundo facto graviter vuln.* etc. *facto* abiisse in, *ab eo*, patet ex *icto.* pro quo male *adeo* conjecit Davisius ob sequens *ut.* Sed solet ea conjunctio poni, subintellecto *adeo, ita*, ut dicendum jam habuimus ad 3, 14. Eamque lectionem in textum recepissem, nisi vetuissent MSS. mordicus retinentes vitiose *ubi.*

*Unum illud orat*] Sic reposui ex MSto *Norvic.* et edit. *Rob. Stephani* A. D. 1544. In aliis tam veteribus, quam nuperis, lege-

suo concedatur, ne in conspectum veniat cujus- 507
quam Romani. [a] Quam postulationem Antonius quuum [b] judicaret ab justo nasci timore, veniam petenti dedit; obsides accepit.

*SCIO, Caesarem singulorum annorum singulos* 10
*Commentarios* [c] *confecisse: quod ego non* [d] *existimavi mihi esse faciendum:* [e] *propterea quod insequens annus, L. Paullo,* [f] *C. Marcello, COSS. nullas* [g] *res Galliae habet magno opere gestas. Ne quis* 11

### VARIAE LECTIONES.

a Sic iidem supra nominati praeter B. pr. ille et reliqui cum Edd. pp. *cujus*. F. *quam ejus*. b *aestimaret* L. pr. c *fecisse* Edd. pp. Al. Gr. Pl. d *aestimavi* MSS. Ed. Inc. *esse* abest Lov. Edd. R. M. V. e deest Ox. Lov. f *et C. M.* MSS. et Edd. qdd. male. *cum M.* L. tert. Ed. Inc. *M. Marc.* V. sec. g vulgo *hab. G. magnopere res g. egestas* B. pr. *gesta* V. pr.

batur, *unum erat illud*, vel *unum illud erat*, ex quo qui bonam mentem extuderit, per me licet, retineat. DAVIS. Ita recte restituit Davisius ex MS. Eliens. et Edit. Stephani; cum Scaliger (errore, ut opinor, typographico) Aliique edidissent, (*Unum illud* erat.) Quod autem addit vir doctissimus, in aliis omnibus (praeterquam Stephani) tam veteribus, quam nuperis Editionibus legi, *erat*, in eo demum fallitur. Nam et Hotomannus, et Joannes Rossetus, et Joannes Mich. Brutus, et Anonymus apud Plantinum 1586. et Goduinus, et Cellarius, in suis omnes Editionibus scripserunt, *orat*. CLARK. *Orat* MSS..o. et Edd. plurimae, in quibus Venetae, Vasc. Stradae, Aldin. Gryph. Plant. 1574. etc.

*In conspectum*] MS. Eliens. et Ed. Rom. *in conspectu*. Vide supra ad 4, 12 CLARK. *conspectu* Lovan. Dorv. Ed. Med.

*L. Paullo, C. Marcello Coss.*] Pantagathus, Ursinus et Manut. legunt, *L. Lentulo*. atque ita exhibent MS. Urs. Dorv. et Edd. Rom. Ven. ac Med. *P. Lentulo* Lov. sed bene Ciacconius et Hotomannus docuerunt, errare Viros doctos, ac nono Caesaris in Gallia anno *Paullum* cum *C. Marcello, C. F.* fuisse Consules; sequenti vero, de quo paullo post, *L. Lentulum* et *C. Marcellum, M. Filium*, hujus Caji patruelem, et germanum Marci Marcelli, qui duobus annis ante Consul fuerat. Confer Fastos et Sueton. Jul. 29. Hinc patet quoque, pro *L.* in MSS. fere omnibus perperam scribi, *Tito*, seu *T.* in Voss. sec. *C.* Vide plura huc pertinentia ad c. 55.

*Magnopere*] Bong. pr. Vossian. pr. Oxon. Egmund. dant, *magno opere*. Eleganter et vere. Adi ad B. G. 1, 13. Ordo autem, quo verba locavi, est fide MStorum omnium antiquorum. Vulgo,

*tamen ignoraret, quibus in locis, Caesar, exercitusque eo tempore* [a] *fuissent, pauca* [b] *scribenda, conjungendaque huic Commentario statui.*

1 XLIX. Caesar, [c] in Belgio quum hiemaret, unum [d] illud propositum habebat, [e] continere in amicitia civitates, [f] nulli spem aut caussam dare ar-
2 morum. Nihil enim minus volebat, quam sub [g] de-
508 cessu suo necessitatem sibi aliquam inponi belli gerendi; ne, quum exercitum deducturus esset, bellum aliquod relinqueretur, quod omnis Gallia li-

VARIAE LECTIONES.

a *fuisset* MSS. 5. sed v. ad c. 6. *fecissent* G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. b *esse scr.* MSS. 9. et Edd. qdd. c Sic MSS. meliores et Edd. qdd. non *quum in B. Belgis* L. sec. V. tert. et Hotom. V. ad c. 46. d deest L. pr. Ox. *illum* MSS. 5. e *continendi* And. Ox. Pet. L. pr. sed vide ad c. 44. *amicitiam* Ox. non male. f *nullam* Lov. G. L. tert. V. tert. Ed. Inc. g vulgo *discessum suum.*

*habet G. m. res g.* in aliis, *magnopere Galliae:* ut suspiceris, *Galliae* esse insititium, sicuti etiam non comparet in Leid. sec. tert. et Ed. Inc. At vide in Praef. hujus libri, *rerum gestarum Galliae.*

*Nulli spem aut caussam dare armorum*] Repono, *nulli speciem*, id est, praetextum. *Sulpicius Severus* Histor. Sacr. 2, 3, 6. *Dedentibus semper pacis specie traditum constat.* Ibi *Car. Sigonius* conjecit legendum, *dedentibus se per pacis speciem*, quae quidem emendatio satis est concinna, haud tamen necessaria. *Suetonius* Jul. cap. 82. *Assidentem conspirati* specie *officii circumsteterunt.* Sic et alibi loquitur idem scriptor. *Florus* 2, 2, 4. Specie *quidem socios juvandi, re autem sollicitante praeda.* Mendum in *Hirtio* procreavit compendiaria scriptura; *spem* enim et *speciem* in Manuscriptis sola distinguit lineola, per litteram secundam ducta; hinc fit, ut saepe confundantur. DAVIS. Errat vir doctus. Sperabat enim semper Gallia caussam novorum motuum. Quare iis omnem spem et praetextum, vel caussam, adimere volebat. Patet id satis e sequentibus: *Bellum omnis Gallia libenter sine praesenti periculo susciperet.*

*Sub decessum suum*] Ita scribendum existimo. Sic enim jam infra, (*Caesaris decedentis.*) Alii (discessum *suum.*) CLARK. Recte Clarkius *dec.* emendavit, quod egregie confirmant Andin. Oxon. Voss. pr. Palat. Leid. sec. uti et MSS. Ursini ac Faerni, atque ita scribendum, margini adlevit Lipsius. *Decedere* huic rei proprium esse verbum, ut et *decessoris*, jam tirones sciunt. Adi et Vossium ad cap. seq. *Caesaris decedentis*, uti est in MSS. plurimis et integerrimis. Ceterum

benter sine praesenti periculo susciperet. Itaque, 3
honorifice civitates adpellando, principes maximis praemiis [a] adficiendo, nulla onera [b] nova inponendo, defessam tot adversis proeliis Galliam, conditione [c] parendi meliore, facile in pace continuit.

L. Ipse, hibernis peractis, contra consuetudi- 1
nem [d] in Italiam quam maximis itineribus est profectus, ut municipia et colonias adpellaret, quibus M. Antonii, quaestoris sui, commendaret sacerdo-

VARIAE LECTIONES.

a *donando* Egm. b Sic Pet. Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Reliqui et Edd. pp. carent τῷ *nova*. c *parcendi* L. pr. Pal. Dorv. B. pr. pro V. lect. d *in It.* deest Lov.

minus bene Scaliger ex Ursin. et Faerni libris reposuit Accusativum. Nam omnes ad unum MSS. et Edd. habent Ablativum; at puto, Fulvium respexisse tantum ad praepositionem, et indicare voluisse, in suis libris esse, *decessu*, non, *decessum*. quamvis hac variatione nihil sit frequentius, et utrumque exemplis defendi possit. Adi ad B. G. 2, 11. B. Civ. 1, 27. *sub ipsa profectione.* Bos. Animadv. in Caes. p. 24.

*Omnis Gallia susciperet*] Sic Caesar dicit saepius, cum de tribus Galliis loquitur. Confer Voss. ad 7, 4. Verum nec spernendum temere, quod est in And. et Ox. *quod Galliae susciperent.* Ut e MSS. plerisque restituimus B. G. 4, 20. *Quae sunt contra Gallias.*

*Inponendo*] Sic quidem Pet. Scalig. Cujac. Andin. Oxon. et Leid. pr. cum Bong. pr. a m. sec. ac Dorvill. et Celso: quare nil muto. Verum Bong. pr. a m. pr. et reliqui Codices mei, in quibus Bong. sec. Voss. pr. Lovan. Egmund. etc. uti et Carrar. et Edd. Inc. ac Flor. exhibent; *injungendo.* Non minus eleganter. Vide quos laudat Cel. Burm. prooem. Quinct. Inst. Orat. *injungere laborem non injuste viderentur.* et saepe his in commentariis adhibitum. B. Civ. 2, 18. *lis graviora onera injungebat.* Ipse Hirtius c. 6. *Expeditionum onus injungebat.* at ibi Scaligeri Codex, *inpingebat:* unde forsan hic rescribi placeret, *inpingendo*, pro qua voce alii librarii scripserant, *inpon.* alii, *injung.* De hac voce adi, quos et quae laudat Cl. Duker. ad Flor. 3, 12, 13. *Haec Catilinam patriae suae inpegit.* Sed tamen, *inpingere alicui onus*, num Latine dici possit, adhuc dubito, et *injungendo* praefero. Mox *defessam* non agnoscit Bongars. pr. *defectam* dicit Oros. 6, 12. Sic enim MSS. non, *defoetam*.

*Conditione parendi meliore facile in pace*] Tert. Bongarsianus habet, *conditione parendi meliore facilem.* non male. alterum tamen magis ex Hirtii more. VOSSIUS.

*Commendaret sacerdotii petitionem*] Lege, *commendaverat*,

2 tii petitionem. Contendebat enim gratia [a] quum li-
509 benter pro homine [b] sibi conjunctiſſimo, quem paullo
[c] ante praemiſerat ad petitionem; tum acriter contra
factionem, et potentiam paucorum, qui [d] M. Antonii
repulsa, Caeſaris [e] decedentis convellere gratiam cu-
3 piebant. Hunc etsi augurem prius factum, quam Itali-
am adtingeret, [f] in itinere audierat; [g] tamen non mi-
nus juſtam sibi cauſſam municipia et colonias ade-

VARIAE LECTIONES.

a *tum* L. pr. a m. sec. V. sec. b deeſt Edd. R. M. V. c abeſt L. sec. d exſulat ab Ox. *in* L. pr. *Antoni* V. pr. ut alibi. e *rec.* B. tert. Pal. Dorv. et Edd. qdd. *decedentem* L. pr. *decentis* Lov. Egm. G. V. tert. L. tert. Ed. Inc. *intercedentis* Urs. *Absentis* conj. Hotom. f *ut in it. audivit* Ox. *audirent* MSS. 3. Ed. Inc. g deeſt Ox. nec male. V. ad B. Alex. c. 50.

ut habent *Norvic. Buslid.* et *Egmond.* Hoc enim tempore municipia petiit, ut eis gratias ob praeſtita Antonio officia referret. DAVIS. *Cur. sec. Commendaverat* etiam Bong. pr. Voſſiani, Gottorp. Lovan. Leid. sec. tert. et Dorv. cum Edd. primis, item Vascos. Steph. aliisque. Verum Caeſarem non habuiſſe in animo, eo proficisci, ut gratias pro officiis Antonio praeſtitis ageret, sed ut eum commendaret, patet luce clarius e sequentibus, ubi docet Hirtius, demum in via Caeſarem audiviſſe, Antonium creatum eſſe Augurem: at nihilominus Caeſarem non rediiſſe ad exercitum, sed vel sic colonias et municipia adiiſſe, ut gratias ageret, et se quoque et honorem suum commendaret in seq. anni petitione. Quare omnino *commendaret* cum ceteris retineo. Nisi altius haereat vulnus. Nam Buslid. Egmund. et Petav. habent, *M. Antonium quaestorem suum comm. sac. petitione*, ut loquitur mox Hirtius. *petitione* reſtat quoque in Gott. Voſſ. tert. et Ed. Inc. Forſan pro *commendaverat* scribendum, *commendaret ad S. petitionem*, i. e. in, propter, ob. Vide ad B. G. 5, 40. B. Civ. 2, 32. in f. 3, 101. Et ita alii. Nepos Dat. c. 3. *exercitus contrahebatur ad bellum.* Liv. 1, 9. *ad ingenium efficaces preces.* et saepe. Immo c. 52. *majore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem.* Verum cum sequatur modo, *ad petitionem*, et vulgata lectio, optimis Codicibus, And. Oxon. Leid. pr. Cujac. aliisque confirmata, bene sese habere videatur, nil innovari suadeo.

*Gratia*] Hanc vocem abundare putavit Ciacconius, et Scaliger uncis inclusit. Fruſtra. *Gratia* eſt illud, quo multum Caeſar apud colonos et municipes valebat ob obtinendum votum. Sueton. Jul. cap. 19. *Inferior gratia.* Salluſt. B. Catil. c. 20. *Vulgus fuimus sine gratia, sine auctoritate. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud il-*

undi existimavit, ut iis gratias ageret, quod frequentiam [a] atque officium suum Antonio praestitissent: [b] simulque se, et honorem suum [c] in sequen- 4
tis anni commendaret [d] petitione; propterea quod insolenter adversarii sui gloriarentur, L. Lentulum et C. Marcellum Coss. creatos, qui omnem honorem et dignitatem Caesaris exspoliarent, ereptum Servio 5
Galbae consulatum, quum is multo plus gratia

VARIAE LECTIONES.

a *et* Lov. b *simul* Ox. c abest praep. ab Edd. quibusd. et MSS. praeter Cuj. Sc. L. pr. And. Ox. Pet. Contra Clark. cum Urs. Hotom. aliisque edidit *in inseq.* d exsulat a MSS. 12 et Edd. nonnullis. Sed praeter nominatos agnoscit quoque Bong. pr. *petitionem* non male conjecit Hotom.

*los sunt.* ubi vide Cl. Cort. Statim, *Caesaris convellere gratiam.* et, *gratia suffragiisque valere.* Neque enim phrasis obstitit, credo, viris doctis: quae saepe occurrit in his Commentariis. Vide ad 1, 13. *Dolo contendere.*

*Caesaris decedentis convellere gratiam*] Sic recte etiam in Cujacii manuscripto legebatur. Cicero pro Muraena c. 33. *multi obviam prodierunt de provincia decedenti.* Unde is, qui decessit, *decessor:* qua voce primus Tacitus usus, pro eo, qui legionis imperio abscedebat. Glossae: *Decessor, προηγησάμενος, διακάτοχος.* Postea et in jure usurpatum pro eo, qui de provincia decedit. Barbari scriptores inde ineptam et nulli ignotam vocem *praedecessoris* formaverunt. VOSSIUS.

*Qui omnem honorem et dignitatem Caesaris exspoliarent*] Sic omnes MSS. et vett. impressi, praeterquam quod nonnulli, *spoliarent.* Conjecit *Pet. Ciacconius* legendum, *omni honore et dignitate Caesarem exspoliarent*, et ita eum secutus edidit *J. Scaliger* cum recentioribus. Dubitari quidem non potest, quin haec loquendi ratio sit magis proletaria; proba tamen est et altera. *Vellejus Paterculus* 2, 80. *Spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.* *Cicero* pro M. Coelio c. 2. *Detrahendaeque dignitatis gratia dixerunt.* Et iterum c. 18. *Parcat juventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam.* His exemplis inductus, Codicum scripturam revocavi. DAVIS. Cellarius etiam secutus est Ciacconii conjecturam, invitis MSS. omnibus, qui habent cum Edd. Vett. *spoliarent.* Bong. sec. *spoliarentur.* Andinus tamen et Ox. cum Petav. servant, *exspoliarent.* Valer. Max. 1, 1, 20. *Thesauro Proserpinae spoliando.* ubi Harlem. Cod. et alii, *exspoliando.* Vide supra ad 7, 77. *Hos vestro auxilio exspoliare.* Ceterum *Exceptus* et seqq. usque ad verba illa c. 53. *quo majores*, desunt in Bong. sec. Vossianis, Egmund. Gottorp. Leid. tert. et Ed. Inc. Verum ex

[a] suffragiisque valuisset, quod sibi conjunctus et familiaritate, et [b] necessitudine legationis esset.

LI. Ex-

VARIAE LECTIONES.

a *suffragii* And. b *consuetudine* B. pr. Voss. o. Lov. Egm. G. Leid. sec. tert. Scal. pro var. lect. et Ed. Inc. sed *famil.* et *consuet.* eadem sunt.

parte leguntur ad finem hujus libri adtexta, nempe ad verba c. 52. *cum Caesaris caussam*, ita ut deficiant in syllaba *Ces*.

*Ereptum Serv. Galbae consulatum*] Contra *Suetonius* Galbae c. 3. *Hujus nepos* (Serv. Galba) *ob repulsam consulatus infensus Jul. Caesari, cujus legatus in Gallia fuerat, conspiravit cum Cassio* et *Bruto*; adeo ut videantur noster et *Suetonius* frontibus adversis dimicare. Nodum solvit *Ph. Rubenius*, qui Elect. 1, 27. duplicem fuisse repulsam contendit. Prima, quam memorat *Hirtius*, evenit, cum Caesar esset in Galliis; alteram, cujus meminit *Suetonius*, Caesare jam dictatore, contigisse censet. DAVIS.

*Sibi conjunctus*] *Pronomen* est *reciprocum* pro *Demonstrativo*, qui quidem loquendi modus *Fr. Hotomanno* durus videtur, nec tamen eum refugerunt optimi scriptores. Noster Bell. Afric. c. 49. *Longius* sibi *progrediendi eripuerunt facultatem. Sulpicius Severus* Hist. Sacr. 2, 1, 4. *Jam revelato* sibi *per Dominum mysterio*. Idem Vit. B. *Martini* 15, 4. *Plerumque autem contradicentibus* sibi *rusticis*. Adi etiam *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. 9. p. 108. DAVIS. Existimat Davisius, pronomen *reciprocum* hic positum pro *demonstrativo*, sed a Grammaticis deceptus. Nam proprie hoc in loco poni debuit pronomen *Reciprocum*, propterea quod *continua* oratione dixerat Hirtius, (Caesarem justam *sibi* caussam existimare, — simulque *se* et honorem *suum* commendare, — et adversarios *suos* esse gloriatos, — et *sibi* (eidem scilicet Caesari) Galbam esse conjunctum familiaritate.) Caeterum, quoniam merae fere tenebrae sunt, quicquid hac de re apud *Grammaticos* inter se litigantes reperias, breviter totam hujusmodi locutionum rationem apponere visum est. Primarius igitur sive maxime naturalis et praecipuus *Reciproci* Usus est in *sententia Simplici*, in qua oratio, unde fuerit transitiva, eo proxime et *immediate* (quod ajunt) reciprocatur. Ut, (*Lucretia se interfecit*:) (*Cato pectus suum gladio transfixit.*) Ubi, cum nullo modo ferri queat, ut *Demonstrativum* ponatur pro *Reciproco*, (quis enim unquam tam barbarus fuit, ut diceret, (*Lucretia* eam *interfecit*,) pro eo quod est, (se *interfecit?*) vel, (*Cato pectus* ejus *gladio transfixit*,) pro eo quod est, (*pectus suum transfixit?*) liquet utique, non posse promiscue usurpari *Demonstrativum* et *Reciprocum*; sed *Demonstrativum* semper *demonstrative* esse positum, *Reciprocum* semper *reciproce*. Secundo, usurpatur *Reciprocum* nihilo minus *proprie*, et revera *reciproce*, in *sententia Composita*, ubi, etsi non quidem *im-*

LI. Exceptus [a] est Caesaris adventus ab omni- 1
bus municipiis et coloniis incredibili [b] honore at- 511
que amore: ( [c] tum primum enim veniebat ab illo 2

VARIAE LECTIONES.

a abest Ox. b *hon. atque* exsulant L. pr. *atque am.* desunt And. Ox. Al. *am. atque h.* c *cum* B. pr. et 3. alii cum Ed. Inc. Uncis inclusa Grutero pro spuriis suspecta sunt.

*mediate* (quod ajunt,) at nihilo tamen minus *vere*, reciprocatur cum eo, quod praecessit. Ut, (*orat Petrus, ne deseras* se.) Nam, quemadmodum recte dicitur, (*Petrus sollicitus est de* se;) similiter recte itidem dicitur, (*sollicitus est Petrus*, *nequid accidat* sibi;) *sollicitus est*, *ne deseras* se;) (*rogat*, *ne deseras* se;) *etc.* In quibus omnibus illud (*Se*) aeque vere reciprocatur cum praecedente (*Petrus*,) ac in *sententia Simplici*. Quod si hujusmodi *sententiae Compositae* pars utraque in Persona tertia efferatur, ut, (*rogat Petrus Paulum*, *ne deserat* se;) jam illud (*Se*) vel cum *priore* et remotiore, vel cum *posteriore* et propiore Antecedente, poterit aeque proprie reciprocari, ut scilicet vel ad *Petrum* rogantem, vel ad *Paulum* deserentem, referatur. Quo pacto cum ambigua demum sit facta constructio; jam aut ex reliquae orationis contextu manifesta fiat oportebit sententia, aut vitari debebit ista constructio, utcunque purissima et maxime Latina. Atque haec quidem hactenus satis manifesta. Verum in errorem jam hinc deinceps inducti sunt Grammaticorum plerique, ac si *promiscue* usurpari possent *Demonstrativum* et *Reciprocum*, propterea quod in hujusmodi quidem *sententia composita*, (aliter prorsus atque in *Simplici*, uti supra est ostensum,) possit interdum aeque Latine usurpari vel *Demonstrativum*, vel *Reciprocum*. Id quod ideo utique evenit, non quod *Reciproca* possint unquam aliter usurpari, quam ut sint *vere reciproca*; nedum quod aliud vocabulum pro alio possit unquam proprie et Latine poni; (id enim, nisi in plane Synonymis, semper est ineptissimum; neque certa ulla esset futura ratio aut norma loquendi:) sed quod in *sententia composita* possit eodem in loco, *diverso respectu*, poni vel *Reciprocum*, vel *Demonstrativum*. Exempli gratia, (*Redde Ciceroni librum suum*, vel *ejus*,) ex aequo dici potest; nimirum reciproce *librum suum*, respectu *Ciceronis*, cui reddatur; vel demonstrative *librum ejus*, respectu *Tui*, qui reddas. (*Rogat te Paulus*, *ne deseras se*, vel, *ne deseras eum*:) reciproce nimirum, (*se*,) respectu *Pauli*, qui roget; vel demonstrative, (*eum*,) respectu *Tui*, qui deseras. Denique, *Reciprocum* nonnunquam apud bonos Autores refertur ad Antecedens subintellectum, ut in isto Plinii, (*Vinea si macruerit*, (ei) *sarmenta* sua *comburito*.) Et in durissima ista constructione apud Senecam, (*Puer ad tuum formetur arbitrium*, *multum* sibi *dabis*;) hoc est, *multum* (ei) *dabis*, *sibi*; vel, *multum* (ei) *dabis*, *quod sibi habeat*. Postremo in isto Ovidii, (*Respice Laërten*, *ut jam* (ei) *sua lumina condas*:) siquidem ita scripsisset Ovidius: nam vera Lectio longe aliam exhibet constructionem,

[a] universae Galliae bello.) Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, [b] locorum omnium, qua Caesar iturus erat, excogitari [c] pos-
3 set. Cum liberis [d] omnis multitudo obviam [e] procedebat; hostiae omnibus locis inmolabantur; tricliniis stratis fora templaque occupabantur, ut vel exspectatissimi triumphi laetitia [f] praecipi posset. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores.

1 LII. Quum omnes regiones Galliae Togatae

VARIAE LECTIONES.

a *Universo* Edd. R. M. V. b vulgo *locorumque*. c MSS. plerique *poterat* et Ed. Inc. *possit* Dorv. d *omnium* V. pr. sec. L. sec. e *procedit* L. pr. f MSS. 4. et Edd. quaedd. *percipi* male. V. ad B. Civ. 3, 1.

(*Respice Laërten: ut jam sua lumina condas, Supremum fati sustinet ille diem.*) Atque his demum modis facile explicari poterunt, quaecunque loca apud *Sanctium* aliosque Grammaticos eum in finem adducta reperias, ut ostendant, Reciprocum et Demonstrativum *promiscue* pro se invicem usurpari posse. Id quod in universum omnibus in linguis, et in omnibus exemplis vocabulorum, quorum aliud scilicet pro alio positum dicatur, non utique prorsus Synonymorum, non potest non esse ineptissimum. CLARK. Sic c. 54. *Caesar, cum de voluntate adversariorum se exspoliari nemini dubium esset.* B. C. 1, 24. *atque ad se Brundisium sit venturus,* id est, ad Pompejum, ad quem scribit. quod male mutant. Vide etiam ad B. Alex. c. 38. B. Afric. c. 49. 57.

*Itinerum*] Vult, floribus et coronis conspersa esse: quod facere olim populus solebat cum gaudio aliquem excepturus. Unde legimus in Polybio, T. Quintium, cum liberam Graeciam pronunciari jussisset, coronarum conjectu honoratum. *οἱ δὲ*, inquit, *πολλοὶ στεφάνους ἐπιῤῥίπτοντες καὶ λημνίσκους.* Et de Curione, tr. pl. ait Plutarchus, eum, superato in suffragiis Pompejo, florum conjectu plausuque a plebe exceptum esse: *κἀκεῖνος μὲν ὡς νενικηκὼς λαμπρὸς ὑπὸ χαρᾶς εἰς τὸν δῆμον ἐξήλατο, κρότῳ καὶ βολαῖς στεφάνων, καὶ ἀνθῶν δεξάμενον αὐτόν.* Addit autem, *ὡς νενικηκώς;* ut ostendat, solitos victores eo honore affici: nam nemo ignorat, solitos in Graecia athletas et olympionicas florum jactu coli, unde notae illae *ἀνθοβολίας* et *φυλλοβολίας* voces. Non solis tamen athletis, sed et maximo cuique duci id honoris habitum; quod et Pompejo accidisse, e Plutarcho discimus. VOSS. Pro *locorumque* exstat in Bongars. pr. Scalig. Leid. pr. tert. Vossianis, Gottorp. et Ed. Inc. *locorum*. Omnino rectius.

Caesar [a] percucurrisset, summa cum celeritate ad exercitum [b] Nemetocennam rediit; legionibusque 512
ex omnibus hibernis ad fines Trevirorum [c] evocatis, eo profectus est, ibique exercitum lustravit. T. La- 2
bienum Galliae [d] Togatae praefecit, quo majore [e] commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem. Ipse tantum [f] itinerum faciebat, quantum satis esse ad mutationem locorum propter salubritatem existimabat. Ibi quamquam crebro audiebat, 3
Labienum ab inimicis suis sollicitari; certiorque

VARIAE LECTIONES.

a *percurr.* MSS. 7. et Edd. pp. aliaeque male, et statim vulgo deest *cum*. b Sic MSS. o. nisi quod L. pr. sec. *Nemotoc*. V. c. 47. *redit* MSS. 3. c *advoc*. MSS. 2. Edd. R. M. V. d *praef. Tog.* MSS. 3. Edd. qdd. e *recommend.* L. tert. Ed. Inc. inepte. f *itineris* et *itinere* ac *munitionem* MSS. qdd. et Ed. Inc.

Vide ad B. G. 4, 15. *timore, lassitudine, vi fluminis*. Dein pro *qua* in Leidens. sec. est, *quo*, at Bong. pr. et Voss. pr. *quae*. *Ire viam, portus, forum*, frequens est poëtis, non item historicis. Recte se habet, *qua*. Adi omnino ad 1, 6. *Vix qua singuli carri ducerentur*. Quatuor autem haec verba, *qua C. it. erat*, desunt in And. et Oxon.

*Humiliores* ] Petav. Scalig. Leid. pr. Voss. pr. et 4 alii cum Ed. Inc. *Meliores*. Quasi vellet innuere, opulentiores non aeque bono animo magnificentiam ostentasse, quam alios, qui meliore in Caesarem animo erant praediti. Videtur tamen potius haec lectio nata e more scribendi per omissionem τοῦ *h*, *umiliores*. Unde supra docui *hominum* saepe abiisse in *omnium*. Sic *Umerus*, *Omerus*, *Oratius*, et alia innumera.

*Celeritate*] Bong. pr. cujus hic rursus incipit manus recens, Leid. pr. Scal. Oxon. Buslid. Dorv. et Edd. Rom. Ven. Med. *cum celeritate*. Quod reposui. Saepius haec praepositio fuerat ejecta. Alibi, *summa cum contumelia, diligentia, periculo etc.* Vide Indicem notarum, et ad B. Hispan. c. 2.

*T. Labienum Galliae Togatae praefecit, quo majore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem* ] *Gallia Togata* est Cisalpina. Vide *Ald. Manutium* Quaest. per Epist. l. 2. Ep. 2. Coloniae et municipia populi Rom. suffragiorum jus habebant, quam ob caussam *T. Labienum Galliae Togatae praefecit* Caesar, *quo majore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem*. Noster c. 50. *Municipia et colonias appellaret, quibus M. Antonii, Quaestoris sui, commendaret sacerdotii petitionem*. Et iterum, *Justam sibi caussam municipia et colonias adeundi existima-*

[a] fiebat, id agi paucorum consiliis, ut, interposita senatus auctoritate, aliqua parte exercitus spoliaretur; tamen neque de Labieno credidit [b] quidquam, neque contra senatus auctoritatem, ut ali-
4 quid faceret, [c] potuit adduci. Judicabat enim, liberis sententiis patrum conscriptorum caussam suam facile obtineri. Nam C. Curio, Tribunus [d] plebis, quum Caesaris caussam dignitatemque defendendam suscepisset, saepe erat senatui pollicitus, si quem timor [e] armorum Caesaris laederet, et quoniam Pompeji dominatio, atque arma, non minimum terrorem [f] foro inferrent; discederet uterque ab armis, exercitusque dimitteret: fore eo [g] facto libe-

VARIAE LECTIONES.

a *fieret* L. pr. a m. pr. b *quaquam* Ox. c *poterat* L. pr. *abduci* Ox. d *pl. tum erat* Dorv. L. sec. quasi in parenthesi. e abest B. tert. f *in foro ferret* Ox. *sero inferret* L. pr. *inferret* Pet. Pal. g vulgo *pacto* et mox *senatus disc.*

*vit, ut iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium suum Antonio praestitissent. Cicero* ad Attic. l. 1. Ep. 1. *Quoniam videtur in Suffragiis multum posse Gallia,* (Cisalpina) *cum Romae a judiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri legati ad Pisonem, ut Januario revertamur.* Ad eum locum videndi sunt *Paullus Manutius* et *Pet. Victorius.* De tempore, quo jus suffragii omnibus municipiis et coloniis dabatur, consulas *H. Norisium* ad Cenot. Pis. Diss. 2. c. 1. DAVIS.

*Obtineri* ] Vide supra ad 7, 36. *prohiberi videantur.* CLARK. Adi notas ad 2, 32. *facere dixerunt.* unde patet, minus bene in And. et Oxoniensi scribi, *caussam s, facilem. nam.* Dorvill. etiam, *facilem.* Bong. pr. *obtinere.* Frequens locutio est, *obtinere rem, caussam.* et subintelligitur, *posse,* vel futurum tempus innuitur, ut adlatis locis patet.

*Pacto* ] Sic quidem placuit Faërno, e MS. an e conjectura, non additur. Recepit tamen Hotom. et Scaliger, cum ante eum ederetur, *facto;* atque ita exhibent excerpta Gruteri, meique, quotquot hanc partem habent, codices, quare revocavi. Saepe *facto* in *pacto* mutarunt librarii. Adi ad Front. 2, 8, 2. *Quo facto* Hirt. B. Alex. cap. 5. 7. 23. Dein *tantum* non male abest ab And. et Oxon. *solum* et *tantum,* sequentibus *sed etiam,* non raro subintelligi solet. Vide ad Frontin. 2, 13, 5. *Non armis, sed vul.*

ram, et sui juris civitatem. Neque hoc tantum pol- 5
licitus eſt; sed etiam per se discesſionem facere
coepit: quod ne [a] fieret, [b] conſules amicique Pom-
peji juſſerunt, atque, ita [c] rem moderando, dis- 513
ceſſerunt.

LIII. Magnum hoc teſtimonium senatus erat 1
universi, conveniensque superiori facto: nam Marcellus proximo anno, quum inpugnaret Caeſaris dignitatem, contra legem Pompeji et Craſſi, retulerat ante tempus ad senatum, de Caeſaris provinciis; sententiisque dictis, [d] discesſionem faciente Marcello, qui sibi omnem dignitatem [e] ex Caeſaris invidia quaerebat, senatus [f] frequens in alia omnia

VARIAE LECTIONES.

a *faceret* L. pr. b *omnes amici P.* And. Ox. B. pr. L. sec. Pal. Dorv. et Edd. pp. *consules amici* B. tert. Tum *intercesserunt* Edd. recentes. c *remorando* MS. Faerni. d *dissens.* MSS. 3. e *de* L. pr. f abeſt Dorv. *transit* B. sec. Ox. et 3. alii.

*neribus.* Stewech. ad Appul. l. 3. Met. p. 326. B. Civ. 3, 57. *Non solum, quae probasset, exponere, sed etiam* etc. in Lovan. deeſt, *solum.*

*Discess.*] Ejeci vocem *senatus*, intruſam a Faërno et Scaligero contra MSS. et Edd. omnes. Melius idem legebat, *S. C. per disc. f.* c. Vide Urs. quamvis abſit vox *senatus*, facile intelligi poteſt de disceſſione senatus pedibus facta. c. 53. *discessionem faciente Marcello.*

*Intercesserunt* ] Sic repoſuit Scaliger ex conjectura Pantagathi, sed invitis MSS. et Edd. omnibus, in quibus eſt, *jusserunt*, uti senſus eſſet, Conſules, qui amici in primis erant Pompejo, juſſerunt, ne fieret disceſſio. Sed *jubeo, ne quid fiat*, vereor ut Latinum sit. Quare verisimilior videtur lectio Codicis Carr. Bong. tert. Leid. sec. Ed. Beroaldi et Vascos. Marg. *suaserunt.* quod et arridet Bruto. de tota re vide hic Ciacconium et Hotom. *jusserunt* interim revocavi e MSS. plurimis et melioribus. quo uſus verbo eſſet Hirtius, ad invidiam conflandam.

*Majores pararent necessitudines* ] MS. *Norvic.* habet, *necessitates*, quae quidem varietas non de nihilo eſt; ut enim *necessitudo* eandem saepe vim obtinet, ac *necessitas*, sic interdum *necessitas* idem denotat, ac *necessitudo. Caesar* B. C. 1, 8. *Semper se Reip. commoda privatis* neceſſitatibus *habuisse potiora.* Sic et *Cicero* pro Sylla

2 transiit. Quibus non frangebantur animi inimicorum Caesaris, sed [a] admonebantur, quo majores [b] pararent necessitudines, quibus cogi posset senatus id probare, quod ipsi [c] constituissent.

1 LIV. Fit deinde senatusconsultum, ut ad bellum Parthicum legio una a Cn. Pompejo, altera a

VARIAE LECTIONES.

a *commovebantur* B. tert. Edd. Vasc. Str. Steph. Gr. post. minus bene, nec melius *ut m.* L. pr. b *parerent* Pal. Dorv. *sperarent* Lovan. Pet. L. pr. Sc. B. sec. Egm. et 3 alii cum Ed. Inc. *spirarent* V. sec. c *instit.* L. pr.

cap. 1. *A. Gellius* Noct. Attic. 13, 3. *Nihil rationis dici potest, qui* necessitudo *et* necessitas *separentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias* necessitudinem *dici pro eo, quod necessum est; sed* necessitas *sane pro jure officio que observantiae infrequens est; quamquam qui ob hoc ipsum jus affinitatis familiaritatisque conjuncti sunt,* necessarii *dicuntur. Reperi tamen in oratione* C. Caesaris, *qua Plautiam rogationem suasit,* necessitatem *dictam pro* necessitudine, *id est, jure affinitatis. Verba haec sunt*: Equidem mihi videtur pro nostra *necessitate* non labore, non opera, non industria defuisse. Hactenus ille; ex quibus patet, lapsum esse *Sosipatrum Charisium*, qui ἀποτόμως negavit, *necessitatem* pro *necessitudine* unquam poni. DAVIS. *Necessitates* legitur in Vossianis omnibus, Bongars. sec. Egmund. Lovan. Gott. Buslid. Leid. tert. Bong. pr. pro var. lect. et Ed. Inc. ita variatur quoque B. Civ. 1, 4. Contra pro *necessitate* in MSS. est *necessitudo* apud Valer. Max. 1, 6, 12. ubi consule doctos viros. B. C. 1, 8. MSS. vetustiores *necessitudinibus* habent. plura vide apud Cort. ad Sallust. B. Cat. 17, 5.

*Mitteretur*] Sic MSS. Reg. et Vossii. Al. *mitterentur*. Minus eleganter. CLARK. *Mitteretur* cum Ed. Inc. etiam mei omnes, si tamen Pal. et Bong. pr. recentissimae quidem manus, excipias, forsan et Cujac. Scalig. et Andin. Quare Clarkio non parui; licet alterum facile ferri possit. Sed cum agatur de duabus legionibus sub uno hoc verbo, elegantius adhibetur plurale. quem numerum e MSS. restituimus Caesari 7, 39. *Alter pro C. alter pro Conv. pugnaverant.*

*Confectam ex delectu provinciae, Caesari eam tanquam ex suo numero dedit*] Locus tam certo depravatus, quam luce meridiana diem esse constat. Non dubitavit tamen sic quoque Scaliger edere. Nam prima legio haec confecta erat ex delectu Galliae Cisalpinae, quae provincia Caesaris erat. Hanc legionem Pompejus jam dedit Bibulo, tanquam suam; et Caesar coactus est alteram ex suis addere legionibus. VOSS. Locum esse certo depravatum, notavit *Dionys. Vossius*, qua tamen ratione sit emendandus, nec ille vidit, nec alius quispiam. *F. Ursini* liber, *confectam ex delectu provinciae Caesaris, ei tanquam ex suo nu-*

C. Caesare [a] mitterentur: neque obscure [b] hae duae legiones uni Caesari detrahuntur. Nam Cn. Pom- 2
pejus legionem primam, quam ad Caesarem [c] mise-
rat, confectam ex [d] dilectu provinciae [e] Caesaris, 514
eam tamquam ex suo numero dedit. Caesar tamen, 3
[f] quum de voluntate adversariorum [g] suorum se ex-

VARIAE LECTIONES.

a *committeretur* B. sec. b deest MSS. 6. et Ed. Inc. dein MSS. 9. et Ed. Inc. cum Reg. non habent *Caesari. uni* abest L. pr. c *miserant* Egm. d Sic B. sec. L. pr. V. pr. Lov. et plures alii. e vulgo *Caesari eam*. f *etsi* Eg. *de* abest Pet. et Faern. *ex* G. g *suorum se exsp.* desunt Edd. Scal. *se expoliari* aliis.

*mero dedit.* Legendum crediderim, *confectam ex delectu provincia Caesaris, eam tanquam ex suo numero repetit. Caesar* B. G. 6, 1. *Simul ab Cn. Pompejo Procos. petit, — quos ex Cisalpina Gallia Consulis sacramento rogavisset, ad signa convenire et ad se proficisci juberet, — quod Pompejus et Reip. et amicitiae tribuit.* Hanc legionem tanquam ex suo numero repetit Pompejus: quam idcirco ei remisit Caesar. Vide et *Dionem* l. 40. p. 151. Prima syllaba vocis, *repetit*, excidisse videtur ob similitudinem, quae ei fuit cum antecedente; dein, *petit*, et *dedit*, facile a Librariis confusa. DAVIS. *Provinciae Caesaris, tanquam ex s. n. dedit*) Codex Ursini habet, *Confectam ex delectu provinciae* Caesaris, ei *tanquam ex suo numero dedit.* Alii omnes MSS. et Editi (*conf. ex del. provinciae*, Caesari eam *t. ex s. n. dedit.*) Lectio manifesto depravata. Sed Davisii mutatione nihil opus. Sensus enim manifestus est, (*t. ex s. n.* dedit) scilicet ad Parthicum bellum. Quare hoc modo edidi, (*conf. ex d. provinciae* Caesaris, *tanq. ex s. n. dedit*) omissa solummodo voce, *ei*, vel *eam*, quae sententiam turbat prorsus, et manifesto orta est, prior ex corruptione ultimae syllabae vocis praecedentis (*Caesaris*,) posterior ex corruptione primae syllabae vocis sequentis (*tanquam.*) CLARK. Bene defendit Cl. Clarkius verbum, *dedit*, et *Caesaris* reposuit, jungens id nomen τῷ *provinciae*, atque ita ante ipsum scribendum docuerunt Glandorp. et Ciacconius, e lectione Urs. Cod. tantum delens, *ei. Caesaris* clare etiam exaratur in Leid. pr. et sec. Sed *eam* MSS. mei cuncti retinent. Et bene per Pleonasmum additur *eam*, optimorum quorumvis more, uti noster ipse locutus est supra quoque c. 3. *illud signum etc. Caesaris. Id erat interdicto sublatum.* ubi plura adnotavimus. Hotomannus putabat delendam vocem, *Caesari.*

*Adversariorum se exspoliari nemini dub. esset*] Haec est Cellarii et vulgaris lectio usque ad Scaligerum, nisi quod Vasc. Str. Steph. et alii dederint, *spoliari.* Primus, quod sciam, Scaliger verba ista, *se exspoliari*, secutus fidem Cod. Carrar. et Brutum, ejecit; unde etiam non agnoscunt Edd. Dav. et Clarkii, qui inseruerunt pro iis, *suorum.* Sed

spoliari nemini dubium esset, [a] Cn. Pompejo legionem remisit, et suo nomine [b] xv, quam in Gallia citeriore habuerat, ex senatusconsulto jubet transdi. In ejus locum xiii [c] legionem in Italiam mittit, quae
515 praesidia tueatur, ex quibus praesidiis xv [d] dedu-
4 cebatur: ipse exercitui [e] distribuit hiberna; C. Trebonium cum legionibus iv in [f] Belgio conlocat; [g] C. Fabium cum totidem in Aeduos deducit. Sic enim

VARIAE LECTIONES.

a Abest MSS. plurimis et Edd. post. b vulgo *ex s. numero. XV legionem* Edd. R. M. V. *ex se j. t.* B. tert. V. sec. c deest Ox. statim vulgo *tueretur.* d *duceb.* MSS. 3. sed v. ad 7, 87. e vulgo *exercitum d. per hib.* f *Belgis* Voss. tert. g *Q. Fab.* V. sec.

et ea vox additur in Edd. Amstel. et Lugdun. MSS. plerique et Ed. Inc. *cum de v. minime dubium esset adversariorum suorum. dubius* Bong. sec. Verum Leid. pr. sec. And. Oxon. Scalig. Cujac. Bong. prim. exhibent, *de vol. adv. se spoliari nemini dubium esset.* In Leid. pr. *nulli.* Nec video, cur ea sperni lectio debuerit. *Cum nemini dubium esset,* se (i. e. ipsum Caesarem, qui praecedit, vide ad c. 50.) spoliari, seu exspoliari, prout placebat ipsius *inimicis.* Certe *suorum* glossam magis olet, quam alterum, *se spoliari.* Retinui utrumque cum Ed. Amst. a Graevio procurata, et Lugdun. Hotomannus malebat voce auctius, *ea se exspol.*

*Et ex suo numero* xv] Malo cum MS. nostro, et Cujacii sec. primo, tert. Bong. Pal. Pet. *ex suo nomine. Ciacconius* et *Ursinus* pro xv scribunt iv, ut supra dictum. VOSS. Cum iis facit *Just. Lipsius* Milit. Rom. l. 4. Dial. 8. p. 212. nec adsensum denegabit, quicunque rem perpendet. Miror autem, cur *Vossius* ex nonnullis Manuscriptis legi velit, *ex suo nomine*, cum saltem Latinitas postulat, ut omittatur praepositio. DAVIS. MS. Reg. habet (*et suo nomine.*) Recteque adnotat Davisius, etiam Latinitatem postulare, ut ista in phrasi omittatur Praepositio. Sed manifesto verior est vulgata Lectio (*et ex suo* Numero *transdi,*) scilicet ad Parthicum bellum. Quemadmodum jam supra *de Pompejo* dixerat, (*tanquam ex suo* numero *dedit,*) ad idem nimirum bellum Parthicum. CLARK. Atqui MSS. Bongars. Vossiani, Leidd. Lovan. Egmond. Gottorp. item Andin. Scalig. et Codices Ursini, Brantii cum Edd. vetustis, item Vascos. Str. Steph. et allii exhibent, *et suo nomine,* quod non dubito, quin voluerit Vossius etiam: optime. Caesar remisit legionem Pompeji (ut est in Voss. pr. et sec.) ipsi non suo nomine, sed Pompeji nomine, quia illa erat ea, quam ad bellum Parthicum ex SCto mitteret Pompejus; at *suo nomine* tradidit illam, quam in Gallia citeriore habuerat. Adsentior autem viris doctis, pro *XV* reponenti-

existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgae, quorum maxima virtus, et Aedui, quorum auctoritas summa esset, exercitibus continerentur.

LV. Ipse in Italiam profectus est. Quo quum 1
venisset, [a] cognoscit, per C. Marcellum consulem legiones [b] II, ab se remissas, quae ex senatusconsulto deberent ad Parthicum bellum duci, [c] Cn. Pompejo transditas, atque in Italia retentas esse.

VARIAE LECTIONES.

a *cognovit* L. pr. b deest L. pr. *a se* MSS. et Edd. qdd. *ad se* V. tert. *missas* Ox. Gr. margo. c abest L. pr.

bus *IV*, at tum etiam statim scribi debet, *IV deducebatur*. Vide ad c. 24. et Ursinum aliosque ad B. Civ. 3, 88. ubi *tertia* pro *quarta* ponitur. Mordicus tamen MSS. retinent *XV*, vel *quintam decimam*, praeter Andinum, qui habet hic, non seq. loco, *undecimam*. Quare nil in his mutare ausus fui. Ceterum *ei* addunt Edd. Rom. Ven. Med. Vasc. Str. Steph. Gr. post. et MSS. plerique, *tradi jubet*. Mox reposui, *tueatur*, e MSS. Andin. Oxon. Leid. pr. et Egmund. pro, *tueretur*. In Gott. Leid. tert. Voss. tert. et Ed. Inc. legas, *tuerentur*.

*Exercitum distr. per hiberna*] Grutero placuit magis lectio Bongars. sec. *Exercitui distribuit hiberna*. Verissime; nam et ita invenitur in membranis Andinis, Oxon. Voss. pr. Egmund. Buslid. Scalig. Gottorp. Brant. ac duobus aliis, et Ed. Incerta. Sed in Leid. pr. et Voss. sec. aliisque, *Ex. dist. in hiberna*. Confusio forsan orta est, quod, ut Caesar. ita et Hirtius *exercitu*, pro *exercitui*, scripserit.

*Si Belgae quorum maxima virtus*] Quatuor has legiones in Belgio proprie dicto collocatas fuisse, censet *Phil. Cluverius* Germ. 2, 2. quam ob causam hic reponit, *Bellovaci* etc. Si rem ita se habere concedamus, nulla opus est mutatione: *Lucanus* enim 1, 426. *Belgam* pro Belgii proprie dicti incola usurpavit. Vide notata ad B. G. 5, 24. DAVIS. Vide et supra ad c. 38. 46.

*Et Aedui*] A MS. Carr. Brant. et 8 meis, atque Ed. Incerta abest, *et*. Bene Beroaldus edidit, *si Aedui*, quod firmatur a Cod. Bongars. tertio; eleganti repetitione.

*C. Marcellum*] Sic recte MS. *Norv.* cum antiquae editt. perperam repraesentarent, *M. Marcellum*, ut vidit *H. Glareanus*, cui temere adversatur *Joan. Glandorpius*; Cajus enim Marcellus tunc temporis consulatum gerebat. Vide *Dionem* l. 40. p. 148. et 151. DAVIS. In solo Bong. pr. inveni *M.* perperam. Fuit enim *C. Marcellus*, atque ita Edd. plerique exhibuerunt e MSS. suis. Aliam lectionem praefert Hotomannus, cujus est mentio in margine Ed. Gryph. *a Paulo et Marcello Coss.* quam confirmant Andin. et Oxon. qui habet, *a P. et a Marc.* Ego acquiescere malo vulgata, quia Marcellus praeci-

2 Hoc facto, quamquam nulli erat dubium, [a] quid-
516 nam contra Caesarem pararetur; tamen [b] Caesar omnia patienda esse statuit, [c] quoad sibi spes aliqua relinqueretur jure potius disceptandi, quam belli [d] gerundi. Contendit.

### VARIAE LECTIONES.

a Vulgo *quin arma pararentur.* b *eo C.* MSS. 3. Edd. R. M. V. c *quod* MS. Edd. R. M. V. d vulgo *gerendi*, sine verbo *contendit.*

puus Caesari fuit inimicus, eique, non item collegae, a ceteris auctoribus adtribuuntur sententiae gravissimae in Caesarem. Immo defensorem habuit Paullum. Vide omnino ad Sueton. Julium c. 29. De his consulibus etiam vide ad c. 48. Nam sequentis anni Consul, *C. Marcellus, M. Filius*, non minus infensus Caesari fuit, quam hic, Caji filius.

*Quamquam nulli erat* etc.] In Bong. sec. hic exaratur, *nullo*, qui etiam non agnoscit vocem, *quamquam*. Vide ad 6, 13. *Nullo adhibetur consilio.* uti illic habent MSS. multi. Dein *esset* exstat in Leid. pr. uti loquitur ipse Hirtius in Praefat. *Quamquam sint nota:* ubi male reposuit Clarkius, *sunt*, ut ibi docui. Tandem exhibui, *quidnam pararetur*, fide MStorum omnium Vossii, Cujac. Scalig. Leid. pr. tert. Bong. sec. Egm. Pet. Lov. Busl. Gottorp. Edd. Inc. Vascos. Strad. Steph. et Gryph. post. Idque politius etiam visum Grutero, quam vulgare, *quin arma pararentur*, quod natum ex Glossa interlineari.

*Belli gerendi*] Optimi Codices, Petav. Cujac. Scal. Leid. pr. Voss. prim. Lov. *belligerandi*, uti edunt quidam 6, 22. *studium belligerandi agricultura commutent.* Sed ibi scribendum est, *belli gerundi*, ut saepius; atque ita diserte hic Egmund. quare id reposui. V. etiam B. Afr. c. 36. *Belligerare* tamen usus est Cicero, Plautus, Tacitus, ut lexica notant, item Sueton. Aug. c. 94. atque ita MSS. plerique apud Valer. Max. 6, 5. Ceterum rectius tum fore videtur, *belligerando*, sive potius cum Grutero, *bello.* aut, *bello. Gerendi* etc. Disceptandi jure potius, quam bello; ut sequens verbum sit initium periodi, quae cum reliquis perierit. Nam non dubium est mihi, quin desint hic nonnulla. Hoc clare patet e MSS. qui addunt verbum, *contendit*, quod, licet sine ullo sensu, ne quid e Codd. pereat, addidi. Sic enim exstat in Bong. sec. Voss. pr. Leid. pr. Lovan. Gottorp. et aliis cum Ed. Inc. Auctius insuper est in Egmund. *Contendit quadam utraque die futurum.*

---

FINIS TOMI PRIORIS.

---

# CORRIGENDA.

## IN TEXTU.

Pag. 17. lin. 7. *quadringintos* lege: quadringentos.
— 43. — *partes iter* l. partes hoſtes iter.
— 113. — paenult. poſt *haberet* pone comma.
— 119. — 8. *iterum* l. *item*. Ibidem lin. penult. poſt v. *senatu* dele comma.
— 120. — 7. poſt *habere* pone punctum.
— 127. — ult. *a* l. *ad*.
— 231. — 9. in marg. pone num. 2.
— 232. — 2. in marg. dele num. 2. Ibid. lin. 6. in marg. pone num. 4.
— 236. — 1. *consuerant* l. *consuerunt*.
— 240. — 4. poſt *posse* pone duo puncta.
— 243. — 8. poſt *jusserat* pone comma.
— 260. — ult. poſt *libenter* dele comma.
— 261. — 8. poſt *adclivis* pone comma.
— 507. — 1. poſt *Cheruscis* pone comma.
— 795. — 6. *Treconium* l. Trebonium.

## IN VARIIS LECTIONIBUS.

— 71. — 2. poſt *L. pr.* dele: *a*..
— 115. — 2. 2. lege: 11.
— 809. — 3. ita diſtingue: *consueverat* vulgo. *consuerat* MSS. etc.

## IN ADNOTATIONIBUS.

— 114. a. lin. 12. *eburnea* l. *eburneo*.
— 128. a. — 10. *pactu* l. pactum. Ibid. b. lin. 4. *hostem* l. *hospitem*.
— 131. a. — 2. *motes* l. *moles*.
— 138. a. — 6. 7. a fine *omissum* l. commiſſum.

Pag. 225. a. lin. 4. *Scaligero* l. Scaliger..
— 226. a. — 13. ante *Editt.* insere: et.
— 227. a. — paenult. 11. l. 2.
— 246. b. — 10. a fine 3. l. 111.
— 250. b. — 4. 5. a fine *explorandum* l. *explorandam*.
— 261. a. — 3. 3. l. 111.
— 264. b. — 17. 18. *depremi* l. depromi.
— 269. a. — 12. 4. l. 6.
— 271. a. — 10. *τὸ* l. *τόν*. Ibid. lin. paenult. *ἐπιλέκϭτων* l. *ἐπιλέκτων*.
— 501. b. — 9. a fine post *Eliens.* insere: et Vossii,.
— 509. b. — 14. 2. l. 11.

